IV. OF
RONTO
RARY

Carlstrasse 11.

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/comoediaearis03aris

A7161

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI

EMENDATAE

A

PHILIPPO INVERNIZIO

IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES.

VOLVMEN III.

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM.

CVRAVIT

CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCIX.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS

COMOEDIAS

COLLEGIT DIGESSIT AVXIT

CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS.

VOLVMEN I.

PROLEGOMENA. COMMENTARII

IN PLVTVM.

92.712

CVM TABVLA AENEA.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

CIↃIↃCCCIX.

21429
24/1/92

PRAEFATIO.

Quum ante hos quindecim annos Ariſtophanis Comoediae duorum codicum auctoritate paſſim vel emendatae vel mutatae a V. Cl. *Phil. Invernizio*, Iurisconſulto Romano, ederentur, conſtituerat ille ſecum, redemtore operis honeſtiſſimo conſentiente, non modo graeca Scholia, aucta multis locis et correcta, ſed etiam Theſaurum Ariſtophanicum addere, qui, quae a doctis interpretibus ad poëtam vel explicandum, vel illuſtrandum, vel emendandum etiam, collata eſſent, complecteretur. Verum et forenſium, quibus doctiſſimi Viri indefeſſa diligentia distinebatur, negotiorum multitudo, et rationes aliae, et inprimis temporum, quae inſequuta ſunt, iniuria rerumque Romanarum et Italicarum viciſſitudines

impediuerunt, quo minus, quod conſtitutum erat, perficeretur. Non tamen abiectum erat illud, quod vtiliſſimum videbatur, conſilium, immo et Scholiorum augmenta ad me ſunt delata, et, quum praeuiderem fore, vt eorum, quae conferenda eſſent ad interpretationem harum fabularum et antiquorum Grammaticorum, mihi imponeretur cura, conquirere coepi et dudum colligere, quaecumque ad Ariſtophanem ornandum valerent. Nunc autem, quum librario etiam neceſſarium videretur, abſolui editionem, quae omnibus et antiquioribus et recentioribus commentariis deſtituta, parum haberetur probabilis, aggreſſus ſum eum laborem et operam omnem deſcripſi ita, vt tribus voluminibus Commentarios recentiorum Criticorum et interpretum cum indicibus in eos comprehenderem, quarto Fragmenta deperditarum fabularum cum Lexico Ariſtophanico darem, poſtremum autem locum occupare iuberem et vetera Scholia a recentioribus recte ſeparata, emendata, aucta, illuſtrata virorum eruditorum adnotationibus et nouam fabularum latinam verſionem. Quae quidem volumina deinceps, ſingulis ſemeſtribus, ſe excipient.

Iam quod ad commentarios adtinet, de quibus nunc potiſſimum dicendum eſt, tria ſunt quae monenda videantur. Primum enim quae cauſae fuerint, cur, quae in pluribus editionibus leguntur, criticae et exegeticae obſeruationes et disputationes repetitae ſint vel integrae vel excerptae,

verbis etiam interpretum ſeruatis, docendum eſt. Neminem enim fugit, trium maiorum editionum, quibus continentur vberiores Commentarii, vt de minoribus et ſingularum comoediarum editionibus non dicam, vnam (Kuſteri) ita rareſcere, omnes adeo caro vendi pretio, vt eas ſibi comparare non facile omnes Comici noſtri lectores, philologi omnes, poſſint. Neque tamen, ſi quis iis ſolis vtatur, in promtu habet, quae vel in iis vel in aliis editionibus propoſita ſunt. Etenim non modo moleſtum eſt in tribus maioribus editionibus inſpicere ſingula loca, vt, num quid ad ea adlatum ſit, quod cognoſcere operae pretium fuerit, videas, ſed graue etiam, in duabus, Kuſt. et Brunck., non quae ad vnumquemque locum ſpectant, coniuncta haberi, ſed diſperſa paſſim legi et vndique colligenda eſſe. De qua quidem Brunck. editionis indole iam recte conqueſtus eſt *Baſtius*, V. Ill. in praef. ad Specimen Ariſtaeneti edendi. Denique ipſa boni ordinis neglectio non grata eſſe lectoribus poteſt. Etenim, vt eo vtar exemplo, Hemſterhuſii commentarius id habet incommodi, vt multa, quae ad Scholia ſpectant, adnotationibus, quae ad ipſam poetae orationem pertinent, inſerta ſint, et contra. Quibus quidem tribus de cauſis videbatur optime ita conſultum iri rationibus non tironum, ſed eorum qui ipſi Ariſtophanem legere, intelligere, interpretari, emendare velint, vt, quae non modo in tribus illis edd., ſed aliis etiam, expoſita ſunt de lectione et interpretatione verborum rerumque,

ea diligenter collecta et apte compoſita iis exhiberentur. Sunt autem plerorumque interpretum adnotationes integrae repetitae, et oratio eorum atque verba plerumque ſeruata, ne quid deſideraretur a quoquam, neue quid mutatum, aut minus recte pleneue adlatum, videri dicique poſſet. Debebatur etiam haec plerisque illis editoribus reuerentia, vt, quae dixerunt, ita vt dixerunt, niſi aliis de cauſis conſultius eſſet, nonnulla leuiter immutare, fideliter repeterentur. Etenim efficiendum erat, vt non modo carere quisque, qui hos commentarios adiret, illis editionibus recte poſſet, neque eas inſpicere cogeretur, ſed vt earum copiis etiam accurate collectis, bene digeſtis et dispoſitis facile vteretur.

Quam in rem ita verſata eſt mea opera in his commentariis conſcribendis — de quo ſecundo loco monendum eſt — vt Kuſteri, Spanhemii, Bentleii, Duckeri, Bergleri, Brunckii, et, quod ad Plutum adtinet, Hemſterhuſii inprimis, etiam Fiſcheri pleraeque, animaduerſiones integrae ſuis locis, nulla omiſſa aut truncata, repeterentur, ex Palmerii, Girardi (de quo poſtea dicetur), Chriſtiani Florentis Münteri aliorumque notis, quae memoratu digna eſſent, excerperentur, miſſis iis, quae leuiſſima eſſent, ad grammatices vulgaria praecepta ſpectarent, nec niſi tironibus inſeruirent. Nam quamuis hi Commentarii non ſolis doctis philologis et qui plurimam harum litterarum facultatem, atque idoneam, ſibi compa-

rarunt, ſcripti ſint, ſed illis etiam conſulere debeant, qui, quum in his litteris iam verſari coeperint, quaerant, quae ad intelligendum rectius poëtam meliusque interpretandum neceſſaria ſint: tamen intelligitur, vel hanc ipſam ob cauſam abeſſe debuiſſe omnia pueris et tironibus, qui grammatices elementa vix recte cognouerunt, dicta, niſi vbi errores vel librariorum vel criticorum vel interpretum aliaeue iuſtae rationes illa etiam attingere iuſſerint et vel inuitum coëgerint. Sed in illis ipſis, quas integras redditas eſſe dixi, animaduerſionibus has ſequutus ſum leges, vt primum, quae ad Scholia ſpectarent, ſecernerem, et eas nunc ſolas interpretum exhiberem adnotationes quae ipſa poëtae verba exponunt et explicant, niſi forte interdum ita vtrumque animaduerſionis genus eſſet coniunctum et arcte nexum, vt diuelli recte et ſeparari non poſſet, quod rariſſimum fuit; contra ex iis interdum, quae ad Scholia disputata erant, excerperem, ſi quae ad poëtae lectionem et orationem illuſtrandam valerent. Itaque etiam gloſſemata et ſcholia a Brunckio adlata, et Doruilliani codicis gloſſemata, ab Hemſterhuſio enotata, pleraque in his Commentariis locum non habuerunt, quem olim recte inter Scholia obtinebunt. Neque enim quidquam eorum, quae inſunt interpretum adnotationibus, omittetur, ſed ſuis omnia locis collocata inuenientur; in quo ne mea me memoria fallat, aut laboris conſtantia deſtituat, non metuendum eſt. Deinde ſingulas variorum editorum animaduerſiones ita dispo-

fui, vt et chronologicum editionum ſeruarem ordinem, vbi fieri poſſet, et coniunctionis atque neceſſitudinis, quae inter illas animaduerſiones intercederet, vbi ita faciendum videretur, haberem rationem, quo facilior earum redderetur vſus. Tum, quantum potui, prouidi, ne ab aliis et prioribus iam dicta repeterentur iisdem verbis in adnotatione interpretum ſequutorum, niſi forte ab his quaedam addita fuiſſent, quae niſi repetitis nonnullis aliorum dictis intelligi non poſſent. In his ſaepe eam inii rationem, vt eius viri adnotationem integram et omnibus, quibus vſus erat, verbis ſeruatis repeterem, qui aut optime videretur locum explicuiſſe aut vberrime rem quamdam et ſententiam dixiſſe; aliorum adderem ea verba, quibus auxiſſent illa aut confirmaſſent aut etiam emendaſſent. Qua ipſa de cauſa non minus, quam vt chartae parceretur, iuſſi quasdam animaduerſiones Commentariis ipſis ſubiici minoribus litteris ſcriptas, tamquam illorum additiones. Et, quum interdum oratio interpretum iuſto eſſet copioſior, vt in Fiſcheri commentariis, non modo illam ita contraxi, vt, ſalua ſententia, verba prorſus ſuperflua reſecarem, ſed etiam, ſi quae eſſent aliorum auctorum loca longiora laudata, ſaepe eam tantum partem, quae huc cummaxime pertineret, repeti iuſſi, latinam autem verſionem, quam Kuſt. Spanh. Berglerus laudatis aliorum ſcriptorum graecorum locis adiecerunt, plerumque inutilem noſtris lectoribus aut omiſi, aut iis tantum verbis et locis addi iuſſi, vbi neceſſaria

ad interpretationem, certe vtilis, esset. Et si in his adnotationibus deprehendebantur, quae barbare, neque latine, dicta obscuraue essent, cuius generis erroribus Spanhemii oratio referta inprimis est, emendaui illa, ita tamen, vt, quod cuique interpreti proprium est dictionis, interdum etiam affectatae nimiumque ornatae vt in Hemst. notis, genus, id ei relinquerem, quamquam monendos diligenter esse lectores arbitror, ne hanc orationis varietatem, quae in his commentariis conspicitur et aliis de causis cognitu vtilis et vel iucunda iudicari potest, imitando exprimere studeant. Quod igitur integras esse repetitas dixi eorum interpretum, quos supra nominaui, animaduersiones, id intelligitur, non ad quaeuis verba, formulas omnes et orationis atque adnotationis particulas cunctas esse referendum, sed ad praecipuas pertinere partes et locos cuiusuis animaduersionis. Neque enim temere omnia ex superiorum interpretum notis describi, et veluti adnumerari, sed cum iudicio reddi ea placuit. Vnde etiam, si quae aliorum auctorum loca ab iis perperam essent laudata, emendauimus, et, si quid insigniter peccatum videretur, correximus, interdum tacite, ne gloriolam inde nescio quam captasse putaremur; si quid autem perperam esset traditum et expositum, ne lectores auctoritate interpretum illorum seducerentur, cautum est adiectis nostris animaduersionibus vel in ipsis commentariis vel in eorum margine, ita tamen vt nostra ab alienis distinguerentur certis signis.

In illis autem, quas non integras sed excerptas dari ostendi, animaduersionibus, etsi, quantum licuit, ipsa auctorum verba retinui, liberius tamen et ita versatus sum, vt non modo orationem multo redderem breuiorem, quae apud Girardum inprimis diffusa est neque tamen plana et facilis, sed etiam omitterem plura quae aut ab aliis rectius dicta essent aut nimis vulgaria et leuia. Quod si quis commentarios in Plutum diligenter conferre cum Girardi adnotationibus voluerit, non desiderabit, quod inde vtiliter repeti possit, contra iudicabit, opinor, omissa recte esse aut alio modo reddita, quae ibi incommode, ieiune, obscure essent disputata. Omnino autem malui plura, quam quibusdam fortassis necessarium esset, reddita videri, quam pauca quaedam a nonnullis desiderari, ne dici posset, redeundum tamen interdum esse ad maiores illas editiones earumque copias.

Denique editorum obseruatis et disputationibus addidi nouas animaduersiones, ab illis satis distinctas vel nominibus auctorum quae cuique adnotationi adscripta sunt, (vbi enim nomen non additum est, facile intelligitur a me profectam esse animaduersionem) vel, si insertae aliorum notis leguntur, parentheseos his signis [ ], quibus inclusae sunt, vel, si in margine sunt positae, nullo adiecto nomine, eo ipso, quem tenent, loco. Sunt autem eae duplicis omnino generis, in quo vtroque breuitati quam maxime consului.

Etenim tum Francogallum interpretem recentem, cuius verſio fabularum Ariſtophanis in poſtremis Theatri Graecorum a Brumoeo conditi legitur voluminibus ex recentiſſima eius editione, alios vernaculos interpretes, et idoneos Grammaticorum atque Criticorum veterum et recentium libros, et animaduerſiones vel in poëtam noſtrum (vt Reiskii, Hotibii) vel eius opportunitate prolatas (vt Eckhardi) vel in alios ſcriptores, quibus paſſim inſerta ſunt quae ad Ariſtoph. ſpectant (vt Toupii, Wakefieldi, Porſoni, Daweſii, Corayi, Hoogeueeni aliorumque plurimorum, noſtratium quoque) inſpexi indeque diligenter collegi et depromſi quae his commentariis adderem, ad emendandum, interpretandum, illuſtrandum omni modo poëtam noſtrum; tum mea etiam adieci non raro neque pauca. In his autem, praeterquam quod, vt iam dictum eſt, aliorum praecepta vel monita corrigere aut definire accuratius conatus ſum, et iudicaui tum de ſcriptura tum de interpretatione varia, ſi opus eo iudicio videretur, et de locis allatis ab aliis interpretibus, quae pleraque euolvi, eorumque vi, dixi quae neceſſaria putarem, et ſcenicam rem comicamque rationem dictorum explicui, et addidi interdum quibus confirmarentur interpretum dicta. Qua in re poteram, ſi id egiſſem vt volumina Commentariorum augerem, multo eſſe copioſior; ſed putabam, vbi, quae ab aliis adlata ſunt, ſufficerent, non opus eſſe pluribus exemplis et locis veterum ſcri-

ptorum aliisue additamentis, inprimisque in iis, quae Commentariis in Plutum et Nubes adderem, multo debebam parcior esse, quum superiorum interpretum, de quibus singulis vel omnino vel ad vnamquamque Comoediam dictum est, diligentia satis copiosa fuerit et fructuosa. Ceterum de codicibus, e quibus nostra poëtae lectio fluxit, de editionibus, de ingenio poëtae, de fabulis eius, de oratione Attica etc. seperatim disputatum a me est, atque eae disputationes singulis voluminibus adiectae legentur. Lexico alia additamenta sunt destinata.

His ita dictis videor mihi effeciſſe, vt intelligeretur non leuem fuiſſe meum atque exiguum colligendi, excerpendi, digerendi, ad commodum vsum reuocandi, augendi, ornandi, hos commentarios, aliis etiam editionibus accommodatos, laborem. Vnum supereſt, vt, num totum hoc inſtitutum et conſilium, quod sequutus sum, probari possit, quaeram, siue potius tuear illud atque defendam, et, quomodo iudicandum sit, doceam. Etenim fieri posse intelligo, vt ea commentariorum et copia et varietas et diuersitas nonnullis molesta videatur, vtque existiment, posse eam lectores incertos reddere, quid potissimum quoque loco tenent, vbi variae interpretum sententiae proponantur; animos eorum atque oculos disspari et fatigari opinentur; denique contendant fuisse certe illa omnia recidenda, quae ad Aristophanem proxime non per-

tineant, et paulo amplius sint disputata. Quibus quidem opinionibus profecto ipse hos Commentarios accommodaturus fuissem, si eos scholis et tironibus destinari vidissem, quorum rationibus certe talis commentariorum vbertas et varietas parum respondere videtur. Sed quum eos lectoribus poëtae (cuius fabulas omnino puellorum ingeniis et animis formandis parum aptas censui) magis exercitatis, quum interpretibus, qui fabulas has adolescentibus explicare voluerint, quum viris, quorum labor in conquirendis praesidiis poëtae nostri recte tractandi leuandus erat, quum philologis, quorum ingenia ipsa multitudine sententiarum, amplitudine commentationis, varietate disputationis, copia lectionis, nutrienda sunt et exercenda et acuenda, inseruire et placere voluissem: non ea, quam inii et sequutus sum, ratio excusatione, nedum defensione indigere videbatur, immo si ab ea recessissem atque deflexissem ad genus editionum, quas cum notis Variorum prodiisse constat, et a quo nostrum commentandi genus plurimum discrepat, in iustam incidissem vituperationem. Si qui autem futuri sint, qui nihil interpretibus harum fabularum relictum, omnia iis praerepta esse, querantur, hos ego, quid sit interpretari sermonibus scriptores veteres, et, quomodo vtendum sit commentariorum opibus, vt recte discant, vehementer rogo. Quod si ad profliganda et absoluenda, quae promisi, volumina, in quibus eamdem, quam in hoc, diligentiam, industriam, constan-

tiam, idem ponam ſtudium, eamdem adhibebo prudentiam et parſimoniam cum fructuoſiſſima vbertate coniungendam, aut vita aut vires me meae deſtituerint, curabo, vt, qui in meas vices ſucceſſerit, facile opus ita, vti coeptum eſt, perficere poſſit. Scripſi Lipſiae, feriis paſchalibus a. aer. vulg. MDCCCIX.

CODICES E QVIBVS ARISTOPHANIS COMOEDIAE EDITAE ET EMENDATAE SVNT. *a*)

Ex quibus codicibus IX. Comoediae Ariſtoph. primum apud Aldum prodierint, prorſus incertum eſt. „Marco Muſuro Cretenſi (quae ſunt verba Hemſterhuſii in praef. ad Plut. p. XVII. ſ.), cuius vigiliis ac labori caſtigatiſſimum opus debetur, egregius aliquis Codex, aut plures ad manus fuerint, oportet; itidemque Scholia genuinae vetuſtatis ſigno impreſſa, cuiusmodi, niſi in membranis obſoletioribus ſola et ſincera vix inueniri ſolent: verum, vt mos erat haud ſane laudandus illius aetatis, quibus adiumentis ſuffultus ad curandum Ariſtophanem acceſſerit, quas adhibuerit membranas, vnas an plures, et vnde ſumtas, commemorare operae non putauit;

a) De plurimis, qui innotuerint, codd. fabularum Ariſtoph. disputauit ill. Harleſius ad Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 375—378. Add. Catalogus bibll. Barberinae, Angelicae et Ghigianae Romm. ap. Harles. Introd. in hiſt. L. Gr. T. I. p. 62. et 67. et Catal. Mſs. bibl. reg. Neapol. ap. eundem in Fabric. B. Gr. V. p. 774. ff. n. 16. 37. 57. 80. 107. et Catal. Codd. in bibl. Auguſtin. S. Ioannis ad Carbonariam ib. p. 796. n. 7.

nisi quod Aldi Manutii liberalitatem, quae omnibus est elegantiae veteris admiratoribus magna cum eius laude perspectissima, et sumtuum in conquirendis subsidiis largitatem meritis praeconiis extollat." Quum rari sint codices, maxime antiqui, qui omnes comoedias Nostri contineant, probabile est, plures Musuro ad manus fuisse, qui varias exhiberent comoedias, cum scholiis varii generis. Vtrum in his fuerit vnus alterue eorum, quos bibliotheca S. Marci Veneta habuit, non nisi ab eo potest definiri, cui copia est codicum illorum cum ed. Ald. conferendi.

Codex bibliothecae Vrbinatis Rom. e quo Bernardus Iunta a. 1515. primus edidit Lysistratam et Thesmophoriazusas, quem admodum vetustum dicit. Reliquas nouem fabulas ille etiam videtur cum alio codice contulisse.

Antonius Fracinus Varchiensis in recognoscendis nouem comoediis videtur vnum alterumve codicem usurpasse. Nam in Pace se ad sexaginta versus sua diligentia repertos restituisse ait. Recentiores autem eos et peiores fuisse codices, quibus obsequutus fuerit, Hemsterh. coniecit praef. ad Plut. p. XIX. qui p. XX. porro monuit, post primos illos editores neminem, vt nitidius elimaret Aristophanem, chartas veteres adhibuisse vsque ad Lud. Kusterum.

Kusterus de codicibus, quorum lectiones adhibuit, haec in praefatione admonuit: „Textum graecum non solum cum edd. veteribus, sed etiam cum Mss. collatum damus: et quidem *Plutum* cum MS. Vaticano-Vrbinate, MS. Bodleiano, et MS. Arundelliano: *Nubes* cum eodem MS. Vrbin. et Arundelliano: *Ranas* et *Aves* cum solo MS. Vatic. Vrb., *Equites*, *Acharnenses*, *Vespas* et *Pacem* cum solo MS. Vatic. Palat.:

Lyſiſtratam cum eodem MS. Vatic. Palatino, itemque Voſſiano. In duas enim penultimas Comoedias, Eccless. et Thesmophh., nullae nobis collationes ad manum fuerunt. Collationes codd. Vaticc. debeo ſingulari humanitati *Laur. Alex. Zacagnii*, bibliothecarii Vatic. Collationem codicis Arundelliani in duas priores comoedias per *Ioſephum Waſſium* mecum communicauit *Carolus Daubuz*, Verbi diuini in eccleſia Anglicana miniſter. Codicem Bodleianum, in quo eſt ſola *Plutus*, pro me conferendum curauit *Ioh. Potterus*, Theol. ap. Oxonn. Profeſſor. Apographum codicis Voſſiani (qui nunc cum aliis Mſs. Voſſianis in bibl. Lugd. Batauam translatus eſt, et praeter textum *Lyſiſtratae*, continet etiam ſcholia graeca, ante inedita) a *Richardo Bentleio*, Collegii Trinit. apud Cantabrigg. Praefecto, et Bibliothecario Regio nactus ſum." Sed varias lectiones ex his libris non omnes, imo pauciſſimas tantum videtur attuliſſe. Hinc poſtquam *Berglerum* adhibuiſſe in ſuam rem editionem Farreanam, ſed nimirum ei tribuere oſtendit *Burmannus* praef. p. 11. pergit: „Maioris, ut opinor, emolumenti fuiſſet, ſi Berglerus diuerſorum codicum, Vaticanorum nempe, Arundell. Bodlei. ac Voſſiani lectiones varias, adſcriptas marginibus exemplarium, quibus uti ſolebat *Kuſterus*, ſed quarum minimam partem in Ariſtophane recenſendo adhibuit, aut notis intexuit, a viro eruditiſſimo adhuc viuente, aut poſt eius fatum, quod certe infelix fuit, ſi vera narrantur in Thes. Epiſt. Lacrozian. Vol. III. p. 152. a fratre ſuperſtite, *Bernardo Kuſtero*, impetrare adniſus eſſet, et gemmis his a deceſſore neglectis ſuam editionem exornaſſet, vel notas vtiliſſimo criticae opis adparatu inſtructas locupletaſſet." Sequuntur ap. Burm. l. l. paulo inferius haec: „Neque etiam in minima

iacturae parte repoſuerim, quod inter illos, qui ex adcurata codicum manu exaratorum comparatione tutiſſimam viam ad ſananda veterum auctorum vulnera iure arbitrati ſunt, duorum hominum eruditiſſimorum ſalutares manus non expertus fuerit Ariſtophanes, *Iſaaci* nimirum *Voſſii*, qui nouam eius editionem, ſaltem quum his litterarum ſtudiis adhuc occuparetur, ad codd. Mſs. caſtigatam notisque ſuis inſignitam promiſit in Obſervatt. ad Pomp. Mel. II, 2, p. 133. tum *Eman. Martini*, tam propter ſolidam doctrinam, iudiciumque ex diligenti vett. auctorum lectione cultiſſimum, quam ob exactam graecae linguae cognitionem viri inter Hispanos magni, qui egregium Ariſtoph. codicem nitida et antiqua manu ſcriptum aliquando nactus etiam meditatus fuerat emendatiorem Comici, quem valde deperibat editionem, ſed cuius ſpes cum aliis viri praeclari lucubrationibus, dudum quoque decolauit. v. Martini Epiſtolas VI, 12. p. 250. IX, p. 122. et vitam eius a Majanſio ſcriptam §. 90. p. 42. et §. 129. p. 65. et 93."

Codicum Ariſtoph. Baroccianorum, 43. (qui, recentioris manus, Plutum et Nubes continet, ſed ita vt in Pluto deſint vv. 125—348., in Nubb. 380—545. nec tam multa habet ſcholia) et 127. (Plut. Nubb. et Ran.) varietatem in locis a Daweſio tentatis ſolis Thom. Burgeſs praefationi nouae editionis Miſcell. Criticorum Daweſii ſubiecit. Memorat etiam ipſe Daweſius nonnullis locis.

Hemſterhuſio quum Plutum ederet, ad manus fuerunt duo Codices. De his ita Hemſterh. in praef. p. XIII. ff. et XVI. dixit: „*Iac. Phil. D'Orvillius* ſcriptum manu codicem nobiscum communicauit, non illum quidem peruetuſtum, primaeque bonitatis, vtpote

qui ſit demum exaratus anno ſeculi XV. primo et trigeſimo, inque calce praeferat arcano illo ſcribendi genere, quod ex ordine litterarum inuerſo conſicitur enodatumque eſt a *Bern. Montefalconio* Palaeogr. Gr. IV, 5. Δημητρίῳ τῷ Ξανθοπούλῳ τῷ ὄντι καὶ ἰητρῷ, ſubiecto temporis eo, quod dixi, indicio: quem ego Demetrium, quis ſit homo, iuxta eam ignariſſimis ſcio: *b)* non optimum ergo, ſed valde tamen vtilem, multisque in locis minime contemnendum, cuius ſubſidio Ariſtophanis non pauca fateare magis enituiſſe. Forte dixerit aliquis, ſcrupuloſius, quam par ſit, ipſas etiam mendas illius Codicis a nobis fuiſſe recenſitas: cui, quod reſpondeam, nihil habeo, quam maluiſſe me obiecti criminis, ſi modo crimen eſt, culpam ſubire, quam diligentiam deſiderari. Idem liber marginibus inſcripta ſcholia praebet initio ſatis ampla, ſub finem multo rariora eius generis, qualia Fracinus a Graecis recentioribus profecta in editionem Florent. inuexit: quamobrem nihil ibi reperias ex vetuſtioribus illis vel Scriptorum vel Grammaticorum monumentis, quae barbari ſeculi labes oppreſſit, deriuatum: nec tamen poeniuit, quaedam inde praecerpta vulgatis ſcholiis immiſcuiſſe. Porro, quemadmodum in libris, qui propius aetatem eruditionis inſtauratae ſunt ſcripti, conſpici fere ſolet, interiectae verſibus aderant interpretationes haud ſane maximi ponderis. — Quum iam alio ſub coelo opusculum hocce ad metam properaret, egoque interea ſedibus mu-

---

b) Nec in catalogo Demetriorum Grammaticorum ap. Fabric. B. Gr. VI. p. 337. ſ. nec inter Demetrios varios in cod. bibl. T. XI. p. 413. ſs. aut in notitia Scriptt. Grr. varr. ibid. p. 605. ſ. memoratur.

tatis Lugdunum Batauorum migrassem, obtulit mihi locuples illa Batauae Acad. Bibliotheca Pluti Arist. (et Nubium) codicem Ms. alterum (cum interpretationibus ad singulos versus insertis et scholiis notae recentioris in marginem coniectis), qui recens admodum, et ad Doruillianum non comparandus in nonnullis tamen profuit: chartas enim vel recentissimas haud temere quis consideratius versat, quin aliquid inde lucri saltem colligatur. Eum librum adhibere coepi v. 1043., reliqua, quae praecedunt, tum daturus, si suffragia labori nostro non aduersa editionis olim iterandae facultatem concesserint." c) Doruillianum librum plures Arist. fabulas continuisse ex his *Burmanni* verbis praef. p. 11. intelligitur. „Kusteri copiarum siue nunc deperditarum, siue alicubi adhuc delitescentium non leue damnum aliqua ex parte compensare licuisset lectionibus variantibus codicis optimi Doru., quem in Pluto castiganda adhibuit Hemst., ad reliquas etiam comoedias exhibitis, nisi illius conferendi opportunitatem praeripuisset mors possessoris, a cuius promtissima amicorum literatorum studiis opitulandi voluntate haud difficulter eius vsum obtinuissem." Doruillii copias Oxonium esse delatas constat. v. Kidd. Praef. ad Ruhnkenii Opuscula, Ox. 1807. p. XXIV.

Codices a Brunckio inspecti sunt hi:

Cod. Regius (Parisinus) membranaceus MMDCCXII., continens Plutum, Nubes, Ranas, Aues, Equites, Acharnenses, etiam Concionantium versus 444. priores: reliqua pars, et quae forte olim eodem in libro sequeban-

c) Hoc tamen non euenisse constat.

tur alia dramata, temporis iniuria periere. Brunckius membranas Regias appellauit, et littera A insigniuit.

Cod. Regius (Parisinus) chartaceus MMDCCXV. Habet Lysistratam, Aues, Vespas, Equites, Acharnenses, Concionantes, Pacem; sed Ecclesiazusae ibi non sunt integrae; desinit codex in v. 1135. non ob foliorum aliquot interitum. Extremam fabulae partem non descripsit librarius: duo vltimi versus in summa pagina conspiciuntur, cuius reliquum spatium, vt et septem sequentium vacuum: postea demum incipit fabula Εἰρήνη, quae huius codicis vltima est. Brunckius in Lys. Vespp. et Pac. insigniuit litera A, in Auu. Equitt. Acharnn. littera B, in Concc. codicem alterum Regium dixit.

Codex Regius (Paris.) chartaceus MMDCCXVII. complexus Lysistratam, Ranas, Plutum, Nubes, Aues, Vespas, Equites, Acharnenses, Pacem, insignitus litera B in Lysistr., Rann., Plut., Nubb., Vespp., Pac., littera C in Auu., Eqq. Acharnn.

Codex Regius bombycinus, post impressum catalogum in bibliothecam (nunc imperialem Luretiae Paris.) illatus, quo continentur Plutus, Nubes, Ranae, cum scholiis et glossis inter versus. Insignitur in notis ad has tres fabulas litera C.

Codex Regius (Paris.) MMDCCCXX. easdem tres fabulas continens, quo Brunckius vsus est serius, ita vt in Supplementis notarum (T. III.) inde varietatem prodiderit; sed non omnem. „Codicis, inquit pag. 183. T. III., quem demum contuli, non mihi est animus, varietates omnes persequi. Quae sunt alicuius momenti delibabo, easque praesertim enotabo, quibus

textus adhuc emendari, vel receptae iam emendationes confirmari possint. Periit codicis folium, quod quinque vltimos Ranarum versus continebat. (p. 193. T. III.) Fabula *Plutus* inscripta non exstat ibi integra, nec quod eius supereſt, ab eadem scriptum est manu. Scilicet in vnum volumen compactae fuerunt plurium mutilorum codicum reliquiae. Versus Pluti habentur ibi tantum 787. in trium aut quatuor diuersorum codicum collatis foliis. Octo prima continent versus ab initio 239. eleganti manu, nec forte vna eademque scriptos, sed parum emendate, in quibus post v. 87. personae amplius non sunt notatae, nec vllae vocibus superscriptae glossae. Sex sequentia folia, e recentiore codice decerpta, quantum ex charta et litterarum formis colligere est, partem fabulae continent a v. 179. vsque ad 355. in iis sunt glossae adscriptaeque personae. Demum a v. 355. incipit antiquioris peritiorisque manus scriptura, qua exaratae Ranae et pars Nubium. Lacuna est post v. 615. vsque ad 769., a quo incipit trium, quae supersunt foliorum primum, quibus continetur pars fabulae vsque ad 941. Reliqua desiderantur (T. III. p. 193.). Nubium deest initium vsque ad v. 251. qui primus comparet." (III. p. 199.)

Codex Brunckii, quo continentur eaedem tres fabulae, Plutus, Nubes, Ranae (notatus litera D), bombycinus, eleganti manu scriptus cum scholiis aliquot in margine et glossematis inter versus minio scriptis. In extrema vltimi folii pagina librarii nomen et loci vbi scriptus fuit codex his verbis notatum: Μιχαὴλ ὁ τοῦ Λυγγᾶ πενίᾳ συζῶν ἐξέγραψεν ἐν Ῥυθύμνῃ Κρήτης.

Codex chartaceus e bibliotheca senatus Augustani, quo praeter alia continentur Comici nostri Thesmopho-

riazuſae (cuius fabulae rariſſima ſunt exemplaria) et Lyſiſtrata, minutiſſimis ductibus ſed eleganter exaratus, ſaeculi vt videtur XV. ſub finem, ſed ex antiquo integroque exemplari.

Ad hos codices, quibus vtrum ita vſus ſit Brunckius, vt omnem inde vbique adferret ſcripturae varietatem, decernere non auſus ſum, acceſſerunt recentius pauci, magis minusue diligenter conſulti, etſi valde optandum ſit, vt nonnullarum certe fabularum antiquiores codices, qui in variis bibliothecis adſeruantur, accurate examinentur, et ſcripturae diuerſitas inde enotetur omnis, quo de noſtrae lectionis origine rectius ſtatuatur.

Codex bibliothecae gymnaſii *Elbingenſis* chartaceus, forma, vt dicunt, quarta, relicto margine et ſatis amplo inter lineas ſpatio, eleganter ſcriptus, adhibitis frequenter et pluribus, quam fieri vulgo ſolet, ſcribendi compendiis. Scenarum et actuum, quemadmodum ſolemne eſt in libris Mſs. nulla eſt diuiſio, στιχηδὸν tamen omnia ſcripta. Perſonae additae ſunt atramento ſubrufo et ſaepe euanido, quo itidem ſcholia ad marginem adiecta exarata ſunt, vt et explicationes breuiores, quae gloſſae vulgo audiunt, relictum inter lineas ſpatium explentes. Scholia initio quidem admodum frequentia, paullatim rariora fiunt et in fine perraro cernuntur. Eadem autem prorſus ſunt, quae Muſurus collegit, iisdem fere verbis, nonnumquam non ita prolixis, reddita. Continet tres Ariſtoph. comoedias, *Plutum*, *Nubes*, et *Ranas*. Textus ipſe atramento nigro eſt exaratus, quem a dictantis ore calamo exceptum eſſe, cuius pronunciatio erat, qua tum temporis vteban-

tur, Reuchliniana, ex ipsa varr. lectionum natura vnicuique colligere licet. Primum quod exhibet liber, est, Aristophanis vita, auctore Tho. Mag. cum hac inscriptione: Ἀριστοφάνους βίος. Non autem ea adsunt, quae vulgo de origine comoediae adduntur, sed finis huius vitae est epigramma Platonicum. Sequitur deinde argumentum Pluti, quod primum est in ed. Kust., cum inscriptione: ὑπόθεσις τοῦ παρόντος πράγματος [δράματος]. Ceterae comoediae etiam praefixa habent argumenta Thomae Mag. Aetatem huius codicis certo definire non ausim, quamuis appareat, valde antiquum eum esse non posse, sed post saec. XIII. certe scriptum esse, quum exhibeat nonnulla a Tho. Mag. profecta. Insunt tamen vestigia, e quibus apparere videtur, eum ex antiquo quodam codice ductum esse, saltem scribendi rationem, quam antiquam vulgo putant, in multis retinet, e. g. duplicationem literarum negligit, ο saepe ponit pro ω· literae maiusculae non adhibentur, non iota, quod vocant subscriptum, praeter quod in pronominibus νῷν et σφῷν iuxta positum fere semper, vt νῶϊν, σφῶϊν, perraro autem penitus omissum sit. Firmat autem Codex tum multas lectiones a viris doctis iam receptas, tum coniecturas nulla hucusque auctoritate probatas, meliores etiam nonnumquam offert. Consentit saepe cum multis hucusque collatis Mss., praesertim vero et fere semper cum Mf. Vatic. Vrb. „Collationem Trendelenburgius, cuius verba repetiimus, instituit cum editione Kusteri, et quum ipse in Noua Bibl. philol. et crit. non nisi varias Pluti lectiones propofuerit, reliquarum duarum fabularum varietatem communicauit cum Harlesio, V. Ill. qui Nubium suam editionem ea locupletauit. Caeterum volumen, cui hic Aristophanis trium fabularum codex inest, continet etiam Theodo-

ri Gazae graecam verſionem Ciceronis Catonis ſ. libri de Senectute, editionem principem Callimachi et alios libellos editos.

Codex Bauaricus, nitidus, recentioris quidem aetatis, at de bono et antiquo codice deſcriptus, qui continet Plutum, Nubes, Ranas et Concionatrices. Verſuum diſtinctio et a metri legibus et a conſuetudine aliorum exemplarium frequenter aberrat; nouas nec ex aliis codd. Mſs. iam prolatas lectiones haud praebet; at eo frequentius confirmat auctoritatem optimorum codicum, quos Kuſter., praecipue Brunck. conſaluerunt, quamquam falſarum et a criticis diu damnatarum lectionum ſeges haud deſit." Quae ſunt verba Ill. *Harleſii* in praef. ad Nub. p. XIII. qui varietatem ſcripturae in Nubibus et Ranis enotatam a S. V. *Ammonio* propoſuit.

Idem etiam ab Ill. *Matthaeio* acceperat varias fabulae Pluti lectiones e codice Moſcou. excerptas, „de quibus tamen, inquit, in praeſenti ſermo eſſe non poteſt." Eſt, niſi fallor, ille codex, qui in Matthaei Notit. Codd. Grr. Moſqq. n. CCXCVIII. p. 193. ed. in 8. memoratur, chartaceus ſaec. XVII. qui praeter Eurip. Hecubam et alia continet Plutum cum ὑποθέσει et Scholiis. Nam alius codex chartaceus ſaec. XVII. ibid. n. CCXXV. p. 148. memoratus habet Ariſtophanis Ranas cum Scholiis paucioribus tamen, quam in ed. Kuſter.

De codice bibliothecae Claſſenſis *Rauennate*, membran., in cuius fronte ſcriptum eſt, Cyrillum Martinium putaſſe, ſaeculo X. eum ſcriptum eſſe, quemque vno duobusue ſaeculis antiquiorem eſſe exiſtimauit editor recentiſſimus, et de codice chartaceo Borgiano, quem idem

ad saeculum XIV. refert (vtrumque autem paulo iuniorem esse puto), satis dixit Inuernizius V. Cl. in praefatione, nec de aliis libris scriptis, qui Aristophanis fabulas vel omnes vel nonnullas continent, et aut omnino non collati aut in pauciſſimis locis inspecti sunt, nunc dicere placuit. Facile enim intelligitur, ne hos quidem, de quibus dictum est, codices, si a paucis quibusdam discesserimus, satis diligenter et ita esse comparatos, vt vtrum vnam an plures constituant familias, certo possit iudicari. Nunc quidem existimare licet, communem esse plerorumque et antiquum fontem, sed in codicibus, qui ex eo fluxerunt, alia deprauata et omissa, alia etiam ex commentariis in Aristoph. veteribus mutata esse et emendata, alia ex melioribus apographis antiqui libri aucta.

MATTHAEI RAPER

De Ariſtophanis Comoediarum editionibus ſuisque in easdem Comoedias curis Notitia litteraria. [Ex (Tho. Burgeſſii) Muſei Oxonienſis litterarii Speciminum faſciculo ſecundo, Lond. 1797. 8. p. 20—27. cum additamentis et notis C. D. B.]

Ariſtophanis Comoedias XI. cum editionibus vetuſtis contulit et emaculauit Matthaeus Raper R. S. S. (Hunc titulum habet liber MS.)

Ariſtophanis Comoedias nouem primus poſt artem typographicam inuentam edidit *Aldus Manutius* Romanus Venetiis, a. 1498. *d*) cum Scholiis graecis a Marco

---

d) Inſcribitur haec Editio:

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ.

ARISTOPHANIS COMOEDIAE NOVEM.

Πλοῦτος.	Plutus.
Νεφέλαι.	Nebulae.
Βάτραχοι.	Ranae.
Ἱππεῖς.	Equites.
Ἀχαρνεῖς.	Acharnes.
Σφῆκες.	Veſpae.
Ὄρνιθες.	Aues.
Εἰρήνη.	Pax.
Ἐκκλησιάζουσαι.	Concionantes.

Muſuro Cretenſi e variis codicibus collectis et ordinatis. Hanc ſequuta eſt *Bernardi* Iuntae earumdem novem fabularum editio Florentina a. 1515. typis *Philippi Iuntae* excuſa, ſed ſine Scholiis. e) Bernardum

---

Ἐπίγραμμα εἰς ἀριστοφάνη.

Βίβλος Ἀριστοφάνευς θεῖος πόνος· αἶσιν ἀχαρνεὺς
Κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πυλὸς ἔσεισε κόμην.
Ἡνὶ δ' ὅσον διόνυσον ἔχει σελίς· εἶα δὲ μῦθοι.
Ἡχεῦσι, φοιβερῶν πληθόμενοι χαρίτων.
Ὦ καὶ θυμὸν ἄρισε καὶ ἑλλάδος ἥδεσιν ἶσα
Κωμικὲ, καὶ σίξας ἄξια καὶ γελάσας.

Praefationes infra exhibebuntur. In fine legitur:

ἀ. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ξ. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ.

Ἅπαντά ἐϛι τετράδια. πλὴν τῶν δ. ο. Π. πενταδίων. καὶ τῶν Φ. Χ. Τ. τριαδίων. καὶ τοῦ Μ. διαδίου.

Omnes ſunt quaterni exceptis δ. ο. Π. quinternis, et Φ. Χ. Τ. ternis et Μ. duerno.

Venetiis apud Aldum. M. IID. (1498.) Idibus Quintilis.

In hoc idem quod in aliis noſtris impetrauimus.

Cfrr. de hac editione ſunt Renouard Annales de l'impr. des Alde T. I. p. 21. ſ. II. p. 148. Deltophili Bibliotheca p. 19. Harles. praef. ad Ariſt. Nub. p. XIV. ſ. et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 379. ſ. Iudicium de ea hoc tulit Hemſterh. praef. ad Plut. p. XVII. ſ. „vt tempore ſic fide et adcuratione ceteras antecedit.“ Non diſſimiliter de eius praeſtantia iam antea iudicauerat Kuſterus in praef.

e) Inſcripta eſt: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ. Πλοῦτος. Βάτραχοι. Ἀχαρνεῖς. Ὄρνιθες. Ἐκκλησιάζουσαι. Νεφέλαι. Ἱππεῖς. Σφῆκες. Εἰρήνη.

codicibus manuſcriptis vſum fuiſſe teſtantur verſus quidam integri, qui in Aldina deſiderantur [Ran. 518. Eccl. 469. 470.] et variae lectiones, quae ex coniectura proficiſci non videntur [Ran. 376. 1192. 1348. Au. 83.]: Eodem anno edidit Bernardus e bibliotheca Vrbinate Thesmophoriazuſas et Lyſiſtratam ab Aldo non editas. *f*) Tertiam editionem fabularum nouem, quas

---

ARISTOPHANIS COMOEDIAE NOVEM. Plutus. Ranae. Acharnes. Aues. Contionantes. Nebulae. Equites. Veſpae. Pax. In fine legitur: Impreſſum Florentiae opera et ſumptu Philippi Iuntae. Anno à natiuitate. D. XV. Supra mille menſe Sept. Leone Decimo Pontifice. REGISTRVM. ✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z et A B C D E F Quaterniones omnes. (8.) — Praefatus eſt Bernardus Iunta. De Philippo Iunta, (*de Giunta*) qui inde ab a. 1497. Florentiae plura artis ſuae ſpecimina exhibuit, vid. A. M. Bandini de Florentina Iuntarum typographia (1791.) T. I. p. 3. et p. 24. ff. et de eius filio Bernardo, qui a. 1551. e vita migraſſe videtur, id. p. 31. de editione autem Ariſt. ipſa v. idem II. p. 91 f. vbi etiam Bernardi praefatio eſt repetita. Non recte eam a nonnullis edd. propterea, quod Aldinae fuerit repetitio, neglectam eſſe animaduertit iam poſt Brunckium Harles. praef. ad Nub. p. XV. add. idem in Fabric. B. Gr. II. p. 380. Hanc editionem (1515.) in Varr. Lectt. calci huius volum, adiectis dixi Iunt. I. et vel ex diuerſitate ſcripturae in Pluto intelligitur, eſſe nonnullas lectiones huic editioni proprias, aut primum in ea legi.

f) Inſcriptio libelli eſt: ΕΝ ΤΗΙΔΕ ΜΙΚΡΑ ΒΙΒΛΩ ΤΑΔΕΝΕΣΤΙΝ. Ἀριστοφάνους Θεσμοφοριάζουσαι. Τοῦ αὐτοῦ Λυσιστράτη. IN HOC PARVO LIBRO HAEC INSVNT. Ariſtophanis Cereris ſacra celebrantes. Eiusdem Lyſiſtrate. 8. min. (non mai.) vt fabulae reliquae. Praefatus eſt Bern. Iunta, quam eius praefationem, d. X. Ianuarii, Flor. MDXV. ſcriptam re-

Aldus ediderat, adornauit *Antonius Fracinus* Varchienſis 1525. Florentiae, *g*) typis haeredum Philippi

---

peti iuſſit *Bandinius* in Ann. Iuntarum T. II. p. 100. In fine adiecta eſt haec adnotatio: „Bernardus iunta lectori S. Habes candide lector nusquam hactenus impreſſas binas Ariſtophanis comoedias. Sacrificantes feminas, atticamque Lyſiſtratem, quas ex codice adeo vetuſto excerpſimus, vt altera interdum dictionis pars ibi deſideretur. ſi quid igitur in illis quod tibi moleſtum ſit inuenies quia ἁπαξαλλάκτως cudere voluimus, id eueniſſe ſcias. Vale.“

„His ſumma manus impoſita eſt, quinto kl'. Februarii M. D. XV. Leonis papae noſtri anno tertio.“

g) Editio inſcripta eſt:

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ. ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ πολλῶν παλαιῶν καὶ πάνυ ὠφελίμων πρὸς τοῖς πρότερον ἐντετυπωμένων σὺν πίνακι ἀφθονωτάτῳ, τῶν ἁπάντων εἰς ἃ δεῖ τὸν νοῦν προσέχειν.

ARISTOPHANIS COMOEDIAE NOVEM CVM COMMENTARIIS antiquis et valde vtilibus ad ea quae prius, excuſa fuerant additis, indiceque copioſiſſimo omnium quae animaduertere oportet.

Πλοῦτος.	Plutus.
Νεφέλαι.	Nebulae.
Βάτραχοι.	Ranae.
Ἱππεῖς.	Equites.
Ἀχαρνεῖς.	Acharnes.
Σφῆκες.	Veſpae.
Ὄρνιθες.	Aues.
Εἰρήνη.	Pax.
Ἐκκλησιάζουσαι.	Concionantes.

Praefatus eſt *Anton. Fracinus*, Varchienſis (quem Bandinius l. l. T. I. p. 86.) *Francinum* nominat, et „*Anto-*

Iuntae: in qua Scholiis Aldinis addidit alia ab Arſenio accepta, ſed a Graeculo quodam ſequioris aeui, vt videtur, ſcripta. Hanc quoque editionem non ſine codicum manuſcriptorum ope prodiiſſe conſtat e verſibus 64. in Pa-

---

nius Francinus Varchienſis ſenior, inquit, Graecarum litterarum cultor eximius, quamplurimos tum graecos tum latinos auctores ſuis lucubrationibus caſtigatos, ad fidem codicum Florentinorum, e typis Iuntarum excudendos curauit. Eius nomen occurrit primum A. MDXV. in Suetonii Vitis XII. Caeſarum. — Eodem tempore, quo Iuntarum typographiae praeerat, nobiles aliquot iuuenes Francinus inſtituebat. — Tandem A. MDXXX. Venetias ſe contulit, vbi graecas litteras publice profeſſus eſt, operamque ſuam ſedulam et fidelem Lucae Antonio Iuntae praeſtitit. — An Venetiis, an alibi vitam cum morte commutauerit, haud mihi compertum eſt.“ Idem T. II. p. 194. ſ. praefationem eius reddi iuſſit.) Praeter indicem et alia quae praemiſſa ſunt, conſtat pagg. 373. in 4. et in fine legitur: Florentiae per haeredes Philippi Iuntae. Anno ſalutis M.D.XXV. menſe Februario. CLE. VII. Pontifice. Maximo. — Dixi eam in Varr. LL. Iuntinam II. De Francini opera non admodum honorifice et iuſto durius ſtatuit Hemſterhuſius praef. ad Plut. p. XIX. „Qui de reſtitutis 60. verſibus [in Pace] tam impenſe gloriatur, exputare non poſſum, quid cauſae ſit, cur duas fabulas Lyſiſtratae et Cereris ſacra celebrantium feminarum, decennio iam ante per Bern. Iuntam, et Florentiae quidem, vulgatas omiſerit. Hic autem, ſiue is potius Arſenius eſt cenſendus, nuper demum ſcriptis peiorisque notae libris obſecutus, vt ex codice D' Orvill. perſpicue didicimus, ab Aldino exemplari non raro diſceſſit, deterioremque lectionem natiuae ſuppoſuit: Scholia vero ſunt illa quidem ditata, ſed ciusmodi nouarum acceſſionum adſumentis, quae aeui ſerioris intereuntem doctrinam et ornatu priſco denudatam manifeſto fateantur.“ In Bibl. Burmanni Secundi fuit eius exemplum cum plurimis Mſſ. nott. v. eius Catal. Mſſ. p. 25.

ce, et vno in Ranis (132.) qui in prioribus desiderantur, et variis lectionibus satis multis. Hae igitur editiones manuscriptorum instar habendae sunt.

Editores qui hos sequuti sunt vsque ad Kusterum nullis codd. Mss. vsi fuisse videntur.

Anno 1528. Graeculus quidam *Ioannes Cheradamus* IX. illas fabulas, quas Aldus ediderat, Parisiis sine scholiis edidit, textum editionis Bernardi Iuntae sequutus *h)*.

Anno 1532. prodierunt Francofurti [immo Basileae] XI. Aristophanis fabulae e typographia *Andreae Cratandri* et *Ioannis Bebelii* cura Simonis Grynaei, qui in textu recensendo tribus principibus editionibus vsus est *i)*.

---

h) Aristophanis Comoediae nouem, gr. sumt. Aegidii Gormontii, studio Io. Cheradami, labore et industria Petri Vidouaei. Lutetiae 1528. 4. Ita laudatur in Fabric. B. Gr. II. 581. Harl. Nam ipse eam non vidi. Singulis comoediis graeca Cheradami epistola est praefixa.

i) ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΕΥΤΡΑΠΕΛΩΤΑΤΟΥ *Κωμωδίαι ἑνδεκα.* ARISTOPHANIS FACETISSIMI Comoediae vndecim. (Sequuntur deinceps earum nomina, graece et latine) Basileae apud Ant. Cratandrum et Ioa. Bebelium. Anno M.D.XXXII. 4. min. Praemissa est breuissima Andr. Cratandri ad lectorem praefatio haec: „Habes candide lector, praeter nouem hactenus editas Aristophanis comoedias, duas in calce adiunctas, nimirum Sacrificantes foeminas Atticamque Lysistraten. In quibus si quid desiderabitur, in exemplar mutilum et corruptum culpam transferas oportet. Nos studiis tuis fauentes illas tibi vt inuenimus, minus expolitas, quam nullas tradere maluimus. In reliquis quid praestiterimus, tute conferendo facile comperies." Sequitur Sim. Grynaei longior praefatio, in qua de editionis natura et ratione nihil dicitur. In

Anno 1538. illas edidit Venetiis *Bartholomaeus Zanettus k)*.

Anno 1540. prodierunt Parisiis apud Christianum Wechelum, qui editionem Cratandri et Bebelii descripsisse videtur *l)*.

---

fine legitur: Ἐν Βασιλείᾳ τῆς γερμανίας παρ' Ἀνδ. κρατάνδρῳ, καὶ Ἰωαν. βεβελίῳ, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας αφλβ, μηνὸς γαμηλιῶνος γ. Est ea luculentis, neque tamen elegantibus formulis, stanneis, accurate satis et diligenter, descripta, ita vt plerumque conspiret cum ed. Ald., sed alias tamen etiam lectiones, non vt videtur e codd., sed ex aliis edd., et fortassis etiam ex ingenio editoris sumtas, exhibeat. Cf. Harles. praef. ad Nub. p. XVII. Eam contuli.

k) Inscriptio eadem plane est, quae editionis Cratandri. Constat 55. plagg. 8. min. In fine legitur: Venetiis in aedibus Bartholomaei Zanetti Casterzagensis, sumptibus vero D. Melchioris Sessae. Anno M.D.XXXVIII. Mense Septembri. Nulla, in eo certe exemplo, quo e bibliotheca amicissimi Schaeferi vsus sum (dixi autem Ven. I.) praefatio legitur; a nominibus poetarum antiquae comoediae initium fit. Non ita est nec elegans nec diligens vt Basileensis, et Zanettum interpolasse interdum texta notauit Brunckius. Vitia eius per plures edd. sequentes sunt propagata.

l) Habet ea (secus quam Harl. praef. ad Nub. p. XVIII. et ad Fabric. p. 382. statuit) hanc vniuersam inscriptionem: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΕΥΤΡΑΠΕΛΩΤΑΤΟΥ Κωμῳδίαι ἕνδεκα. Aristophanis facetissimi COMOEDIAE VNDECIM. Comoediarum catalogum versa pagella indicabit. Parisiis, apud Christianum Wechelum sub scuto Basilienſi, in vico Iacobaeo: et sub Pegaso, in vico Bellouacensi. M.D.XL. Singulis comoediis sui sunt tituli, sed numeri paginarum continuantur (567. in 4. mai.). Breuiter ita Wechelus praefatus est: „Cum destinassemus, Candide lector, praelo nostro committere Aristophanis comoedias, operae precium duximus, in illorum gratiam qui omnes emere aut nolunt aut prae rei tenuitate non

Tiberius Hemſterhuis in notis ſuis ad Plutum editionem Benedicti Iuntae hoc anno Florentiae editam laudat *m)*.

---

poſſunt, ſingulas comoedias ſeorſim imprimere: eo tamen modo, vt, ſi quis eas a nobis excuſas omnes cupiuerit, comparare poterit [ſic, pro, *potuerit*, aut, *poſſit*]: ſi quamlibet ſeparatim, hic quoque non fruſtretur: atque ita nos omnibus accommodauimus, vt quisque ſui voti compos fieri poſſit. Praeterea quanta potuimus diligentia hunc facetiſſimum Poëtam collatis diuerſis exemplaribus excudimus, atque tum ad Germanicum tum ad Aldinum exemplar non paruo labore emendauimus. Tu conferendo quid fecerimus, quantumue laborauerimus, facile agnoſces. Vale, et laborem noſtrum boni conſulas quaeſo." Ceterum inprimis chartarum et literarum nitore haec editio, quam contuli, eminet.

m) Inſcribitur:

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ.

Πλοῦτος.	Νεφέλαι.
Βάτραχοι.	Ἱππεῖς.
Ἀχαρνεῖς.	Σφῆκες.
Ὄρνιθες.	Εἰρήνη.
Ἐκκλησιάζουσαι.	

ARISTOPHANIS COMOEDIEAE (ſic) NOVEM.

Plutus.	Nebulae.
Ranae.	Equites.
Acharnes.	Veſpae.
Aues.	Pax.
Concionantes.	

Impreſſum Florentiae per Benedictum Iunctam. M.D.XXXX. (29. plagg. 8. min. — ea certe forma eſt exempli, quod e bibl. Regia Dresdenſi mihi humaniſſime ſuppeditatum eſt — nam Bandinius II. p. 235. 8. mai. eſſe dicit). Omnis praefatio deeſt, et initium ſit ab Ariſt. vita. Hanc, ſuperioribus duabus edd. multo rariorem (v. Harl. ad Fabric. p. 382.) editionem tertiam, ab Hemſterh. Corrig. ad Plut. p. 482. a prima

Anno 1542. prodierunt Venetiis sine praefatione apud Io. Farreum et Fratres *n)*. Hac editione vsi sunt

---

bene distinctam contuli, atque plerumque cum prima contra secundam conspirare animaduerti. Ceterum mirandum est, in hac quoque duas postremas fabulas Comici desiderari.

n) ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΕΥΤΡΑΠΕΛΩΤΑΤΟΥ Κωμῳδίαι ἕνδεκα. ARISTOPHANIS FACETISSIMI Comoediae vndecim. Venetiis M.D.XLII. (33. plagg. 8. min.) cum emblemate, cui adscriptae litterae I. F. In calce legi dicitur (nam editioni, quam a Cel. Schaefero accepi conferendam, deest hoc postremum folium): Venetiis apud Io. Farreum et fratres. Anno a partu Virginis. MDXLII. vid. Fabric. p. 382. Harl. Huius editionem „nullam fieri mentionem a Morhofio in Polyhist. Lib. VII. c. 2. §. 8. neque a Menagio in adcurato ceterequin editionum Aristoph. indice, quem dedit in Anti-Bailleto T. II. 113." obseruauit Burmann. praef. p. VIII., eam autem tanti esse factam a Berglero, vt in notis saepe eam praedicauerit optimam et instar codicis habendam duxerit, sed spem et opinionem Hemsterhusii de ea conceptam minime impletam esse. Nimirum, quae sunt verba Hemsterhusii, qui e bibl. *Matth. Roeveri* diu desideratam editionem hanc accepit, „vbi inspicere oculisque Farreanam vsurpare fuit datum, non illud quidem, quod prouerbio dicitur, pro Thesauro carbones, plane mihi euenit; verumtamen haud multo secus: prorsus enim in vestigiis consistere perspexi Basileensis illius, quae A. 1532. apud Andr. Cratandrum et Ioa. Bebelium prodiit; adeo vt, ne vulnera mendarum aucta referam, labes huic Basileensi soli inhaerentes fideliter redintegret, quemadmodum illud πρισβυμῆ in Plut. 884. nusquam mihi, si has binas exceperis, inuentum." Non tamen contemnendam esse, etsi, qua auctoritate sint, quas exhibet, meliores lectiones, incertum habeatur, intellexi. In Corrigendis p. 482. haec scripsit Hemst.: „Illo in exemplari Geneu. Ed., cuius marginibus et varias Mss. lectiones et materiam obseruationum commisit Kusterus, quodque in meas manus postliminio deuenit, in fronte sic notauerat: *Aristophanis Comoediae Vndecim, graece. Venetiis*

Florens Chriſtianus in Lyſiſtrata et St. Berglerus, qui bonas aliquot lectiones inde protulerunt, quas tamen viri cuiusdam docti coniecturis tribuendas crediderim. Vtrum autem editor Venetam editionem B. Zanetti vel Florentinam Bened. Iuntae deſcripſerit, neſcio o).

Anno 1544. prodiit Francofurti editio *Petri Brubachii*, quae plerumque cum Veneta I. Farrei conuenit p).

1542. in 8. *Apud Ioannem Farreum et fratres.* Per oras autem libri ſparſam inueni manu Kuſteri ſcripturae varietatem hoc ſigno diſtinctam [Ed. 8.] Credidi (et quis in eam ſuſpicionem non incideret?) Farreanam indicari: poſtmodo demum, quum hanc editionem ipſe oculis vſurpaſſem, deceptum me eſſe didici. Hinc factum, vt ſaepius, vbi nominanda non erat, Farreanam nominauerim: qualis vero ſit illa, quam Kuſterus adhibuit, editio, eruere, licet diligenter ſcrutatus, nondum potui: animaduertendum tamen, ſi forte ad eam indagandam prodeſſe queat, lectiones inde decerptas non vltra tres comoedias priores procedere. In Scholiis ad Plutum quoque nonnusquam varietatis aliquid ex Ed. 8. vt ad ἰκφυκτικὸν v. 65. Kuſterus adſcripſit: *MS.* (n. 150.) *recte* ἐφεκτικόν. *[Et ſic Ed. 8.]* Verum in Commentariis ad Nubes et Ranas vetuſtis nihil ex Ed. 8. adiectum a Kuſtero deprehendi. Verſu autem 164. Plut. Farreana cum plerisque: ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, χρυσίον etc. earum vero, quas inſpexi, ſola Gryphiana *Anglicanimi*, illa quidem, quod titulus non vane promittit, emendatiſſima, praefert: Ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, τὸ χρυσίον etc.

o) Mihi quoque, vt I. A. Erneſtio, Brunckio, Harleſio (v. praef. ad Nub. p. XVIII.) intellectum eſt, eam non reddidiſſe Cratandri exemplum, ſed Venetum I., atque cupidius et a Berglero laudatam et ab Hemſterh. depreſſam eſſe.

p) Inſcribitur: Ἀριστοφάνους Εὐτραπελωτάτου Κωμῳδίαι ἕνδεκα. Ariſtophanis Facetiſſimi Comoediae Vndecim (tum earum nomina graece et latine ſunt ſubiecta.) Francofurti apud Pet. Bru-

Anno 1547. Ariſtophanem Baſileae edidit *Hieronymus Frobenius*, curante *Sigismundo Gelenio* cum Scholiis ad nouem illas quas Aldus ediderat fabulas ex editione Fracini deſcriptis. In textu autem Muſurum ſequi ſe profitetur. Mendis autem typographicis ſcatet haec editio *q*).

---

bachium Anno XLIIII. (in 8. 286. pagg.) In calce poſt argumentum graecum metricum Ranarum legitur: Francofurti ex officina Petri Brubachii, Anno M.D.XLIIII. Repetita tantum eſt ab initio Grynaei praefatio. Ceterum recte animadvertit Harles. (ad Fabr. p. 383.) baſin eius eſſe Aldinam edit., ſed ex Flor., et quidem ſecunda, et Cratandr. eſſe meliores lectiones receptas, et alia etiam nonnulla a docto correctore emendata. Contuli eam.

q) Ἀριστοφάνους — *Ariſtophanis Comoediae nouem cum commentariis antiquis admodum vtilibus duaeque ſine commentariis, adiecto copioſiſſimo indice omnium cognitu dignorum. Plutus — Lyſiſtrata.* Baſileae, in offic. Frobeniana. M.D.XLVII. fol. Eam non vidi, ſed Harles. praef. ad Nub. p. XIX. f. adfirmauit, Gelenium in ep. ad Melanchth. ostendiſſe, duas poſtremas fabulas in hac ed. eſſe emendatiores, quam in aliis, in contextu nouem comm. exemplum Aldinum, in Scholiis Florentinum expreſſum eſſe; ſaepius vero, poſt Hemſterh. et Brunckium, animaduertit Florentinae II. lectiones referri, et alia quoque mutata eſſe. Copioſius deſcribitur a Baumgartenio (Nachrichten von merkwürd. Büchern IX. p. 416. ff.)

Quae memorantur editiones Pariſſ. apud *Chriſtian. Wechelum* 1546. 4. [Catal. Bibl. Burmanni II. p. 68. n. 615. praeter edit. a. 1540.] et 1550. 4. (Maittaire Ann. typogr. III, II. 592.), eae, niſi error in anni nota indicanda commiſſus ſit, non niſi repetitiones ſuperioris quae a. 40. edita eſt, aut mutationes tituli eſſe videntur.

Frobenianam alteram sine Scholiis memorat Fabricius fide Gesneri *r*).

Anno 1548. vndecim has fabulas Venetiis edidit *Angelus Caninius* typis *Ioannis Gryphii s*). Farrei editionem plerumque sequitur, sed non semper. Manuscriptis autem codd. destitutum fuisse constat ex eius praefatione.

Annis 1586, 1597, 1625. (teste Fabricio *t*)) Francofurti edidit *Nicod. Frischlinus* Plutum, Equites, Nubes, Ranas et Acharnenses cum interpretatione latina.

---

r) Vol. I. B. Gr. p. 719. ed. vet. Nam in recent. edit. recte omissa est, quum a nemine visa sit aut vsurpata.

s) Aristophanis Comoediae vndecim, graece, multis metris corruptis mendisque plurimis purgatae, vt emendatiores adhuc non prodierint: emendationis ratio ad calcem explicatur. *Ioh. Gryphius* excudebat (Lugduni) 1548. 8. Angeli Caninii, qui editionem curauit, praefationem graece scriptam repeti iussit Maittaire A. Typ. III. p. 409. sed typographus in admonitione adiecta excusauit Caninium, quod promissis omnino stare non potuerit. Hemsterhusius, qui tamen in praef. p. XXII. eius operam laudat, et dolet, eum negotiis fuisse impeditum, quo minus eamdem operam Scholiis nauaret, exemplo eius vsus est in bibliotheca Lugduno-Batava asseruato, cuius marginibus docta manus inscripserat varias lectiones depromtas ex spectatissimis membranis. Nec mihi nec Harlesio contigit eam inspicere et conferre.

t) P. 383. T. II. ed. Harl. vbi titulus ita indicatur: *Nicodemi Frischlini Aristophanes veteris comoediae princeps: poëta longe facetissimus et eloquentissimus: repurgatus a mendis et imitatione Plauti atque Terentii interpretatus, ita vt fere carmen carmini, numerus numero, pes pedi, modus modo, latinismus graecismo respondeat.* — Francof. ad Moenum, excudebat Io. Spies M.D.LXXXVI. 8. quae prima et rara editio a. 1597. et 1625. repetita est. Cratandrinum

Anno 1600. Ariſtophanem edidit Lugduni Batauorum *Chriſtophorus Raphelengius* Cratandri et Bebelii editionem ſequutus *v)*.

Anno 1607. prodierunt Genevae Ariſtophanis comoediae vndecim, cum Scholiis graecis minus diligenter ex editione Gelenii Baſil. deſcriptis. Notas praeterea *Odoardi Biſeti* in omnes fabulas graece ſcriptas exhibet, et futiles *Bourdini* in Thesmophoriazuſas, itidem graece; *Caroli Gerardi* in Plutum et *Florentis Chriſtiani* in Veſpas, Pacem et Lyſiſtratam. Cum Friſchlini verſione quinque fabularum, Florentis Chriſtiani Veſparum, Pacis et Lyſiſtratae et ineptiſſima Andreae Diui trium reliquarum. Haec editio ſub *Aemylii Porti* nomine prodiit, qui textum recenſuit *x)*.

---

exemplum eum correxiſſe cenſet Harleſius, verſionem autem quinque fabularum (nam plures non vertit) multis placuiſſe. De ipſa editione Freytagius in adpar. litter. T. II. p. 1323. ff. egit ita, vt ſingulas eius partes diligenter recenſeret.

v) Ἀριστοφάνους Εὐτραπελωτάτου Κωμῳδίαι ἕνδεκα. Ariſtophanis Facetiſſimi Comoediae vndecim. Ex officina Plantiniana. Apud Chriſtophorum Raphelengium, Academiae Lugd. Bat. Typographum. CIↃIↃC. 620. pagg. 12. In breui praef. typographus monet, *ante aliquot annos* patrem ſuum, Fr. Raphelengium ex eadem officina minutiori illa forma quatuor Comici fabulas *Plutum*, *Nubes*, *Ranas*, *Equites*, prodire iuſſiſſe; quae editio quum ob exiguae molis commoditatem valde placuerit, ſe omnes comoedias coniunctim, pari typorum elegantia et formae concinnitate iam euulgare. Contuli eam, et cum proxime antecedentibus, quarum tamen errores emendati ſunt, plerumque conſentire, a Brubach. interdum discrepare intellexi.

x) ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ ΕΝΔΕΚΑ ΩΝ ΑΙ ΜΕΝ ΕΝΝΕΑ ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΚΑΙ ΝΕΩΤΕΡΩΝ *πάνυ ὠφελίμων*. ΑΙ ΔΕ

Sequitur editio Lugduno-Batava anni 1624, forma minore, cum iisdem fabularum interpretationibus Latinis,

---

ΔΥΟ, ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΝΕΩΤΕΡΩΝ, ΑΠΕΡ ΕΚ παλαιοτάτων ὑπομνημάτων καὶ δοκιμωτάτων λεξικῶν, οὐκ ἄνευ μεγίστης ἀκριβείας καὶ πόνου εἰς τῶν φιλελλήνων χάριν νῦν πρῶτον συλλεχθέντα, σὺν πίνακι ἀφθονωτάτῳ πάντων τῶν ἀξιολόγων, εἰς φῶς ἐξηνέχθη. ARISTOPHANIS COMOEDIAE VNDECIM, CVM SCHOLIIS ANTIQVIS, *quae studio et opera Nobilis viri* ODOARDI BISETI *Carlaei sunt quamplurimis locis accurate emendata, et perpetuis nouis Scholiis illustrata. Ad quae etiam accesserunt eiusdem in duas posteriores noui Commentarii: opera tamen et studio doctissimi viri D. Aemylii Francisci Porti Cretensis filii ex* BISETI *autographo exscripti et in ordinem digesti. Quae ad hanc editionem accesserunt praeterea*, pagina 36. *demonstrat.* Aureliae Allobrogum, sumptibus Caldorianae Societatis. M.DC.VII. 916. pagg. fol. (praeter Prolegg. et Ind.) In folio, cui nomina personarum Pluti inscripta sunt, verso haec leguntur: „TYPOGRAPHVS LECTORI. Quid a nobis in hac editione sit praestitum, Lector beneuole, te lectio ipsa docebit: huc tantum adiicere visum est eorum auctorum nomina, quorum accesserunt ad vetera scholia Commentarii, et quorum ex doctissimorum virorum iudicio interpretationem secuti sumus. Ac primum quidem Odoardi Biseti Carlaei perpetua sunt in vndecim Comoedias scholia, diligentia tamen et labore clarissimi doctissimique viri D. Aemylii Francisci Porti Cretensis filii, ex illius autographo exscripta et in ordinem digesta. Accesserunt Caroli Gerardi in Plutum: Q. Septimii Florentini Christiani in Vespas, Pacem et Lysistratam: Bourdini in Cereris sacra operantes commentarii. Interpretationem porro sequuti sumus Nicodemi Frischlini, in Plutum, Nubes, Ranas, Equites et Acharnenses. Quinti Septimii Florentis Christiani in Vespas, Pacem et Lysistratam. Andreae Diui Iustinopolitani in Aues, Concionantes, Cereris sacra operantes. Notas porro quasdam, quarum in scholiis aliquando fit mentio, quibus vel Actus, vel Strophae vel Parabases vel Epirrhemata distinguuntur, aut vox aliqua notatur impropria, quales sunt X.

quas Portus ediderat, et Fragmentis deperditarum a Guil.

▷. et ſimiles, non adhibuimus, quod in hac editione ſatis diligenter vel Actus vel Strophae diſtinguantur. Tu igitur noſtris ſtudiis ſaue, et laboribus vtere, fruere. Vale."

In Actus et ſcenas iam deſcripſerat eas, quas vertit fabulas, Friſchlinus contra Graecorum morem, et Geneuenſis editionis diuiſionem actuum et ſcenarum ſequuti ſunt recentiores vsque ad Brunckium. Quod ad interpretes hic memoratos adtinet, *Odoardus Biſetus* (Bizet), Tricaſſinus ex Delphinatu, nobilis Francogallus (Seigneur de Charlay et controlleur des guerres) circa a. 1570., ſacrorum Helueticorum cauſa e patria migrare coactus, Scholia in Ariſtoph. ex Euſtathio et Suida aliisque graecis Lexicographis conſarcinauit; *Carolus Girardus*, Bituricenſis, qui medio ſaeculo XVI. floruit, Plutum vertit et copioſo quidem, ſed admodum tenui et ex Scholiis magnam partem hauſto, commentario inſtructum edidit 1549. 4.; *Q. Septimius Florens Chriſtianus* (Florent Chretien) Guilielmi Chriſtiani, Aurelianenſis, archiatri regii Pariſini filius (mortuus a. 1596. v. quos Saxius Onom. Litt. III. p. 455. laudauit, et Colomeſii Opera a Fabric. ed. p. 495. f.) inprimis Pacem commentario copioſo et docto (1589.) illuſtrauit; *Aegidius Burdinus* (Bourdin), cauſſarum patronus et regius procurator in Senatu Paris., mortuus a. 1570., graeca Scholia in Thesmophh. ſcripta, eaque leuiſſima, edidit Lutet. Par. 1545. 8. *Nicodemi Friſchlini*, per aliquot annos Profeſſoris poeſeos et hiſtoriae in Acad. Tubingenſi, mortui a. 1590. (v. C. H. Langii Nicod. Friſchlinus vita, fama, ſcriptis ac vitae exitu memorabilis, Brunſu. et L. 1727. 8. et *A. F. Bök* Hiſtoria Acad. Tubingenſis p. 97. ff.) opera in vertendis aliquot Comici fabulis iam laudata eſt. Ante eum iam *Andreas Diuus* Iuſtinopolitanus omnes Noſtri fabulas, in latinum ſermonem et ſolutum quidem converſas ediderat, Ven. 1538. quae quidem verſio, etſi barbaram et ineptam iudicarunt periti viri (v. Fabric. B. Gr. II. p. 388.) tamen aliquoties eſt repetita. De ipſo *Aemilio Porto*, cuius editionem aliquot locis in interpunctione et ſingulis

[Theod.] Cantero et Guil. Coddaeo collectis γ). Accedunt

verbis vitiose antea scriptis emendatam, ceterum parum idoneam et diligentem, recensuit Baumgartenius (Nachricht. von merkwürd. Büchern T. IX. p. 420. ff. add. Harles. praef. ad Nubb. p. XXII.), Professore graecc. litt. primum Lausannensis, dein Heidelberg. Academiae, mortuo Casselli circa a. 1610., cfr. quos laudat Saxius Onon. III. p. 515. f.

γ) Inscribitur: Ἀριστοφάνους Κωμῳδίαι ιά. Aristophanis Comoediae vndecim, Graecè et Latinè, Cum Indice Paroemiarum selectiorum, et Emendationibus virorum doctorum praecipue *Iosephi Scaligeri*. Lugduni Batauorum, apud Ioannem Maire ciɔ.ɔcxxiv. (935. pagg. 12. praeter Prolegg.). In calce legitur: Lugduni Batauorum excudit Ioannes Cornelii Woerdanus ciɔiɔcxxiv. (Harles. ad Fabr. p. 385. memorat ex Catal. bibl. Pinell. exemplum a. 1625. nota insignitum.) Quid praestitum fuerit, docere haec typographi verba possunt, ex quibus etiam intelligitur, fragmenta non accessisse: „In Aristoph. minuscula hac editione secutus sum graecum textum a Nob. Viro Odoardo Biseto emendatum, qui a. 1607. prodiit, Latino carmine expressus a Nicod. Frischlino in Pluto, Nubb. Rann. Eqq. et Acharnensibus; a Q. Septimio Florente Christiano in Vesp. Pace et Lysistrata: soluta vero oratione ab Andrea Diuo in Auu. Concc. et Cerealia celebrantibus. Optassem quidem, doctiorum aliquem ei rei idoneum, vniuersa huius Comici dramata ad verbum latine vertenda suscepisse — verumtamen quum hoc commodo destituamur, illos quos habebamus interpretes, mendis, quae plurimis locis subrepserant, liberauimus; interdum, vbi obscurior versio videbatur (praesertim in iis comoediis quas Andr. Diuus transtulit) eam verbo vno aut altero, his notis [ ] incluso, iuuare conati sumus. Graecus etiam contextus vt quam emendatissimus prodiret, curauimus: in accentibus tamen inconstantiam, quae veterum saepe Grammaticorum aut patrocinio aut exemplo tuta est, euitare interdum non potuimus: personas saepe male notatas suis locis restituimus: actus ac scenas in vna aut altera comoedia distinximus; in reliquis autem, quo-

in calce voluminis notae breues ex variis lectionibus, emendationibus, et coniecturis virorum doctorum excerptae, ac potiſſimum e duobus exemplaribus manu Ioſephi Scaligeri emendatis.

Haec editio recuſa eſt Amſtelodami anno 1670, additis quibusdam notis, et interpretatione Latina Eccleſiazuſarum cum notis in eandem Tanaquilli Fabri *z)*.

---

ties noui interlocutores in orcheſtram prodirent, adnotauimus: ſtrophas, antiſtrophas, odas, antodas, ſyſtemata, epirrhemata, aut parabaſes, et ſimilia comicae artis antiqua vocabula, oportune indicauimus: obiter tamen et quaſi in margine etc. Poſtremo totum contextum cum duobus huius autoris exemplaribus, manu Ioſephi Iuſti Scaligeri emendatis (quorum copiam nobis fecit Gerard. Voſſius) contulimus: eiusque Emendationes ſeu Coniecturas calci huius operis ſubiunximus, vnà cum aliis ſeu variantibus lectionibus ſeu correctionibus, quas excerpſimus e Commentariis aut Scholiis Od. Biſeti, Flor. Chriſtiani, aliisque doctorum virorum ſuo loco memoratis lucubrationibus; concinnata ex eis tanquam breuicula quadam Notarum farragine. Cui, praetermiſſis conſulto Fragmentis aliorum huius Comici dramatum, quae integra non exſtant, inſigniorum aliquot Paroemiarum aut Verborum Prouerbialium Index additus eſt a Wilh. Coddaeo.“ Indici illi praemittitur haec inſcriptio: „Index vocum et verſuum prouerbialium, in magno opere Adagiorum, ab Erasmo, Iunio, Cognato aliisque ex Ariſtophane adductorum, declaratorum atque ſubinde etiam emendatorum iuxta editionem Hagenou. a. 1617. in folio.“ (p. 898 — 916.) Eum excipiunt (p. 917 — 935.) „Notae in Ariſtophanem, excerptae ex variis lectionibus, emendationibus et coniecturis virorum doctorum, ac potiſſimum duobus exemplaribus manu *Ioſephi Scaligeri* emendatis e bibliotheca Ger. Voſſii.“

z) Ἀριστοφάνους κ. τ. λ. Ariſtophanis comoediae vndecim, graece et latine, vt et fragmenta earum quae amiſſae ſunt. Cum

Anno tandem 1710. prodiit Amſtelodami *Ludolphi Kuſteri* editio *a)* fabularum XI. Ariſtophanis, ad quam or-

---

emendationibus virorum doctorum, praecipue *Ioſ. Scaligeri*, et indice paroemiarum ſelectiorum. Acceſſerunt huic editioni notae et obſeruationes ex variis autoribus collectae: vt et noua verſio ἐκκλησιαζουσῶν a *Tan. Fabro* facta, cum doctiſſimis eiusdem in eandem comoediam notis. Tomi duo. Amſtelaedami, apud Rauenſteinium anno M.DC.LXX. in 12. Eſt haec ſuperioris editionis repetitio, minus tamen diligenter facta, et nouis quibusdam acceſſionibus aucta.

a) Ariſtophanis Comoediae vndecim, graece et latine, ex Codd. Mſſ. emendatae: cum Scholiis antiquis, inter quae Scholia in Lyſiſtratam ex Cod. Voſſiano nunc primum prodeunt. Accedunt Notae Virorum doctorum in omnes Comoedias; inter quas nunc primum eduntur *Iſaaci Caſauboni* in Equites; illuſtris *Ezech. Spanhemii* in tres priores; et *Richardi Bentleii* in duas priores Comoedias obſeruationes. Omnia collegit et recenſuit, notasque in nouem Comoedias et quatuor Indices in fine adiecit *Ludolphus Kuſterus* I. V. D. Excuſum Amſtelodami, ſumptibus Thomae Fritſch, bibliop. Lipſienſis. A. MDCCX. fol. Inſcripta eſt Carolo Montacutio Baroni de Halliſax. Ex his autem praefationis verbis, quid Kuſterus praeſtare voluerit, intelligitur: „Vt antea in Suida, ſic nunc in recentando Ariſtophane anteceſſorem habui Aemilium Portum; qui quamuis in praefatione editionis ſuae glorietur, ſe Ariſtophanem αὐτότατον (i. e. *ipſiſſimum*, ſeu, ſi mavis, *purum putum*) nobis dediſſe; conſcius tamen mihi ſum (idque ingenue profiteor), tantum nitoris et cultus noua hac editione Comico noſtro acceſſiſſe, vt Ariſtophanes Porti prae noſtro parum emendatus et ornatus videri queat. — Textum graecum non ſolum cum edd. vett., ſed etiam cum Mſſ. collatum damus etc. (v. ſupra p. XVIII. f.) His inſtructus (codicum collationibus quam plurima paſſim in Ariſt. loca partim vitio librariorum corrupta emendaui, partim mutila et hiantia ſuppleui et integritati ſuae reſtitui. Scias autem, Lector, velim, collationes Vaticanas paulo ſerius ad manus no-

nandam collationibus codicum Mſſtorum fabularum nouem inſtructus erat: ad Plutum ſcilicet codicis Vaticano-Vrbi-

---

ſtras peruenisse; quae causa est, quare priorum comoediarum textum ad illas reformare non potuerimus, sed satis habuerimus emendationum et variarum lectionum inde excerptarum in Notis mentionem facere. Quod ad Edd. vett. attinet, quibus in conferendo Aristophane vsus sum; ex illis duarum tantum praecipuarum mentionem faciam Aldinae 1498. fol. et Florentinae ap. hered. Phil. Iuntae. 1525. 4. Vtraque editio est graeca tantum et non nisi nouem priores comoedias continet. — Aldinae editionis fidem in recensendo textu prae aliis secutus sum, quippe quae haud paucis in locis probam et germanam lectionem, a qua posteriores edd. discesserunt, retinuit. Hanc editionem ex bibliotheca sua, quae nunc Harlemi est, mecum communicauit vir ampliſſ. *van der Mark*. Florentinam vero Londino ad me misit *Walterus Clauil*, Armiger, qui bibliothecam optimis et rariſſimis libris tam Mſſ. quam excusis refertam possidet. — Textui graeco subiecta sunt *Scholia graeca* tam vetera quam recentiora. [Iudicium Kusteri de iis alio loco adferetur.] Transeo ad *versionem* latinam textui graeco e regione adiunctam, quae diuersorum est auctorum. Nam versio quinque priorum comoediarum est *Nicod. Friſchlini*, viri vtriusque linguae, suo praesertim tempore, satis periti, sed qui multo melius lectoribus consuluisset, si versionem suam oratione prosa, non versibus conscripsisset. Nam (vt constat) lex metrica saepe voces eiusmodi et phrases respuit, quibus sensus auctoris apte et clare exprimi potest; quarum proinde loco quum aliae longius arcessendae sint, fieri non potest, quin versio saepe reddatur obscura et lector per ambages ab interprete ducatur, quo alias recta via peruenire potuisset. Hoc quum commune sit vitium omnium versionum metricarum, vel ob hoc solum noua illarum comoediarum versione opus fuisset; sed quo minus illam confectam dederimus, temporis angustia obstitit. In Notis tamen, quantum licuit, malo huic mederi studuimus; quippe in quibus multorum locorum Comici nostri, quae Friſchlinus vel obscure vel male reddiderat, verum sensum lectori expo-

natis, Bodleiani et Arundelliani; ad Ranas et Aues folius codicis Vaticano-Vrbinatis; ad Eqq., Acharnn. Vespp.

---

fuimus. Idem Frischlinus dictas quinque priores comoedias in *actus* V. singulosque rursus in plures scenas diuisis, ad modum nempe comoediarum Plauti et Terentii; quam distinctionem, vtpote comoediae veteris et mediae poëtis apud Graecos ignotam, Frischlinus male fabulis Aristoph. accommodavit. Nihilominus eam retinendam censui, quod videam multos viros doctos loca Arist. secundum actus illos et scenas vertisse etc. *Vespas*, *Pacem* et *Lysistratam* latine vertit *Quintus Septimius Florens Christianus*, itidem metrice: de qua proinde versione idem Lector dictum putet, quod de versione Frischlini diximus: nisi quod Florens Christianus obscuritatem vltro etiam affectauerit, dum versionem suam archaïsmis et vocibus apud Latinos pridem obsoletis oppleuit; a quo κακοζηλίας vitio Frischlinus immunis est. Restant tres comoediae, *Aues*, *Ecclesiazusae* et *Thesmophoriazusae*, quibus in edit. Porti addita est versio *Diui* Iustinopolitani, sed quae adeo inepta est, et tot vitiis vbique scatet, vt indignam eam iudicauerimus, cui in ed. nostra locum concederemus. — Et quum vir doctissimus et κριτικώτατος *Tanaquil Faber* Ecclesiazusas cum eleganti versione latina et notis iam ante separatim edidisset, versionem illam recepimus. *Aues* noua interpretatione latina donauit vir perelegantis ingenii et doctrinae *Tiberius Hemsterhuisius*, Philos. et Mathematum in ill. Athenaeo Amstel. Professor — *Thesmophoriazusas* ipse latine vertere aggressus sum; qua in re id nobis accidit perquam incommode, quod ope veteris Scholiastae (quo sola ea comoedia hodie caret) destituti essemus.

Pergo ad *notas latinas* VV. DD. in comoedias Arist., ad quas in hac ed. ingens facta est accessio. Nam praeter eas, quas ed. Geneu. complectitur, (Car. Girardi in Plutum, Flor. Christiani in Vesp., Pacem et Lysistr.) editio nostra etiam exhibet τοῦ πάνυ *Isaaci Casauboni* Notas in *Eqq.*, ante ἀνεκδότους, et *Tanaq. Fabri* in *Eccless.*, iam ante, sed separatim editas: item ill. Baronis *Ezech. Spanhemii* in tres priores,

et Pacem codicis Vaticano-Palatini; ad Lysistr. codicis eiusdem Vat.-Palat. itemque Vossiani, qui Scholia graeca inedita continebat. Ad Eccll. et Thesmm. nullas habuit

---

et *Rich. Bentleii* in duas priores comoedias obseruationes eruditissimas. Ad has denique accedunt notae nostrae in omnes Arist. fabulas, duabus tantum, *Vespis* et *Pace*, exceptis. Notae Casauboni licet non aeque elaboratae sint ac alia, quae habemus, eruditissimi Viri opera (praelectiones enim potius fuisse videntur, in tinearum vsum conscriptae), plurima tamen in illis occurrunt ex interioribus litteris depromta, subtiliterque et ingeniose excogitata, neque auctoris sui nomine indigna. Has autem Notas, quae in bibliotheca Regia Parisiensi latebant, suis sumptibus ex autographo describi curauit Lutetiaque ad me misit Nicolaus Franciscus Remondus, clarus inter Gallos — tum vero perillustris Senatorio munere, quod summa cum laude pene puer in Curia Parlamenti Paris. gessit. De Notis *Spanhemii* quid dicam aliud, quam eas tam inclyto auctore dignas esse, in iisque pro immensa viri lectione plurima Comici loca, ante vel non recte intellecta vel obscura admodum, tanta eruditionis luce perfundi, vt miratus saepe sim, Virum illustriss. Notas tanto rerum exquisitarum apparatu refertas tam breui tempore et quidem tot aliis negotiis distrietum conscribere potuisse. Notae vero *Bentleii*, breues illae quidem et ex tempore tantum scriptae, incomparabile auctoris iudicium et acumen sat produnt, et summum apud Eruditos excitabunt desiderium earum, quas in integrum Arist. promiserat, sed inexspectatis negotiis impeditus absoluere non potuit. Editionem hanc claudunt *Indices* quatuor, iique noui et propria industria a me concinnati, 1. Vocum et phrasium graecarum in textum Arist. 2. Rerum in Scholiastas vett. 3. Vocum et glossarum, quae a Scholl. obiter exponuntur. 4. Auctorum in Scholiis vett. laudatorum." Iudicium de hac ed. tulerunt Hemsterh. praef. ad Plut. p. XX. s. Acta Erudd. Lipss. A. MDCCX. Mart. p. 97. ff. I. Clericus in Bibl. selecta (Bibliothèque choisie) T. XV. p. 109. T. XIX. p. 263. Mémoires de Trevoux 1711.

collationes. Sed (vt ſcribit Hemſt. in praef. ad Plutum a ſe editum) melius quam fecit de graecis litteris et de comico noſtro mereri potuit Kuſterus: taedium certe continuati laboris iuſto citius ſubrepens ipſi perſuaſit, vt variis lectionibus, quae in Comici marginibus praeſto aderant, ſuisque ſimul ad Vespas et Pacem notis lectorem fraudaret.

Editionis ſuae baſem fecit Geneuenſem Porti; Scholiis et notis, quae in illa leguntur, addidit Scholia antiqua in Lyſiſtratam e codicibus Voſſiano et Barocciano; notas Iacobi Palmerii a Grentemesnil in omnes fabulas; Caſauboni in Equites; Tan. Fabri in Eccleſiazuſas; Ez. Spanhemii in Plut. Nub. et Ranas; Rich. Bentleii in Plutum et Nubes; et ſui ipſius in omnes fabulas praeter Vesp. et Pacem. Friſchlini et Flor. Chriſtiani verſiones retinuit; pro ineptis autem illis Andr. Diui, T. Fabri Eccless. verſionem, nouam Auium Tib. Hemſterhuis et ſui ipſius Thesmophoriazuſarum ſubſtituit.

Prodiit demum anno 1760. Lugduni Batauorum Ariſtophanes *b)* cum notis perpetuis Stephani Bergleri, opus

---

p. 237. et Harles. ad Fabr. II. p. 386. Quam in fine praef. promiſit Kuſterus aliam Ariſtoph. editionem intra breue tempus apud Thom. Fritſchium prodituram minori forma, absque ſcholiis graecis ſed cum nouis verſionibus comoediarum et notis breuioribus ad captum tironum accommodatis, ea lucem non vidit. (Cf. p. LIII.)

b) Inſcribitur: *Ariſtophanis Comoediae vndecim*, graece et latine, ad fidem optimorum Codicum Mſſ. emendatae cum noua octo Comoediarum verſione latina et notis ad ſingulas ineditis *Stephani Bergleri*, nec non *Caroli Andreae Duckeri* ad quatuor priores. Accedunt deperditarum Comoediarum Fragmenta a *Theod. Cantero* et *Gul. Coddaeo* collecta, ea-

poſtumum curante Petro Burmanno ſecundo. Pro verſio-

---

rumque Indices a Ioh. Meurſio et Ioh. Alb. Fabricio digeſti. Curante *Petro Burmanno* Secundo, qui praefationem praefixit. Lugduni Batauorum, ap. Sam. et Io. Luchtmans, Acad. typogr. MDCCLX. Tom. I. II. 4. De qua quidem editione, a Brunckio ſeuerius vituperata, cf. I. A. Erneſti cenſuram in Nou. Act. Erudd. 1760. Mai. p. 241. ff. et Harles. praef. ad Nub. p. XXV. f. Et *Bergleri* quidem ipſius haec eſt praefatiuncula: „Textum graecum in hac ed. exhibemus ſecundum editionem maiorem, quam Kuſterus procurauit: ſed diligenter et multis in locis emendatum, adhibitis etiam Edd. Aldina, Iuntina, Farrei, et Brubachii. Ex his editio Farrei, quam ipſe poſſideo, quaue ſemper vtor, plurimum profuit. Eam non ab Aldina originem trahere, vt ceterae, haud dubiis iisque plurimis indiciis comperi, ita vt inſtar MSti fuerit. Plurima ſane loca primus emendaui et integritati ſuae reſtitui. Verſionem octo comoediarum nouam, et vt puto perſpicuam, ipſe feci; ceterarum trium verſiones, partim bonas, partim tolerabiles, retinere viſum eſt. Illarum octo verſiones priores plerumque vel fallunt vel nihil iuuant. Friſchlinus pauca intellexit; quae et comico ſtylo ſatis bene vertit. Sed debuiſſet labore verſificandi ſuperſedere. Florens Chriſtianus paulo plura intellexit; ſed tam obſcurus in plerisque eſt, vt interprete ipſe indigeat. Praeterea huic etiam illud vitium maximum eſt, quod verſibus loquitur et enecat. In Notis nolui peccata interpretum recenſendo eosque ſtuporis et inſcitiae arguendo ſpatia implere: vt non paucos vidi facere et admirationem captare. Sit aliorum haec gloria. Dedi autem operam, vt neceſſaria et ad rem facientia afferrem: idque vbi fieri poterat, ex ſcholiis graecis; quod et indicaui ſemper; nec exemplum Flor. Chriſtiani ſequi placuit, qui multa habet in ſuis Notis ad conciliandam admirationem et eruditionis reconditae opinionem vtiliſſima; ornatus autem eſt plumis Scholiaſtarum. Plura tamen Scholiaſte deficiente ex propriis obſeruationibus contuli. Illud faciendum quam maxime putaui, vt ex Tragicis poëtis noſter illuſtraretur: vt qui perpetuo ad illos, praeſertim ad Euripidem, reſpiciat,

nibus Friſchlini et F. Chriſtiani octo fabularum metricis

---

plerumque ioci et ridiculi cauſa res et verba traducens; quod ad intelligentiam ſcitu prorſus neceſſarium. Indicem poſtremo Kuſterianum addidimus, quamuis neſciam, plusne profint an obſint Indices. Hoc ſcio a multis diligentius euolui indices, quam ipſos ſcriptores." De ipſa horum Bergl. laborum editione haec retulit Burmannus in praefatione (in qua praeterea de vita, ſcriptis, moribus et fatis Bergleri egit, de aliquot antiquis edd. et verſionibus dixit nonnulla iam inde prolata, et de frägmentis disputationem adiecit, ſuo loco repetendam): „Quum felici fortuna e latibulis ſuis excitatus in manus meas peruenisſet ineditus hic viri eruditiſſimi et graecarum literarum peritiſſimi, St. Bergleri, Transſiluani Coronenſis, in omnes Ariſt. comoedias Commentarius, tum concinna eius et ceteris elegantior octo fabularum verſio latina (reliquas enim tres, Eccless. a T. Fabro, Aues a T. Hemſterhuſio, in hac edit. ad incudem reuocatas, et Thesmophh. a Lud. Kuſtero ita verſas exiſtimauit, vt Fabri tolerabilem, ceteras vero optimas aut nouae interpretationis non indigas cenſuerit); nolui ego theſaurum hunc inuentum ac meo aere mihi comparatum intra priuatos parietes premere — ſed publicis Muſarum graecarum commodis largiri nouamque Comici venuſtiſſimi editionem quanta potui diligentia adcurate caſtigatam poſt Kuſterianam in lucem emittere, cuius veſtigia quidem ſequi, ſed plurima contextui aliter a Berglero emendata reſtituere, e re viſum fuit. Cautum tamen ſedulo eſt, ne optime et ſuis meritis laudatiſſima editio per me aliquid detrimenti caperet, vnde Scholia vetuſta, Aldina et Muſuriana vulgo dicta, a quibus diuerſa ſunt, quae inedita laudat Lindenbr. ad Ter. Phorm. 4, 4. p. 617. vt et recentiora Biſeti et Bourdini, omittenda, neque virorum doctorum notas — denuo cum vulgari Variorum titulo Berglerianis inſerendas exiſtimaui, vt editioni Kuſt. integra et inlibata conſtaret dos, poſthabito etiam Indice, quem addere conſtituerat Berglerus, qui editionem ſuam ex Lipſienſis bibliop. Tho. Fritſchii officina, quantum ex primo eius ſpecimine typographico mihi patuit, forma, quam vocant, octaua deſcribendam auſpicatus fuerat, ſine vllis ſcho-

nouas et magis fideles prosa oratione scriptas substituit

---

liis graecis, sed noua octo comoedіarum versione e latere adposita (plerarumque enim Comoediarum interpretationes valde inlepidas esse queritur in not. ad Alciphr. 2, 4. p. 263. [s. T. I. p. 356. ed. Wagn.]) et subiunctis notis breuioribus, in secundum forte volumen coniiciendis, non tantum ad palatum virorum doctorum, sed etiam ad tironum studia et captum facientibus, textumque auctoris rite intelligendum adcommodatis: nam quum Kusteriana maioris esset pretii, quam vt ab omnibus graecarum elegantiarum studiosis comparari posset, Fritschius minoris formae editionem opera et labore Bergleri exornatam publico eruditi orbis theatro sistere cogitauerat, vt patet ex Act. Erudd. Lipss. 1710. Mart. p. 97 — 111. vbi Kusterianae operosa satis sit recensio, quam a Berglero conscriptam non dubiis argumentis suspicari licet, et hanc a nostro paratam editionem in vltimis praef. suae verbis innuit Kusterus, licet paullo obscurius, neque expresso Bergleri nomine; quem ab eodem indicari opinor in not. ad Suid. V. Ἀεῖτμε p. 420. per *virum* illum *doctum*, quem in emendando et illustrando Arist. (1704.) occupatum esse dicit, sed quem Fabricius B. Gr. I. p. 721. (ed. vet.) consilium illud abiecisse narrat, quum Kusterus ipse spartam hanc ornandam in se suscepisset. Et haec quidem praecipua differendae et in aliud tempus reiiciendae curae Aristophani impendendae Berglero fuit causa, quemadmodum Herodoti nouam editionem adornanti moras iniecit exspectatio editionis Gronouianae sub idem tempus in Belgio prodituraе, vt indicare videtur in praef. ante Alciphr. epistolas. Haec et plura quae meditabatur, dum in viuis esset et Lipsiae moraretur Berglerus quo minus ipse in lucem produxerit, obstitit non tantum laurea ab aliis praerepta, sed et moram iniecerunt simultates quae inter illum et Tho. Fritschium exortae, sed deinde tamen compositae fuerunt, vt patet ex epistola Bayeri in Thes. Epist. La-Croziano I. p. 30." —

Postquam Burm. (p. 10. s.) laudauit Berglerum, quod vetustas editiones aliquot ad castigandum poëtae textum adhi-

Berglerus; et in notis παροράματα quaedam Kusteri corre-

---

buit, earumque variam scripturam in notis attulit, et, quae ab eo praeterea adhiberi critica praesidia potuissent, declaravit (v. supra p. XIX. f.) ita pergit: „Altera notarum Bergl. nec minima dos est, quod non tantum locutiones adpositis aliorum auctorum locis dextre explicuerit, sensumque poëtae perspicaciorem vbique reddiderit, passim vsus Scholiaste graeco, cuius paraphrases, vbicumque id requiri videbatur, vel confirmat vel reiicit, plerumque tamen ex eo lucem opportunam auctori adfundit. — Maioris et eruditioris curae hoc est, quod Comicum ex Tragicis illustrandum ideo sibi sumserit, quia saepissime alienis verbis loquens ad eorum loca respicit, Euripidis prae caeteris, in quibus dictionem prauo filo decurrentem carpere, tumida nimis et adfectata ridere, humilia denique et sanae menti contraria ludibrio exponere cogitabat: haec vero loca nisi quis ita in numerato teneat, vt versus ex illorum tragoediis, acrius ab auctore notatos, ante oculos habeat, inobseruatus praeteribit omnis Comici salis lepos, poëticarum venerum elegantia vix percipietur, neque aut quo penetret argutiae satyricae acumen, aut quem liberior pungat aculeus, facile sentiet lector."

„Versionem Bergl. si spectamus, admirabimur optimum interpretandi genus, qui auctorem suum vbique sic vertit, vt sincero et perspicuo sermone latino, versuum et verborum ordine ac numero diligenter obseruato, carmina graeca reddiderit oratione soluta et a genio latinitatis minime aliena, licet summa harum linguarum sit dissimilitudo. Optimo enim artificio, fidi interpretis instar verbum verbo reddere curauit, obseruata eadem collocatione vocum in vtroque textu, quod perquam difficile facit linguae vtriusque repugnantia et diuersitas, quae cogit saepe interpretes ab auctoris vestigiis recedere et euagari, praesertim si poëtas graecos carmine latino vertant, vt Frischlinus ac Florens Christianus Aristophanem numeris metricis resuderunt. — Alii liberiore versione prosaica vsi sensum et argumentum auctoris tantum exprimere adnisi sunt, vt elegantiae latini sermonis sic melius consulere vide-

xit. Huic editioni accedunt C. A. Duckeri notae in Plu-

---

rentur; quam viam si insistamus, sufficit certe latina tantum seperatim edere, neque graeco textui e regione opponere; sed hac quidem ratione graeci auctores etiam facilius e studiosorum manibus excutiuntur. In quam classem referendae sunt *Lamberti Hortensii* versiones quatuor comoediarum Arist., Pluti, Nubb. Eqq. et Ranarum; perperam enim Menagius Graeca simul cum interpretatione Hortensii prodiisse notat: neque satis accurate Fabricius tres priores tantum fabulas ab eo versas iunctim et eodem anno 1577. [in Fabric. p. 388. Harl. est 1557. 4.] Vltraiecti excusas refert, quum diuersis annis [nempe 1556. 1557. et 1561. v. Harl. ad Fabr. p. 391.] illic editae fuerint. V. [Casp. Burmanni] Traiect. erud. p. 161. Quia igitur versiones instituuntur in gratiam graecae linguae studiosorum, optimam hanc interpretandi viam iure probauit Berglerus, quae verbum de verbo exprimat, vocumque ac versuum ordinem eumdem retineat, quantum id patitur linguae ratio et facultas. V. eius praef. ad Hom. Iliad. p. 11. — Et certe in poëtis graecis vertendis sententiae maiorem quam metri rationem haberi vtilius existimandum est; nam licet pro vtraque parte disputari posse non ignorem, prioris tamen generis interpretem magis fidelem et iuuentuti vtiliorem, alterius elegantem magis et viris doctis opportuniorem arbitror. Legi merentur, quae de vtroque interpretandi modo scripserunt Paulus Manutius praef. in IV. Philippicas Demosthenis, latinitate ab eo donatas, et operosius Petrus Nannius Comm. ad Hor. A. P. 133, vbi tria, quae requirit in optimo interprete, *religionem*, quae circa verba verbis reddenda versetur, *fidem*, vt sententiae reddatur sententia, nihilque addatur, dematur, aut mutetur, quod non apud auctorem reperias, et denique *indolem*, vt colores, dignitates et adfectus, qui in Graecis fuerint, etiam in Latinis efferantur, suis numeris si impleuisse dicamus Berglerum in hac versione Aristoph., debitam eius industriae laudem non denegabimus."

„Accessit non exiguum nouae huius editionis ornamentum, Spicilegium nempe notarum in quatuor priores comoedias et

tum, Nubes, Ranas et Equites; et Fragmenta fabularum deperditarum a Cantero et Coddaeo collecta.

---

emendationum — *Caroli Andreae Duckeri.* — Has gratus agnosco me debere humanitati Guilielmi Roëllii, Anatomes in nostro Athenaeo Professoris nunc honorarii, scriniorum Duckerianorum heredis. — Conscriptae autem fuerunt a Duckero post editum a Kustero Suidam, sed antequam eiusdem editio Arist. prodiret in lucem, si notas ad Eqq. excipiamus, quas postea scripsit, vt ipse in suo codice notauerat; quod ideo monendum, quia in ceteris ad priores tres Comoedias nonnulla occurrunt a Duckero animaduersa, Kustero quidem iam obseruata, sed quae tamen propterea non omittenda fuerunt, quoniam vel emendationes eius confirmant vel vicissim Kustero adstruuntur ea in quibus idem forte Duckero in mentem venerat. Complectebantur hae Adnotationes, quatuor diuersis codicibus exaratae, optima Collectanea in quibus congesserat Duck. omnia, quae vel ad emendandum vel ad explicandum Arist. eiusque Scholiastae contextum pertinere videbantur: quibus chartis in ordinem digerendis, recensendis et typo mandandis operam suam impendere non refugit Nicol. Bondtius, cuius cura prouisum fuit, ne quid nomine Duckeriano indignum prodiret, recisis atque omissis illis, quae vel non satis elaborata vel ab aliis iam ante animaduersa fuerant, vnde Autographis ipsis longe quidem breuiores euaserunt, sed quae tamen vel sic quoque plurima bonae frugis contineant, in quibus aut Comicus ipse, aut alii auctores velvt in transcursu feliciter restituuntur vel illustrantur. Selegit autem illa, quae praecipue ad Arist. ipsum spectabant, quamquam maluissem plura exhibita, et praesertim illa, quae ad Scholiastae castigationem faciebant, ex quibus non parum subsidii accedere posset illi, qui Scholia Comici nostri emendatiora aliquando edere in animum induceret." Alio loco p. 31. s. queritur Burmannus „male Duckeri notis ipsique adeo Aristophani consultum fuisse, nimirum impensarum praetextu resciss et mutilata centesima fere optimarum animadversionum parte, tam ad poëtam ipsum, quam ad eius Scholiastem."

Anno 1692. *Anna Dacceria* Parisiis edidit versionem gallicam Pluti et Nubium cum notis suis *c)*.

Annoque 1744. Harlingae prodiit editio Pluti cum Scholiis vetustis *d)*, quam diligentissime ad veteres editiones et ad codicem mstum e bibl. Phil. Doruille recognouit *Tib. Hemsterhuis*.

Hae sunt omnes, quantum noui, fabularum Aristoph. editiones, exceptis quibusdam fabularum singularium in vsum scholarum editis, quae non sunt huius loci.

Anno 1745. edidit Cantabrigiae Miscellanea sua Critica *Richardus Dawes*, in quibus multa Aristoph. loca deprauata restituit *e)*.

---

c) Prodierat iam antea: Le Plutus et les Nuées d' Aristophane. Comédies grecques, traduites en françois. Avec des Remarques et un Examen de chaque Pièce selon les règles du Théatre. Par Mademoiselle *le Févre*, à Paris 1684. 8. Tum (mutato nomine) p. Mad. *Dacier* ib. 1692. 12. et postea saepius. Cf. Baumgarten. Nachr. von merkwürd. Büchern IX. p. 455. ff.

d) Ἀριστοφάνους Πλοῦτος. Aristophanis Comoedia Plutus. Adiecta sunt Scholia vetusta. Recognouit ad veteres membranas, variis lectionibus ac notis instruxit et Scholiastas locupletauit *Tiberius Hemsterhuis*. Harlingae, ex offic. Volueri van der Plaats. ΑΙΟΙΟΟΟΧLIIII. XXIV. 484. pp. 8. praeter quatuor Indd. De editione ipsa dicetur infra. Repetitur ea nunc typis Lipsiensibus cum I. G. Schaeferi, V. Cl. Auctario.

e) Eorum secunda editio 36. annis post prodiit: *Ricardi Dawes* Miscellanea Critica iterum edita. Curauit et adpendicem adnotationis addidit *Thomas Burgess*, A. B. e C. C. C. Oxonii e typogr. Clarendon. exc. MDCCLXXXI. 8. Repetita ea est cura *G. C. Harles*, V. Ill., qui praefationem addidit, Erlangae 1800. 8. De Dawesii coniecturis male statuerunt

Annoque 1754. Lipsiae prodierunt *Io. Iac. Reiske* ad Euripidem et Aristophanem Animaduersiones (in 8.), multis emendationibus egregiis refertae.

Restat vt de hac nostra editione pauca dicam *f*).

Editiones supra memoratas omnes possideo, praeter Venetam Zanetti, Florentinam Benedicti Iuntae, Venetam Farrei, Francofurtensem Brubach., maximam partem Parisiensis Wecheli, Basileensem alteram a Gesnero memoratam (quae fortasse non extat) et Francofurtensem Frischlini quinque fabularum.

Tres primores editiones, Aldinam scilicet, Iuntinam et Fracini Florentinam, codicum mstorum instar habeo; neque in nouem comoediis, quas edidit Aldus, ab eius editione vnquam clam lectore discessi, nec in Thesmm. et Lys. a Iuntina a. 1515., praeterquam in manifestis praeli erroribus, et in personarum nominibus ordinandis, quae in vetustis edd. adeo sunt turbata, vt in ea re nullius fere sint auctoritatis. Editionem Farrei e notis F. Christiani et Bergleri laudo, Brubachianam e notis Bergleri. Codices mstos, quibus vsus est Kusterus, ex eius notis laudo, praeter Arundellianum, quem ipse excussi. In notis meis codicem Urbinatem designat litera U., Palatinum P., Bodleianum B., Arundellianum A., Vossianum V., et Dorvillianum, quo vsus est T. Hemsterhuis O., Aldinam edi-

---

Dorvillius et nonnulli alii Critici, quam ob causam Burmannus praef. p. 15. f. fe Dawesii emendationes ad singulas fabulas non addidisse fatetur. Aequius et rectius recentiores iudicarunt.

f) Ea Raperi editio non prodiit. Iuuat tamen cognouisse, quomodo in ea adornanda versatus fuerit.

tionem Ald., Iuntinam Iunt., Ambas Vett., Fracini Flor., Fl.

Suidae editionibus vſus ſum Aldina et Mediolanenſi Demetrii Chalcondylae, quae in multis Kuſteriana ſunt ſaniores.

Textum Comici non ſolum emaculatum lectori ſiſtere conatus ſum, ſed et lectiones veterum codicum diligenter notaui; vt vnus quisque in promtu habeat, vnde de noſtris emendationibus iudicium ferat, vel meliores ipſe excogitet; et ne coniecturis vtcunque ſpecioſis textus tandem prorſus corrumperetur.

Hactenus *Raperus*. Prodiit autem poſtea multo emendatior quam ab illo exſpectari poterat, editio curante *Brunckio g)*, quamquam plus etiam ab eo praeſtari potuiſſet, ſi iis, quae aderant praeſidiis, diligentius voluiſſet vti. Ab ea noua initium cepit editionum aetas, et tertia quidem, monente Harleſio, qui Aldinam et Florentinam ſecundam ſuperiorum aetatum fecit parentes, etſi nec prima Flor. editio praetermitti debuerat. Inſcripta eſt:

Ariſtophanis Comoediae ex optimis exemplaribus emendatae ſtudio Rich. Franc. Phil. Brunck., Argentoratenſis. Argentorati ſumtibus I. G. Treuttel, bibliop. MDCCLXXXIII. Tomus I. II. III. 8.

Ariſtophanis Comoediae in latinum ſermonem converſae. Tomus I. II. III. Argentorati apud ſocios bibliopolas Bauer et Treuttel MDCCLXXXI. 8.

Praefatus ita eſt, (d. XVI. Mart. MDCCLXXXIII.) Brunckius, vt paullo acerbius in alios, honorificentius de ſe ſtatueret:

„Ariſtophanis quae ad hunc diem prodierunt editiones, ſi vel optimae omnium epigraphen quis inſcripſiſſet,

---

g) De eius editione vid. Allgem. deutſche Bibl. Vol. LV. p. 547. ff. et Bibliotheca Critica (Amſt.) Vol. II. P. IV. p. 31 — 51. Fabulae Ariſt. hoc ordine ab editore exhibentur: Lyſiſtrata, Thesmophoriazuſae, Ranae, Plutus (Vol. I.), Eccleſiazuſae, Nubes, Aues, Vespae (Vol. II.), Equites, Acharnenſes, Pax (Vol. III.).

ΒΟΡΒΟΡΟΣ ΠΟΛΤΣ ΚΑΙ ΣΚΩΡ ΑΕΙ ΝΩΝ,

haud finiſtre facetiſſimi ipſius Comici verbis iudicium animi ſignificaſſe videretur. E tetra colluuie vix tandem extractus, elegantiorum hominum in conſpectum prodit totius antiquitatis ſcriptor ingenioſiſſimus, idemque terſi ſermonis Attici exemplar perfectiſſimum, ſtudio meo nitidior multo, quam erat antea, factus, nec tamen ita, vt eum eſſe vellem, ab omni ſorde purgatus. Quae ſuperſunt in eo mendae, ſi tot ſunt ſingulae, quot centenas ablui, haud male de re literaria meruiſſe mihi videbor. Nec tamen ſuperſtites illae omnes lectoribus erunt fraudi, quos in notis meis de plerisque admonui, ſimulque rationem oſtendi, qua ſincera lectio reſtitui debeat. — Dolet mihi textum in hac editione ita emaculatum non eſſe, vt perito lectori melioris lectionis reperiendae cupiditas excutiendarum notarum moleſtiam numquam faceſſat. Quin autem mihi labor iſte ita feliciter ceſſerit, vt in votis erat, obſtitit humana imbecillitas, cui neminem magis obnoxium me eſſe agnoſco, breue temporis ſpatium, intra quod ſuſceptum hoc abſolutumque fuit conſilium, maxime vero ratio ipſa, qua id ſui exſequutus. Conſtitueram primum ſpecimen aliquod editionis Ariſtoph. emittere, periculumque facere in tribus vel quatuor fabulis, ad eumdem modum, quo Tragicorum aliquot dramata iam antea fuerant a me edita, quumque ea de re agerem cum — Gothofr. Bauer — is precibus a me impetrauit, vt, quod e re ſua magis futurum eſſe ſperabat, ei adnuerem Ariſtophanemque totum mea politum cura ederem. Poſtquam fabulam vnam alteramque ad Ms. contuli, cuius meliores lectiones margini adlinebam exemplaris editionis nouiſſimae Lugduno-Batauae in charta maiori impreſſi, perſpexi marginis illius, licet ampli, ſpatium mihi defore, ſi omnia in eo notanda eſſent, quae mutata vellem, tum quod ad lectionem, tum quod ad perſonas, et ad verſuum pro variis metrorum generibus diſtinctionem, laboremque typothetae, ſi ei exemplar illud exprimendum darem, infinitum quantum auctum iri mihique multum moleſtiae in corrigendis formarum ſpeciminibus inde exhibitum iri. Conſilium itaque cepi fabulas omnes deſcribendi, prout eas typis mandatas volebam. Exhauſto hoc primo labore quum exemplum illud relegerem et ad alios conferrem codices, quos prius non adhibueram, multa in eo eſſe deprehendi nondum ſatis accurata et emendata, quibus ad meliorem vt opinor formam reuocatis correctisque, tot lituris obſcuratum exemplum eſſe vidi, vt metuerem, ne ſe haud

facilius inde, quam ex impreſſo exemplari extricare poſſet typotheta; vnde intellexi, deſcribendi taedium iterum mihi ſubeundum eſſe, nouumque confeci exemplum, e quo editio haec typis deſcripta fuit. Iam vero neminem eſſe opinor, qui reapſe expertus neſciat, quam facile contingat, vt deſcribenti obrepat aliquid oſcitantiae, ita vt quae ſint ob oculos, videat diſtincte, aliud autem ſcribat, qua ex allucinatione tot ortae ſunt variae in codd. lectiones. — Sunt in hac edit. lectiones aliquot falſae, quaedam etiam ineptiſſimae, quae iſtiusmodi παρεράματι ortum debent, neutiquam vero emendandi prurigini. — In Nubb. 516. ſcripſeram in priore apographo μεγάλαι θεαὶ ἀνδράσιν ἀργοῖς, quod et loquentis perſonae ſenſus flagitat, et eſt in libris omnibus. Quum fabulam iterum deſcriberem, aliud quid agenti mihi, aut id ipſum nimis ſomniculoſe, caſu in calamum venit ἀνδράσιν ἀγνοῖς, quo etiamſi nihil excogitari poſſit ineptius, mendam tamen non ante animadverti quam notas ad illam fabulam ſcriberem.

Ariſtophanis textum, quem valde depraüatum eſſe ſciebant iamdudum dolebantque viri eruditi omnes, ſi quis e ſolis vett. edd. emendare aggreſſus fuiſſet, etiamſi in eis bonae aliquot lectiones reperiantur, nouiſſimis editoribus incognitae, is vtique operam luſiſſet. Ad codices confugiendum erat, quorum copiam mihi factam fuiſſe literatis quibusdam amicis meis acceptum fero. [De iis ſupra dictum eſt.] Vltimi, quem poſt impreſſum textum et notas adhibui — ad *Ranas, Plutum* et *Nubes* index eſt in Catal. bibl. Reg. MMDCCCXX. Editiones autem ſunt tres modo, quae habeant aliquid momenti atque auctoritatis, quippe quae ſolae e ſcriptis vett. libris expreſſae fuerint — [Aldinam, Florentinam Phil. Iuntae, et Florentinam heredum Phil. Iuntae cura Ant. Fracini, deſcribit Br.] Quae ſubſecutae ſunt editiones e prioribus illis expreſſae fuerunt, a quibus ſi quando in diuerſa abeunt, varietates nullius codicis fide nixae, vel correctorum coniecturis vel typothetarum incuriae debentur. [Quartam Baſileenſem Cratandri 1532., quintam Barthol. Zanetti, Ven. 1538. ſextam ex illa expreſſam Io. Farrei Ven. 1542., ſeptimam Chriſti. Wecheli Par. 1540 — 47., octauam Gelenii, Bas. 1547. f. quibus vſus fuerit, nominat Br.] Hae ſunt editiones, quas veteres appello, quibus antiquo more nec verſio latina, nec editorum notae additae ſunt. E recentioribus quatuor ſunt tantum, quas habeam, quibusque

vſus fuerim: Batauae minores duae, [1624. et 1670.] — *Lud. Kuſteri* editio prodiit Amſt. 1710. forma maxima, parum habili, et quae Comoediis minime conuenit. Non erat cur ille gloriaretur, de nitore et cultu, quem Comico ſua opera acceſſiſſe opinabatur: mendis enim eum reliquit aſſertiſſimum. Eſt tamen in eius notis bonae frugis haud parum, quo ſi vti ſciuiſſet Steph. Berglerus, textum Ariſtoph. multo dediſſet emendatiorem. De illius meritis quid ſentiam, ſatis in notis declaraui *h)*. *Fragmenta* deperditarum fabularum a *Gul. Coddaeo* poſt *Gul. Canterum* collecta Kuſterus neglexit. Prout exſtant in duabus minoribus Batauis *i)*, repetita ſunt in nouiſſima ſine vlla vel copiae vel emendationis vel nitoris acceſſione. Foedum in modum excuſa fuere. Ea ego recognoui, auxi, concinneque et eleganter excudi curaui.

Ordo Comoediarum in hac edit. nec melior eſt nec peior eo, quo in aliis diſpoſitae ſunt. Quas primum edere deſtinaueram, quum de ſpecimine tantum cogitabam, quia ante alias a me deſcriptae fuerunt et typis paratae erant, eas primum excudendas dedi, poſtea nihil aliud quaeſiui, quam vt, quantum fieri poſſet, aequaretur voluminum moles. Quia vero fabulae illae pleraeque politici ſunt argumenti, nullaque earum eſt, in qua non occurrant multa ad hiſtoriam Atticam ſpectantia, maiore cum voluptatis vtilitatisque fructu legentur, ſi temporis, quo ſingulae in ſcenam productae fuerunt, obſeruetur ratio, quam ſequens exhibet tabula:

Chronologia fabularum Ariſtophanis.

Olymp. LXXXVIII.

Anno 1. archonte Diotimo . . . . . ΔΑΙΤΑΛΕΙΣ.
— 2. — — Eucle . . . . . ΒΑΒΤΑΩΝΙΟΙ.
— 3. — — Euthydemo . . . ΑΧΑΡΝΗΣ.
— 4. — — Stratocle . . . . ΙΠΠΗΣ.

---

h) Berglerum excuſauit etiam cenſor in Bibl. Crit. Amſt. II, IV, 34.

i) Tantum, vt videtur, in ed. 1670.

Olymp. LXXXIX.

Anno 1. archonte Iſarcho . . . . . ΝΕΦΕΛΑΙ Α.

— 2. — — Aminia . . . . ΣΦΗΚΕΣ.

Eodem anno Nubes emendatas docuit aut docere in animo habuit: nam in ſcenam eas productas fuiſſe incerta opinio eſt.

Olymp. XC.

Anno 1. archonte Aſtyphilo . . . . ΕΙΡΗΝΗ.

Olymp. XCI.

Anno 2. archonte Chabria . . . . . ΟΡΝΙΘΕΣ.
ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ.

Olymp. XCII.

Anno 1. archonte Callia . . . ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.
ΑΤΣΙΣΤΡΑΤΗ.

Anno 4. archonte Diocle . . ΠΛΟΥΤΟΣ Α.

Olymp. XCIII.

Anno 3. archonte Callia . . . . . ΒΑΤΡΑΧΟΙ.

Olymp. XCVII.

Anno 1. vel 2. . . . . ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Anno 4. archonte Antipatro . . . . ΠΛΟΥΤΟΣ Β.

Poſt Olymp. XCVII.

ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝ.
ΚΩΚΑΛΟΣ.

Ceterarum, quarum titulos nouimus et fragmenta pauca habemus, didaſcaliae incertae ſunt *k)*.

Equidem miror, viris doctis, qui Ariſtophani latine vertendo operam inſumſerunt, in mentem non veniſſe, quod olim M. Te-

---

k) De chronologia fabularum Ariſt. copioſius diſputarunt Sam. Petitus Miſcell. Lib. I. p. 3. ſſ. Palmerius Exercitt. p. 717. ſſ. Cfrr. qui in Fabric. B. Gr. II, 362. ſſ. laudantur.

rentium Varronem a Socratica philosophia latinis literis illustranda auertebat. Quam enim ille causam afferebat, multo probabilior ea est in comicis salibus et iocis, quam in sophistarum interrogationibus et conclusionibus: *Si qui veteris comoediae studio teneantur, si sint graecis doctrinis eruditi, graeca potius quam nostra lecturos; sin a Graecorum artibus et disciplinis abhorreant, ne haec quidem curaturos, quae sine eruditione graeca intellegi non possunt.* Hoc de nullius graeci poëtae verius quam de Aristophanis versione dici posse arbitror, cuius nemo vnquam iocos, facetias, leporem assequetur, nisi qui graece eum legerit. — Sed — librarius, quod comperisset graecos libros aegre et vix quidem vendi, qui latina versione destituti essent, enixe me rogauit, vt versionem nouissimae editionis Lugduno - Batauae huic meae subiungi finerem. Si opus male curatum emittere voluissem, huic petitioni sine vlla mea molestia indulgere poteram. Verum versionem hic comparere nolui, nisi graecis a me emendatis accommodatam; quod aliter fieri non poterat, quam si exemplum illius manu mea descriptum typothetae excudendum darem. Id itaque confeci eademque opera versionem castigaui, et quantum per temporis angustias licuit, expoliui: quumque numeris non sit ligata, eam pro solutae orationis modo excudi volui, plene et perspicue notatis personis amotisque metra indicantibus titulis, qui in aliis edd. dialogum, parabases et cantica inepte foedeque intersecant, quorumque in latinis saltem nullus esse potest vsus. Commodior sic reddita haec versio, aliquanteque melior, modo in ea corrigantur, quae minus accurate reddita in notis mutanda esse monui, iis, qui graecas literas non adtigerunt, erit vtcumque vsui, si intelligere velint, quodnam fuerit ingenium veteris comoediae. Postquam latina versio typis mandata fuit, notas scripsi, quas profecto vellem aliquanto politius limasse: sed tempus defuit. Harum minima pars integris in foliis a me conscripta fuit. — Quum notas extremas scriberem, vtilitatem perspexi *Indicis Verborum*, quem Kusterus editioni suae addidit, quae multo vberior futura fuisset, nisi opus, alioquin iam perfunctorie factum, noxiae typographorum manus mirifice corrupissent. Proinde intellexi bene me de studio graecae linguae meriturum, si indicem illum reconcinnarem accommodaremque huic meae editioni. — Quum diversas cuiusque vocabuli sedes in editione mea quaererem, Aristophanem totum excussi, nec in eo versus est vnus, quem non ter

aut quater relegerim: vnde factum eſt, vt typographicae mendae, quas primum non animaduerteram, mihi demum in oculos incurrerint, quodque praecipuum eſt, vt quaedam a me ipſo perperam adminiſtrata deprehenderim. — Decreui itaque *Supplementum* emendationum in omnes eius reliquias ſcribere, quo coronis impoſita huic operae."

Brunckii editionem excepit haec a *Phil. Inuernizio* curata (1794.), de qua vide iudicia VV. DD. in Ephemm. litt. Göttingg. 1794. P. III. p. 1732 — 35. in Ephh. litt. vniu. (Allgem. Lit. Zeit.) 1797, Part. I. p. 161 — 74.

Nouam promiſit Ariſtophanis editionem cum Scholiis et commentariis nuperrime *C. G. Schützius*, V. Ill.

Ad eos autem, qui vel emendarunt vel illuſtrarunt loca quaedam poëtae aut integris libris criticis eorumue partibus, aut obiter et opportunitate data, laudatos ab Harleſio ad Fabric. B. Gr. II. p. 382. et in Introd. in Hiſt. L. Gr. I. p. 340. ſ. Suppl. I. 167. ſ. II. 309. atque a Frid. Blankenburgio Literar. Zuſätze zu Sulzers allg. Theorie der ſchönen Künſte T. I. p. 134. ſ. (quibus *Wakefieldius* addi poteſt in Silua Crit. et adnotatt. ad varios ſcriptt. *Steph. Weſton* in Hermeſianacte, et *Ioh. Iortinus* in Tracts philological, critical, and miſcell. T. II. p. 54. ff.) acceſſerunt nuper:

Ludouici Hotibii (Daſsleben, docti adoleſcentis, praematura morte erepti), Rigenſis, *Lectiones Ariſtophaneae*. Editionem curauit *Frider. Henr. Bothe*, Berol. 1808. 8.

Lexicon Ariſtophanicum graeco - Anglicum edidiſſe dicitur *Iacob. Sanxay*, Lond. 1754. 8.

De *latinis* verſionibus vel omnium vel plurium Ariſt. fabularum ab *Andr. Diuo*, Iuſtinopolitano, *Lamb. Hortenſio*, *Flor. Chriſtiano*, *Nicod. Friſchlino*, *Tan. Fa-*

bro, *Tib. Hemſterhuſio*, *Lud. Küſtero*, *Steph. Bergle-ro*, *Rich. Ph. Fr. Brunckio*, vel factis vel emendatis iam dictum eſt. Vernaculas ſingularum comoediarum ſuis locis indicabimus. cf. *Degen* Literatur der Ueberſſ. d. Griechen T. I. p. 147. ſſ. Nachtrag, p. 50. Excerpta ex omnibus comoediis leguntur in *Chr. Aug. Clodii* Verſu-chen aus der Liter. und Moral, Partic. II. et III. De aliis translationibus in exteras linguas recentiores vidd. iidem, quos antea laudaui, Harleſius et Blankenburgius, et de anglicis ſingulatim *Brüggemann* in A View of the Engliſh Editions, Translations and Illuſtrations of the an-cient Greek and Latin Authors p. 116. f. Inter Fran-cogallos primus verſionis omnium fabularum Ariſt. par-tim metricae partim ſolutae periculum fecit *Poinſinet de Sivry*, 1784. Sed in noua Theatri Graecorum a Bru-moeo (qui tantum eclogas harum fabularum dederat) olim ſcripti editione, integra translatio harum comoedia-rum in ſolutam orationem gallicam, ab Anonymo ad editionem Brunck. facta, inde a T. X. p. 137., T. XI. XII. et XIII. legitur, animaduerſionibus adiectis, qui-bus ornandis adhibitae etiam ſunt Tanaq. Fabri notae mſtae a Beioto communicatae. v. T. X. p. 239. f. Ex his animaduerſionibus, quae noua et vtilia videbantur, ſuis locis attulimus.

De editionibus et interpretationibus Pluti.

Huius fabulae, vel solius vel cum vna alteraue alia comoedia Arist. iunctae plures prodierunt, inde a saec. XVI. editiones atque versiones. Memoratas vidi has:

Arist. Plutus, latine, interprete Francisco Passio, Carpensi. Parmae, per Aug. Ugoletum, 1501. v. Panzer. Ann. typogr. XI. p. 497. Maittaire Ann. II. 149.

Plutus, graece, cum praefatione Petri Mosellani, Hagenoae, in academia Anshelmiana 1517. 4. vid. Menken. in Nouis Miscell. Lipss. VI. p. 556. ff. Panzer. Ann. typ. VII, 84. IX, 469. XI. p. 424.

Plutus, graece cum epist. Theodori Martini, Alostensis, ad studiosam Louan. academiae iuuentutem 1518. 4. v. Maittair. Ann. typ. II. p. 24. Panzer. Ann. typ. VII. p. 263.

Plutus et Ranae, gr. ap. Froben. (Basil.) 1524. 4.

Nubes ac Plutus, gr. cum scholiis breuissimis Phil. Melanchthonis per Ioan. Secerium, Hagen. 1528. 8. v. Maittaire II. p. 707. Panzer. VII. p. 100.

Plutus, gr. et lat., Thoma Venatorio interprete, Norib. ap. Petreium 1531. 4. v. Maittair. Ann. typ. II. p. 758. Panzer. Ann. VII. 479.

Plutus latino carmine redditus ab Andr. Chilio. Antverp. 1533. 8. v. Maittaire II. p. 789.

Plutus, Nubes, Ranae, graece, per Conr. Neobarium, Paris. 1540. 4.

Plutus, cum verſione latina et commentario *Car. Girardi*, Par. ap. Mathurin. Dupuys (vel, vt in nonnullis exemplis legitur Chriſti. Wechelium) 1549. 4.

Plutus gr. apud Gul. Morel, Par. 1550. 4.
— — apud Bene-natum. ib. 1577. 4.
— — Argentor. 1567. 4.
— — ex edit. Melanchthonis, Par. 1585. 4.

Ariſt. Plutus et Ranae, gr. Trai. ad Rhen. 1561. 4.

Plutus, Nebulae, Ranae, Equites, in vſum ſcholarum, graece, Lugd. Bat. 1596. 12.

Plutus cum verſione metrica Friſchlini, curante Henr. Rumpio, Hamb. 1613. 8. it. Helmſt. 1667. 4.

Ariſt. Comoediae duae: Plutus et Nubes, cum Scholiis graecis antiquis, quibus adiiciuntur Notae quaedam ſimul cum gemino indice, graece et latine, (cura *Io. Leng*). Londini 1695. 8. ibid. 1732. 8.

Plutus gr. et lat. curante *Io. Frid. Stübelio*, L. 1737. 8. Sequuta eſt noua huius fabulae recenſio ab *Hemſterhuſio* inſtituta cum Scholiis antiquis et eruditiſſimis animaduerſionibus ad illuſtrandum et poëtam et antiquum eius interpretem. Editionis indicem ſupra laudauimus p. LVII. Ex praefatione, praeter ea quae de codicibus et edd. ab H. adhibitis alibi adlata ſunt, haec excerpſimus:

Editionem hanc Ariſtophanei Pluti voluntas peperit inſeruiendi ſtudiis optimorum iuuenum, quibus res graecae cultiſſimique ſermonis nitor ſincerus ſunt cordi. Eam ob cauſam hinc eſt ſemota verſio latina, vt ex ipſis fontibus vim linguae puriorem haurire conſueſcant: additus etiam Scholiaſtes, ne fugeret eos illorum veterum enarratorum ſtylus, cuius cognoſcendi, quod ſane, ſi quis

ſeuera diſciplinae lege proficere cupiat, per eſt neceſſarium, in hoc rudimento facilius aditum habituri videbantur: maxime ſi vox praemonſtrantis acceſſerit. Principio animus erat breuiter hac opera defungi notandisque lectionum ex diuerſis, quae mihi ſuppeditabant, editionibus collectarum varietatibus eſſe contentum: deinde conducibilius ſum arbitratus, nonnihil obſeruationum adſpergere, quae lucem aliquam quum quibusdam loquendi formulis tum rebus ipſis inferrent. Antiqua vero Scholia videbantur inprimis hac cura indigere, quippe quae vulgo paulo negligentius tractari ſoleant eumque in modum a viris eruditiſſimis ad partes vocentur, quaſi omnia forent vnius auctoris eiusdemque pretii, et nihil plane referret, quid inde ad conciliandam dictis fidem peteretur. Equidem ad fructum literarum graecarum permagni intereſſe cenſui, vt ipſi tirones intelligerent in ſtudiorum veſtibulo, quanti ſit vetuſta a recentioribus, a genuinis ſpuria, aurea a quocunque deterioris metalli genere ſecerni. Praeterea ſaepe contingit, tales Grammaticorum interpretationes proponi, quae a receptis ſcriptorum lectionibus tam longe abeant, vt nullis machinis eo reflecti poſſint atque adduci: quod, ſi ſedulo fuerit perpenſum, ſponte homini paulo perſpicaciori cogitationem eam ſubiiciet, aliud quiddam olim exſtitiſſe, cui talis explicatio congruat. Hoc igitur aperto fonte, qui maximam partem ante fuerat obturatus, largam ingenii occupandi acuteque de veteri et abolita iam dudum lectione coniectandi materiam excitaſſe videor: nam quod in his Pluti enarratoribus ſaepenumero conatus ſum, idem multo foecundius reliquis in Scholiis ad Comicum et in omnibus plane Grammaticorum ad vett. ſcriptt. commentariis, quanticumque ſint momenti, tentari, nec ſine egregio quidem literarum emolumento poteſt.“ — Laudatis duobus codicibus, Doruilliano et Lugdunenſi, quos adhibuit, tertium librum, qui ab ipſo ſerius tamen in vſum vocatus ſit, commemorat, eximium *Suidae* codicem, qui in eadem bibliotheca Lugd. Bat. adſeruatur; vnde etiam adnotationes eius verſus finem copioſiores exſtiterunt. In fine praef. haec addidit: „Principio ſtatueram vberiores adnotationes Pluto ad finem deducto ſubiungere, quarum ea foret ratio, vt tum locutiones Atticas virtutemque comicae venuſtatis, tum res et hiſtorias ab Ariſtoph. tantum digito demonſtratas tironibus explanarent: poſtea, quum Plutus ſpectabili ſatis Notarum ſatellitio ſtipatus, iuſti voluminis modum videretur impleturus, conſilium illud prius deſerui, vel certe tan-

tisper sepoſui, dum occaſio quaedam eius exſequendi opportunior oriatur." Ipſius editionis ratio non ſatis commoda eſt; quum in eadem pagina poetae verba et Scholia legantur, et ad vtrumque, Comicum et interpretem, adnotationes, interdum ſatis longae.

Ἀριστοφάνους Πλοῦτος. Il Pluto di Ariſtofane, Commedia prima Greco-Italiana in verſi, con ſue Annotazioni. Opera del Sgr. *Gio. Batt. Terrucci*, Gentiluomo Saneſe, pubblico Profeſſ. di Leggi Civili nell' Vniv. di Siena — illuſtrata e pubblicata dall' Abate Giuſeppe Fabiani. Firenze 1751. 4.

Ἀριστ. Πλοῦτος. Il Pluto o ſia il Dio della Ricchezza Commedia di Ariſtofane. In Venezia 1751. 8. (auctore Michelangelo Carmeli, qui et Euripidem interpretatus eſt). De aliis Pluti verſionibus italicis, vid. Paitoni Bibl. degli Autori volgar. I. p. 91.

Ariſt. Plutus, gr. et lat. cum Scholiis gr. ſelectis in vſum ſtudioſae Iuuentutis. Etonae 1768. 8.

Ariſt. Comoedia Plutus cum Bergleri et Duckeri integris, Kuſteri vero atque Hemſterhuſii ſelectis notis, et Coluthi raptus Helenae. Curauit ſuasque animaduerſiones adiecit *Theoph. Chriſtoph. Harles*. Norimb. 1776. 8.

Ariſtophanis Comoediam Plutum cum ſelectis Kuſteri, Bergleri, Duckeri, Hemſterhuſii, nec non veterum interpretum aliorumque notis, in iuuentutis litterarum graecarum ſtudioſae vſum recenſuit, ſuasque animaduerſiones et explicationes frequenter adiecit *Ioan. Dieter. Albert. Münter*, Scholae Cellenſis Conrector. Cellae 1784. 8.

Monet editor in praef. fabulam hanc, quae rectius agmen fabularum Comici clauſura eſſet, ex priori et poſteriori poëtae Pluto a Grammatico quodam eſſe conſarcinatam; Cratinum quoque, Epicharmum, Nicoſtratum, fabulas edidis-

ſe eodem nomine inſcriptas; editionem hanc Pluti Ariſt. ſe iuuentuti interpretandam elegiſſe, quod prae ceteris redundet egregiis ad bonos mores confirmandos virtutemque colendam praeceptis, perpauca autem petulantia et laſciua atque bonis moribus inimica contineat; in eo ſe elaboraſſe, vt loca intellectu difficiliora explanarentur, ſenſus declararetur, verborum anomalorum analyſis multorumque vocabb. deriuatio aut compoſitio textui ſubiiceretur. Abſoluto opuſculo quum prodiiſſet Brunckii editio, eius adnotationes calci adiecit, latinamque verſionem repeti iuſſit.

Ariſtophanis Plutus et Nubes in vſum praelectionum editae a *Wolfg. Iaeger*, Norib. et Ald. 1790. 8.

Ariſtophanis Plutus graece cum commentariis *Iohannis Friderici Fiſcheri* edidit *Chriſtian. Theophilus Kuinoel.* Gieſſae 1804. et 5. II. 8. (Praemiſſus etiam ex arbitrio librarii eſt hic index: Ariſtoph. Opera quae ſuperſunt omnia, Vol. I. II. continens Plutum cum comm. Fiſcheri.) B. Fiſcherus hunc Commentarium, diligenter elaboratum, praelegerat diſcipulis primi ordinis in ſchola Thomana. Hinc fieri non potuit, quin nonnulla repeterentur, alia tironibus tantum proponerentur, ea quidem verborum et orationis copia, quae ad perſpicuitatem et vbertatem commentandi neceſſaria videretur. Nos inde, quae vtiliſſima eſſent, excerpſimus. Ipſa editio ita vitioſe eſt deſcripta, vt etiam integer verſus 457. exciderit.

Legitur etiam Plutus in Patuſae Encyclopaedia philolog. Ven. 1710. (vol. IV. nr. 4.) et in Harleſii Chreſtomathia graeca poetica, Cob. 1768. Nam in eiusdem Anthol. gr. poetica (ed. nou. 1792.) omiſſa eſt ea fabula.

Latinae Pluti ſolius plures verſiones ſaeculo XVI. prodierunt. Praeter *Paſſii* et *Chilii* verſiones ſupra iam me-

moratas, edita etiam a M. *Cabedio* eſt latina interpretatio, Par. 1547. 8. ap. Mich. Vaſcos. In german. linguam integrum Plutum transtulerunt *I. E. Goldhagen* in Anthol. gr. et rom. 1767. T. I. p. 17. ff. et Anonymus minus bene Rothenb. ad Fuld. 1779. 8. primum actum *Chr. Mylius* addito iudicio de omni fabula notisque etiam adiectis (in: Bemühungen zur Beförd. d. Kritik, Partic. VI. p. 451. ff. Anglicae verſiones memorantur *Thomae Randolphe*, Lond. 1651. 4. Anonymi (H. H. B.) ib. 1659. 4.), *Ludou. Theobald* (Lond. 1715. 12. qui quidem in verſione Pluti et Nubium Daceriam potius quam poetam ſequutus eſt) atque coniuncta opera *Henr. Fielding* et *Young*, qui quidem copioſas addiderunt adnotationes (Lond. 1742. 8.). Francogallice ante Daceriam reddiderant *Io. Ant. Bayfius*, vincta, et *Ant. Verderius*, ſoluta, oratione. Hiſpanica ſ. Caſtellana verſio memoratur auctore *Pet. Eſtala*, addita diſſ. de antiqua et noua Comoedia, Madr. 1794. 8.

Ad Pluti locum v. 34. commentationem edidiſſe fertur *Iac. Haſaeus*, Brem. 1716. 4. v. Saxii Onom. VI. p. 269.

Tobiae Eckhardi Obſeruationes philologicae ex *Ariſtophanis Pluto* dictioni noui foederis illuſtrandae inſervientes; accedit eiusdem generis diſſertatio ex Hom. Il. Z. Quedlinb. et Aſcan. 1733. 4. in vſum vocatae ſunt in his Commentariis.

Mémoire ſur le *Plutus d' Ariſtophane* et ſur les caractères aſſignés par les Grecs à la Comédie moyenne, par M. *le Beau* le cadet, Mémoires de l' Acad. d. Inſcr. T. XXX. p. 51. ff. Continetur ea Commentatio tribus ſectionibus; prima (p. 53 — 67.) mutationes ſcenicae rei quae propriae dicuntur comoediae nouae, perſequitur,

praeeunte Platonio, et Pluti potiſſimum ratione habita, ſecunda (p. 67 — 77.) comparationem inſtituit inter *Ranas* atque *Plutum*, ita vt hanc fabulam illi, omninoque antiquae comoediae fabulis, praeferat; tertia (p. 77 — 82.) ſimilitudinem, quae inter Plutum et Luciani Timonem intercedit, exponit paullo vberius, quam in animadverſſ. ad Plut. ab interpretibus factum eſt.

Obiter *Larcherus* in iisdem Scriptis Acad. Paris. (Mémoires de l' Acad. d. Inſcr. T. XLIII. p. 208.) aetatem primae fabularum Ariſt., Daetalenſium, et poſtremae, Pluti conſtituit.

Sunt etiam nonnulla ab *I. I. Herwigio* in Ariſtophanicis epiſtolis vernaculo ſermone ſcriptis (in libro: Journal für Freünde der Relig. und Literat. 1779. 8. vbi inprimis de cod. Monachienſi agitur) disputata, quibus quidem vti non licuit.

Praefationes: I. Edit. Aldinae.

Aldus Manutius Romanus Danieli Clario Parmenſi S. P. D.

Perbeati illi mihi videntur, Clari, vir doctiſſime, qui hoc tempore in ſumma bonorum librorum copia liberalibus diſciplinis operam daturi diſcunt. facile enim ac breui graecam linguam, niſi ipſi deſuerint, conſequentur, in qua multis ſaeculis nullus fere ex latinis culpa magis temporum quam ingeniorum excelluit. facillime graecis literis adiutricibus omnium laudatarum artium procreatricem philoſophiam callebunt, nec medicinam minus. Errant meo iudicio multum, qui ſe bonos philoſophos medicosque euaſuros hoc tempore exiſtimant, ſi expertes fuerint literarum graecarum. Quibus et Ariſtoteles quicquid ad dialecticen, ad philoſophiam et naturalem et transnaturalem et moralem, quicquid ad Rhetoricen et poeticen pertinet, doctiſſime ſcripſit, et Ammonius, Simplicius, Themiſtius, Alexander Aphrodiſius, Philoponus, Euſtrathius et caeteri Peripateticae ſectae eruditiſſimi viri, omnia quaecunque vel ſcientiae perueſtigatione vel differendi ratione comprehenderat Ariſtoteles, optime ac luculentiſſime commentati ſunt: quibus item Hippocrates, Galenus, Paulus et alii in medicina excellentiſſimi viri omnia, quae ad medicae artis ſpectant cognitionem copioſiſſime veriſſimeque literis commendarunt. non aliis quam graecis literis ii, qui mathematici vocantur, artem ſuam obſcuram, reconditam, multiplicem, ſubtilemque facillimam cognitu poſteris tradiderunt: quo in genere permulti, vt Architas (Archytas), Ptolemaeus, Nicomachus, Porphyrius, Euclides, perfecti homines extiterunt. Quae omnia quam deprauate et corrupte, quam mutilate et perperam, vt taceam etiam quam barbare et inepte latinis ſcripta ſint, quis vel mediocriter eruditus ignorat? ſed breui ſpero futurum, vt exploſa barbarie reiectisque ineptiis, bonis literis verisque diſciplinis, non vt nunc a pauciſſimis, ſed vno conſenſu ab omnibus incumbatur. en erit tandem vt glande neglecta inuentis veſcamur frugibus. Optime igitur tu, mi Clari *l)*, in praeſtanti iſta et opulenta vrbe Raguſio iuuentuti conſulis, qui

l) De hoc gymnaſii Raguſani Rectore non multa innotuerunt.

eam et graece et latine simul, vt praecipit Quintilianus, summo studio ac fide iam multos annos publico conductus stipendio doces. quod vt tibi facta facilius fit, mitto ad te Aristophanem, vt illum non modo legendum, sed ediscendum quoque discipulis praebeas tuis. quem etiam in tuo nomine publicare voluimus, vt coniunctionem studiorum amorisque nostri quo possem munere declararem, et praesertim cum tu, etsi de facie nos non nouimus, assiduis tamen me officiis beneficiis. Essem profecto ingratissimus, si te valde amantem non redamarem. Accipe igitur nouem Aristophanis fabulas. nam decimam Lysistratae ideo praetermisimus, quia vix dimidiata haberi a nobis potuit. Sint satis hae nouem cum optimis et antiquis (vt vides) commentariis, quibus graece discere cupientibus nihil aptius, nihil melius legi potest non meo solum iudicio, quod non magnifacio, sed etiam Theodori Gazae, viri vndecumque doctissimi, qui interrogatus quis ex graecis auctoribus assidue legendus foret graecas literas discere volentibus, respondit, solus Aristophanes, qui esset sane quam acutus, copiosus, doctus et merus atticus. hunc item Ioannes Chrysostomus tanti fecisse dicitur, vt duodetriginta comoedias Aristophanis semper haberet in manibus, adeo vt pro puluillo dormiens vteretur. hinc itaque et eloquentiam et seueritatem, quibus est mirabilis, didicisse dicitur. Ego sic assidue legendum a graecis censeo Aristophanem, vt e nostris Terentium, quem quod semper legeret, M. Tullius familiarem suum appellabat. Vale. Venetiis tertio Idus Iulias. M.IID.

Μάρκος Μουσοῦρος ὁ Κρὴς τοῖς ἐντευξομένοις εὖ πρᾶττειν.

Ἄχρι μὲν τοῦ παρόντος, ὦ φιλέλληνες, Ἅλδος ὑπῆρξεν ἡμῖν ἑλληνικῶν εὐπορεῖν βιβλίων, ἀφ' ὧν ἔστι τὴν μὲν φύσιν τῶν ὄντων κατανοεῖν, τὰς δὲ περὶ τὸ ἦθος ἀρετὰς καὶ κακίας διαιρεῖν, καὶ τίνι συλλογιζομένους μεθόδῳ τἀληθὲς μετερχεσθαι προσύκει, μανθάνειν. ἃ γὰρ τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων καὶ ἐς ἡμᾶς σωθέντα διατελεῖ, δαπάνης φεισάμενος εὐδαιμίας ἐνετύπωσεν, ἐφ' ὧτε δεξιὰς τοῖς εἰλικρινοῦς παιδείας ἐφιεμένοις τόγε ἐς αὐτὸν ἥκον γενέσθαι. Νῦν δὲ θεωρῶν καὶ σκοπῶν τοῖς φιλοσοφοῦσι μετὰ τὴν τῶν λεπτῶν καὶ μετεώρων ἀνάγνωσιν ἐνδεῖν τινα καὶ ψυχαγωγίαν, δι' ἧς τὴν διάνοιαν ἔχοιεν ἂν ἀπειρηκυῖαν ἀνεῖναι, παιδιὰν ἡμῖν οὐ πάντως ἀσπούδαστον ἐπενόησε, μηδοτιοῦν προϊεμένοις καιροῦ, τὰς Ἀριστοφάνους θυμέλας οὐ μόνον ἀγομένων διονυσίων Ἀθήνῃσιν, ἀλλ' αἰεὶ προχείρους καὶ πανταχοῦ θεᾶσθαι παρασκευάσας. οὕτως ἡ τἀνδρὸς χορηγία πολυτελής. τοῦ γεμὴν Κωμικοῦ τί ἂν τις ὑπερλαλοίη· σὶ τῷ μὲν χαριέντι τῶν λόγων καὶ τῷ ἐς τὸ τέρπειν καὶ ᾄδειν ἀσειότητι τοὺς φιλεμαθοῦντας ἐπάγεται· ἐξ ὧν δὲ τοὺς μὲν ἀρετῆς ἀντιποιουμένους εὐλογεῖ, τοὺς δὲ φαύλης τυχόντας ἀγωγῆς καὶ διὰ τοῦτο τὸν τρόπον ἀποβάντας οὐ μάλα σπουδαίους, ἔτε μὲν τῇ παρ' ὑπόνοιαν ἐλέγχει δριμύτητι, ἔτε δ' ἀπροκαλύπτως, ὡς αὐτός φησιν, Ἡρακλέους ὀργὴν ἔχων ἔπεσι μεγάλοις καὶ σκάμμασιν οὐκ ἀγοραίοις, μετὰ παῤῥησίας διαβάλλων, οὐδὲ στρατηγοῦ ἀπέχεται ἁμαρτάνοντος, τί μὲν αἱρετὸν καὶ φευκτὸν τοῖς πρεσσχηκόσιν αὐτῷ τὸν νοῦν εἰσηγεῖται. εἰ δέ τις μὴ παέργως ἕνια τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, πάσης ἡμᾶς ἐλευθεροῦ τερπτείας μὴ δεδιέναι τὰ τῷ σύῤῥακι δήμῳ φοβερὰ νευθετῶν. Καὶ μὲν δὴ τοὺς ὑποδεδυκότας αὐτὸν παμμιγεῖ ὀνεμάτων ποικιλίᾳ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν συντελοῦντων, ἐκ περιουσίας οὕτω πλουτίζει, ὥσ' εἴ τις πρὸς τοὺς πλησιάζοντας διαλεγόμενος, τὸν Ἀριστοφάνους ἐπιτηδεύειν χαρακτῆρα φιλοτιμεῖτο, ἐμφιλεχωρεύντων ἐναύλῳ τῇ μνήμῃ τῶν Ἀττικοῦ ἀποπνεόντων θύμου ῥημάτων, ἐν ᾧπατι τῆς Ἑλλάδος τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι δοκεῖν. ὡς μὲν οὖν εὐχρηστός ἐσι, τὸν ποιητὴν οὐ δεῖ συνιζᾶν τῷ λίθον πότ' ἂν σπάρτον ἄγοντι. ἐπεὶ οὐδ' ἡμῖν τοῦτο πρόκειται. μὴ γὰρ οὕτω μαινοίμην, ὡς μὴ συνειδέναι ἐμαυτῷ πολλοῦ δέοντι, ἢ ὥστε τὸν Ἀριστοφάνην ἐγκωμιάζειν, ὁπότε οὐδ' ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν τῆς ἀξίας ἐγγὺς ἐξαρκέσειεν ἐπαινέσαι. Τὰ δ' ὑπομνήματα ταυτὶ καὶ πόνου πολλοῦ καὶ χρόνου ἐδεῖτο μακροῦ, εἴ τις αὐτὰ πρὸς τὸ βέλτιον ἐγχειροίη μεθαρμόσασθαι σχῆμα. ἂν θατέρου μὲν ἐπεκράτησαμεν καίτοι κρεῖττονος ἢ φέρειν. περὶ ξενὸν δέ μοι κομιδῇ τὰ τοῦ χρόνου συνέβη. οὐ γὰρ μόνον τὰς ἐξηγήσεις συνείρειν ἠργολαβήσαμεν πεφυρμένα τέως, ὡς ἴστε που καὶ αὐτοί, ἀλλὰ καὶ τυπωθείσας ἤδη ἐπιστρέμμεθα διορθοῦν. εἰ δὲ τῶν

χαλκογράφων ἁμαρτίαι κάρηνά εἰσι λερναῖα τῆς παλιμφυεῦς ὕδρας πολυπλοκώτερα καὶ τῆς Ἰόλεω ἐπικουρίας δεήμενα. ὅσω γὰρ ἐξεκόπτομεν, τοσῷδε πλείους ἡμῖν ἀνεφύοντο, τοῦ τὸ μὲν μεταβάλλειν, τὸ δὲ προστιθέναι τὸ δ' ἀφαιρεῖσθαι τῶν στοιχείων ἀφορμαί. Ἡμῖν μὲν οὖν ὁ πᾶσι κεκύλισται ἐς ὠφέλειαν, εἰ μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς Ἑλλήνων, οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἔχοιμεν εἰπεῖν. πλὴν γὰρ ὀλίγων τῶν ἀπὸ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας ὥσπερ τι ζώπυρον σωζομένων, εἰς τοὺς λοιποὺς μάτην ἄν τις ἐπηρεάζοι περὶ τἀναγκαῖα κατατεινομένους καὶ χαλεπῶς ὂν τελοῦσι φόρον τῷ βαρβάρῳ παριζομένους. τῶν δ' Ἰταλῶν ὅσοις λίαν ἀττικῶς τῆς γλώττης ἔχειν ἐσπούδασται καὶ πάνυ ἀκριβῶς οἶδα. τοῖς γε μὴν ὑπὸ τῆς εὐτυχοῦς τῶν ἐνετῶν ἀριστοκρατουμένοις συγκλήτου, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν εὐπατριδῶν τοῖς γενναιοτέροις τὸ ἦθος εἴημεν ἂν εἰκότως κεχαρισμένοι. τῆς γὰρ ἀθηναίων πολιτείας, ἧς ἡ βασιλὶς αὕτη τῶν πόλεων ἐσιν οὗ κατ' ἰσχὺν χωρεῖ, τὰς Ἀριστοφάνους κωμῳδίας εἰδέναι εἶναι, παρὰ πάντων σχεδὸν ὡμολόγηται. Ἡμέτερον δ' ἂν εἴη τὸν ἡμῶν κάμνοντα τίθεσθαι παραπολὺ μήτ' ἐκφαυλίζοντας εἴτι που ἔλαθεν ἡμᾶς παραδραμὸν, μὴ δ' ἀργυραμοιβικῶς ἐξάπαντος ἀνιχνεύοντας, ἀλλὰ τῆς μὲν ῥαγείσης νευρᾶς κατὰ τὸν εὐδήμειον τέττιγα τὴν ἐμμελῆ κρῦσιν εὐγνωμόνως ἀναπληροῦντας, πάσης δ' ἀνωτέρω μικρολογίας τῶν ἤδη τυπωθέντων ἐμφερουμένους. οὕτω γὰρ τοὺς ἐπισάτας τῆς βιωφελοῦς ταυτησὶ μηχανῆς διεγείραντες, ἀκμαιοτέρους ἢ πρὸ τῆς ἐπιβολῆς πρὸς τὸ καὶ μείζω καὶ πλείω τούτων ὑμῖν ἀκπορίσαι καίπερ οἴκοθεν ὡρμημένους ποιήσετε. αἰνουμένας δὲ τὰς τέχνας ἐπιδιδόναι πεπαροιμίασαι. Ἀπὸ ἐνετιῶν.

Σκιπίωνος Καρτερομάχου m) τοῦ πισωριέως.

Ὅσσῳ τῶν προτέρων πλείους ποτε τἀνδρὸς ἐφεῖντο,
Τόσσῳ παυρότεροι εἶχον ἀριστοφάνην.
Νῦν δ' ὀλίγου, πάρα μὲν πᾶσιν καὶ πᾶσιν ὑπηδεῖ,
Μηδένα τῶν πάντων, πῶς γάρ; ἀναινόμενος.
Λύτρα ἐπεὶ πάντες τὸν ἐρώμενον ἔσχετ' ἐραταὶ,
Χρή γ' ἄλδῳ πολλὰς εὐθὺς ἔχειν χάριτας.
Ἄγνωτον δ' αὐτῷ καὶ πλείονας ὅστις ὀφείλει,
Ἢ ἡμεῖς ἢ καὶ αὐτὸς Ἀριστοφάνης.

---

m) Patrium ei nomen fuit *Scipione Forteguerra*. v. *Tiraboschi* Storia lett. d' Italia T. VI. P. II. p. 159. ed. Moden. inprimisque Morellius ad scripta tria Aldi p. 53. ff.

Praefatio edit. Florentinae primae (1515.) nouem fabularum *n)*.

Bernardus Iunta nobili patritio domino Franciſco Accolto electo epō anconitano S. P. D.

Vt noſtrae iamdudum (primisque vt aiunt ab incunabulis) contractae amicitiae iam aliquid concedere tibique lubens non nihil impertiri velle videar, Ariſtophanis comici poetae nouem, quas hactenus habere licuit comedias quam potui diligentius caſtigatas tuo nomine cudendas tibique emendandas his hodie dare viſum eſt, qui nouis ac ſane pulcherrimis typis noua quotidie apud nos graecorum pariter ac latinorum volumina cudunt. Putabam vir doctiſſime duas quoque notioribus his addere poſſe nondum ab aliis impreſſas, quae cito forſan abs te noſtra ope his nouem comitatae legi poterunt, ni forſan Euphroſyni bonini *o)* praeceptoris tui et aliorum tuorum pariterque noſtrorum amicorum promiſſa irrita quod credere nequeo in leues abibunt auras. Has interim vt amicorum omnia ſoles hilari fronte accipies, acceptasque ſi quid ſuperfluum, ſiquid diminutum in illis eſſe perſpicies, acrius caſtigabis, quod faxis etiam atque etiam, mi Franciſce, rogo. Siquid autem in illis erit, quod tuas plus aequo teretes laceret aures, id impreſſorum incuria eueniſſe velim credas. At ſi quid delectabile, ſi quid quod aures mulceat inuenies, id tanti auctoris nomini et ſingulari doctrina noſtroque pariter erga te amori, ac potius obſeruantiae tribues. Vale, amicorum noſtrorum non vltime, his quoque meliora iamiam a nobis accepturus ſi prima haec noſtra munuſcula, etſi tanto viro parum digna, tibi grata eſſe intellexero.

---

n) Non ita accurate ea deſcripta eſt in *Bandinii* Annal. typogr. Iunt. II. p. 92.

o) Euphr. Boninius, Politiani diſcipulus, Florentiae literas humaniores profeſſus eſt et medendi artem, pluresque graecos auctores cum ſuis adnotatt. e Iuntarum officina emiſit. v. Bandin. l. l. I. p. 67. ſ.

Duabus poſtremis fabulis a ſe eodem anno editis hanc praemiſit epiſtolam:

Bernardus Iunta, nobili patritio domino Franciſco Accolto electo Epō anconitano S. P. D.

Aldus Manutius Romanus vir ſane eruditus ſtudioſorumque amiciſſimus nouem iampridem Ariſtophanis comedias cudendas diligentiſſime curauit. easdem hic quoque nos maxima diligentia recognitas ſumoque labore caſtigatas noſtris typis meliores reddere conati ſumus. quibus abſolutis tuoque nomini dicatis polliciti ſumus data copia alias quoque nouem illis addere. Venit mi Franciſce expectata dies illa in qua ex vrbinate bibliotheca antiquiſſimum Ariſtophanis exemplar nacti ſumus ibique inter alias Λυσιστράτην καὶ Θεσμοφοριαζούσας, id eſt Lyſiſtratem et Cereri ſacrificantes feminas non alias viſas comedias inuenimus, hasque et tuo nomine cudere tibique dicare amicorum optime viſum eſt. Nec te ignorare velim vir doctiſſime, plus aliis truncatas, mutilatasque has eſſe comedias, quibus emendandis lynceis vt aiunt oculis opus fuiſſe non dubites, quamobrem ſi quid in eis fortaſſe inuenies quod tuas plus aequo purgatiſſimas laedat lacceretque aures, non nobis noſtraeque erga te amicitiae ac potius obſeruantiae, ſed exemplarium penuriae tribuas atque raritati concedas. Vale noſtri noſtrarumque lucubrationum non immemor. Florentiae. X. ianuarii MDXV.

Praefatio editionis Florentinae fecundae.

(1525.)

Benedicto Accoltae *p)* Archiepiſcopo Rauennati ac Cle. VII. Pont. Maximi a ſecretis poenitiff. Antonius Fracinus Varchienſis S.

Fuit iampridem, Pontifex permagne, maioribus noſtris haec et non ſpernenda, conſuetudo, vt quoties quis apud aliquem principem gratiam inire vellet, is illi muneri apportaret ex rebus ſuis vel quas chariſſimas et in delitiis haberet, vel quibus illum plurimum oblectari intelligeret. Hinc legimus huic dono datos precioſiſſimos lapillos, illi velociſſimos equos, huic rurſus aureas purpureasque veſtes, illi vero quia bonarum artium ſtudia ſectarentur, vetuſtiſſima tum graecorum tum latinorum ſcriptorum exemplaria. Multi praeterea ob hanc eandem, puto, cauſam, ſua ſcripta ſummis etiam regibus nuncuparunt, vt Iulius Pollux ad Commodum Caeſarem de grammatica, M. Vitruuius ad Auguſtum de architectura, Oppianus de Piſcibus ad Antonium, Diophanes ad Regem Deiotarum de agricultura, nonnulli etiam aliorum ſcripta per negligentiam ad pernitiem habentia collatis in vnum multis exemplaribus, in meliorem formam ſuo labore induſtriaque reſtituta principibus viris dedicarunt. Horum nos exemplum imitati, licet labori noſtro legentium gratia haudquaquam par futura videatur, ad recognitionem romanae graecaeque linguae ſcriptorum, curam omnium pulcherrimam, animum operamque conuertimus. quae res quanto labori nobis fuerit et adhuc futura ſit, teſtimonio ſint aliquot boni authores, quorum ſcripta, iam ſitu obruta et ad interitum ſpectantia, à nobis ſummo labore priſtinae integritati reſtituta in lucem prodierunt. Inter alia recognouimus Ariſtophanis, Comicorum omnium lepidiſſimi, nouem Comoedias vere graeci candoris eloquiique delitias, cum ſale ſuo, lepore po-

p) Cf. de eo Bandin. Annal. typ. Iunt. I. p. 69. 137. II. 205. Diuerſus fuit ab antiquiore Bened. Accolto, hiſtorico et ICto, v. Saxii Onom. II. p. 453. vti ab Franciſco Accolto Aretino ſaec. XV. (v. Sax. VII, 288.) diſcernendus eſt.

litiſſimisque facetiis delectet multum, ſententiarum vero luminibus plurimum prodeſſe poſſit, ad hoc Arſenii Cretenſis, Archiepiſcopi Monembaſiae, magna eruditione viri acerrimo iudicio vſi, dum is Florentiae adoleſcentulos illos, quos Leo, Pont. Max. ad reparandam graecae linguae iacturam ex media Graecia accerſiuerat, inſtituit. In qua quidem recognitione hoc inprimis gloriari licet, nos omnium primos in Comoedia, cui titulus eſt Εἰρήνη, ad ſexaginta verſiculos noſtra diligentia repertos reſtituiſſe. Has Comoedias nunc primum diligentiſſime excuſas, commentariis auctas atque indice copioſiſſimo exornatas, tuo illuſtri nomini, Pontifex permagne, dicare cogitantes, Petrus Gerius, eximia probitate vir, tibi et vniuerſae familiae tuae deditiſſimus, nobis vero arctiſſima affinitate coniunctus, eſt adhortatus, cum eorum more qui aliorum ſcripta, vt paulo ante dicebamus, à ſe priſtino candori reſtituta ſummis regibus dedicarunt, vt initam apud te iamdudum gratiam, dum adhuc adoleſcentulus Florentiae acri ſtudio bonis diſciplinis operam dabas, renouaremus, renouatamque confirmaremus, tum quia patrocinii quodam iure tibi tamquam muſarum altori debentur literatorum vigiliae. Omitto hoc loco iudicii tui grauitatem, ingenii magnitudinem, egregiam romanae graecaeque linguae eruditionem, fidem ſummam, humanitatem ſingularem, quibus ad promerendam hominum gratiam aſſidue vteris, adeo vt non immerito Cle. Pont. Max. acerrimus ingeniorum perſcrutator, te ex omnibus vnum elegerit, cui duarum Dioeceſum Rauennae s. ac Cremonae curam demandaret et quem, quod omnes admiramur, ad maiora namque procul dubio vocaris, poenitiss. arcanis admitteret, nam grauiori praeconio quam hoc breuiſſimo titulo virtutum tuarum laudes celebrandas putamus. Bona igitur aui ſuscipe noſtras qualescumque ſunt lucubrationes exiguum ſane munus at ex eorum genere, quae ſoleant hominum famam aeternitati conſecrare, bonasque diſciplinas, quod facis, amplexare et foue. Vale ac longum viue tuis felix clarus poſteritati victurus.

Aemilii Porti praefatio graeca.

Αἰμίλιος Πόρτος ὁ Φραγκίσκου Πόρτου τοῦ Κρητὸς τοῖς ἐντευξομένοις εὖ πράττειν.

Οἱ τῶν φιλοτίμων καὶ σκαιῶν ἀνθρώπων, ὦ φιλέλληνες, τοτὲ μὲν τοὺς ἀλλοτρίους πόνους ἀναιδῶς ὑφαρπάζειν καὶ παρανόμως σφετερίζεσθαι φιλοῦσιν, ἵνα μνήμης καὶ δόξης, εἰ δυνατὸν αἰωνίου τύχωσι· τοτὲ δὲ τοὺς ἑαυτῶν λήρους καὶ περὶ καπηλικὴν λεπτολογίας σεμνῆς ἰδίων ἐπαίνων στεφάνοις στεφανοῦν φιλοτιμοῦνται. τοιαύτην δὲ φιλοτιμίαν καὶ σκαιότητος μοῖραν ἡμεῖς μιστοῦντες τούτους οὐκ ἐγνωμεν μιμεῖσθαι· τοῖς δὲ τῶν σοφῶν καὶ δικαίων ἀνδρῶν καλοῖς παραδείγμασιν ἀκολουθεῖν καὶ τὸ εἰκεῖον δίκαιον ἑκάστῳ νέμειν προειλόμεθα, καὶ τοῖς ἡμῶν εὐεργέταις τὰς ὀφειλομένας τιμὰς ἀποδοῦναι καὶ τὰς αὐτῶν εὐεργεσίας πᾶσι φανερὰς ποιεῖν προθύμως ἠξιώσαμεν. Ἐν δὲ τοῖς ἡμῶν λόγοις πολλὴν μὲν ἀληθείας παῤῥησίαν, οὐδεμίαν δὲ θωπείας ὑποψίαν εὑρήσεις. ποῖον γὰρ καὶ πόσον ἦν τὸ τῶν σφαλμάτων πλῆθος, ὃ τὸν Ἀριστοφάνη καὶ τὰ παλαιὰ εἰς αὐτὸν σχόλια πρέτερον ἐλυμαίνετο, καὶ τῆς Ἀττικῆς ῥήσεως τὴν εὐτραπελίαν, τὴν κομψότητα, τὴν ἡδονὴν καὶ χάριν ἠφάνιζεν, οὐδεὶς τῶν μετρίως πεπαιδευμένων ἀγνοεῖ. ταῦτα δὲ τοσαύτης διαφθορᾶς κωλύματα τοὺς τοῖς Ἀριστοφάνους δράμασιν ἐντυχεῖν ἐπιθυμοῦντας ἐτάραττε, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων τὸ σκοτεινὸν καὶ δύσγνωστον τοὺς φιλέλληνας ἀπὸ τῶν Ἀριστοφανείων ποιημάτων ἀπέτρεπεν. ἡμῖν δὲ πλεῖστον ἤδη χρόνον ἀμηχανοῦσι, καὶ ποῖ τραπείημεν ἀπορουσι, τέλος παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν λαμπρὸν ἔλαμψε φέγγος, ὅπερ εὐγενέστατος καὶ ταῖς Μούσαις φίλτατος ἀνὴρ, ΟΔΟΑΡΔΟΣ ΒΙΖΕΤΟΣ ἐνεγκὼν τὴν τοῦ σκότου πυκνότητα διεσκέδασε. τίς οὖν ταύτης τῆς ποθεινῆς αἰθρίας ἀνδρὶ τηλικούτῳ χαρισήρια ἀποθήσει; τίς οὕτω κακοήθης, τίς οὕτω ἀθόνευρος, ὥστε τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τοῦ πάντας τῆς ἑλληνικῆς γλώσσης ἐραστὰς εὖ ποιήσαντος εὐεργετήματα σιωπᾷν ἐθέλειν; Οὗτος τῇ συνέσεως εὐτοχίᾳ καὶ παιδείας ἐπιμελείᾳ τὸν Ἀριστοφάνην εἰς τὴν ἀρχαίαν πλούτου καὶ κόσμου κτῆσιν ἀνήγαγε. πρὸς δὲ τούτοις καὶ μεγίστῳ παντοίων καινῶν τε δωρημάτων πλήθει πλουτίσας ἐκόσμησεν, ἅπερ αὐτοῦ τὴν εὐγένειαν, τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ πολύτροπον ἐπιστήμην ἀρκούντως ὑμνοῦσιν. ἡ γὰρ αὐτοῦ σωφροσύνη καὶ περιβόητος ἐπιείκεια τὴν ἀγαθὴν ἡμετέρας προαιρέσεως σπουδὴν περὶ τὰς ἀληθινὰς κατορθωμάτων μακροτέρας ἀνακρύξεις ἐπέχει. Βέλτιον δὲ τοῖς ἔργοις ἢ ταῖς καιναῖς ἀκαίρων ἐγκωμίων τῶν ἡμῖν εἰρημένων πεῖραν αὐτίκα λαμβάνειν. Εἰ δέ τις καὶ τὴν ἐμοῦ μικρὰν συνεισφορὰν ἀποδεκτέαν οἴεται, τοῦτο χαράν μοι καὶ τέρψιν μεγάλην εἴσει, καὶ πρὸς μειζόνων ἐπιχείρησιν τάχα πρ-

τρέψει. περὶ δὲ κωμῳδίας καὶ τῶν αὐτῆς μερῶν ὅτι πολλοὶ πολλὰ παρέδωκαν, ἃ καὶ νῦν ἔχομεν ἐκτυπωθέντα, διὰ πλειόνων ἐν τῷ παρόντι μηδὲν λεκτέον. Ἐκεῖνο μέντοι τῶν κριτικῶν τις ἴσως ἂν εἴποι τοὺς τὰς Ἑλληνικὰς κωμῳδίας κατὰ τὴν τῶν Λατίνων παράδοσιν διαιρεῖν ἐπιχειρήσαντας, καινὴς καὶ παραδόξου διδαχῆς εἰσηγητὰς φανῆναι. καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐν δράματος ἑκάστου διαιρέσει καὶ μίρεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῶν ὀνομάτων δηλώσει παρὰ πάντων τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων γνώμην ἀναμφισβητήτως καινοτομῆσαι δοκοῦσιν. ἀλλὰ τούτων κρίσιν τοῖς ἐμπειροτέροις ἐάσω. περὶ δὲ λέξεων καὶ φωνῶν τινων, ἃς ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους παλαιοῖς σχολίοις πολλάκις ἡμῖν ἀπαντώσας καὶ τὸν τῆς ἀναγνώσεως δρόμον διὰ τὴν ἄγαν αὐτῶν ἀσάφειαν σφόδρα κωλυούσας εὑρίσκομεν, ὡς σαφέστατα καὶ βραχύτατα συνήσομαι, λέγειν πειράσομαι. τοῦ δὲ τολμήματος τὸ βάρος καὶ τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος αἰσθάνομαι. καὶ γὰρ ἐς τοσοῦτον ἀλαζονείας, μᾶλλον δὲ φρενοβλαβείας οὐ προῆλθον, ὡς ὑπ' ἐμοῦ τῶν εὖπω δεδηλωμένων (ὑπ' οὐδενὸς γὰρ οὔτε τῶν πάλαι οὔτε τῶν νῦν ἀνθρώπων οὐδεμίαν περὶ τούτων μνήμην οἶδα πεποιημένην) ἀκριβεστάτην ἑρμηνείαν εὑρεθήσεσθαι νομίζειν. ἀλλὰ τῇ συνεχεῖ φίλων δεήσει καὶ τῶν κρεισσόνων παρακλήσει συγχωρεῖν ἠναγκάσθην. εἰ τοίνυν τολμηρόν τι καὶ παρακεκινδυνευμένον ἢ τῆς δόξης ὑποδεέστερον εἰπεῖν δόξω, τούτου ξυγγνώμην αἰτοῦμαι. τὰς δὲ τῶν ἄλλων ἐξηγήσεις εἴπερ βεβαιοτέρας ἢ πιθανωτέρας εἶναι καταμάθω, μετὰ φιλομαθοῦς προσοχῆς ἄσμενος ἀκούσω καὶ τοὺς ἄρισα φρονοῦντας ἐπαινεῖν οὐκ ἀκνήσω. Καιρὸς οὖν ἀκριβῶς ζητεῖν τὰς τῆς εἰσθέσεως, τῆς ἐπεισθέσεως, τῆς ἐκθέσεως, τῆς ἐπεκθέσεως, τῆς παρεκθέσεως καὶ τῆς ἀποθέσεως σημασίας, ἵνα τούτων ἀληθειαν καὶ χρῆσιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων εὑρεῖν καὶ νοεῖν δυνηθῶμεν. ταῦτα γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὀλίγων οὐδὲ μικρῶν ἀπορημάτων καὶ δυσχερειῶν ἀπαλλαχθέντας εὐφρανοῦσι. περὶ δὲ τῶν προβλημάτων ἓν ἑκάστου σαφέστερον ζητοῦμεν, ἐκ τῆς ἐπιτηρήσεως τῶν παλαιῶν Ἀριστοφάνους σχολίων ὑπ' ἐμοῦ σπουδαίως ἀναγνωσθέντων τὰ πιθανῶς ἔχειν φαινόμενα δηλώσω. Τὸ τῆς εἰσθέσεως ὄνομα τοῖς δράμασιν ἐφαρμοσθὲν, καὶ πρώτην εἴσοδον εἴτε ἀρχὴν σημαῖνον εὑρίσκω. ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς πεζοῖς τῶν λόγων ἐστὶν ὅτε πλείω προοίμια ἐν διαφόροις τοῦ αὐτοῦ λόγου χωρίοις διὰ τὰς καινὰς καινῶν πραγμάτων ἐξηγήσεις τίθεται, οὕτω καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι πλείους εἰσθέσεις ἐν διαφόροις αὐτοῦ μέρεσι κατ' ἀρχὰς ὡς καινὰ καινῶν μελῶν προοίμια ἐν τοῖς σχολίοις τεθείσας εὑρήσεις ἀλλαχοῦ δὲ τῷ τῆς εἰσθέσεως ὀνόματι δηλοῦται καινόν τι καινῶν ἐπῶν καὶ ῥίχνω σύστημα καὶ συνάθροισμα μετὰ τὸ πρῶτον ἐν τῷ αὐτῷ δράματι κείμενον, ὃ τῶν προηγουμένων ἢ συγκατάθεσιν καὶ βεβαίωσιν, ἢ εἰρμὸν καὶ συνέχειαν, ἢ ἐπεξήγησιν, ἢ καινοῦ τινος πράγματος καινὴν ἀπόφασιν ἐπιδείκνυσι. μετὰ δὲ τὴν εἴσθεσιν πολλακις ἡ ἐπείσθεσις ἐπιφέρεται, ἢ δεύτερόν τι λόγου μέρος τῇ τάξει μένον (ὡς ἐκ

τῆς ἐπὶ προθέσεως, ἐξ ἧς ἡ λέξις σύγκειται) τῆς εἰσθέσεως διαφέρον σημαίνειν δοκεῖ· μετὰ δὲ τὴν ἐπείσθεσιν ἡ ἔκθεσις, μετὰ τὴν ἔκθεσιν ἡ ἐπέκθεσις, μετὰ τὴν ἐπέκθεσιν ἡ παρέκθεσις, μετὰ δὲ τὴν παρέκθεσιν ἡ ἀπόθεσις τὸ πάντων τέλος δηλοῦσα. τούτων δὲ πάντων οὐδεμίαν ἐξήγησιν, οὐδεμίαν χρήσεως μέθοδον, ἀλλὰ πλείσην σύγχυσιν καὶ κατάχρησιν ἐν πλείστοις τῶν παλαιῶν σχολίων χωρίοις τὰ γραφόμενα σκοπῶν ἴδοις καὶ γὰρ ἄλλοτε μὲν ἡ ἔκθεσις τῇ εἰσθέσει ταυτὸν δύνασθαι φαίνεται. ἄλλοτε δὲ ἡ ἔκθεσις τῇ εἰσθέσει ὡς τὸ τέλος τῇ ἀρχῇ ἀντίκειται. καὶ εἰ τὰ τῶν ἀντιγράφων καλῶς ἔχει, ἡ ἔκθεσις ἀντὶ τῆς εἰσθέσεως λαμβάνεται, οἷον ἡ τῆς διπλῆς ἔκθεσις. ὃ γὰρ τῆς διπλῆς ἔκθεσις καλεῖται, τοῦτο καὶ τῆς διπλῆς εἴσθεσις πολλάκις συνωνύμως ἔοικε κληθῆναι. εἰ μή τις ἴσως ἔκθεσιν ἐνταῦθα ταυτὸν τῇ πραγμάτων τινῶν ἐξηγήσει δηλοῦν εἴποι, πρὸς ὃν φιλονεικῶς οὐ διαμαχήσομαι. ἀντὶ δὲ τοῦ τέλους ἀναμφιλέκτως καὶ διαῤῥήδην λαμβάνεται, ὅπου τὸ τοῦ δράματος τέλος, δράματος ἔκθεσις καλεῖται, ἡ ἔκθεσις τοῦ δράματος, τοῦ δράματος ἐπίλογος καλεῖται, ταυτέστι τὸ τελευταῖον μέρος, ᾧ τὸ δρᾶμα τελειοῦται. ἐπίλογος μέντοι καὶ ἔκθεσις καὶ ἀπόθεσις οὐ μόνον ἐν τῷ τελευταίῳ τοῦ δράματος μέρει, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς προηγουμένοις ὡς αὐτῶν συμπέρασμα καὶ τέλος πολλάκις εὑρίσκεται. ὅταν δὲ ἡ ἔκθεσις ἀντὶ τῆς εἰσθέσεως καὶ ἀρχῆς τινος λαμβάνεται, τότε αὐτῇ ὡς ἀρχῇ καὶ στρατιώτῃ πρώτην ἔχοντι τάξιν ἡ ἐπέκθεσις οἱονεὶ δευτέρας τάξεως στρατιώτης συλλήπτωρ ἐπιφέρεται ταυτὸν τῷ προηγουμένῳ ποιήσων. καὶ γὰρ ἀμφότερα διάφορον μὲν ὄνομα καὶ τάξεως ἀξίωμα, δύναμιν δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει, ὡς ἐκ τῆς εἰσθέσεως καὶ τῆς ἐπεισθέσεως τεκμαίρεσθαι δυνάμεθα. ἐὰν δὲ ἡ τῶν πραγμάτων πραγματεία ἑρμηνείας σαφεστέρας χάριν ἔπῃ καὶ στίχους πλείους ἀπαιτῇ, ὥστε μακροτέρας ῥήσεως τῷ ποιητῇ δεῖν, ἕπεται ἡ παρέκθεσις, οἱονεὶ τῶν λεγομένων παρέκτασις, ἢ τοὺς λόγους παρεκτείνει καὶ μηκύνει. ὅταν δὲ ἡ γνώμη καὶ τὸ πᾶν τὴν ἑαυτοῦ τελείωσιν ἔχει, τότε δὴ ἡ ἀπόθεσις, ὡς κατάληξις καὶ πάντων συμπέρασμα τίθεται σημείωσαι δὲ τὴν ἔκθεσιν καὶ τὴν διασκευὴν ἐκ παραλλήλου ἐνίοτε λαμβάνεσθαι, ὅπου τὰ λεγόμενα οὕτως ἔχει, διασκευὴ δὲ καὶ ἔκθεσις τοῦ δράματος τοιάδε. ὥσπερ δὲ λέγεται ἔκθεσις, ἐπέκθεσις, παρέκθεσις, οὕτω καὶ λεκτέον δοκεῖ εἴσθεσις, ἐπείσθεσις, παρείσθεσις. ἀλλὰ τὸ τῆς παρεισθέσεως ὄνομα (ὅσον μέμνημαι) οὐκ ἐν χρήσει. πολλάκις δὲ ταῦτα τὰ ὀνόματα ἐν παλαιοῖς σχολίοις συντετάρακται, καὶ ἄλλα ἀντ' ἄλλων κακῶς γράφεται εἰ δὲ ἡ τούτων σύγχυσις καὶ τὸ ἄδηλον τοὺς ἐμπειροτάτους ταράσσει, τοὺς ἀπειροτέρους πολὺ μᾶλλον ταράξει καὶ πρὸς πλείσην ἀμηχανίαν ἀπάξει. τούτων οὕτως ἐχόντων ἰσέον τέσσαρα εἶναι δράματος ἑκάστου κύρια μέρη, εἴτε οὐσιώδη, εἴτε καὶ οὐκ οὐσιώδη. καὶ γὰρ πρὸς τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἡ ταύτης τῆς ἀμφισβητήσεως ἀναζήτησις οὐδὲν ποιεῖ. τὸ δὲ πρῶτον πρόλογος καλεῖται,

τὸ μέχρι τῆς εἰσόδου τοῦ χοροῦ. τὸ δεύτερον, χορικὸν, τὸ τοῦ χοροῦ διδόμενον μέλος. τὸ τρίτον ἐπεισόδιον, τὸ μεταξὺ δύο χορικῶν μελῶν. τὸ τέταρτον, ἔξοδος, τὸ τοῦ χοροῦ ἐπὶ τῷ τέλει λεγόμενον. ἀλλ' ὅμως οὔτε ἡ εἴσθεσις, οὔτε ἡ ἐπείσθεσις, οὔτε τὰ λοιπὰ ἐν τοῖς τοῦ δράματος μέρεσιν ἐξετασέα, μᾶλλον δὲ τάξιν τινὰ καὶ ποιότητα μέρους ἑκάστου σημαίνει. οὐκ ἀεὶ δὲ ταῦτα πάντα ἐν τῷ αὐτῷ δράματι τίθεται. ὥσπερ γὰρ ἔν τισι τῶν Πινδάρου εἰδῶν τροφὰς ἄνευ ἀντιστροφῶν, καὶ τροφὰς καὶ ἀντιστροφὰς ἄνευ ἐπῳδῶν εὑρήσομεν, οὕτω καὶ πολλάκις ἂν εὕροις μόνον ἐν δράμασιν εἴσθεσιν, ἔκθεσιν, παρέκθεσιν καὶ ἀπόθεσιν. καὶ τότε κατὰ τὴν τῶν νεωτέρων διαίρεσιν ἡ εἴσθεσις τῷ προλόγῳ, ἡ ἔκθεσις τῇ προτάσει, ἡ παρέκθεσις τῇ ἐπιτάσει, ἡ ἀπόθεσις τῇ καταστροφῇ κατ' ἀναλογίαν τινὰ ἰσοδυναμεῖν δοκεῖ. ὅπερ οὐ παντελῶς ἀτίθανον ἰσέον δὲ, καὶ ταύτας τὰς λέξεις οὐ μόνον γενικῶς ἑκάστας ἑκάστοις τοῦ δράματος προειρημένοις μέρεσι χωρὶς περιαφθείστας ἁρμόζειν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων μερῶν, καθάπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς σχολίοις πολλάκις δρῶμεν, ἐξῆς τεθείσας εὑρίσκεσθαι. καὶ τοῦτο εὔλογον. ἕκαστα γὰρ τοῦ δράματος μέρη χωρισθέντα τὴν ἰδίαν εἴσθεσιν καὶ πρώτην εἴσοδον, ὡς τοῦ λόγου ἀρχὴν ἔχει, τὴν ἔκθεσιν ὡς προχώρησιν καὶ τῶν γραφομένων ἐναργεστέραν ἐξήγησιν, τὴν παρέκθεσιν ὡς τοῦ λόγου παρέκτασιν καὶ μείζονος σαφηνείας ἕνεκα μακροτέραν ἐῆτιν, τὴν ἀπόθεσιν δὲ ὡς τῶν λεγομένων τέλος, εἴτε τῆς ὁλοκλήρου γνώμης ἀποτέλεσμα καὶ πλήρωμα. Ὅταν δὲ ἡ ἐπείσθεσις τῇ εἰσθέσει καὶ ἡ ἐπέκθεσις τῇ ἐκθέσει προστίθεται, καὶ ταῦτα τοῦ λόγου παρέκτασιν σημαίνειν φαίνεται. ἐν τούτοις δὲ οὔτε ταυτὸν τῶν ἐπῶν καὶ μέτρων γένος οὔτε τῶν σίχων ὁ αὐτὸς καὶ ὡρισμένος τις ἀριθμὸς ἀεὶ τηρεῖται, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ προαίρεσιν τὰ ὕπη, τὰ μέτρα, τὸν ἀριθμὸν, τὴν ποιότητα καὶ τὰ σχήματα ἐν διαφόροις τοῦ αὐτοῦ δράματος χωρίοις διαφόρως κείμενα καταλάβοις. ἴσως δὲ καὶ τὰ πασῶν τῶνδε τῶν λέξεων ὀνόματα μηδὲν ἄλλο ἢ τάξιν καὶ συνέχειάν τινα τῶν ἐν ἑκάστοις δράμασι γραφομένων βούλεται σημαίνειν, εἴτε τὸ σύνολον αὐτῶν σῶμα, εἴτε ἕκαστα αὐτῶν μέρη σκοποίης. καὶ τοῦτο μὲν τῶν προειρημένων πολὺ βραχύτερον, ἁπλούστερον καὶ σαφέστερον φαίνεται, πᾶσαν δὲ διαγμοῦ καὶ ἀντιφάσεως ἀφορμὴν οὕπω καθεῖλεν· ἀλλ' ἐν τοσαύτῃ πάντων τῶν λεξικογράφων σιωπῇ τίς καὶ ἡμᾶς σιωπᾶν θαυμάσειεν; ἃ μέντοι ἐκ τῆς ἀκριβοῦς παλαιῶν σχολίων ἀναγνώσεως καὶ ἐπιτηρήσεως ἔχω, ταῦτα πᾶσι προτίθημι, καὶ τούτων ἐξετασμὸν καὶ κρίσιν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ φιλανθρώποις κριταῖς ἐκούσιος ἐπιτρέπω. τοῦ δὲ τῶν ἐμοὶ λεχθέντων βελτίω διδάσκοντος μαθητὴς εὐγνώμων ὑπάρχειν οὐκ αἰσχυνοῦμαι. τῶν γὰρ καλῶν εἰμι φιλομαθέστατος.

Ex Aemilii Porti epiſtola dedicatoria ad Odoardum Biſetum D. de Charlay.

— Quamuis linguae graecae plurimos optimosque ſcriptores eſſe conſtet, quos magna cum laude poſſumus imitari, ſi quis tamen Ariſtophanem, vt eximium Attici leporis exemplar, caeteris anteponat, a veritatis ſcopo fortaſſe non aberrarit. Facundiam enim et in dicendo ſuauitatem incredibilem habet. Haec in multorum animis ingens huius auctoris ſtudium excitarunt. Haec Ariſtophani multos amatores conciliarunt. Haec Iohannem illum Antiochenum, ſummorum theologorum lumen, qui propter aureum eloquentiae flumen Chryſoſtomi cognomen obtinuit, ad huius poëtae quotidianam lectionem impulerunt, ex qua maximam tum facundiae tum vehementiae ſuae partem in corripiendis vitiis hauſiſſe fertur. Vt Alexander Homeri poëma, ſic etiam praeſtantiſſimus iſte Theologus Ariſtophanem puluillo ſubdere ſolebat, quemadmodum a viris fide dignis memoriae proditum. Quare nihil praeter pietatem ab illis factum videtur, qui nunc, vt iuuentutem graecarum literarum ſtudioſam iuuarent, eique ad Atticae eloquentiae intelligentiam ac notitiam aditum faciliorem pateſacerent, ampliſſimam grauiſſimorum errorum in hoc auctore per vetuſtatis inuidiam et hominum incuriam natorum ſegetem pro viribus purgare, et obſcuriſſimos quosque locos dilucidius explicare ſunt conati. Huius tamen poëtae ſcripta, vt ſuauiſſimas roſas ſpinis acutiſſimis circumſeptas, prudenter legere debemus. — Quod ſi quis Ariſtophanem ob multa cum dicta tum facta vere flagitioſa, quae priſcum illud dicendi genus comicum redolent, de medio tollendum cenſeat, idem et caeteros omnes tam Graecos quam Latinos ſcriptores eadem de cauſa perdendos eſſe cenſet. — Multa in Ariſtophane valde damnanda fateor, multa tamen in eodem magnam laudem merentur: omnem dictorum, omnem factorum impuritatem ac impietatem damno: ſed Atticae linguae puritas, elegantia, copia, ſuauitas, in variarum vocum aptiſſima compoſitione felicitas, multorum vocabulorum rerumque ad forum, ad iudicia, variasque ſcientias ſpectantium interpretatio cur a me damnetur? Hic vitiorum acerrimus eſt obſeruator ac reprehenſor. Hic virorum, hic mulierum mores et ingenium ſuis coloribus inſignitum vt penicillo nobis depingit. Quibus in rebus et

quomodo quisque peccet, quam animaduersionem, quas poenas pro vitiorum grauitate promereatur, aperte demonstrat, cum multis aliis in locis passim, tum vero praecipue in illis, quos Comici παραβάσεις appellant, modo summos Athenienſis Reip. magistratus et vniuersum populum, modo singulos ciues carpit, obiurgat, officii sui monet, a vitiis deterret et ad virtutis studium pluribus hortatur. Haec igitur ipsi laudem non vulgarem conciliant. — In hac postrema Aristoph. editione, quae caeteris omnibus longe praestantior in lucem prodit, tu *q)* pulcherrimas quasque tuae singularis doctrinae castigationes, meditationes et ornamenta mihi benigne suppeditasti. — Quod si quid et ego in hac nouissima expeditione contra tot grauissimorum errorum millia, quae miserum Aristophanem ante densissimis tenebrarum copiis obsessum premebant et variis insultibus vexabant, tuis auspiciis ductuque feliciter suscepta praestitisse videor, hoc quoque tuum est. — Datum Lausannae Cal. Iunii 1589.

---

q) Alloquitur Bisetum.

Aemilius Portus Fr. Porti Cretenſis F. Candido Lectori S.

En tibi, candide Lector, αὐτὸς, imo vero (vt Ariſtophanico vocabulo ordiar) αὐτότατος ὁ Ἀριστοφάνης, qui dudum ſub Ariſtophanis nomine delituit: hoc eſt, Ariſtophanis quae nunc extant Comoediae multifariam hactenus et mutilatae et deformatae, ſumma diligentia inſtauratae, et priſtino nitori (quantum fieri potuit) reſtitutae. Quorum autem opera magnus hic et propemodum Herculeus labor ad exitum ſatis felicem fuerit perductus, rem, vt habet, ſincere narrabo. Ante aliquot annos accidit, vt nobilis quidem Gallus, qui ſe (ea fuit viuentis modeſtia) non fuiſſet paſſus nominari, Lauſanna iter faciens, vt longius progrederetur, ibi dies nonnullos ſibi obiter terendos putarit, vt quorumdam veterum amicorum precibus ac votis indulgeret. — Quoniam autem ipſum inprimis linguae graecae et amantiſſimum et ſtudioſiſſimum ab omnibus amicis praedicari intellexeram, ego, qui ſum φιλέλλην, φιλέμυστος καὶ φιλομαθὴς, ſummo deſiderio amicitiae atque familiaritatis cum tanto viro contrahendae flagrare coepi. — Cum in amici communis aedibus vna pranderemus inter familiaria variis de rebus colloquia, vt eſt moris, ſermo factus eſt de poetis graecis. Tunc ille ſummis laudibus Ariſtophanem euehere tum ob ingenii acumen et feſtiuitatem, tum quod in eo praecipue linguae proprietas et Atticus lepos vbique eluceret. Addebat, illius lectione (qua vel maximum illud Theologorum lumen Iohannem Chryſoſtomum olim delectatum ferunt) ſe quoque mirifice delectari et illius frequenti repetitione multa, quae in vulgatis exemplaribus depravata leguntur, emendaſſe; multa in antiquis ſcholiis aut omiſſa aut negligentius tractata explicuiſſe ac illuſtraſſe; quin etiam in duas poſtremas comoedias, quae ad hoc vsque tempus nudae in lucem prodierant, iuſtos et accuratos commentarios ad reliquorum normam iam pridem inſtruxiſſe. — Illum igitur oraui, vt haec mihi per otium accuratius legenda ac perpendenda permitteret. At is recuſare, et negare dignam eſſe rem, quae in hominum conſpectum veniret, quod haec, dum eſſet iunior, animi gratia, vtque Ariſtophanem ſibi familiariorem ac notiorem redderet, ſibi ſoli ceu quoddam Atticae linguae penum paraſſet. — Tandem tamen meae et amicorum, qui tum aderant, ſententiae precibusque cedens,

Imo, inquit, mi Porte, fac vt lubet. Quicquid id eſt, hoc tuo arbitrio et cenſurae committo. Si ex his leuioribus magis aliquid in commune literatorum commodum putas acceſſurum, tibique tantum ſupereſt otii, vt tua lima expolire et exornare, atque adeo inchoatum opus abſoluere et velis et poſſis, eſto, per me licet, in lucem etiam haec, qualiacumque tandem futura ſunt, emittas, ea tamen lege, vt nomini parcas. — Hoc ingenue fatebor, me in his Ariſtophanicis obſeruationibus ſexcentos locos, qui ante aut deprauati aut minus perſpicui erant, ſummo cum iudicio et incredibili dexteritate ac felicitate correctos inueniſſe. Si quid tamen hic deeſſe videbatur (vt certe non pauca deerant), id ego pro virili addere et opus Marte meo perfectius reddere ſum conatus. — Quamobrem illud auſim non arroganter aſſeuerare nullos aut perpaucos remanſiſſe intactos, niſi ſi qui forte Oedipo coniectore indigeant.

Porro quid in hac editione tibi nunc exhibeatur, accipe. Primum poëtae textus innumeris in locis fideliter et religioſe emendatus, quod et in ipſis antiquis ſcholiis accurate factum comperies. Quicquid transpoſitum erat, id in ſuas ſedes denuo reductum. Quicquid omiſſum aut obſcurius declaratum, hoc additum et dilucidius explicatum et aſteriſco notatum, vt a ſcholiis iam vulgatis discerneretur. Interpunctiones ſuo loco non collocatae, quae ſenſum plerumque peruertebant, vbique reſtitutae, omnis vocum κακογραφία ſublata. Perſonarum interloquentium multis in locis nomina transpoſita et perturbata in ſuas ſedes reducta. Poſtremae duae Comoediae ab initio ad finem vsque nouis ac amplis commentariis illuſtratae. Qua in re cum alios multos tum praecipue Suidam, Heſychium, Euſtathium, Iulium Pollucem, Stephanum περὶ πόλεων, τὸ μέγα Ἐτυμολογικόν, Sophoclis, Aeſchyli, Euripidis graecos commentatores, Strabonem, Athenaeum et Pauſaniam, prout vnuſquisque aliquid ad rem praeſentem dicere videbatur, maxima fide et diligentia ſumus ſequuti. Quicquid ex horum ſcriptis depromi non potuit, hoc ipſum nos firmiſſimis iudicii coniecturis nixi, ſenſus et mentis poëtae ratione habita, pro virili ſuppeditauimus. Quoniam vero Comoediarum partitiones a Latinis receptae ſub his nominibus, actus primus, ſcena prima et deinceps in nullo graeco exemplari reperiuntur, ſed integrae comoediae ſine illa huiusmodi diſtinctionis nota manifeſta deſcriptae leguntur, quod maximam obſcuritatem ac anxietatem lectori parit, operae

pretium nos facturos duximus, si relictis vocabulis, ne quid peregrini in Graeciam inuehere videremur, rem ipsam simpliciter aperiremus. — Ante omnia statim post cuiusque Comoediae argumentum collocata est accuratior, quam prius, personarum descriptio, idque eo ordine, quo in scenam prodeunt. In toto Comoediae contextu, quoties occurrit personarum aut mutatio aut accessio, aut quoties noua materia tractari incipit, prima primi versus vox maiusculo charactere notatur, et in ipsa fronte ipsorum interlocutorum nomina praefiguntur, vt et a Latinis factitatum videmus. In scholiis vero ante vocum interpretationem ponitur breue aliquod argumentum, quod rerum, quae ibi continentur, summa capita declarat. — Sic facetiae et Attici illi lepores, et sales, qui prius in Arist. delitescebant, melius agnoscuntur. Illud etiam silentio minime praetereundum, versus omnes diligenter examinatos, et quos potuimus sine sensus et constructionis iactura, leuissima vulgatae lectionis mutatione facta, ad legis metricae regulas sincere reuocatos: horum enim plurimi ante claudicabant, syllaba, aut etiam pede integro breuiores vel longiores. Quod vt plurimum accidisse videbatur vel propter articuli necessarii aut particularum indeclinabilium (quales sunt ἂν, αὖ, γε et aliae huiusmodi,) praetermissionem aut propter earumdem superfluam additionem; item propter adiectionem aut detractionem literae ν, quae nominum et participiorum datiuis pluralibus addi solet, et verborum tertiis personis pluralis numeri. — Erat et alius frequens error, quem typographorum incuria in ipsum poetae textum irrepere passa fuerat, quum videlicet duarum syllabarum κᾶλα, vt αἰβοῖ, οἴμοι, ἰοὺ aut monometra, quae separata linea scribenda erant, perperam cum sequenti versu confundebantur aut praecedenti annectebantur. In strophis etiam et antistrophis, quae breuioribus versibus constare solent, saepe duo versus in vnum coaluerant et contra vnus in duos perperam resolutus erat. Nonnulla etiam in ipso poëtae textu scholiorum lectionem sequuti correximus. Multa etiam, praecipue vero in extremis comoediis sunt emendata, quae a variarum dialectorum imperitis hominibus non correcta sed deprauata videri potuissent. Videndum enim erat et attente perpendendum quinam essent, qui loquebantur. Nam plerumque Thessalus aut Lacon aut Acharnensis aut Athenienſis aut Boeotus, vrbanus aut rusticus, doctus aut indoctus, vir aut mulier, dominus aut seruus aliquis in scenam introducitur, qui pro varia per-

sonae, sexus, fortunae, regionis, vrbis locique conditione, vario etiam vtitur sermone, quod Aristophanes consulto voluit obseruare, vt vnicuique, quod suum est, attribueret, atque τὸ πρέπον servaret, et si quid praeter decorum et eruditum loquendi genus afferretur, risum inde captaret, quod Comici sibi potissimum proponunt. In nonnullis etiam comoediis argumenta, quae versibus perscripta fuerant et tamen perpetua linearum serie non aliter ac oratio soluta legebantur, rursus distincta sunt et ad pristinos legis metricae numeros reuocata. Idem etiam factum in variis variorum poetarum versibus, qui sparsim in vetustis scholiis ita erant scripti et confusi, vt non versus, at oratio soluta viderentur. Item nonnullae historiae ex diuersis auctoribus allatae, et tamen corruptae, ex ipsis archetypis sunt restitutae. Haec sunt, candide lector, quae in hac nouissima huius poëtae editione praestitimus. Quod si quis verbis nostris fidem habere nolit, hanc saltem cum caeteris omnibus conferre ne grauetur. Tunc enim longe plura, quam quae a nobis sunt dicta, reapse reperiet. —

Quae praeterea, graece latineue, ab antiquis aut recentioribus grammaticis scripta, ad comoediae antiquae naturam, et ad vitam atque defensionem Aristophanis spectantia, editores addiderunt, quaeue alii nuper disputarunt, secundo Commentariorum volumini praemittentur.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS PLVTVM.

Plutus Ariſtophanis duplex fuit, *prior* et *poſterior*. Prioris [quam fabulam poeta ipſe docuit ſ. ſpectandam edidit a. 4. Olymp. XCII. archonte Diocle, v. Schol. ad v. 179. *Fiſch.*] meminit Schol. Ar. ad Ran. 1125. Poſterioris idem Schol. ad Plut. 115. 173. 1147. et Athen. init. l. IX. p. 368. Caſ. Poſterior, quae erat διασκευὴ ſiue recentatio (retractatio) prioris, acta fuit viginti annis poſt priorem, teſte Schol. Ar. Pl. 173. archonte Athenis Antipatro, a. 4. Ol. XCVII. vt docet Anonymus in arg. fabulae [add. Sam. Petitus Miſc. I, 2 et 16. — et quidem per Ararotem, filium Ariſt. maximum; fuerunt enim Ariſtophani filii tres, Araros, Philippus, et Philetaerus. *F.*]

Quae hodie exſtat fabula, ex priore et poſteriore mixta [aut e priore nonnulla translata habere] videtur. Nam non eam eſſe priorem Plutum, inde patet, quod in ea occurrant notae quaedam temporis, quae priori Pluto minime conueniant; v. Schol. Plut. 173. et 1147. et ex eo Petitus Miſc. 1, 16. Praeterea Schol. ad Ran. 1125. locum quemdam citat ex Pluto priore, qui in hac fabula non reperitur.

Contra ex priore Pluto oportet ſumta eſſe loca illa, in quibus ὀνομαστὶ quidam perſtringuntur, vt Pamphilus 174. Agyrrius 176. Philepſius 177. Philonides 179. et 303. Ariſtyllus 314. Nam tempore Pluti poſterioris lege

lata iam vetitum erat, expreſſo nomine in ſcena quemquam comico ſale perfricare, vt teſtatur Anon. in vita Ariſt. et pluribus probat Petitus de Leg. Att. p. 80. f. (151. f. Weſſel.). Eadem autem licentia Comicis adhuc conceſſa erat tempore Pluti prioris, 20. annis ante actae fabulae. Praeterea ſi ſtandum eſt auctoritate vet. Schol. verſus hos duos 115. et 119. oportet eſſe ex priore Pluto, quippe poeta, eodem Schol. teſte, in poſteriore emendauerat et immutauerat. [Fiſch. cenſet irrepſiſſe nonnullis locis verſus et verba e priore Pluto, vt 115. 119. 122. 216. Cf. etiam Harles. ad Fabric. B. Gr. II. 362.]

Fabulas Pluti nomine praeter Ariſt. et alii Comici olim docuerunt, vt Cratinus Athen. IV. p. 138., Epicharmus ap. eund. VI. p. 235. Nicoſtratus ib. VI. p. 247. Archippus teſtibus Schol. Ariſt. ad Veſp. et Au. et Pollux. Onom. VII. (63.) et X. [136. Cf. Fabric. B. Gr. T. II. in Not. Com. deperd. p. 423. etc.] *Kuſter.*

Fabulas de eodem argumento bis ſubinde a Comicis ac Tragicis editas praeter ea, quae hac de re leguntur ap. Athen. et in didaſcaliis vett. aut in gr. ad hunc Comicum Scholiis docet Galenus ad Hippocr. de acutis morb. l. I. 4. (T. V. p. 38. ed. Baſil.). Eumdem Galenum nominum πολιτικῶν, quae ap. Ariſt. occurrunt, libros V. ac de vocibus, quae ſunt Comicis propriae, librum ſingularem ſcripſiſſe monuit ad Athen. Caſaubonus p. 4. [cf. Fabric. B. Gr. V. p. 470. Harl.]. Haud ambigendum puto, quin ſecundus Plutus Ar. idem ſit cum eo, qui hodie legitur. Parce enim, nec ii qui auctoritate vel gratia apud Athenn. tum valerent, aut qui forte actae ſecundae huius Pluti fabulae temporibus iam obierant, in ea nominatim perſtringuntur: neque magnae ſunt in eadem chori partes, quales occurrunt in aliis huius Comici fabulis. Adde quod nec aliter cum ſecundis illis eiusdem argumenti fabulis, quas iidem Comici recentarint, actum olim ſtatuendum eſt, quam quod multa illi e prioribus in ſecundis earum editionibus continuo retinuerint. Vnde plura procul dubio ex priore Pluto in hunc ſecundum traducta, ſed non ita, vt e prima ac ſecunda tertio adhuc recentata ſit ab eodem Comico aut ab aliis forte haec fabula, quod nullus etiam veterum tradidit. Apud Athen. quidem l. IX. p. 368. [T. III. p. 358. Schweigh.] adducitur ex huius Comici Πλούτῳ δευτέρῳ verſus, qui hodie in hac fabula le-

gitur 1105. *Spanhem.* Annum, quo fabula acta est, (Ol. 97, 4.) confirmare variis argumentis studuit *Palmerius* Exercitt. ad auct. gr. p. 785 — 790. De duplici autem Pluto passim *Hemsterhusius* in Not. monuit.

Nomen habet haec fabula a persona principe. Arist. enim quum vellet, vti alia vitia, ita maxime iniustitiam atque auaritiam omninoque improbitatem principum ciuitatis Athen. describere et notare: induxit *Chremylum* probum hominem, sed inopem, qui consuleret Apollinem, quid facere deberet suus filius, vt ditesceret? Apollo consulenti respondit ita, vt eum sequi iuberet hominem, in quem primum incidisset. Chremylo exeunti ex Apoll. templo primus occurrit senex caecus, i. e. Plutus: hunc duxit Chremylus in templum Aesculapii: Plutus, quum recepisset lumina oculorum, locupletauit Chremylum aliosque probos ciues. Poëta igitur docere hac fabula instituit, iniustos improbosque homines propterea diuites esse, quod Plutus esset caecus: qui vbi oculorum lumina recepisset, fore, vt iusti atque probi homines omnes ditarentur: atque adeo exprobrare intelligitur poëta principibus Athen. *improbitatem*, qui adhuc diuites fuerint, quod Plutus fuisset caecus. *Fisch.*

Ad graecum argum. in ed. Inuernizz.

Tribuitur hoc argumentum Thomae *Magistro*, et in vett. edd. Ar. cum vita Arist. coniungitur hac addita inscriptione: *Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου σύνοψις τοῦ τε βίου Ἀριστοφάνους καὶ τῆς τοῦ δράματος ὑποθέσεως*, et post enarratam Arist. vitam et comoediae originem subiicitur: *ἡ ὑπόθεσις τοῦ παρόντος δράματός ἐστιν αὕτη*. Id minus patet in Ed. Porti et Kusteri, in quibus haec longius separata sunt. *Hemst.*

Τοὺς Ἀθην. Articulum addidit Brunck. e duobus Codd. B. et suo.

αὐτῷ θεράπ. Crediderit aliquis *αὐτοῦ*. frustra: datiuum, qui pendeat ab intellecto verbo substantiuo, sic aliquando ponunt Attici, vt genitiui vicem obire videatur: *ὁ τῷ Χρεμύλῳ θεράπων*, i. e. *ὁ ὢν τῷ Χρεμύλῳ θεράπων*. Eruditos etiam viros nonnumquam fefellit haec loquendi ratio. *Hemst.*

εἰς Ἀπόλλω. Apollinis templum, oraculum.

δυσχ. δὲ ἐπὶ τούτῳ. Omnes edd. antiquae *ἐπὶ τοῦτο*. Bene correxit Kusterus. In sequ. Arg. *ἐφ' ᾧ δυσχεράνασα*. *He.*

παρ' αὐτοῦ τοῦ Πλ. Articulum τοῦ, qui in vett. edd. deerat, inferuit Kuſt., improbante Hemſt. qui omiſit eum, ſed Brunck. recte iterum adiecit. Nam ſermonis rationem eum flagitare et in duobus ſuis codd. eum legi ait.

βουλὴν ἐβουλεύσαντο. Ita pro vulg. βουλὴν ἔσχον (quod tamen inferiori Graecitati conuenit) e duobus codd. edidit Brunck.

μόνον. Perperam ita in ed. Br. expreſſum videtur, inde Inu. repetiit. μόνοι eſt recta ſcriptura ed. Kuſt. et Hemſt.

πρόσθεν vitio operarum pro πρόσθεν legitur.

Poſt πένητες ἦσαν adduntur in Kuſt. et Hemſt. haec: ἐπιγέγραπται δὲ τὸ δρᾶμα, Πλοῦτος Ἀριστοφάνους.

Sequuntur in ed. Kuſt. et Hemſt. Argumenta haec:

Ἄλλως.

Πρεσβύτης τὶς Χρεμύλος, πένης ὢν τὴν οὐσίαν, ἀφικνεῖται εἰς Θεοῦ· a) ἐπερωτᾷ δὲ τὸν Θεὸν, πῶς ἂν εἰς ἐκβηλον ἀβρόν τε μετασαίη βίον b). Τοιόνδε δὲ ἐγγεγύηται ὁ χρησμός. Χρᾷ γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐξιόντι τοῦ ναοῦ, τούτῳ ἕπεσθαι, ᾧ πρώτῳ συντύχῃ c). καὶ δὴ τυφλῷ καὶ γέροντι συντυχὼν, εἵπετο πληρῶν τὸν χρησμόν. ἦν δὲ Πλοῦτος οὗτος. ὕστερον δὲ προσδιαλεχθεὶς αὐτῷ, εἰσάγει εἰς Ἀσκληπιοῦ, ἰασόμενος αὐτὸν τῆς πηρώσεως, καὶ οὕτω πλούσιος γίνεται. ἐφ' ᾧ δυσχεράνασα ἡ Πενία παραγίνεται λοιδορουμένη τοῖς τοῦτο κατορθώσασι· πρὸς ἣν καὶ διάλογος οὐκ ἀφυὴς γίνεται, συγκρινομένων τῶν φαύλων τῆς Πενίας καὶ τοῦ Πλούτου ἀγαθῶν ὑπὸ Βλεψιδήμου καὶ Χρεμύλου

---

a) εἰς Θεοῦ ſ. il. ναόν. Ita et ſatim poſt: εἰς Ἀσκληπιοῦ. v. Boz. Ellipſ. Gr. p. 314. ibique a Schaef. laudd.

b) εἰς ἔκβηλον κ. τ. λ. Fabulae parum conueniunt: nam ibi non de ſe Chremylus Apollinem, ſed de filio eiusque moribus mutandis conſulit: ſic tamen Ariſtophanes Grammaticus. Verum neque oratio ſtructuram habet decentem: ἐκβηλος βίος inuſitatum; nec quadrat, τοιόνδε δ. ἐγγ. ὁ χρησμός. Exiſteret aliquis ſenſus tolerabilis, ſi ſcriberetur: τοιόνδε δέ τι ἐγγέγραπται ὁ χρησμός. Equidem non habem ſolum ineſſe verbis, ſed praeterea deficere quaedam mihi perſuadeo. *Hemſt.*

c) συντύχῃ. Eum in modum hic et ſequ. Argum. itidemque in Ariſtoph. Grammat. περιτύχῃ praeferunt Edd. F. B. G. Sine neceſſitate dedit Kuſterus συντύχοι et περιτύχοι. *Hemſt.* Scil. praeſentia antecedunt.

πολλῶν τε d) ἄλλων ἐπεισρεόντων, ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀφιερώσαντο Πλούτου ἐνδάλματα. Τὰ μὲν οὖν τῆς ὑποθέσεως τοιαῦτα. Προλογίζει δὲ θεράπων, δυσχεραίνων πρὸς τὸν δεσπότην, ὅτι τυφλῷ καὶ γέροντι κατακολουθεῖν οὐκ ἠσχύνετο.

Ἄλλη Ὑπόθεσις.

Πρεσβύτης τὶς Χρεμύλος πένης ὢν καὶ ἔχων υἱόν, κατανοήσας ὡς οἱ φαῦλοι τοτηνικαῦτα εὖ πράττουσιν, οἱ δὲ χρηστοὶ ἀτυχοῦσιν, ἀφικνεῖται εἰς θεοῦ, χρησόμενος, πότερον τὸν παῖδα σωφρόνως ἀναθρέψειε, καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ τοὺς τρόπους διδάξειεν e) (ἦν γὰρ οὗτος χρηστός), ἢ φαῦλον, ὡς τῶν φαύλων τότε εὐπραγούντων. ἐλθὼν οὖν εἰς μαντεῖον, περὶ μὲν ἂν ἤρετο, οὐδὲν ἤκουσεν· προστάττει δὲ αὐτῷ, ᾧ τινι πρῶτον ἐξιὼν συντύχῃ, ἀκολουθεῖν. καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτως.

---

d) πολλῶν τε. Malim δέ. Hae particulae frequenter confufae. *Hemfi.*

e) ὅμοιον — διδάξειεν. Vtrum filium ita *inſtitueret*, vel *inſtitui curaret*, vt moribus ſibi ſimilis euaderet, an malus et improbus. Illum vſum habet διδάσκειν accuſatiuos ſimpliciter adſciſcens: διδάξει vel διδάξασθαι (nam in his loquendi formulis Actiui Mediique virtus eſt promiſcua) ποιητὴν, ἱππέα, σοφὸν, γενναῖον, informando exercendoque, ſeu ipſe eo munere fungaris, ſiue alteri aliquem erudiendum tradas, efficere, vt quis poëtices, artis equitandi peritus fiat, vel, ſapiens et ſtrenuus, docendo reddere poëtam etc. Aeſchin. Dial. 1, 7. Pericles filios ἱππέας ἐδίδαξεν — modo §. 4. variata paulum ſtructura dixerat Θεμιστοκλῆς τὸν υἱὸν ἱππέα ἐδιδάξατο [cf. Fiſcher. Ind. Aeſch. Socr. V. Διδάσκω et Ruhnken. ad Tim. gloſſ. Plat. p. 83. ed. ſec. qui Med. διδάξασθαι tamen de eo dici docent, qui edoceri ab alio iubet]. Quare diſcernere non licet, vtrum verius in Luciani Somnio ſit p. 2. quod vulgatur διδάσκε — ἀγαθὸν εἶναι, an Thomae Mag. διδάσκου — Xenoph. Memor. IV, [4, 5. vbi v. Valken. p. 250.] σαυτὸν διδάξασθαι κ. τ. λ. Ariſtonym. ap. Stob. p. 58. v. 44. πολλοὶ — τοὺς υἱοὺς μάτραρας διδάσκουσι, prorſus vt Ammian. Anth. II, 46, 9. παῖδα διδάξαι μάτραρα — Charon Lampſac. ap. Athen. XII. p. 520. F. [p. 118. ed. Creuzer. in Hiſt. gr. antiquiſſ. fragm., vbi Creuzer. cf.] αὐλητρὶς — ἐδίδαξε πολλοὺς αὐλητάς. Liban. T. I. p. 804. B. παλαίστην διδάσκεσθαι. Alia ſuppeditabit Bentleius epiſtola Malalae ſubiecta p. 21. [p. 470. ed. Lipſ. 1781. Opuſc. phil. Bentl.] Ad paſſiuam formam traducitur idem loquendi modus: Apollodorus l. III. [Bibl. myth. C. 4. §. 4. vbi v. Heyn.] κυνηγὸς ἐδιδάχθη. Lucian. Icaromen. p. 274. A. μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι. Nec Latinos piguit Graecorum morem imitari, quod a *Mercero* ad Ariſtaen. p. 237. diſces accuratius, quam ab *Heraldo* ad Mart. VI, 58. *Hemſi.*

Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ. Τελευταίαν δὲ διδάξας τὴν κωμῳδίαν ταύτην ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συστῆσαι Ἀραρότα δι' αὐτῆς τοῖς θεαταῖς βουλόμενος, τὰ ὑπόλοιπα *f)* δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα *g)*.

Ἰσέον *h)* δὲ ὅτι τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα πεπλασμένα εἰσὶ παρὰ τοῦ ποιητοῦ. Χρεμύλος γὰρ ἀπὸ τοῦ χρέος *i)* καὶ τοῦ αἱμύλλω, τὸ ἀπατῶ, εἴρηται ὁ ἀπατῶν τοὺς χρεωφειλέτας διὰ

---

f) καὶ τὰ λοιπὰ ἁπαύτ. Librarii ſunt, quem taedebat eadem iisdem iterum verbis deſcribere: monet igitur, reliquam huius argumenti partem, quae ſuo in codice reperiebatur, nihil aliud continere, quam quae in ſuperiore iam fuerant lecta. Hemſt.

g) καθῆκε Κώκαλον. καθιέναι δρᾶμα, διδάσκειν, εἰσάγειν etc. apud Graecos ſunt Synonyma. Latine, fabulam *committere, docere, in theatrum inducere* etc. Senſus loci eſt: Ariſtophanem per filium Ararotem fabulas *Cocalum* et *Aeoloſiconem* commiſiſſe, ſiue, ei permiſiſſe, vt fabulas iſtas ſuo nomine doceret; quaſi nempe ipſe earum auctor eſſet. Hinc factum, vt quidam has fabulas non Ariſtophani, ſed Araroti aſſignarent. Certe Clemens Alex. Strom. VI. p. 628. Col. extr. [p. 752. Pott.] Cocalum Araroti aſſignat, dummodo verba eius, quae corruptiſſima hodie ſunt, rite emendentur. Sic enim vulgo legitur: Τὸν μέντοι Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει, πιεῖ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας κ. τ. λ. Reſcribe — τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους τοῦ ποιητοῦ (ſcil. υἱῷ) Φιλήμων κ. τ. λ. [Similiter fere emendauit Caſaub. ad Athen. III, 9. p. 125. add. Toup. Emendd. in Suid. II. p. 141. Ox.] Caeterum Araroti nomen cum part. ἀραρώς duobus etiam in locis ap. Suid. confuſum eſſe, V. Ἀναθεῖναι et V. Ἐωθὲς, lectorem ibi monuimus. *Kuſter.*

h) Ἰσέον κ. τ. λ. Haec Hemſt. a praecedd. ſeparauit, et poſt nomina perſonarum poſuit, neſcio quam recte.

i) ἀπὸ τοῦ χρέος — Origo Grammaticorum ingeniis digna. χρέμης et Χρεμύλος vtraque ſenum in Comoediis nomina, deſcendunt ab antiquo voc. τὸ χρέμος vel ὁ χρεμὸς, quod et χρεμετὸν, χρεμετίζειν, χρέμπτειν progenuit, non ſecus atque Αἰσχύλος ab αἶσχος, Ἠδύλος ab ἦδος vel ἡδὺς· quae proprie dorica deminutiuorum eſt forma, μικκύλος, ἐρωτύλος, ἀρβύλος, vnde ἀρβύλαι propter habilem leuitatem dictae, genus expeditum calcei venatorii. *Hemſt.* [Add. Scheid. et Hemſt. in Lennep. Etym. L. Gr. II. p. 1118. f.].

πενίαν. καὶ τὸ Καρίων ἐξελληνιζόμενον τὸν δοῦλον δηλοῖ. Κᾶρες γὰρ οἱ δοῦλοι. ὅθεν καὶ παροιμία· ἐν Καρὸς αἴσῃ k), ἤτοι ἐν δούλου τάξει. καὶ τὸ Βλεψίδημος δὲ, ἤτοι πτωχός, ὁ βλέπων ἀεί ποτε εἰς τὸν δῆμον.

---

k) ἐν Καρὸς αἴσῃ. Sic refeci, quod in cunctis Edd. prave legebatur ἐν Καρὸς ἄτῃ. Prouerbium ex Hom. Il. IX, 378. manauit τίω — Καρὸς αἴσῃ, de quorum tamen verborum intellectu mirifice veteres inter se digladiantur, adeo vt nullus fere versus in Hom. inueniatur alius, aeque sententiarum diuortiis nobilitatus: qua de re luculenter expoſuit Euſtathius p. 767. [Add. ib. Schol. cod. Ven. et Leid. et Heyn. in Comm. T. V. p. 602 — 6. ed. mai.] Huc fine dubio pertinet quod bene Soping. animaduertit, illud Heſychii peſſime distractis membris corruptum: Ἔγκαρος, αἴσιμος. Ἔγκαρος μοῖρα, ἐνδυάσιμος μοῖρα· tentabam Ἐγ (pro Ἐν, vetuſto ſcribendi more, qui saepe in Marmoribus occurrit) καρὸς αἴσῃ, εἶον ἐν καρὸς μοίρᾳ, ἐν δυνασίμου μοίρᾳ: [Cf. tamen *Schow* Heſ. Lex. reſtit. p. 234.] vide Ἐν καρὸς αἴσῃ· niſi tamen, quod libenter credo, interierint plura, quae absque membranae melioris ope reuocare nobis non licet. Eorum autem opinio communis eſt recepta, qui ductam eſſe loquendi rationem confuerunt a Care, vel ſeruo; rectene an ſecus, nunc disquirere nihil attinet. Inde certe paroemia, ſi quem ſignificare vellent, nullo nec loco haberi, neque pretio, a recentioribus etiam frequentata: ἐν Καρὸς μοίρᾳ καθεστάναι, Niceph. Greg. Hiſt. Byz. II, 6. μοίρᾳ vero potius vſurparunt, quam αἴσῃ, ne poeticam orationi proſae vocem immiſcerent. [Add. Valcken. ad Herod. p. 405. f. Quae de altero Heſ. loco Καρὸς αἴσῃ reſtituendo monuit Hemſt. h. l., ea iam leguntur in Heſ. Albert. T. II. p. 152.] Nihil eſt, pergit H. eius loci opportunitate, notius, quam Cares mercenariae militiae, quae deſpectior erat, et grauioribus fere belli periculis expoſita, auctores. Suidas: ἐν Καρὸς εἵστατο τάξει κ. τ. λ. Iuliani ſunt verba Or. II. p. 56. C. propius idem in Caeſ. p. 320. D. Ad verſionem illius libri gallicam multa, ſed pleraque iamdudum in Chiliad. ab Erasmo praecepta notat *Spanhem.* [vid. ed. Iuliani Caeſ. Heuſingeri 1736. p. 105.] in quibus quodcunque erroris eſt a Viro magno commiſſum, facile penſabit eruta e membranis egregia Schol. vet. ad Homerum obſeruatio. [Eſt Scholion ad Il. 9, 378. e cod. Ven. B. editum a Villoiſono et antea iam a Valcken. in Diſſ. de Scholiis in Hom. inceditis e cod. Leid., ſubiuncta Vrſini Virgilio cum gr. ſcr. collato p. 97.]. Qui in hoc Schol. memoratur, *Alcaeus* non alius eſt, niſi plane fallor, quam qui Philippum Macedoniae regem, a T. Quinctio debellatum, virulentis carminibus proſcidit (Plut. Flaminin. p. 555. D. ſ. c. 9.). Verum, quandoquidem illi nulla opera fuerit in Homero explanando collocata, Hemſt. cenſet, Grammaticos eius sententiam inde collegiſſe, quod voc. ἔγκαρον de *cerebro* poſuerit, eaque re ſimul declarauerit, quam in Hom. probaret lectio-

Ἀριστοφάνους Γραμματικοῦ
Ὑπόθεσις δι' ἰάμβων.
Μαντεύεται δίκαιός τις ὢν καὶ πένης
Εἰ μεταβαλὰν πλούτου τυχεῖν δυνήσεται.
Ἔχρησεν ὁ θεὸς, συνακολουθεῖν, ᾧπερ ἂν
Ἀνδρὶ περιτύχῃ l). Πλοῦτος ὀπτάνεται m) τυφλός.
Γνοὺς δ' αὐτὸν, ἤγαγεν οἴκαδ', ἄλλους δημότας
Καλέσας μετασχεῖν· εἶθ' ὑγιάσαι τὰς κόρας
Ἔσπευδον· εἰς Ἀσκληπιοῦ δ' ἀπῆγον. ἡ δ' n)
Ἄφνω o) πενία διεκώλυσεν.

---

nem, et vocabulo tribueret virtutem. Exſtat enim locus Alcaei, de quo Scholiaſten cogitaſſe credo, Anth. II, 47, 5. [Alcaei epigr. in Brunck. Analect. n. 14. I. p. 490. Iacobs. Anth. I. p. 241.] Philippum, Maced. regem, hic denotari maxime probabile eſt. Ἔγκαρος hic ſimiliter atque ap. Lycophr. 1104. de quo monuit etiam Euſtath., i. e. ἐγκέφαλος· vnde colligas, vel formam eos Homericae, quam putabant, vocis mutaſſe τὸ ἔγκαρ in τὸν ἔγκαρον, vel in ipſo poëta legiſſe aut legi voluiſſe ἐγκάρου αὖτε. Idcirco, quamquam Heſych. non ignorem, vitio pari deceptum Καρὸς interpretari ἐγκέφαλον, Schol. ille ſcripſit, ſcribere ſaltem debuit: τὸ ἔγκαρος μὲν Ἀλκαῖος. Grammaticus noſter Carionem a Caribus merito arceſſit: nam quod Schol. Theocr. Id. 5, 2. obſeruat, verum eſt: Εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα· addere tantum debuiſſet, ab illis praecipue gentibus haec ſeruorum nomina formari, vnde plurima in Graeciam mancipia transportabantur [Cf. Heyn. Opuſc. Acadd. IV. p. 134. ff.]: indidem profecti ſunt *Daui, Getae, Lydi, Phryges, Thraces*, quorum vſus fuit in comoediis antiquis creberrimus. Dion. Chryſ. Or. LXXII. p. 591. B. Carionis ſeruuli coqui mentio fit in Euphronis Synephebis ap. Athen. IX. p. 377. D. Talem Carionem μάγειρον κωμῳδικὸν, vel, quod potius malo, κωμικὸν, ingenii perſimi mancipium, ex fabula neſcio qua productum adſcribit et ad deſignandum quemdam aetatis ſuae hominem adcommodat Themiſt. Or. XXI. p. 262. C. Forma vocis eadem quae in Αἰσχρίων, Μικκίων, Βδελυρίων, Φορμίων. Ex *Hemſi.*

l) περιτύχῃ. Ita cum edd. antt. et H. dedi pro Kuſt. περιτύχοι, quia a συνακολουθεῖν pendet, non ab ἔχρησεν.

m) ὀπτάνεται. Prioris edd. δ' ὀπτάνεται. Deleuit Hemſt. δ' vtpote verſui aduerſans.

n) ἀπῆγον. ἡ δ'. Scaliger ἀπήγαγον, quod placet Hemſterhuſio, tametſi non offendat iambum claudens illud ἡ δ'.

o) Ἄφνω — Hemſt. (poſito antea verbo ἀπήγαγον) verſum reſtitui ita iuſſit: Ἄφνω δὲ παρεῦσ' ἡ πενία διεκώλυσ' ἄγειν· quam-

Ὅμως ἀναβλέψαντος αὐτοῦ, τῶν κακῶν
Οὐδεὶς ἔπλουτει, τῶν δ' ἀγαθῶν ἦν τἀγαθά.

Perſonis poſt δίκαιος ἀνὴρ vulgo perperam adiectum erat: Ἕτερος ἀνὴρ ἄδικος, at ille non diuerſus eſt a ſycorphanta, qui ſtatim poſt memoratur. Deleuit igitur illa verba iam Brunckius.

Summarium fabulae et Oeconomia.

Carion, ſeruus, primum omnino queſtus de triſti conditione ſerui, cui inſipiens ſit herus, accuſat Apollinem, quod, quum medicus ſit, dominum ſuum dimiſerit inſanum, quippe qui contra, quam fieri oporteat, ſequatur caecum (Plutum); deinde, ad herum, interea in ſcenam progreſſum, conuerſus ex eo ſciſcitatur et cognoſcit, cur ita faciat, ſcilicet oraculum de moribus filii conſultum, iuſſiſſe ipſum, in quem primum inciderit, eum domum deducere ſuam; itaque iſtum caecum, oraculi monitu, deduxiſſe (1—55.). Interrogant igitur caecum, (Act. 1. ſc. 1.) quis ſit? Ille, diu cunctatus, quoniam periculum metuebat, tamen nomen Pluti edit, de quo Carioni et Chremylo vix perſuadetur, ſuaeque caecitatis cauſam enarrat (—92.). Et quum dimitti primum voluerit, poſtea tamen, vbi, quanta ſua eſſet poteſtas, quantumque poſſet efficere, ex Carione et Chremylo cognouiſſet, perſuaderi ſibi paſſus eſt, vt Chremyli domum ingrederetur. Interea herus ſeruum iuſſerat, agricolas alios, populares ſuos, arceſſere, quo et ipſi beneficiorum Pluti participes redderentur (—252.). Hero igitur cum Pluto domum ingreſſo, Carion (Act. II. ſc. 1.) adeſſe celeriter iubet agricolarum chorum, et quaerentibus cauſam, cur herus arceſſiuerit, exponit, qua cognita prae gaudio ſaltant et laſciuiunt. Carion ad cibum ſumendum abit (—321.). Iam herus

---

quam tutius ei videtur, membranas integriores exſpectare, quae vitio mederentur. Kuſterus ad emendationem Scaligeri ſcribi vult: — ἀπήγαγεν. Ἄφνω δὲ τούτους ἡ Πενία διεκώλυσεν. Videndum tamen eſſe ait, an media ſyllaba v. κωλύω breuis eſſe poſſit, quam ſemper longam eſſe meminerit.

chorum ſalutat et adeſſe ſibi in defendendo Pluto inbet (—334. ſc. 2.). Interuenit autem, neſcio vnde, Blepſidemus, miratus, vnde, quod ex rumore acceperat, Chremylus ſubito fuerit diues factus (quod tamen nondum euenerat), et varia ſuſpicatus de artibus et fraudibus, quibus diuitias ſibi parauerit, parum honeſtis, cognoſcit tandem Plutum ab eo eſſe, in templum Aeſculapii, viſus reſtituendi cauſa, deducendum (—414. ſc. 3.). Colloquentes, neque opinantes, et fugere volentes opprimit Paupertas, quae, grauiter in illos inuecta, quod ipſam eiicere, Pluto viſum reddere velint, perſuadere ſtudet, ſe omnium bonorum eſſe effectricem (—485. ſc. 4.). Quum igitur Chremylus oſtendiſſet, ſi Plutus oculorum vſum recuperauerit, bonos fore diuites, non autem, vt nunc, malos homines opibus abundaturos, Paupertas contra docet, quae mala exſtitura ſint, ſi Plutus aequaliter inter omnes ſit diviſus, quantum mendici et pauperis vita diſtet, et ſe potius, quam Plutum homines eſſe meliores redditurum (—594.). Verum non perſuadet, et repudiata abire cogitur (—618. ſc. 5.) Plutus autem in Aeſculapii templum abducitur, vbi noctem transigit (—626.). Carion et choro paucis nunciat, herum fortunatiſſimum eſſe, quum Plutus Aeſculapii ope oculis vti poſſit (—640. Act. III. ſc. 1.) et domini vxori enarrat copioſius, quid in Aeſculapii templo factum, quomodo Plutus ſanatus ſit, et quem euentum hoc habuerit (—770. ſc. 2.). Plutus et Chremylus ipſi adueniunt, et Chremylus nihil nunc domo eſſe efferendum oſtendit (—801. ſc. 3.), quam ipſi intrant. Carion, qui in ſcena manet, celebrat recentes, quibus herus abundat, diuitias (—824. Act. IV. ſc. 1.).

Iam finita videri potuit actio. At quae ſequuntur, cum ipſa tamen fabula ſunt nexa. Nam, quem effectum habuerit Pluti reſtitutio et beneficium aequaliter ad omnes pertinens, oſtenditur. Adueniunt primum homo probus, qui, et ipſe ditatus, conuenturus eſt Plutum eique gratias acturus (850. A. IV. ſc. 2.); tum Sycophanta, qui graui ſe infortunio premi queſtus, cum probo illo homine longo ſermone altercatur et Pluto, democratiam euerſuro, interitum minatur (—959. ſc. 3.); deinde anus, quam amaſius, pauper adoleſcens, ex quo illius ope non amplius indigebat, locupletatus a Pluto, deſeruerat (—1042. ſc. 4.); porro ipſe ille adoleſcens interuenit lepideque cum anu io-

catur; vterque autem deum adire vult (— 1097. sc. 5.); tandem et Mercurius, qui non modo Iovem valde iratum esse, quod nemo ipsi, ex quo Plutus oculorum vsum acceperit, sacra faciat, sed se etiam misere periturum fame igiturque, relictis diis, apud ipsos mansurum et quaeuis officia subiturum esse ostendit (— 1171. Act. V. sc. 1.), et sacerdos Iouis, qui non dissimiles instituit querelas (— 1197. sc. 2.). Definit fabula in solemni pompa, qua Plutus Palladis loco consecratur (— 1210. sc. 3.).

Consilium poetae fuisse videtur, vt popularium atque aequalium cupiditatem habendi et studia diuitiarum aequaliter diuisarum exagitaret, simulque diuitias temere nunc diuidi, et paupertatem, h. e. mediocrem vitae conditionem praeferendam esse ostenderet *p)*. Cf. le *Beau* le cadet Mémoire sur Plutus d' Aristophane — Mém. de l' Acad. d. Inscr. XXX. p. 51. ff. et Réflexions sur le Plutus, dans le Théatre des Grecs par *Brumoy*, nouvelle edit. (1789.) T. XIII. p. 41. ff. Fabula quum admodum simplex sit, neque magnam contineat rerum et euentorum varietatem, admixta ei sunt nonnulla, etsi non prorsus aliena, tamen non vnice necessaria.

Primariae partes datae sunt Carioni et Chremylo. *Carion* seruus fingitur satis fidus atque probus, neque tamen seruili ingenio superior, callidus, surripiendi quae ad victum pertinent cupidus, lepidus neque tamen ab obscoenitate dictorum abhorrens. *Chremylus* exhibetur homo rusticus et simplex, ditescere admodum cupiens, lubenter tamen bona sua cum aliis communicaturus. *Plutus* in scenam inducitur senex sordidus, primum caecus, et meticulosus, quia a Ioue et hominibus male se tractatum sensit, deinde oculis vsus, rectiusque, vt visum est, beneficia sua distribuens. *Chorus*, qui agricolis, rudibus et habendi cupidis, constat, multum differt a choris aliarum fabularum, quae ad comoediam veterem pertinent (v. le Beau l. l. p.

p) Si quod *Manſonus* cenſet (Nachträge zu Sulzers Theorie VII, 1, p. 134.), tantum hoc egiſſet poeta, vt doceret, Fortunam temere bona ſua diſtribuere, mutatumque in melius omnia iri, ſi iuſtior ipſa eſſet, Penia eiusque ſermo prorſus a fabula abhorrerent.

58. f.). Nam ſemel tantum ſuas agit partes. *Penia* pallida, vultu tragico, cauponae habitu exhibebatur. In *Blepſidemo* expreſſa eſt imago Athenienſis ciuis, quales plerique tum erant, qui ſumta ſpecie defenſoris populi et democratiae ſuis commodis vnice proſpicit, ſimulatoris praecepta morum egregia iactantis, minantis et ignaui hominis. *Chremyli vxor* vinoſa recentiumque euenterum cognoſcendorum cupida notatur (635.). Melius expreſſi ſunt mores vetulae iſtius, quae gracilis et macie confecta, verum faceta introducitur, adoleſcentem donis alliciens retinensque, cuius amore deperibat. In hominis iuſti, ſycophantae, Mercurii, ſacerdotis Ioais ingeniis deſcribendis, nihil quod eximium aut memorabile inprimis videatur, effictum eſt.

Caeterum haec fabula pauciſſima continet, quibus certi quidam homines notentur. Nam vnus Neoclides nominatur, ideoque proxime accedit ad eam mediae comoediae notionem, quae vulgo conſtituitur, etſi non prorſus ad eam compoſita eſt.

Illuſtrarunt fabulam praeter editores omnium Ariſtoph. dramatum *Tib. Hemſterhuſius*, *G. C. Harleſius*, *I. D. Münterus*, *I. F. Fiſcherus*.

In Plutum.

1—57. Trimetri iambici. 1—17. ſeruus pro ſe aut ad ſpectatores conuerſus loquitur. 1. *ὡς ἀργ. πρ.* — *quam miſera res eſt, quam miſerum!* *ὡς* Lat. *quam*, admirationis index vel ſimplicis vel coniunctae cum indignatione et quiritatione et commiſeratione, vt h. l. vnde Scholl. ſaepe interpretantur *λίαν*. *ἀργαλέος* ductum ab *ἄλγος*, vt *θαῤῥαλέος* a *θάῤῥος*; nam λ etiam in aliis verbis ab Atticis mutatum in *ρ*, vt *ποδαργία* pro *ποδαλγία*, *ἀμέργω* pro *ἀμέλγω*. v. Schol. vet. et Doru. Etym. M. h. v. Euſtath. ad Il. *β*, 218. Od. *δ*, p. 1511, Rom. *ἀργαλέον* igitur ſignif. quidquid moleſtum, graue, difficile, miſerum eſt. Schol. et Phauor. h. v. Praeſtat haec ratio eorum rationi qui illud profectum putant a voc. *ἔργον*. v. Schol. h. l. Nam a. deſidero Adiectiua ſimilia, b. durum videtur dicere, *ἀργαλέον* contractum eſſe ex *ἀεργαλέον*, ita vt *α* habeat vim augendi. *Fiſch.*

Videtur alluſiſſe ad Theogn. 625. [635. Brunck. Gnom. gr.] *ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν.*

In illam sententiam et Herodot. IX, 16. ἔχθιστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. Add. Eurip. Phoen. 350. [396. Barn. 404. Porson.], 395. 397. [403. 405. Porl.] *Bergl.*

Ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. Ita et Plato Protag. init. [T. III. p. 87. Bipont.] et Demosth. pro Phorm. p. 966. [p. 960. T. II. Orr. Grr. Reisk.] supplendum autem οἱ ἄλλοι vel ἅπαντες vel simile. Demosth. p. Phorm. paullo inferius: μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς, deinde ibid. adhuc inferius [p. 963, 5. Reisk.] ἅπαντας addit. Idem contra Timarch. p. 273. [imo Aeschines T. III. Orr. Grr. Reisk. p. 110, 2.] πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν, qui ibidem p. 271. [p. 92, 5. Reisk.] addit καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. Sic in aliis. Nost. Plut. 437. Nub. 412. *Bergl.* — *O Jupiter caeterique dii!* vt v. 899. Ap. Plat. Sympos. 15. additur οἱ ἄλλοι. Nam a. saepe vocabula generum et totius rei connectuntur cum vocabb. partium et formarum et indiuiduorum, copula καὶ simpliciter, omissis verbis οἱ ἄλλοι, οἱ λοιποὶ, πάντες, ita vt et adiit et abiit articulus. Sic v. 798. Lucae XV, 1. v. Ind. Theophr. in ἀκρόδρυα [add. id. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 250. f.] b. nominatur diserte Iupiter, quia est princeps deorum. Interdum nominatur Apollo, Iupiter reticetur, vt 438. nonnunquam Iupiter postremo loco, vt 81. f. Cf. Casaub. Exercitt. Antibaron. 16. p. 488. *Fischer.* Familiare poetis ac oratoribus Atticis, vt Iouem, velut deorum βασιλέα, τύραννον, πατέρα, πρύτανιν, τάγον, ὕπατον, ὕψιστον, μέγιστον, παγκρατέα (hisce enim appellationibus decoratum ab iis legimus) modo a reliqua deorum turba secernerent (vt Aesch. S. C. Theb. 828. ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολιοῦχοι δαίμονες, qui alibi in eodem dramate πολιοῦχοι θεοί· sic ex oratoribus Demosth. in fine or. p. Phorm. p. 553. ed. graec. Paris. et adu. Eubulid. p. 712. πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, ac similiter adv. Boeot. II. p. 588.) modo etiam illo in ordinem cum his redacto, aliud Numen continuo, Iouis loco praefigerent (vt in hac fab. 437.). Ita qui pater θεῶν ὀλυμπίων inuocatur, vt Aesch. Choëph. 781. Iupiter etiam Ὀλύμπιος appellatus, idem tamen sub generali θεῶν Ὀλυμπίων appellatione sit subinde inuocatus, vt Menandro ap. Athen. XIV. p. 659. εὔχου θεοῖς Ὀλυμπίοις κ. τ. λ. et Nost. Thesmoph. 338. Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίασιν, quibus simul adduntur *Pythii* ac *Pythiae*, *Delii* ac *Deliae* dii ac deae, vt primis illis Olympiorum vel Olympiarum vocibus simul ad cultu in Olympia apud Elidem numina respi-

ciatur. Mitto Noſt. Av. 867. ſſ. Vt hic primo, ita poſtremo loco inuocatur Iupiter infra v. 78. ſ. *Spanh.*

2. δούλον γενέσθαι. Opportune Plutarch. de Superſtit. p. 166. [§. 8. ed. Matthaei, c. 4. T. I. P. II. p. 659. Wyttenb.]

Δεινή τις ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφορὰ,
Δούλους γενέσθαι, δεσπότας δὲ δυστυχεῖς
Λαβεῖν.

Spanh. Senſus: *ſeruum eſſe deſipientis domini.* Nam dominus, quatenus habet poteſtatem in ſeruum, δεσπότης dicitur, et ſeruus, quatenus eſt in poteſtate heri eique ſeruit, δοῦλος. *Fiſch.*

παραφρονοῦντος. Locum laudat Thom. Mag. in παραφρονῶ [p. 691. Bernard.] *Kuſt.* παραφρονεῖν (quod ita etiam Nub. 840. Ran. 1545. legitur, *Spanh.*) eſt, *extra ſanam mentem eſſe*, h. e. deſipere, male ſapere, delirare, dementire Gl. vett. *non videre, quid fieri oporteat*, Xen. Mem. 4, 7, 6. Oppon. verbo σωφρονεῖν. Nam praep. παρὰ in multis verbis compoſitis habet hanc vim, vt fit *perperam, male, aliter quam decet*, vt παραγνῶναι male ſtatuere, Xen. Mem. 1, 1, 17. παραμελεῖν obiter curare, Cyrop. 1, 6, 12. παραπαίειν pulſando aberrare. *Fiſch.* Sicut hic deſipiente hero grauis conditio fieri dicitur, ita vicissim Euripides in Alexandro ap. Stob. Flor. Tit. LX. [LXII. Fragm. Eurip. Alex. n. 6. Musgr.] Δούλου φρονοῦντος μᾶλλον, ἢ φρονεῖν χρεὼν Οὐκ ἔστιν ἄλλος μεῖζον. *Spanh.*

3. ἢν γὰρ — τύχῃ. *Nam ſi ſeruus ſapientiſſime ſuaſerit, prudentiſſima et vtiliſſima conſilia dederit, optima factu ſuaſerit.* Nam ſeruus vocatur θεράπων, quatenus domino (κυρίῳ) miniſtrat, operamque dat. λέξας τύχῃ pro λέξῃ Schol. et Phau. h. v. Cauſa eſt, quia ſignificatur res fortuita, non neceſſaria. Nam τυγχάνειν eſt pr. *propoſitum tenere, collineare*, et opponitur τῷ ἁμαρτάνειν, quod eſt fortuitum, non neceſſarium. *Fiſch.* Euripides in Bellor. ap. eumd. Stob. eod. tit. [n. 1. p. 434. T. II. ed. Lipſ.] Δούλῳ γὰρ οὐχ οἷόν τε τἀληθῆ λέγειν, εἰ δεσπόταισι μὲν πρέποντα τυγχάνοι (τυγχάνῃ). *Spanh.*

4. ταῦτα. Cod. Dorvil. et tres Codd. Brunck. ταυτά, quod recte Scholiaſten repudiare Hemſt. Br. et Fiſch. iudicant. Nam ταῦτα refertur ad βέλτιστα.

κεκτημένῳ. Κεκτημένοι et ἐγκεκτημένοι pr. ab Atticis dicti Athenienſes, qui praedia in Attica poſſidebant, et

erant a δημόται, seu ipsis pagorum Atticae incolis diuersi. Liquet id e Demosth. adu. Polycl. p. 667. ed. Paris. [p. 1208, 27. T. II. Orr. Gr. Reisk. *Fischer.* addit Xen. Oecon. 20, 22. vbi οἱ κεκτημένοι sunt possessores agrorum]. Hinc κεκτημένοι *heri*, s. δεσπόται ab iisdem Atticis sunt dicti, et quidem, inter alia, respectu seruorum, qui inter κτήματα vulgo habiti, prout Aristot. Polit. I, 4. δοῦλος κτῆμα τε ἔμψυχον, et eiusd. Ethic. ad Eud. VIII, 9. Hinc ap. Lucian. in Cataplo p. 423. T. I. ed. Amst. [c. 2. T. I. p. 622. Reiz.] Mercurius non Iouis solum sed etiam aliorum deorum dicitur κοινὸν κτῆμα. Quam in rem et ad hunc Comici locum expressa sunt verba Dion. Chrys. Or. XV. p. 241. [T. I. p. 454. Reisk.] ὃν ἂν τις κεκτημένος [suppl. ᾖ] κυρίως — ὥστε ἐξεῖναι αὐτῷ χρῆσθαι, ὅ τι βούλεται· οὗτος ὀρθῶς λέγεσθαί τε καὶ εἶναι δοῦλος τοῦ κεκτημένου. Nempe, vt mox ibid. subdit: καὶ γὰρ δὴ τῶν κτωμένων εἶναι τοὺς δεσπότας. Hinc vbi a Lacedaemoniis seruos morte adfectos, qui supra seruilem conditionem ac speciem vigerent, dixisset apud Athen. Myron Prienensis, addit XIV. p. 657. [T. V. p. 393. Schweigh.] καὶ τοῖς κεκτημένοις ἐπιτίμιον, εἰ μὴ ἐπαίοπτοιεν τοὺς ἁλισκομένους (iuxta certam Casaub. emendationem — receptam etiam a Schweighaeusero —). Sic κεκτημένων iam ap. Aesch. Suppl. 340. de dominis, et κεκτημένη de *domina* in Nost. Concion. 1118. Ac similiter ap. Lucian. in Asin. T. II. p. 84. ed. Amst. [T. II. p. 580. Reiz.] ἰδεῖν μετα μορφουμένην τὴν κεκτημένην. *Spanh.* Add. Moeris Attic. p. 225. ibique Pierss. et Spanh. ad Iulian. p. 29. a. Omnino Graeci vtuntur Participiis, praemisso articulo, loco nominum, vt οἱ ἐφεστῶτες Xen. Mem. III, 5, 19. *praefecti*, *magistri*, ἡ τεκοῦσα mater Eur. Phoen. 53. οἱ φύσαντες parentes ib. 34. Imitati sunt poëtae, vt *mugientes* Hor. Epod. 2, 13. boues. Sed haec forma loquendi vt multae aliae, in linguam graecam videntur venisse ex hebraica, quae inopia Substantiuorum coacta vsurpauit pro iis Participia, vel addito He, vel omisso, vnde etiam in N. T. ita Participia simpliciter, omisso articulo, ponuntur, Luc. 3, 14. Matth. 22, 10. *Fisch.*

5. μετέχειν — κακῶν, i. e. *seruo parata sunt necessario verbera.* Nam τὰ κακά, mala, inutilia, pernicioſa, relata ad seruum ratione domini sunt *plagae*, *verbera.* Sed in verberandis seruis vtebantur domini vel manibus et pugnis (21. s.) vel flagellis, quae facta erant vel e funi-

culis vel e loris coriaceis. v. Scheffer. R. Veh. I, 14. p. 190. ff. Idem docent verba v. 6. f. Nam herus dominatur corpori ſerui, ita vt eum verberet vel ipſe vel per alios. Aliter Spanhem. ad Callim. p. 187. f. ed. Graeu. Genitiuus rei additur verbo μετέχειν, quia partitio indicatur. Additur interdum μέρος, vt Cyrop. II, 3, 3. *Fiſch.* Hunc locum imitatus eſſe videtur Philemon ap. Stob. Ecl. LX. p. 384 [LXII. p. 236. Grot. Exc. Poet. e Stob. p. 300. in Clerici Coll. Fragm. Phil.]

Κακόν ἐστι δούλῳ δεσπότης πράσσων κακῶς
Μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίνεται.

Kuſt. — *Spanh.* addit fragm. Eurip. Alcmaeon. [n. 4. Musgr.]

6. τοῦ σώματος — ἐωνημένου. *Neque enim corporis dominum*, i. e. *ſeruum*, *fortuna finit eſſe eius dominum*, *immo herum ei iubet dominari.* Genit. τοῦ σώμ. et cum nomine τὸν κύριον et cum verbo κρατεῖν cohaeret. Cf. Schol. quem et Bergl. laudat. *Fiſch.* σῶμα de *ſeruo* aut *ſerua* ab Atticis ſubinde dictum ex Ariſtot. Harpocr. et aliunde obſeruat ad Athen. Caſaubonus p. 360. σῶμα quidem in genere de *perſona virili* ac *muliebri* ap. eosdem Atticos; prout σώματα Danaides drr. Aeſch. Prom. 858. et ſic σῶμα LXX. Gen. 48, 12. pro *viritim*, par tête. *Spanh.* Bourdelotius ad Helioder. I. p. 9. exiſtimat, σῶμα h. l. ſignificare *mancipium*, non *corpus;* ſed male. Licet enim verum ſit, σώματα interdum ap. Gr. ſignificare *mancipia*, ſicut *corpora* ap. ICtos Lat.; ea tamen ſignificatio ab h. l. aliena eſt. Tum enim κύριος τοῦ σώματος erit *dominus ſerui*, locus autem de ſeruo accipiendus eſt. Seruum enim recte dixeris, dominum corporis proprii, ſ. dominum ſui ipſius, non autem dominum ſerui. *Kuſt.*

ὁ κύριος τοῦ σώματος eſt ſeruus. Nam vt ICti Rom. loquuntur, ſeruus naturaliter corporis ſui dominus eſt. Et Ammonius, ſiue malis, Erennius Philo, v. Δεσπότης· κύριος — καὶ αὐτός τις ἑαυτοῦ. *Kuſt.* Natura enim vnumquemque hominem, atque etiam ſeruum, ſui corporis dominum eſſe vult. *Fi.* Serui minime pro κυρίοις, ſeu ſui iuris hominibus olim habiti. Hinc Demoſth. adu. Pantaen. p. 570. [T. II. p. 981, 20. Reisk.] τίς — τοῦ δούλου τὰ πράγματα ὥσπερ κυρίου κατηγόρησεν; κυρίου nempe voc. Athenis vſos in dicaſteriis, vbi quempiam *liberum*, non *ſeruum* in iudicium vocabant, docent Scholl. ad Eqq. 965. Adde

quod κύριος de *marito*, *patre*, aut alio quocunque *sui iuris*, seu etiam de eo, in cuius tutela foret mulier, ab Atticis dicatur. Κύριον vero, respectu ad seruum habito, dici negat Pearsonus ad Symbol. Apostol. p. 257. vers. lat. vbi de hoc ipso Arist. loco agit. Quod adstruere videtur Aeschines, a quo adu. Timarch. p. 263. ed. Frf. κύριοι dicuntur, in quorum potestate sunt pueri ingenui; ita vt *liberorum* s. *ingenuorum* intuitu κύριοι, respectu autem ad seruos δεσπόται sint vulgo a Graecis ipsisque Atticis dicti. Quamquam respectu etiam ad *seruos* κυρίων voc. sit vsus Dionys. Halic. Antiq. IV. p. 227. [c. 24. T. II. p. 696, 9. Reisk.] Adde LXX. Exod. 21, 4. — Quod autem *sui corporis* non ipsum seruum esse dominum, sed, qui eum emit, hic traditur, id ab Aristot. similiter dicitur Eth. I, c. 34. τοῦ γὰρ δεσπότου ὁ οἰκέτης, et expressius lib. 8. c. 9. *Spanh.* Non potest seruus a domino vapulans dicere quod ille in Nub. 1416. πρὸς γὰρ τὸ μὲν σὸν σῶμα — *Bergl.*

7. κρατεῖν τοῦ σώμ. est, habere potestatem corporis, ἐξουσιάζειν Schol. quod verbum ita 1. Cor. 2, 4. legitur. Cf. Gataker. de stylo N. T. c. 10. p. 64. *Fisch.* — ὁ δαίμων est *fortuna*. Schol. et Phavor. h. v. Caussa est, quia Genius cuiusque credebatur esse auctor fortunae cuiusque. Nam δαίμονες ap. scriptt. barbaros leguntur eadem facere, quae in libris diuinis angeli. v. Plat. Phaed. 57. Symp. 23. Augustin. de Ciuit. dei 8, 14—18. *Fisch.* Bourdelotius ad Heliod. l. l. negat, τὸν δαίμονα in masculino dici fortunam, sed in femin. τὴν δαίμονα, quod secus est. Nam etiam ὁ δαίμων pro fortuna ap. plures scriptt. legitur, vt Eurip. Alc. 935. Androm. 98. (τὸν ἐμὸν δαίμον' —) Troad. 101. Cyclop. 110. Ion. 1269. (ἐσθλοῦ δαίμονος). *Kust.* *Bergler*us addit Soph. Oed. Col. 76. Idem tamen adiicit: *vel genius:* de quo ad Alciphr. — In vtramque partem de *bona* et *mala* fortuna dici monet Girard. et in art. ὁ vim quaerit. — ὁ ἐωνημένος est herus, qui seruum emit. *Kust.* Participium Pass. habet vim Medii, vt v. 4. ὁ κεκτημένος. Nam ὠνεῖν valet *vendere*, vnde ὠνεῖσθαι *sibi vendi* aliquid *iubere*, h. e. emere. *Fisch.*

8. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. *Et haec quidem sic se habent*, atque haec ita solent fieri; formula Atticis perquam familiaris, ita vt ea vtantur fere ii, qui desinunt verba facere de re aliqua, et transire ad aliam volunt, sic vt significent vera esse ante dicta: Lat. *et haec quidem hactenus*. *Fisch.* Platon. Comic. ap. Athen. I. p. 5. et Aesch.

Prom. 499. (vbi τοιαῦτα) laudat *Spanh.* — Τῷ δὲ Λοξίᾳ — δεσπότην h. e. sed de Apolline, qui oracula edit e tripode aureo, iure mihi videor conqueri posse, quod, quum feratur esse medicus et vates doctus, tamen dominum meum abire iusserit ex aede sua delirantem. ὁ Λοξίας est Apollo Pythius, ita dictus a λοξὸς *obliquus*, quia edebat oracula non *recta* h. e. aperta et certa, sed *obliqua* i. e. ambigua et obscura (Schol. Doru. et vet. vnde Suid. et Phau.), cuiusmodi oracula multa collegit Dalius (van Dale) de Orac. 7, 21. diss. 1. Aesch. Eumen. 19. προφήτης λοξίας. Gloss. vett. λοξίας· *obliloquis*. Gesner. legit *obliquoloquus*, hocque voc. auxit Thesaurum Lat. L. Dici etiam *flexiloquus* potest, vt Cic. Diu. 2, 56. oracula Apoll. vocat *flexiloqua* et obscura, vbi v. Dauis. Nam verba proprietatem personae alicuius non communem sed praecipuam indicantia ponuntur recte pro ipso illius personae nomine. *Fisch.* Saepe absolute sic vocatur Apollo cum alibi tum in Eurip. Ione, ad quam tragoediam hic alluditur. *Bergl.*

9. θεσπιῳδεῖ. Sic θεσπιῳδὸς Cassandra Eurip. Hec. 677. θεσπιῳδήσειν Aesch. Agam. 1170. Pro θεσπιῳδεῖν vero θεσπίζειν de Apolline Delphis vaticinante dixit Eurip. Ion. 7. *Spanh.* cui haec subiecit *Bergl.* Compositum verbum e θέσπις *diuinus*, et ᾠδεῖν *canere*, vsurpatur 1. de Apolline vt h. l. et Eur. Phoen. 966. atque idem est quod χρᾶν et ἀναιρεῖν, oracula edere, vaticinari; 2. de vatibus, ita vt sit *vaticinari*, i. q. προφητεύειν, μαντεύεσθαι, v. Pollux 1, 7. nam et oracula Apollinis fere versibus continebantur, et vates vtuntur versibus; 3. de poëtis, eorumque vel poëmatis vel oribus, v. Aesch. Axioch. 10. nam etiam poëtae carmina fundunt instinctu diuino. *Fisch.*

τρίπους χρυσήλατος est *tripus* (mensa tripes) *aureus*. v. Hes. V. χρυσήλατος. Nam quaecumque diis tribuuntur, ea dicuntur *aurea*, i. e. pulcherrima, praestantissima *q*). Species et figurae tripodum sunt ap. Spon. Mi-

q) Immo tertius tripus *aureus* fuit, quum antea aereus adhibitus esset. Cf. *Harwood* Graec. Antiqq. ex angl. ferm. in vernac. versae T. I. p. 378. s. Vti omnino Delphis alii etiam fuerunt tripodes aurei. v. Paus. X, 22. p. 191. T. III. Fac. De tripodibus vberiorem disputationem promisit *Millin* Mo-

ſcell. erud. antiq. p. 118. et Spanhem. ad Callim. in Del. 90. ad q. l. ab eo multa diſſeruntur de tripodibus inprimisque de tripode Delphico. Ipſa Pythia, ſacerdos Apollinis, cui tribuendum erat, quod Apollini tribuere Carionem iuſſit poëta, in tripode, qui lauro ornatus erat (Palaeph. 50, 4.) ſedens vaticinabatur; pars tripodis illa, in qua ſedebat, dicebatur ὄλμος, v. Spanhem. l. l. [p. 449. T. II. Ern.] et poſita erat ſuper profundo terrae foramine in planitie exigua, quae erat in rupis anfractu, media ferme Parnaſſi montis altitudine [in templi ipſius adyto] Iuſtin. 24, 6, 9. Diod. S. 16, 26. Villoiſ. Anecd. Gr. T. I. p. 109. van Dale de Orac. p. 141. *Fiſch.* [Viuide haec enarrant *Barthelemy* Voyage du jeune Anach. T. II. c. 22. p. 331. ff. verſ. vernac. et auctt. epiſtt. Atticarum (Athenienſiſche Briefe — überſetzt von Jacobs, ep. 114. T. II. p. 99. et ep. 120. p. 155. ff.] χρυσηλάτου. Haec etiam vox ſupra ſoecum Comicum. Vtitur ea ſaepius Euripides, in Medea aliquoties. *Bergl.* Tr. *ex auro ductus, fabricatus. Münt.* Add. *Girard.*

10. μέμψιν δικαίαν μέμφεσθαι, eſt *recte, iure, conqueri.* Nam nomina verbis eiusdem originis aut ſignificationis iuncta, vel in Accuſ. vel in Ablat., per ſe nullam addunt verbis vim, ita vt μέμψιν μέμφεσθαι id. ſit quod μέμφεσθαι ſimpliciter, atque Adi. δικαίαν vim habeat Adu. δικαίως. Ducta autem haec forma loquendi eſt ex oriente, vt Iudd. 8, 24. 1. Regg. 12, 8. [imo potius omnino a ſimplicitate antiqui ſermonis repetenda] v. Vorſt. Philol. c. 35. *Fiſch.* [Add. eund. Proluſſ. de vitiis Lexx. N. T. p. 226. ff. Anim. ad Weller. III, I, p. 422. ff. et Tob. Eckhardi Obſeruatt. philol. ex Ariſtoph. Pluto dictioni N. Foed. illuſtrandae inſeruientes ad h. l.] — Familiare quoque Atticis loquendi genus; ſic in hac fab. 202. (δικάζειν ρίκας) 429. 515. 530. Add. Acharn. 112. Pac. 150. et ſic paſſim ap. Tragicos et Oratores. *Spanh.* μέμψις opp. ἔπαινος Xen. Cyr. 3, 5, 5. extr. ideoque μέμφεσθαι v. ἐπαινεῖν. *Fiſch.* Sic et Eurip. Or. 275. Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι. Herodot. 1, 91. κατὰ τὸ μαντήϊον — ὁ Κροῖσος μέμφεται. *Bergl.*

---

num. ined. T. I. p. 278. Figurae etiam ſunt in Muſeo Napol. T. IV. tab. 13. 14. p. 58. ff.

11. *ἰατρὸς καὶ μάντις.* Hinc vno voc. *ἰατρόμαντις* dicitur Aeſchyl. Eumen. 62. Ab eodem Suppl. 271. Apis, filius Apollinis, *ἰατρόμαντις.* In eiusd. Agam. 1632. calamitates *ἰατρομάντιες φρενῶν.* De Ariſtaeo, alio Apollinis filio, Apoll. Rhod. IV, 514. *Μοῦσαι ἀκεσορίην τε θεοπροπίας τ' ἐδίδαξαν.* Ipſe Apollo *ἰατρὸς* Noſt. Au. 587. *Spanh.* Nam Apollo praeeſſe credebatur medicis et vatibus, atque ipſe eſſe medicus atque vates doctus (*σοφός*). Callim. h. in Apoll. 45. f. vbi v. Spanh. Lucian. Philop. 5. T. III. p. 591. vbi v. Gesn. *Fiſch.* Sunt autem non iſtae tantum artes Apollinis, ſed et aliae duae. De his Plato in Cratylo et Lucianus in dial. Iunonis et Latonae (XVI.) et alibi. *Bergl.*

ὥς φασιν. Ita Kuſterus, vt metro ſuccurreret, et poſt eum Hemſt. cum cod. Doru. ediderunt pro *φασι*, quod in F. B. G. — Interpoſuit illa verba poëta, vt oratio accommodata eſſet perſonae ſerui, et Apollinem nominari iuſſit potiſſimum *ἰατρὸν* et *μάντιν*, quia praedicatum *μελαγχ. ἀπεπ.* iſta nomina deſiderat. *σοφὸς* eſt *doctus*, v. Index Aeſch. Socr. h. v. et Albert. ad 1. Cor. 3, 10. et Suid. v. *σοφία. Fiſch.*

12. *μελαγχολᾷν* eſt *delirare*, *furere*, *inſanire*, i. q. *παραφρονεῖν* v. 2. Schol. vet. animaduertit *χολᾷν* ap. Att. idem valuiſſe quod *μαίνεσθαι.* Add. Moeris Attic. V. *χολὴν* [p. 406. Pierſ.] *r).* Poterat igitur poëta dicere *χολῶντα.* Sed quia furor fere exiſtere putatur ex *atrae* bilis abundantia, ideirco vſus eſt v. *μελαγχολᾷν*, vt v. 902. Phauor. h. v. vbi hic loc. laud. et *μαινόμενον* exponitur. Cf. Wolf. ad ep. Liban. p. 31. Carion herum vocat *μελαγχολῶντα*, quia videbat ab eo fieri alia omnia, quam quae fieri ab hominibus ſanis ſolent, vt praeeant caecis, neque eos pone ſequantur. Apollo autem hero conſulenti reſpondere debuerat ita, vt recte ageret omnia. *ἀποπέμπειν* eſt h. l. *ex aede ſua discedere iubere, ſinere*, Act. pro Medio, vt Plat. Phaed. 66. coll. 65. *Fiſch.*

---

r) Hunc Moeridis, tum nondum editi, ſed ab ipſo in Britannia ex apographo petito ex autographo bibl. Vindob. deſcripti locum laudat, ſub nomine Eunoeridis, *Spanh.* h. l. ita: *χολᾶν, ἀντὶ μανίας, Ἀττικῶς.* Idem addit Demeſth. adu. Olympiod. p. 655. *μελαγχολᾶν δοκῶν.*

13—17. Senſus: Sequitur enim pone caecum hominem, lecus faciens quam eum facere decebat. Nam nos quidem, quibus oculorum lumina ſunt, caecis praeimus; ille vero a tergo ſequitur, meque idem facere cogit; ita quidem vt ipſe mihi omnino nihil reſpondeat. *Fiſch.* Cod. Doru. ὅς τις δ' ἀκολ. verum in margine notatur eadem manu γρ. ὅς τις ἀκολ. Scilicet aberrarat deſcriptoris oculus ad verſum abhinc tertium. *Hemſt.* κατόπιν eſt particula Atticis propria (757. 1005. 1210.) idem valens quod ap. Gr. caeteros ὄπισθεν, v. Moeris [p. 240. Pierſ. quem locum etiam *Spanh.* ex apogr. ſuo laudauit], Schol. Leid. et Doru. ad 1095. Heſych. Phauor. h. v. ἀκολουθεῖν κατόπιν eſt ſequi, *pone, a tergo*, vt 757. nam refertur ad ἡγεῖσθαι v. 15. praeire. Vnde patet, auctoritate horum locorum nullo modo vindicari poſſe conſtructionem v. ἀκολουθεῖν cum ὀπίσω et μετὰ in N. T. Matth. 10, 38. Luc. 9, 49. etc. Nam hoc eſt omnino, *ſequi*, *comitari aliquem.* Atque eiusmodi ſunt etiam caeteri loci, quos attulerunt contra Vorſtium Phil. S. 34, 4. Vitringa Anim. ad Vorſt. c. 8. p. 853. Georgius Vindic. graec. N. T. p. 337. Eckhardus (Obſſ. e Pluto) p. 3. *Fiſch.* Plutum τυφλὸν vocat etiam Amphis Comicus ap. Athen. XIII. p. 567. Ita et Dio Chryſoſt. Orat. IV. p. 54. Porphyr. de Abstin. IV. p. 335. [c. 4. p. 304. ed. de Rhoer. qui cfr.] *Spanh.*

14. τοὐναντίον *contra, ſecus.* τοὐναντίον ἢ v. *Ducker.* ad Thuc. p. 500. [T. II. p. 302. Lipſ.]. προσήκειν *conuenire, decere. Fiſch.* Eurip. Or. 932. τοὐναντίον δὲ δράσετ' ἢ δράσαι χρεών. *Bergl.*

15. ἡγεῖσθαι eſt, *praeire*, *ducem eſſe.* Schol. Heſ. h. v. Nam dicitur maxime de viae ducibus, vel ſimpliciter vel addito voc. ὁδὸς in Genit. aut Accuſ. v. Xenoph. Cyr. 3, 2, 13. 4, 2, 8. Ioſeph. Arch. 9, 5. extr. Sic et ἡγεμὼν et ἡγεμὼν τῆς ὁδοῦ. v. Valcken. ad Herod. p. 377. *Fiſch.* ἡγεῖσθαι h. l. i. qu. ὁδηγεῖν Luc. 6, 39. Ap. Lucian. in Timone T. I. p. 116. Mercurius Plutum ducit. *Eckard.*

16. οὗτος *herus meus.* προσβιάζεσθαι eſt, *cogere*, *iubere vna ire, ſequi a tergo.* Neque enim vim quandam puto hoc verbo ſignificari; nam quia Carion pedisſequus erat Chremyli, et hic Plutum ſequebatur pone, neceſſe erat, vt ſeruus, qui ſequeretur herum, etiam Plutum a tergo ſequeretur [*inuitus* tamen faciebat]. Sic παραβιά-

ξεσθαι Luc. 24, 29. de discipulis magistrum rogantibus eique persuadere studentibus, vt cum ipsis maneret. Add. Act. 16, 15. *Fisch.*

17. καὶ ταῦτα est, vel *praesertim quum*, v. Metaphr. Caes. b. Gall. 1, 16. quum praecedit nullum nomen, ad quod referantur ista verba, vel, *et quidem*, quum praecedit nomen ad quod referantur, vt h. l. *Fisch.*

ἀποκρινομένου. referendum puto ad τυφλοῦ v. 13. Neque enim video, cur hoc ductus orationis non patiatur, maxime cum e seqq. pateat, Plutum non respondere voluisse. Vtique durius videtur genitiuum absolutum statuere, quod placet Girardo. *Duck.* Ne dicam durius ἀποκρ. cum τυφλοῦ coniungi, vtpote plena sententia interueniente, illud potius dixero, sententiam ipsam clamitare, corrigendum esse ἀποκρινόμενος, Chremylus sc. Carioni. Patet ex 19. et 24. Chremylum a seruo interrogatum nihil respondisse; hoc ille indignatur. Plutum vero nondum interrogatum fuisse, v. 60. ostendit et 52. *Bentl.* in Emendd. in Plut. excerptis ex Epp. ad Kust. — ἀποκρινόμενος perite legendum esse vidit Bentl.: refertur enim ad proximum οὗτος. Codd. etiam vt impressi habent, ἀποκρινομένου, quod pro genit. absoluto habuerunt veteres, nec tamen satis illis constitit, vtro pertineret, an ad proximum herum, an ad remotiorem coecum hominem. Hoc ostendit glossa cod. mei: τοῦ τυφλοῦ ἢ τοῦ Χρεμύλου. Sed queri non poterat seruus, sibi coecum non respondere, quem nondum perunctatus fuerat. *Brunck.* (qui eam emendationem in texta recepit.) At 1. in nullo lib. vet. vllum varietatis lectionis exstat vestigium, 2. superuacanea est emendatio. Nam participia sic saepe absolute ponuntur, vt intelligi debeat Pronomen, vt Act. 21, 31. v. Hoelzlin. ad Apoll. Rhod. 1, 260. Heusinger. ad Plut. de puer. ed. 14, 14. p. 121. et Prolus. nost. de vit. Lexx. N. T. p. 133. [et Eckard. ad h. l. p. 4.] Sensus est: dominus me cogit vna sequi pone hominem caecum, ita quidem, vt ipse mihi quaerenti nihil omnino respondeat, neque ostendat, quis iste sit, curue a tergo sequatur. *Fisch.* Insolentius tamen est, quod, quum praecesserit οὗτος, genitiuus absolutus sequatur. Caeterum nec *Hemst.* quidquam mutari voluisse videtur. *Münterus* autem probauit Bentl., emendationem.

τοπαράπαν s) eſt *omnino*, παντελῶς Heſ. Librarii fere τὸ omiſere. v. Ind. Palaeph. v. ὁ, et οὐδὲ γρὺ *ne minimum quidem, nihil*, eſt loquutio prouerbialis, v. Erasm. Adag. p. 674., quae vnde ducta ſit, non omnino conſtat. Nam γρὺ dicuntur *unguium ſordes*, Heſ. et Herodian. Philet. p. 436. Eſt etiam genus quoddam numuli minuti; eſt ſonus vocis ſuum. v. Schol. cuius verba deſcripſit Phauor. et Suid. Atque hinc ſumtam eſſe prouerb. illam loquutionem arbitror. *Fiſch.* Sic in Ariſtoph. verſu ap. Athen. VIII. p. 343. μηδὲ γρύ. Vnde γρύζειν, *muſſitare*, de quo 597. Ita Theſm. 278. μῦ et mox τί μύζεις. *Spanh.*

17. ſc. Ad herum, quocum incedebat Plutum ſequens, haec conuerſus dicit. — ἔγωὐ — ἔχοντά γε, i. e. *ego vero neutiquam tacebo, niſi oſtenderis, quare tandem hunc ſequamur, here: immo tibi moleſtus ero; neque enim poteris me verberare coronatum.* ἔστιν ὅπως, eſt, *quomodo* h. e. vllo modo, quoddammodo, fieri poteſt vt; ideoque οὐκ ἔσθ' ὅπως non poteſt fieri vt, i. e. *nullo modo, haudquaquam*, i. q. οὐδαμῶς. v. Daweſ. Miſc. Crit. p. 281. — σιγήσομαι. Attici in multis verbis Neutris in αω et εω deſinentibus Futura Media praeferunt Futuris Act. Sic πράξομαι, θηράσομαι pro πράξω, θηράσω, Moeris hh. vv. Plato Symp. 38. ἐπαινέσεται, de rep. 2. p. 379. T. II. Steph. ἐπαινεσόμεθα. Cauſa videtur eſſe, quod Actiua quondam habuerint vim actiuam, non mediam; quae certe reſtat in multis huiusmodi verbis, vt τιμάω, λυπέω. Quae quidem opinio confirmatur etiam eo, quod ſic vſurpantur Fut. Med. in ζω, quae proprie actiua eſſe conſtat, vt θαυμάσονται, Apoc. 17, 8. *Fiſch.* [qui et in Anim. ad Well. III, II. p. 62. cfr.]

19. φράζειν eſt *dicere, oſtendere, docere*, vt v. 24. et Xen. Mem. I, 4, 15. v. Heſych. — ὅ τι — ποτε *cur tandem?* vt v. 24. τίς ποτε quis tandem, quisnam. add. 53. Hunc aliosque locos ſimiles multi [vt Eckard. h. l.] laudant vt doceant Marcum 9, 11. ὅτι recte vſum pro *cur*. v. Raphel. ad eum loc. et Vitringa ad Vorſt. c. 3. At I. hoc aliisque locis ſcribi debet ὅ, τι t), vt Ienſius

s) Scribitur in nonn. edd. vt Münt. diuiſim, τὸ παράπαν, ſed ipſe *Münt.* improbat.

t) Editum etiam h. l. ante Brunck. eſt ὅτι.

iam monuit ad Lucian. T. I. p. 497. auctoritate optimorum librorum. v. Hom. Il. 1, 64. e quo loco attulit Hes. gloſſam ὅ τι τόσσον· διότι τοσοῦτον, vt Schol. Doru. ad 967. ὅτι explicat διότι. Nam Attici ὅστις dicunt pro τίς, v. v. 53. coll. 24. ita vt ὅ, τι dictum ſit pro τί. 2. certum eſt, Marcum expreſſiſſe part. כִּי quae vſurpatur pro *cur*, et a LXX. redditur ὅτι 2 Regg. 18, 34. *Fiſch.*

20. πράγματα παρέχειν pr. eſt, *aliquem accuſare*, in ius vocare, alicui litem intendere. Nam refertur ad πράγματα ἔχειν quod dicitur de reis, et iis qui lites ſequuntur. v. Xen. Mem. 2, 9, 1. Deinde ponitur omnino de iis, qui alicui *moleſti ſunt* aliqua re, κόπους παρέχειν Matth. 26, 10. Luc. 11, 7. et mox ap. Noſt. λυπεῖν. *Fiſch.* A negotiatoribus, qui multis negotiis curisque distrahuntur, perperam formulam repetit *Eckard.*

21. τυπτήσεις Attice pro τύψεις Moeris p. 373. Pierſ. Tho. Mag. p. 860. Sic χαιρήσεις v. 64. *Fiſch.*

στέφανον ἔχ. γε. Qui olim conſulto oraculo ex Apollinis templo redibant [et liberi et ſerui, *Fiſch.*] coronati erant [lauro]. Qui autem ſacris eiusmodi coronis ornati erant, ſancti quodammodo habebantur, eosque violare nefas erat. v. Schol. Eurip. Hippol. 792. Schol. Soph. Oedip. Tyr. p. 152. ed. Henr. Steph. [ad v. 82.] vbi ad hunc locum reſpicit. Cfr. Brodaei Miſc. T. II. Grut. Theſ. Crit. p. 518. *Kuſter.* atque ex eo *Bergl.* et *Duck.* Sophoclis locum laudat etiam *Spanh.* et praeterea Noſt. Pac. 1048. ibique Schol. *Fiſcher.* addit *van Dale* de Oracc. c. 6. monetque hinc intelligi, cur Carion haec verba adiecerit, στέφανον ἔχειν idem eſſe, quod στεφανηφορεῖν, et στέφανον eſſe *coronam lauream*. — γε *ſaltim*, *Gir.* et *Münt.*

22. μὰ Δί' ἀλλ *imo vero*, vt οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλὰ Lyſiſtr. 55. *Kuſter.* Nam ante μὰ Δία intell. οὐ *v*). Senſus: *non verberabo te, coronam in capite habentem, ſed verberabo te, detracta capillis corona*, h. e. immo verberabo te etc. Scil. herus in animo habebat, ſeruum pugnis caedere. *Fiſch.* Verba ἦν λυπῇς τί με deſunt in

v) Vid. Viger. de Idiot. p. 450. Herm. et Hoogeveen. doctr. part. Gr. p. 552. ed. ſecund. Schütz.

cod.' Doru. non accuratiſſimo. *He.* Senſus: *ſi mihi vllo modo moleſtus eris. Fiſch.* Alterum Accuſ. τι, vt Ael. V. H. 4, 15. λυπεῖν etiam cum duobus Accuſ., ab omiſſa praep. κατὰ repetit *Münt.*

23. ἵνα μ. ἀλγῇς, *vt caput tibi grauius doleat.* — λῆρος — σφόδρα, h. e. *nugae! neque enim deſinam te quaerendo obtundere, priusquam oſtenderis mihi, quisnam ſit iſte; beneuolentiſſimus enim tibi atque amiciſſimus hoc ex te quaero.* λῆρος, vt ap. Lat. *nugae*, vel de *verbis* et dictis vanis, futilibus, vel de *rebus* inanibus, leuibus, nihili aeſtimandis, vel de *hominibus* ſtultis et contemtione dignis. H. l. pertinet ad minas domini, fruſtra iactatas; iſtae minae tuae me non mouent. — παύσομαι ſc. πράγματα παρέχων σοι. *Fiſch.* λῆρος ſcil. ἐστιν. *Münt.*

24. οὗτοσὶ *iſte*, pone quem ſequimur. Eſt enim δεικτικὸν, auctore Ammon. de differ. voc. [p. 106. ed. Valk.] *Fiſch.*

25. εὔνους. Nempe iuxta illud Menandri ap. Stob. Floril. tit. LXII. [n. 98. p. 226. ed. Cler.]

ὅταν τύχῃ τις εὐνοοῦντος οἰκέτου,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ,

Sic Xenoph. Oecon. 9, 5. οἱ χρηστοὶ (ſerui) παιδοποιησάμενοι εὐνούστεροι, ὡς ἐπίπολύ. *Spanh.*

πυνθάνεσθαι eſt vel, *interrogare*, ἐρωτᾶν, et conſtruitur cum Genit., int. ἐκ, vel παρὰ, vel *cognoſcere*, *audire*, cum Accuſ. v. Schol. et Suid. Partt. πάνυ σφόδρα cohaerent cum εὔνους, quia ſum tibi beniuolentiſſimus, vt 745. Nam Attici ſolent non raro, rei augendae cauſa, coniungere duas particulas, idem declarantes, nulla interueniente copula, vt εὖ μάλα Plat. Euthyphr. 4. (plane, Cic. Cat. Mai. 4.) Aelian. V. H. 9, 32. εὐθὺς παραχρῆμα Xen. de rep. Laced. p. 540. Leuncl. [add. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 71.] vid. v. 221. 860. 867. *Fiſch.*

26. f. *Ego vero te id non celabo: meorum enim ſeruorum fideliſſimum puto eſſe te et maxime taciturnum.* οὔ σε κρύψω i. q. φράσω σοι v. 24. nam κρύπτειν eſt *celare*. Οἰκέται ſunt omnino *domeſtici*, omnes, qui ſunt in domo, Heſ. inprimis *ſerui*, familia, vt h. l. πιστὸς *fidelis* de ſeruo etiam Matth. 24, 45. 25, 21. *Fiſch.* Locum laudat Tho. M. V. κλέπτης. *Kuſt.* ἀλλὰ ponitur eleganter ab initio vt Lat. *vero.* Ael. V. H. I, 21. *Münt.*

κλεπτίσατον. Schol. vet. recte obſeruat, poëtam hoc dixiſſe praeter exſpectationem. Nam poſt πιστότατον exſpectabatur εὐνούστατον vel ſimile quid. Salibus autem huiusmodi inexſpectatis vis comica praecipue valet, quippe quibus, velut telo aliquo inopinato, hominum animi maxime feriri et affici ſolent. *Kuſt.* Schol. inter alia μυστηριακώτατον maxime arcanum, *taciturnum.* κλέπτειν *celare*, Steph. Philoct. 57. *x)* Vtitur autem hoc ambiguo voc. Noſter, vt ſimul ſuracitatem ſerui indicet. Quod ad formam attinet, ſcribit Euſtath. p. 867, 68. duplicem ſuperlatiui terminationem in ea eſſe, κλέπτιστος, κλεπτίστατος, quemadmodum ὀψοφάγιστος, βλάκιστος, λάγνιστος, λάλιστος, augeantur ὀψοφαγίστατος, βλακίστατος, λαγνίστατος, λαλίστατος. Adhuc licentius formauit Sophocl. Philoct. 970. [985. Brunck.] τολμίστατος *y)*. Vtitur voc. κλεπτίστατος Alciphr. Ep. 3, 20. [vbi v. Not. T. II. p. 73. Wagn.] *Bergl.* Sic non multum differt ab eo, quod Simo ap. Terent. init. Andriae liberto ſuo dicit: nihil iſtac opus eſt arte — ſed iis, quas ſemper in te intellexi ſitas, *fide* et *taciturnitate*. Sed nihil hic agitur, quod Chremylus famulum ſuum ſilentio tegere cupiat. Melius vertiſſem, *callidiſſimum, ſollertiſſimum*. Gloſſ. cod. mei φρονιμώτατον. *Brunck.* (qui et Schol. cod. B. affert, inter Scholia repetendum). κλέπτης dicitur vel de homine *callido*, vel de *occulto* et *obſcuro*, qui non aperit ſua conſilia omnibus, vt Xen. Mem. 3, 1, 6. vel de *taciturno*, qui commiſſa continet, neque plenus rimarum eſt: nam in ſures cadunt iſta omnia. Non caret hic locus vrbanitate, quam lingua lat. aſſequi nequeat. Nam laudat herus ſeruum ita, vt ei ſimul *furacitatem* exprobrare videatur. *Fiſch.* Add. *Girard.* Seorſum haec dixiſſe Chremylum (Je veux dire le plus filou) cenſet *Brumoy* Th. d. Gr. XIII. 293.

28. Cod. Doru. ἐγὼ γὰρ ὢν θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ἀνήρ, metri lege violata, ita v. 34. μοὶ μόνος. *Hemſt.* θεοσεβὴς *pius aduerſus deos.* cf. Schol. et Ioh. Euang. 9, 31. δίκαιος eſt *iuſtus*, qui ſua cuique tribuit, non omnino *probus*, *honeſtus*, vt in N. T. Luc. 1, 6. *Fiſch.*

---

x) Aelian. V. H. 3, 47. et Dion. Hal. IX. [c. 4. extr. p. 1783. T. III. Reisk.] addit *Münt.*

y) πλεονεκτίστατος e Xen. Mem. 1, 2, 12. addit *Fiſch.* Cf. id. Anim. ad Weller. II. p. 106.

29. κακῶς πράττειν est omnino *rebus aduerſis vti*, vt εὖ πράττειν rebus vti ſecundis. V. Xen. Mem. 3, 9, 8. H. l. explicatur verbis πένης ἦν, i. e. *pauper, inops eram*, quum vtrique formulae opponatur vnum verbum, ἐπλούτουν. Nam πτωχὸς est *egenus*, *mendicus*, qui caret victu neceſſario, πένης fere *pauper*, cui eſt victus neceſſarius. v. v. 552. ſſ. Sic Socrates Xen. Oecon. 11, 3. dicitur πένης, quia habebat minas Atticas quinque, v. Oec. 2, 3. coll. Mem. 1, 2, 1. Interdum tamen πένητες dicuntur ita, vt etiam πτωχοὺς complectantur. οἶδα τοι *recte. Fiſch.* (Pr. *noui* vero) *probe ſcio, Münt.*

30. Laudat Tho. Mag. V. Ῥήτωρ. *Kuſt. Caeteri erant diuites, ſacrilegi, rhetores et ſycophantae, omnique ſcelerati. Scio.* ἱερόσυλοι ſunt *ſacrilegi*, qui ſacrum legunt (Auct. ad Herenn. 2, 30. extr.) qui ſacro manus admoliuntur (Plaut. Aſin. 3, 2, 24.), Cf. Xen. Ageſil. 11, 1. θεοσύλης hoc ſenſu Aelian. V. H. 5, 16. Reſpicitur ad nomen θεοσεβής. ῥήτορες per ſe ſunt vel *magiſtri artis dicendi*, vel *oratores*. Sed Ariſtoph. et Socratis aetate ῥήτορες dicti ſunt ii, qui in concione ita verba faciunt, vt ſua, non publica commoda ſpectent, qui ea ſuadent, quibus populi gratiam colligant, ſalutis publicae non habita ratione, qui adeo accuſant, certe minantur accuſare apud populum ciues bonos, vt aliquid auferant. Sic accipi debet nomen h. l. et Plat. Apol. 10, 20. Nam numerantur a poëta in ἀδίκοις. v. v. 28. cf. ad 379. et 567. *Fiſch.* Inter ἱερόσυλοι et ῥήτορες olim non fuerat diſtinctio poſita, quam ponendam eſſe vidit *Brodaeus* Miſc. I, 7. monente *Duck.*

31. συκοφάνται propr. dicti ſunt, qui indicabant eos, qui ficus ex Attica vel exportaſſent, vel exportarent. Nam vetitum erat Athenis, ficus exportare, et φαίνειν eſt μηνύειν, ἐγκαλεῖν, εἰς δίκην εἰσάγειν. Plutarch. περὶ πολυπραγμοσ. T. II. p. 523. Athen. 3, 2. p. 74. et Schol. ad v. 874. Deinde ita vocati ſunt, qui indicabant eos, qui alia ἀποῤῥήτα exportaſſent. Sed quia multi reperiebantur, qui ſui commodi cauſa, deferre auderent inſontes, συκοφάνται dicti ſunt *criminatores* et *accuſatores falſi*, vt h. l. vbi in ἀδίκων numero ponuntur. πονηροὶ ſunt *homines ſceleſti*, et καὶ *omnino*, vt Luc. 15, 1. *Fiſch.* πείθομαι. Quamvis praue ſcribatur in cod. Doru. πύθομαι, interpretatio tamen probae lectionis addita eſt, πιστεύω. Simili modo v. 36.

πευσόμενος, sed supra adiectum ἐρωτήσων, verae vocis indicium. *Hemst.* Verti potest, *recte, scio*, i. q. οἶδα v. 29. *Fi.*

32 — 38. Sensus: quia igitur video, me iamiam essemoriturum, adii Apollinem, vt eum interrogarem, an filius, quem vnicum habeo, deberet, mutatis moribus, esse fraudulentus, iniustus, nequam: quippe eum sic sperans diuitem et beatum fore. *Fisch.* ἐπέρεσθαι Attici propr. de iis, qui deos s. eorum oracula consulebant. Xenoph. de redit. pop. Ath. c. 6. *Spanh.* Herodot. I, 174 addit *Bergl.* ὡς z) τὸν θεὸν *in templum Apollinis.* Particula ὡς sequente Accus. iungitur nominibus rerum et animatarum et inanimarum *a)*, qui Accus. pendet a praepositt. εἰς ἐπί, πρός, vnde quum Grammatici fere adscripserint πρός, patet, cur pro ὡς librarii multis locis dederint πρός, vt Dion Halic. 1, 73. in cod. Vatic. Indicat autem saepe, vt εἰ et πρὸς, locum, in quo est is, cuius nomen additum est, indicio reliquae orationis reperiundum. Iam Chremylus exierat e templo Apollinis, v. v. 41. Itaque certum est ὦ. τ. θ. esse *in templum Apoll.* vt 653. πρὸς τὸν θεὸν ac *templum Aesculapii.* Ita ἐς θεὸν Pind. Ol. 7, 56. εἰ Ἀφροδίτην Charit. 4, 4. quod 5, 5. εἰς τὸ τῆς Ἀφροδίτης τέμενος, et 8, 8. εἰς τὸ τῆς Ἀφροδ. ἱερόν. Erat autem templum Apoll. Pythii Athenis exstructum a Pisistrato, v. Meurs. Ath. Att. 2, 10. et Pisistr. 9. Suid. in Πύθιον.

33. τὸν ἐμὸν μ. αὐτοῦ τοῦ παλαιπώρου pro τὸν ἐμοῦ (αὐμου) τοῦ παλαιπώρου. Attici enim pro pronominibus primitiuis ponere solent possessiua, sequente Genitiuo, qui refertur ad genitiuum in possessiuo latentem, Sic Nost. Nub. 1204. ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν. Eurip. El. 366. πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας. Imitati sunt Latini, vt Hor. Sat. I, 4, 22. *mea scripta — timentis. Kust. Fischerus* legem illam Grammat. ita expressit: Attici pronominibus possessi-

---

z) Ita in omnibus edd. ante Inu. qui πρὸς e Rau. recepit, quod interpretamentum est.

a) Inanimatis ita ὡς pro πρὸς iungi negant, atque tum εἰς reponi iubent Hemsterhusius, Valckenarius, Wyttenbachius et Porsonus, quos iam eam in rem laudauit Schaefer. ad Bos. Ell. Gr. p. 740. s. Cf. tamen Intpp. Tho. M. p. 934. s. Brunck. Ind. Arist. v. Ὡς.

is addere solent pron. αὐτὸς in Genit., qui referatur ad Genitiuum in possessiuis latentem, idque praeeunte Homero, vt Od. 1, 409. 2, 45. — Chremylus se nominat παλαίπωρον *miserum*, ob egestatem et inopiam, qua premebatur. *Fisch.*

34. ἐκτοξεύεσθαι propr. dicuntur sagittae [et tela, addit *Fisch.*], quae arcu emittuntur, vsque dum pharetra iis penitus euacuata [exhausta] sit. Hic autem metaphor. accipitur vel de opibus et bonis consumptis vel de aetate vitae paene iam exacta. Vtramque enim βίος significationem apud Grr. habet [*victus* et *vita*]. Sed de opibus potius locum hunc intellectum velim. *Kust.* βίον hic notat τὴν περιουσίαν, *facultates:* nec ludit in ambigua signif. voc. βίος *vita*, et βιὸς *arcus*. *Brunck.* De *exhausta vitae maiori parte*, instar arcus sagittis, quas emitteret deinceps, vacui, iuxta illud Hor., quod opportune iam hic monuit Tan. Fabri filia, Od. II. 16, [17. f.]: quid breui fortes *iaculamur* aeuo multa. Ap. Aesch. Suppl. 455. γλῶσσα τοξεύουσα, Eurip. Hec. 603. νοῦς ἐτόξευσεν, Soph. Antig. 1096. ἀφῆκα καρδίας τοξεύματα. πτερωτὰ τοξεύματα Eurip. Herc. Fur. 571. et ap. LXX. τόξον *arcus*, τόξευμα *sagitta arcu emissa*, Gen. 49, 23. κύριοι τοξευμάτων. *Spanh.* [quae tamen ab h. l. sunt aliena.] Spanhemii et Gir. interpretationem voc. βίος de *vita* (hoc sensu: videns me iam iam esse moriturum) veram esse putat *Fischer.*, 1. quia Chremylus inops erat homo, qui non posset queri, se prope abesse ab inopia, 2. quia apprime conuenit v. ἐκτετοξεῦσθαι. — Ad hoc verbum illustrandum *Bergler.* laudat: Herod. I, 214. (quem locum imitatum esse Zosimum 2, 18, 9. τῶν βέλεων ἐκτοξευθέντων, *Fisch.* monuit). Aesch. Eumen. 679. πᾶν τετόξευται βέλος, Plat. Theaet. p. 83, 40. Bas. [c. 92. p. 415. ed. Heind.] ῥηματίσκια ἀποτοξεύσει. [Add. *Fischer.* Prolus. de Vit. Lex. N. T. p. 197. ff. vbi copiosius h. l. tractauit.] — Cothurno, vt vides, incedere affectat Comicus, sed metaphoram prauam adhibet, si quid ego iudico. Quomodo enim vita ἐκτοξεύεται? an ludit in ambiguitate vv. βίος et βιός? sed neque βιὸς nec βίος ἐκτοξεύεται, sed sagitta tantum. Scio et Schol. et Suidam agnoscere hanc lectionem. Tamen illis inuitis Comicum scripsisse puto ἐκτετολυπεῦσθαι βίον, translatione aptissima, quam omnium gentium sermo vsurpat. Nostrates: *my life almost spun out.* Illud alterum Schol. interpretatur

τετελειῶσθαι; atqui hoc ipsum est, quod emendatio nostra melius significat. Hes. ἐκτολυπεύσας· τελειώσας. Illud quoque quam apte τοῦ ταλ. βίου ἐκτετολ. nam ταλαιπωρία illa in ipsa metaphora pulcherrime exprimitur. Idem Hes. τολυπεύειν, ταλαιπωρεῖν, μοχθεῖν etc. Huc adde illud σχεδόν, quod nostrae lectioni conuenit, alteri repugnat plane. Ἐκτετόξευται enim *fagitta* semel, vno impetu, vbi σχεδὸν locum non habet: at lana ἐκτετολύπευται paullatim et sine mora. *Bentl.* Vt metaph. ducta esset a *lana* in orbem *glomerata:* nam τολύπη est *glomus lanae*, *fila lanae in orbem glomerata b).* Sensus eodem redit *(ad finem perductum esse)*: sed ipsa emendatio et superuacanea est, et legibus criticis repugnat. Nam altera scriptura est in omnibus Codd., ita vt in nullo eorum appareant vlla vestigia alius scripturae [atque in Scholl. antt. explicata]; sensum parit commodum; et verbum ἐκτετολυπεῦσθαι a v. ἐκτετοξεῦσθαι distat, et qua figuram et qua sonum litterarum. *Fisch.* [Neque ostendi potest, illud Tragicis potius vsurpatum esse quam Epicis. Displicuit etiam Brunckio illa emendatio.]

35. μόνος *vnicus* qui a LXX. et in N. T. dicitur μονογενὴς vel ἀγαπητός. ὧν τυγχάνει. Nam sermo est de re fortuita, neque necessaria. Sed librarii saepe Part. ὤν omittere, post verba inprimis similiter desinentia, v. ad Plat. Apol. 28. et ad Aesch. Socr. 2, 3. *Fisch.* [cf. Porson. ad Eur. Hec. 799.] Frequens ap. Att. poëtas v. τυγχάνειν (cum aliorum vv. participiis iuncti) pleonasmus, s. κατὰ παρολκὴν vt loquuntur Grammatici, vsus, sicut v. 1016. κατηγορουῦσα τυγχάνω, Nub. 1127. Ach. 1630. Lys. 370. Et ita ap. Tragicos passim, Aesch. Choëph. 685. τυγχάνω λέγων. *Spanh.*

36. πευσόμενος. positum est κατ' ἐπανάληψιν (Sch.), nam verba εἰ χρὴ τὸν νἱὸν (part. δὲ addita est, quia praecedit μὲν) μέταβ. τ. τρ. pendent ab ἐπερησόμενος (32.), sed propter interposita verba v. 33. s. hoc verbum repetitum est.

37. πανοῦργος ponitur 1. de homine *gnauo*, *strenuo*, qui omnia aggreditur; 2. signif. *sollertem*, *callidum*, *sagacem*;

---

b) Cf. Heyn. ad Il. 14, 86.

3. vſurpatur de hominibus *verſutis, vafris, doloſis* (Ind. Palaeph. h. v.) vt h. l. et 2. Cor. 12, 16. Cf. Heſ. ὑγιὲς μηδ. *nequam, improbus*, qui nec honeſti nec boni rationem habet. Vnde v. 50. μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς eſt, *improbum eſſe. Fiſch.* Ita οὐδὲν ὑγιὲς Syneſ. epiſt. 104. et 148. dicuntur *homines nihili. Bergl.* Reſpici his verſibus ad Heſ. Ἔργ. 68. exiſtimat *Duck.* — μηδὲ ἕν. Ante Brunck. erat μηδενόν, ad quam ſcripturam haec *Spanh.* notauit: „Ita οὐδενὸν in hac fab. 137. et 1092. per ὕφεσιν ob metrum Poëtis familiarem [nempe pro μηδέν, οὐδέν). Sic σοισὶ pro σοῖς Concion. 672. vt ἀδελφεὸν pro ἀδελφὸν Aeſch. S. C. Th. 182. et δείομαι pro δέομαι ei. Perſ. 702. [vbi tamen Schütz. 697. ſ. ſcripſit δέομαι] et Agam. 1462. διαὶ pro διὰ. et ſic plura.“ *Hemſterh.* qui et ipſe μηδενὸν retinuit „Cod. Doru., inquit, μηδὲ ἕν· quae ratio diſiungendarum eiusmodi vocularum in membranis vetuſtiſſ. plerumque obtinet. Exemplorum affatim eſt ap. Ioſ. Waſſe Add. ad Thucyd. Duckeri praef. inſertis“ At Brunck. „Sic (μηδὲ ἕν) diuiſim ſcriptum in codd.“ Itaque codd. certe auctoritate nititur haec diuiſio, praeterea etiam ſententiae vi *(ne vnum quidem)* commendatur.

38. τοῦτ' αὐτὸ nempe εἶναι πανοῦργον, hoc ſenſu: videbam enim improbitate parari diuitias et felicitatem. ὁ βίος vel de *re* et facultatibus vel de *vita* accipi poteſt. ξυμφέρειν vt 49. *vtile eſſe. Fiſch.*

39. Senſus: *quidnam Phoebus reſpondit.* τί δῆτα *quid tandem! quid quaeſo?* v. Deuar. in δῆτα. *Fiſch.* Editum olim eſt τί δῆτ' ὁ Φοῖβος — Articulus ab Inu. auctoritate cod. omiſſus, ſimiliter deeſt in Eurip. Med. 680. (672.) τί δῆτα Φοῖβος εἶπε — quem iam *Bergl.* laudauit.

ἔλαχεν. Mirum quod in obſeruationibus Batauae editioni additis dicatur λαγχάνειν proprium eſſe in hac re vocabulum, vnde et Latini *ſortes* dixere. Verum ita non ἔλαχεν, ſed ἔλαχεν dicendum fuiſſet, nec ignorare debuit, quicunque illas obſeruationes collegit aut concinnauit, v. λαχεῖν Atticis dictum pro ψοφεῖν (Heſych.) ſ. *crepitum edere.* Sic Aeſch. Choëph. 33. μυχόθεν ἔλαχε, infra Pac. 381. Acharn. 408. Ran. 97. quae nemo a v. λαγχάνω deducet. Soph. Antig. 1106. ψεῦδος ἐς πόλιν λαχεῖν male, pro λαχεῖν c),

c) λαχεῖν ibi v. 1094. Br., 1082. Erfurdt. iam in omnibus edd. legitur.

φθέγγεσθαι vt in Schol. *Spanh. Quid quaeſo Phoebus profatus eſt ex coronis?* i. e. ex tripode coronato vel laureato, vt Lucret. 1, 740. Pythia quae tripode ex Phoebi lauroque profatur. Euripides etiam, de Apollinis oraculo loquens in Ion. 522. et 1310. τερμάτων θεοῦ mentionem facit. λακεῖν vero, quod propr. crepitum edere ſignif., ap. tragicos aliquando accipitur pro, *clare loqui, profari*, praecipue de Apolline, oracula edente, eoque ſignificatu vocabulum Euripidi admodum familiare fuit. Hinc Schol. exiſtimat, Ariſtophanem hac voce τραγικωτέρᾳ de induſtria vſum eſſe, vt Euripidem tangeret. Cf. Euſtath. ad Iliad. N. p. 950. ed. Rom. et Schol. Eurip. Or. 162., qui ipſe Eurip. in Or. 330. τρίποδος ἀπόφασιν, ἣν ὁ Φοῖβος ἔλακεν, habet. Haec duo Eur. loca obſeruauerat Lamb. Bos Obſſ. Miſcell. c. 8. His addam Eur. Ion. 777. Alibi apud eundem Tragicum pro *canere* accipitur Alc. 346. Hippol. 55. *Kuſler.* Partem horum etiam *Duck.* habet et addit Heſ. in ληκεῖν, λακεῖν, et de ſertis, quibus coronabatur et tripus et Pythia, Spanhem. ad Call. in Apoll. 1. in Del. 88. conferri iubet. *Bergler.* autem cenſet reſpexiſſe Ariſt. ad Eur. Iph. Taur. 976. [vbi tamen legitur αὐδὴν τρίποδος ἐκ χρυσοῦ λαβών, ſed Reisk., Markl. et Musgr. coniecerunt λακών, vti Bergl. laudat], quo etiam Comicus v. 9. alluſiſſe videtur. Idem etiam Euſtath. p. 1208, 41. Rom. laudat, vbi ille (vt p. 950.) nunquam λακεῖν de humana voce pr. dici, niſi apud Tragg. quorum ſermone hic ioci cauſa Ar. vtatur. Occurrere etiam alibi ap. Ar., monet Bergl., ſed vel vbi de Eurip. ſermo, aut ipſe loquens inducatur, aut in tragicis minis. — λακεῖν proprie eſt, *crepare*, crepitum edere. Gloſſ. vett. λακῶ *crepo*, Heſych.; deinde *disrumpi*, vt Act. I, 18. vbi v. Boiſ. Phauor. h. v. denique, *profari, dicere*, ap. Tragg., maxime Eurip., fortaſſis quia corona Pythiae laurea tum, quum reſpondebat, concutiebatur ita, vt crepitum ederet. vid. v. 213. Nam tripodi delphico impoſita erat laurea, ita vt ipſe Apollo quaſi e lauro reſpondere videretur. Callim. in Del. 94. ἐρέω ἀπὸ δάφνης, vbi v. Ern. et Gesn. ad Lucian. T. I. p. 263. *Fiſch.* Per contemtum haec dicta eſſe exiſtimat. *Münt.*

40. πεύσει, attice pro πεύσῃ, quae forma ſaepe a librariis in communem mutata eſt, vt 60. 964. in cod. Doru. *audies.* σαφῶς *aperte, verbis perſpicuis*, nam reſponſa

Apollinis (ὁ θεὸς) erant fere ambigua et perplexa. Et τοδὶ positum est pro τόδε, quia habet vim δεικτικὴν [id quod sequitur]. *Fisch.* εἰπεῖν esse, quod ad sensum attinet, *iubere*, docet *Eckhard.* p. 5. s.

41. s. *Scilicet iussit me ab eo in quem* (ὅτῳ pro ᾧτινι) *e templo egressus* (ἐξιὼν) *primum incidissem, non discedere, immo eum cogere mecum abire domum meam. Fisch.* In Eurip. Ion. 540. τὸν συναντήσαντά μοι — δόμων ἐξιόντι τοῦ θεοῦ. *Bergl.*

42. ἐκέλευσε in aliis omnibus libris et scriptis et editis legi videtur. Ex vno Rau. dedit Inu. ἐκέλευε. — At Aor. 1. recte se habet, et respondet praec. εἶπε.

μεθίεσθαι τινος pr. dictum videtur de iis, qui eum, pone quem sequuntur, ita mittunt, vt ab eius discedant tergo, ita vt 1. fit, se auertere a tergo alicuius, 2. discedere ab aliquo, igiturque *missum facere;* nam ἵεσθαι est *se mittere*, et μετὰ i. q. μετόπισθεν. Chremylus autem sequebatur Plutum a tergo. με cohaeret cum ἐκέλ. et ἔτι sc. postea quam eum semel nactus essem. *Fisch.*

43. πείθειν sc. τοῦτον, nam ἐμαυτῷ pertinet ad ξυναν. et οἴκαδε est εἰς οἶκον Hes. *Fi.* Ed. Ald. minus recte ἐμαυτόν, Flor. et Bas. ἐμαυτῷ. *Kust.* Consentit cod. Doru. in quo etsi comma post ἐμαυτῷ est interiectum, bene tamen τῷ πείθειν superponitur ἐκεῖνον· πείθειν δ' ἐκεῖνον ἐμοὶ ξυναπολουθεῖν ἕως ἐς τὸν οἶκον. *Frischlinus* interpres et *Girardus* macula quarti casus decepti prorsus aberrarunt. *Hemst.*

44. Interrogandi notam post πρώτῳ, qua vett. Edd. carent, dedit Portus in G. eumque secutus Kust. [etiam Bergl. Br. Inu. Fi.]: recte si τῷ capias τίνι. *Cuinam ergo occurris primo?* At si τῷ quod *Frischlino* placuit et *Girardo* idem fit quod τούτῳ, dixerit oratione recta Carion: *num tu scilicet isti obuius es primo*, idque optime sententiae conuenit [vnde colon Hemst. post πρ. posuit]. Verum Arist. ὁ pro ὅδε vel οὗτος ita posuisse vix credo, etsi, quae H. Steph. App. de dial. Att. p. 183. atque alii scripserint, non ignorem: quare malim: καὶ τῷδε ξ. δ. πρώτῳ· cui lectioni vis part. δῆτα suffragatur; institutae narrationis finem seruus non exspectans, quod ab hero fuerat exponendum, occupat. Mira est scriptura cod. Doru. καὶ τῷ

ξυναντὰς δῆτα πρῶτον; quasi particip. a v. ξυνάτημι, explicatione inter versus adiecta: τούτῳ συναντίσας pro συναντήσας, vti modo scripserat ξυναντίσαιμι. Hoc vt abhorret; ita πρῶτον quod interpretatur κατ' ἀρχάς, non penitus asperneris propter v. 41. Vbi reperiatur notatum in ed. Lugd. καὶ τῷ γε δὴ ξυναντᾶς, quod versus respuit, me praeterit. Nam etiam ed. Farr. non discedit a priscis Edd. *d) Heimst.* Manifestum est interrogatiue haec proferri. In B. D. signum est interrogandi. (Etiam in cod., quem Br. serius contulit, super τῷ scriptum est τίνι.) In cod. meo voc. τῷ superscr. τούτῳ. Nusquam memini articulum ὅς ap. Arist. vidisse loco pronom. οὗτος. Sic quidem Tragici vtuntur, sed rarissime. τὰ pro ταῦτα in Menandri versu reliquit Bentleius p. 86. cuius emendatio vt facillima, ita certissima est:

τάδε γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.

At hic nulla est ratio, cur contra Codd. fidem, sensu neutiquam meliori, sine interrogatione legatur: καὶ τῷδε συναντᾷς δῆτα πρώτῳ. δῆτα centies sic in interrogatione occurrit. *Brunck.* Ita Eur. Ion. 544. πρῶτα δῆτ' ἐμοὶ ξυνάπτεις πόδα σόν; *Bergl.* Vt δῆτα in interrogationibus ponitur sic, vt studium et cupiditatem cognoscendi ea, quae quaerimus, indicet: ita part. καὶ eleganter praemittitur pronomini interrogatiuo τίς, ita vt eamdem habeat vim, nisi quod fere mirabundam declarat cupiditatem, v. Elsner. ad Marc. 10, 26. *ey, wem bist du denn zuerst begegnet?* Loquitur autem Carion de re praeterita, tanquam praesenti (pro ξυνήντησας), quod ipsum arguit interrogantis studium. *Fisch.*

46. ff. *Itane vero tu non intelligis sententiam dei, qui tibi, stultissime, ostendit plenissime, filium tuum colere debere atque sequi mores publicos?* εἶτα vt ἔπειτα in interrogationibus significat admirationem, quae aliquid indignationis admistum habeat, v. Kust. ad v. 79. Interdum additur καί. καῖτα Xen. Oec. 2, 4. ἐπινοεῖν et ἐπίνοια dicuntur de iis, qui aliquid comminiscuntur, inueniunt,

---

d) Minus etiam scio, vbinam pro τινὰ editum sit τῷ γε δή, quod Inu. adfert. Caet. *Brumoy* Th. d. Gr. XIII. p. 294. verba ita interpretatus est: Carion, secouant la tête après avoir regardé l'aveugle: Voilà donc la belle rencontre que vous avez faite; alter autem interpres p. 330. interrogatiue accepit.

excogitant, in vtramque partem, consilio et animo vel malo (Act. 8, 22.) vt appareat, inuentorem esse fraudulentum, vel bono, vt appareat, inuentorem esse solertem. v. Ind. Palaeph. v. ἐπινοεῖν. H. l. ἡ ἐπίνοια τοῦ θεοῦ ex mente Carionis eo pertinet, quod Apollo Chremylum iussit intelligere, fieri debere ab eius filio semper id, quod vel caecus videret faciendum esse, nempe studio probitatis posito, suscipiendum esse improbitatis studium. *Fisch.* Hoc ita dixit Eurip. Ion. 539. ἐσφάλης αἰνίγμαι ἀκούσας. *Bergl.*

46. σκαιὸς propr. est siniſter, vt σκαιὰ χεὶρ *manus ſcaeua*, deinde iners, stultus, ineptus, vt v. 60. v. Hes. (Eustath. ad Od. γ, p. 1468, 62. addit *Duck.*). Vocat autem seruus herum σκαιότατον (stolidissimum), quod responsum Apollinis acceperit proprie, quum improprie accipere debuerit. *Fisch.* Vt homines ingenio promto paratoque consilio vocant δεξίους, ita stupidos et hebetes animoque rustico σκαιούς. *Girard.* σαφέστατα. Sic et infra Ran. 1206. Nempe atticis scriptoribus et Aristoph. in primis familiare, pluralia neutra adhibere pro aduerbiis. Sic ἐγγύτατα Ran. 218. πάντα ib. 1249. πανουργότατα Eq. 291. ἀκριβὰ ib. 431. πρῶτα Nub. 564. Apud oratores etiam obvium, vt ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾷστα Demosth. Phil. III. p. 66. alibi ἄριστα καὶ ἀσφαλέστατα adu. Olympiod. p. 652. *Spanh.*

47. ἀσκεῖν — vt *filius moribus inter noſtrates receptis ſtudeat. Kuſt.* Ita πανοῦργον ἀσκεῖν Aesch. Prom. 1065. ἀσέβειαν ἀσκεῖν Eur. Bacch. 416. e) *Bergl.* ἀσκεῖν Stephanus in Thes. et Eckardus (Obss. philol. p. 6.) interpretantur *imbuere, inſtituere*, vt intelligatur κατά, praeeunte Schol. vet. At desidero et simile exemplum huius ellipseos et vsum v. ἀσκεῖν. certe ap. Arist. ἀσκεῖν igitur est, *ſtudere, colere, ſequi*. Et quum χώρα in libris Atticorum sit *Attica*, qui regionem quamuis aliam ὑπερορίαν vocant, ἐπιχ. τρόπος sunt *mores vernaculi*, qui vigent in Attica, Athenis; nempe fraudulentia, iniustitia, studium criminandi, sacrilegia omninoque omnia scelera. v. 30. s. ἀσκεῖν τὸν ἐπιχ. τρόπον igitur est, improbum, sceleratum, flagitiosum esse. Intelligi autem ante haec verba debet aut

e) Locum e Plat. Euthyd. σοφίαν καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖν addit *Münt.*, etsi ipse etiam verbum petitum explicat, *docere, inſtituere*.

ὡς aut δεῖν, quod malim, v. Bos. Ellipſ. h. v. *Fiſch.* [At ſi φράζειν, vt εἰπεῖν, λέγειν eſt *monere, iubere*, nullo opus eſt ſupplemento.]

48. τῷ i. e. τίνι, τίνι τρόπῳ, (Neutrum, vt τοῦ χάριν, v. Hoogev. ad Viger. 1, 19. extr.) τ. κρ. *qua ex re hoc colligis? quomodo ita iudicas? Fiſch.*

τυφλῶ. Nihil vsquam variatur: tantum diſtinguendi ratio in Doru. discedit a vulgatis: δῆλονοτιὴ (ſupra ſcr. φανερὸν γὰρ ὅτι) καὶ τυφλῷ Γνῶναι (expl. νοῆσαι) δοκεῖ. τοῦθ' ὡς — quod vtro modo fiat, parum refert. Si iunctim legas δῆλονοτιὴ, τυφλὸς omnino reponendum videtur pro τυφλῷ· neque enim aliter ſtructura verborum legitima ſatis conſtat: δῆλονοτιὴ τυφλὸς δοκεῖ γνῶναι τοῦτο. Verum ſeparatis voculis, retinere licet τυφλῷ — δῆλον ὅτιὴ καὶ τυφλῷ — hunc in modum ordinem orationis digerendo: ὅτιὴ δοκεῖ δῆλον εἶναι καὶ τυφλῷ γνῶναι τοῦτο· atque ab hac parte ſtetiſſe videntur Scholiaſtae. *Hemſt.* qui ob impeditam ac paulo moleſtiorem ſtructuram, ſuam emendandi rationem praeferendam eſſe ſtatuit. *Brunckius* primum veteres legiſſe h. l. δῆλον ὅτιὴ exiſtimat, ipſe tamen δῆλονοτιὴ retinuit, et in texta recepit τυφλὸς. Sed magis eum conturbauit δοκεῖ. Nam planius et maiori cum pondere dici potuiſſe: *vel coecum intelligere*, quam, *ſibi videri intelligere.* Coniecit igitur Comicum ſcripſiſſe: δῆλονοτιὴ καὶ τυφλῷ Γνῶναι σαφὲς τοῦθ', ὡς. — *Nimirum vel coeco perſpicuum hoc eſt.* — Reſpici ad prou. καὶ τυφλῷ δῆλον. Vbi ſemel δῆλον ὅτιὴ ſcriptum fuerit, tautologiam in his, δῆλον et σαφὲς, deprehenſam, ideo alterum voc. eiectum et metri faciendi cauſa δοκεῖ inſertum, eſſe. In Add. autem T. III. hace retractauit, neque ſollicitari debuiſſe omnium codd. lectionem, cenſuit; optimam eam eſſe, modo ſcribatur δῆλον ὅτιή. — „Graece perinde dicitur τυφλὸς δοκεῖ γνῶναι et τυφλῷ δοκεῖ γνῶναι. Feſtinationi, qua animaduerſiones ſcribere oportuerit, correctionem ſuam imputat Br. Nullum enim, ait, verbum Comico ipſi magis frequentatur; nec illud dubitationem infert, immo eo vti ſolent, quum de re maxime certa loquuntur. Sic Ran. 1420. ἄξειν δοκῶ pro ἄξω, Conc. 170. λέξειν δοκῶ i. e. λέξω. Exempla paſſim obuia. Similem quem erraueram errorem, correxi ad Lyſ. 1256.“ Itaque etiam *Bergleri* disputatio concidit qui, quum ipſe quoque τυφλὸς legi, idque duplici ſenſu accipi, iuſſerit, vel vt ſibi videatur ſcire coecus vel vt no-

bis, addit τυφλῷ δ. γ. a ratione alienum esse, quia scientia non est τῶν προαιρετῶν, errorem ortum videri a prou. καὶ τυφλῷ δῆλον, quod saepe alias occurrat, sed non in hoc loco *f*). Et periphrastice poni δοκεῖν monuit etiam *Fisch.*, idemque obseruat, τυφλὸς ad mentem pertinere, atque significare, vt Lat. *coecus*, eum qui nihil intelligit, stultum. Neque δηλονοτιὴ mutandum ei videtur, quum recte interrogationi praemissae breuiter respondeatur: quoniam etiam coecus hoc intelligit.

49. f. ξυμφέρον e tribus codd. repositi Brunck. quum in Kust. Hemst. Fisch. esset συμφέρον. — Sensus: vehementer esse vtile, vehementer idoneum esse ad faciendam rem, ad colligendas opes: quibuscum verbis cohaerent verba ἐν τῷ νῦν χρόνῳ [pro quo perperam Inu. ex vno Rau. repositi βίῳ, glossema librarii Christiani qui similium locorum S. S. vbi βίος ita adhibitum est, recordatus esset, quum non de hac vita, opposita alteri, sed de hoc tempore, opposito futuro, ageretur] i. e. nunc, quum omnia plena sunt fraudum, perfidiae, improbitatis. Et τὸ μ. ἀ. ὑγ. est, *studium improbitatis, improbitas. Fisch.*

51. Οὐκ ἔσθ' ὅπως, *nullo modo, neutiquam.* ὁ χρ. — ῥέπει, oraculum huc spectat, haec est sententia oraculi. Cf. v. 55. Metaphora sumta est a lancibus, quae propr. dicuntur ῥέπειν vergere, propendere, Gl. vett. vt ῥοπὴ pr. est *praeponderatio, propensio.* χρησμὸς est oraculum, responsum, h. l. illud responsum, quo Apollo Chremylum iussserat non dimittere eum, quem e templo egressus primum nactus esset. Nam χρᾶσθαι dicuntur ii, qui deos consulunt et interrogant, dii autem, qui consulentibus respondent, χρᾶν. v. Iamblich. vit. Pyth. 2, 10. *Fisch.* τοῦτο, quod in Doru. repertum, versui aduersari putabat *Hemst.*, e quatuor codd. (v. Not. et Add.) recepit *Brunck.* pro vulg. τουτί, quod ipse a correctore profectum putabat, qui vim literae ρ, qua praecedens vocalis breuis producitur, ignorauerit, vt Eur. Ion. 530. in tetrametro trochaico στέμματα ῥᾴβδους. Alia attulit ad Eur. Or. 857. Aesch. Prom. 1031. Eur. Hipp. 462. et infra 1065. „Hic scriptum, ait, in

f) Ad hoc tamen prou. respici etiam *Girard.* censet, qui γνῶναι τοῦτο pro Nominatiuis accipit, γνῶσις τούτου. Negat prouerb. illud hic valere *Blunt.* et vulgatam scripturam defendit.

membr. (qui eſt quintus cod. ab ipſo collatus) *εἰς τοῦτο ῥέπει*, ad pronuntiandi modum. v. Doruill. Vann. crit. p. 335.“ Scil. *τοῦτ᾽ (δεικτικὸν)* huic loco, vbi ad antecedd. refertur pronomen, non conuenit.

52. ſ. *Immo ad rem aliam maiorem ſpectat. Et ſi dixerit nobis iſte* (ſenex coecus, quem a tergo ſequimur) *quisnam ſit, et cur, quo conſilio*, (*τοῦ δεύμ.* quid ſibi fieri velit *g*)) *venerit nobiscum huc, videbimus quae ſit oraculi ſententia. Fiſch.* In nonn. edd. vt Kuſt. poſt *ϕράσῃ*, in aliis, vt Bergl. Hemſt. et Fiſch. poſt *ϕράσῃ* et *ἐστὶν* commata ponuntur. Verum non neceſſaria ſunt. Pro *νῷν* h. e. *ἡμῶν* Cod. Doru. *νῶϊν*, vt 484. At Moeris [p. 266. Pierſ.] *νῷν* Atticum eſſe docet. *Fiſch.* [qui *ἐνθαδὶ* perperam interpretatur, *in templum Apollinis.* Eſt potius, *domum.*]

55. *πυθοίμεθ᾽ — νοεῖ.* Pro, *πυθοίμεθ᾽ ἄν, ὁ χρησμὸς ἡμῶν ὅ τι νοεῖ.* Operae pretium duco, elegantiarum Graecarum ſtudioſos hic monere, Atticos ſaepe Accuſatiuum pro Nominatiuo ponere. [Rectius *Fiſch.* expreſſit ita: Attici ſolent nomina poſteriorum membrorum ponere in prioribus, eaque accommodare verbis, quae ibi habentur, vt v. 56. 72.] Sic Nub. 1147. *τὸν υἱόν, εἰ μεμάθηκε — εἰφ᾽* h. e. *εἰπὲ, εἰ ὁ υἱὸς ἐκεῖνος μεμάθηκε —* ib. 95. *οἱ τὸν οὐρανὸν λέγοντες —* 145. *ψύλλαν κ. τ. λ.* 1113. *τοὺς κριτὰς, ἃ κερδανοῦσιν —* pro, *οἱ κριταὶ ἃ κερδανοῦσιν*, Schol. — Acharn. 649. *εἶτα τοῦτον τὸν ποιητὴν ποτέρους εἶπας —* pro *οὗτος ὁ ποιητής.* Au. 1269. *Δεινὸν τὸν κήρυκα, εἰ μηδέποτε νοσήσει —* pro *δεινὸν, εἰ ὁ κήρυξ μ. ν.* Eurip. Hipp. 1250. *οὐ δυνήσομαι τὸν σὸν πιθέσθαι πικῖ᾽, ὅπως ἐστὶν κακός*, pro *οὐ δυν. πιθέσθαι, ὅπως ὁ σὸς παῖς —* Idem Hel. 326. *πύθου πόσιν σὸν Θεονόης, εἴτ᾽ ἐς᾽ ἔτι*, pro *πύθου Θεονόης, εἰ ὁ σὸς πόσις ἐτ᾽ ἐστί.* Xenoph. Cyrop. lib. 2. in. [c. 1, 5.] *τοὺς μέντοι Ἕλληνας οὐδὲν σαφὲς λέγεται, εἰ ἔφονται* pro *οἱ Ἕλληνες —* Cf. Triclin. ad Soph. p. 7. ed. Henr. Steph. Alia eſt conſtructionis ratio, quando Attici nomina accuſandi caſu ponunt, ſequente accuſatiuo pronominis relatiui. Tunc enim Accuſatiuus ille non ſolum pro Nominatiuo,

---

g) *Girard.* his verbis *τ. δεύμ.* Pluti miſeriam, quam ipſo externo habitu prae ſe ferebat, notari exiſtimat. *τοῦ χάριν* pro *κατὰ τίνος χάριν* poni idem obſeruat.

ſed etiam pro 'quouis alio 'caſu' intelligi poteſt; vt Plut. 200. ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν, ἣν φατὲ ἔχειν με, ταύτης δεσπότης γενήσομαι, pro, τῆς δυνάμεως ταύτης — Lyſiſtr. 409. τὸν ὅρμον ὃν ἐπεσκεύασας ἡ βάλανος κ. τ. λ. pro τοῦ ὅρμου. [In his nomen ponitur eo caſu, quo relatiuum ob verbum adiectum eſt poſitum.] Latini quoque non raro hac conſtructione vti ſolent. Virg. Aen. I, 577. *Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Kuſt.* Priorem dicendi formam *Fiſch.* repetit ab Hebraeis v. Exod. 2, 2. Pſ. 25, 19., vetuſtiſſima et prima eius exempla oſtendit reperiri ap. Hom. Od. I, 77. 115. 3, 85. 192. ſ., a Graecis migraſſe ad Latinos. v. Davis. et Oudend. ad Hirt. b. Afr. 20. et Cort. ad Sall. Iug. 14, 11.

νοεῖν eſt *ſignificare, docere, ſententiam habere*, quem in rem Schol. laudat Platon. Legg. 8. p. 911. D. Francof. Euſtath. ad Il. IX, 108. p. 737. ὅ, τι νοεῖ interpretatur ποταπὴν ἔννοιαν κρύπτει. [quem loc. *Bergl.* laudat] Plur. ἡμῶν accipi, vt Singularis, debet, cuius generis exempla multa congeſſit Reineſ. ep. 27. ad Rupert. p. 120. ſſ. Nam ſolus Chremylus Apollinem conſuluerat, eique ſoli deus conſuluerat. *Fiſch.*

56. Quid, amabo, eſt illud πρότερον; quam otioſum et ineptum? Tu vero ſic emenda: Ἄγε δὴ σὺ πότερον σαυτὸν — Totum ex perſona Carionis: *Age, inquit, vtrumne dices, quinam ſis? an colaphos tibi infringam? Iam dicto opus eſt. Bentl.* πρότερον eſt aut *ſtatim*, ob v. 57. aut *primo*, nam poſt Plutum interrogant, cur incedat illotus, v. 83. ſ., et quomodo factus ſit coecus, v. 86. ita vt πρότερον ſit πρῶτον. *Fiſch.*

ἄγε δή, πρότερον σὺ σ. Sic membr. concinniore quam in impreſſis ordine, in quibus [etiam ed. Fiſch.] eſt: ἄγε δὴ σὺ πρότ. σ. *Brunck.* quem ſequutus eſt *Inuern.* nulla varietate ſuorum codd. laudata.

57. ταῖσι τούτους. Eurip. Phoen. 1214. Ion. 256. vbi haec loquendi ratio occurrit, laudat *Kuſt.* Senſus: aut te verberabo, verberibusque eo adigam, vt nobis, quis ſis, oſtendas. Nam ταῦτα accipiendum δεικτικῶς vt referatur ad *minas*, verba enim antecedentia Carion putandus eſt vultu et voce minaci dixiſſe, et τὰ ἐπὶ τούτοις, ea, quae ſequuntur minas, ſunt verbera, colaphi. *Fiſch.* δρῶ pro δράσω, vt 232. et Thesmoph. 76. Aeſch. S. C. Theb. 1065.

τί δὴ δρῶ; Suppl. 516. πῶς δρῶ; Qua Praesentis pro Futuro enallage apud poëtas illos Atticos, Tragicos Comicosue, in aliis quóque verbis nihil frequentius. Ita mox 65. et 68. ἀπολῶ pro ἀπολέσω. *Spanh.* Ex *Fisch.* sententia δρῶ est Futurum contractum. — Verba λέγειν χ. τ. π. olim adscripta erant Chremylo. Carioni tribuenda esse ob v. 60. viderunt *Bentl.* et *Hemst.*, et *Brunck.* ita in textis fecit. *Fischerus*, quo minus iis accederet, his causis se impeditum esse dixit: 1. si Chremylus senem non appellasset, non potuisse seruum ei insultare μανθάνεις — v. 58. 2. si Chremylus hominem v. 61. s. primum appellasset, non potuisset v. 59. ostendere, Plutum non sibi, sed Carioni, respondere [at λέγειν non necessario est respondere], neque Plutus Chremylo respondere potuisset tam aspere v. 62., denique ipsa appellatio non est indigna persona hominis liberalis. Adiuuat herus seruum 71. vt seruus herum 65. 67. [Veruntamen non dicere potuit Chremylus 60. σκαιῶς κ. τ. λ. si ipse asperius iusto eum antea appellasset.]

58. Ab his vulgo secunda scena actus I. inchoata est. At Plutus iam adfuerat, et ad eum v. 56. sermo conuersus erat. — οἰμώζειν est *eiulare*, *vlulare*, quum κλάειν v. 62. sit *flere*. Iam quia ii, qui *grauiter* puniuntur, plorare solent, ii qui poenis *in primis grauibus* afficiuntur, eiulare, κλαίειν est *grauiter puniri*, οἰμώζειν *grauissime puniri*. (Suid. v. οἰμωγή.) Itaque οἰμ. λέγω σοι, est, grauissimas dabis poenas, nempe petulantiae, κλ. σοι λέγω (62.) graues poenas dabis. *Fisch.* Est mala imprecandi formula, vt Lat. *male pereas! Mimt.* μανθάνεις — εἶναι; *audis* (v. Suid. v. μανθάνω), *quem se dicat esse?* Nominativus iunctus est Infinitiuo, quia subiectum est in eodem casu, et, quia Infin. εἶναι et v. φησὶν ad eandem pertinent personam, propterea Pronomen reciprocum omissum est. v. Anim. ad Weller. [III, 1. p. 324. 447.]. λέγει τοῦτ'. τοῦτο nempe οἰμώζειν. *Fisch.* Pluti coecitatem ambiguam reddidisse vtri minatus esset, monet *Eckard.*

60. σκαιῶς, *inepte*, quia Carion eum interrogauerat vultu et voce minaci, χαλεπῶς, *inhumaniter*, quia verbera minatus erat. ἐκπυνθάνεσθαι i. q. πυνθάνεσθαι, *interrogare*, et Genit. αὐτοῦ pendet ab ἐκ. [Ita et *Girard.* Nostrum, *ausfragen.*] *Fisch.*

61. *At si vllo modo* (τι) *delectaris probi hominis moribus, mihi dic.* εὔορκος opponitur ἐπιόρκῳ (qui vel *fal-*

ſum iurat vel *iusiurandum violat*, eſtque propr. is qui et *liquido iurat*, et *iusiurandum ſeruat;* quod quum faciant homines probi et aduerſus deum pii, εὔορκος etiam dicitur homo *probus et pius*. v. Suid. v. Εὔορκον. *Fiſch.* Apollo εὔορκος (proprio ſignificatu) dicitur Call. h. in Apoll. 68. vnde Aeſch. Choëph. 901. τὰ πυθόχρηστα καὶ πιστὰ εὐορκώματα. At Iaſon Eurip. Med. 495. οὐκ εὔορκος ἄν. εὐορκησία de iurisiurandi religione, Eur. Hipp. 1039. *Spanh.* De *Attica fide* et virtutum mutua neceſſitudine multa aliena h. l. adtulit *Gir.*

62. φράσον ſc. *quis tu ſis.* Quae interrogatio quum plena ſit comitatis, *Fiſch.* negat Plutum reſponſurum fuiſſe adeo inhumaniter, niſi verba v. 57. extr. a Chremylo pronunciata fuiſſent. Ita et *Girard.* cenſuit. At omnino Plutus moroſus fingitur, qui nomen resque ſuas indicare nollet. κλάειν. Hanc Atticam formam e cod. Doru. ed. Ald. (vt etiam *Kuſt.* monuit) — Fl. vetuſtisque pluribus reſtituit *Hemſt.*, e tribus codd. *Brunckius*, cuius loco κλαίειν dederant B. G. et A. reſtitutum etiam, male, opinor, ab *Inu.* e cod. Rau. Nam Grammaticorum conſentiens auctoritas in his plus valet, quum vnus alterue codex, ſerius multo, neque diligentiſſime, ſcriptus. In ed. Inu. v. 61. τοῦτ mutandum in τοῦτ'. V. 60. Cod. Doru. exhibuerat: χαλεπῶς τ' ἐπιπνυθάνει· ſuper vltima ſyllaba adſcriptum erat η.

63. δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ, i. e. *accipe virum et omen tibi oblatum:* quod ſeruus ironice dicit. Mali enim ominis eſſe videbatur, ſenem coecum aliquoties interrogatum non aliud reſpondere, quam κλαίειν σοὶ λέγω. Caeterum vox ὄρνις aliquando pro quouis omine vel augurio, apud Gr. capitur, vt h. l. Thomas Mag. v. Ὄρνιθες [p. 657. Bern. vbi h. l. laudatur.] *Kuſt.* Ὄρνις hic de ipſo *augurio*, quod ex notitia auium auguralium capiebatur. Sic de Amphiarao vate Statius VII. (Theb.) 707. ſ. *qui doctus in omni Nube ſalutato* volucrem *cognoſcere Phoebo.* Hinc δύσορνις pro *infauſto* Aeſch. S. C. Th. 844. Eurip. Hipp. 725. Qua de re plura ad Callim. notauimus [ad hymn. in Pall. 123. p. 702. ſſ. et 720. T. II. Ern.] diverſa etiam vaticinia ibi quoque attigimus, quae nempe ex *auibus*, earum indole, volatu, capta dictaque inde, vt h. l., ὄρνιθες, οἰωνισμοὶ, et ea, quae ex fulgure, tonitru, occurſu infauſti alicuius animalis, aliisque διοσημείοις ſumta,

σύμβολα dicerentur. Vnde Ael. V. H. 2, 31. προσημαίνειν τὰ μέλλοντα δι' ὀρνίθων καὶ διὰ συμβόλων καὶ διὰ σπλάγχνων, quae poſtrema *per viſcera*, ad haruſpicinam ſpectant. Haud praetereunda vero huius Comici verba in Au. 722. ff. *Spanh.* Euſtath. in Il. 24. p. 1346, 44. πᾶν σύμβολον μέλλοντος ὄρνις ἐπαλεῖτο, ἀπὸ μέρους, idque conuenientius videtur, quam ἀπὸ μεταφορᾶς quod habet Schol. Add. Tho. Mag. et Suid. v. Ὄρνις, e quo corrigendus videtur Schol. *Duck.* Adhibet hunc verſum Procopius Epiſt. 36. vbi fruſtra imaginatus fuerat magnam felicitatem, quam ipſi praedixerat Mathematicus. Illud τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ exponit Euſtathius p. 805, 11. τὸ μαντικὸν σύμβολον. *Bergl.* Verba haec ita intelligo: *habe tibi hominem Apollinisque oraculum h).* Nam Carion hoc ſignificare videtur verbo δέχεσθαι, quia Chremylus v. 43. oſtenderat, ſe iuſſum eſſe ab Apolline, eum quem primum nactus eſſet, domum deducere. Ὄρνις propr. eſt *auis quaeuis*, deinde ſingulatim *auis auguralis*, quae pr. voc. οἰωνὸς appellatur, v. Xen. Mem. I, 1, 3. f. porro ipſum *augurium;* denique quidquid offertur oculis et auribus, atque eſt eiusmodi, vt homines eo impellantur ad aliquid, vel a re aliqua deterreantur, h. l. ἡ μαντεία *reſponſum* Apollinis. *Fiſch.* Apollon. Rhod. I, 304. addit *Brunck.*

64. Cod. Doru. Οὔτι et Δήμητραν, vtrobique verſu interfecto *i)*. Maioris eſt momenti, quod hosce binos verſus (64. f.) etiam Carioni adſcribat. Sed verius arbitror v. 64. ad Chremylum pertinere, 65. Εἰ μὴ etc. eſſe Carionis. De poſteriore quidem dubitari non poteſt, ſi conſideres attente v. 67. 68., quo conſtituto, quid reſtat aliud, quam prior vt Chremylo cedat, idque iure optimo; poſtquam enim ſenex blandius Plutum allocutus v. 61., reſponſum durius haud ſecus ac Carion tuliſſet, nunc irritatior in eum invehitur, quam tamen orationem quaſi nimis mollem, ſubito Carion excipit atque ita continuat, vt heri dictis

---

h) Girardus ironice dici putat: habes hoſpitem dignum qui excipiatur; parum recte. Non multum abiit *Münt.* interpretatus: egregium certe tibi Apollo miſit virum.

i) Οὔτι *Neque vero.* v. Gloſſ. vett. οὔτι, i. e. οὐδαμῶς, v. Od. 1, 75. et Heſ. qua ſenſum, non male. At metri leges repugnant, et oratio ſic vinculo caret. *Fiſch.*

aculeos addat minarum acriores. Haec scenae veteris peritus comoediae ludo conuenire non diffitebitur. Mox quoque veteres in personis collocandis variasse notat Schol. ad v. 67. adscripto nimirum voc. πώμαλα Carioni, quod tamen non probo. *Hemst.* Assentitur ei Fisch. 1. quod minax et aspera oratio v. 65. in personam hominis ingenui et vrbani non cadat, sed in personam serui eiusque barbari; 2. ex oratione Pluti v. 66. appareat, vtramque ei esse minatum; 3. e v. 67. et 68. intelligatur, Carionem iam ante Pluto interitum fuisse minatum; adiuuare scil. seruum orationem domini, vt hic illius orationem adiuuat *k*). — οὐ χαιρήσ. ἔτι est vox vel minantis mala, vel potius denuntiantis, futurum, vt hominem poeniteat facti, ita: *te vero, mihi crede, poenitebit nihil respondisse.* χαιρήσεις est forma Fut. Attica, auctore Moeride [p. 403. Pierf. *l*)] quae legitur etiam ap. Plat. Phileb. 21.; et Chremylus iurat per Cererem, μὰ τὴν Δήμητρα, vt agricola; nam Ceres est dea frugum. *Fisch.* Ita ἔτι negligitur. Sensus est: Non vteris porro laeta conditione, statim miserrimus eris.

65. Scriptum in plerisque edd. est: εἰ μὴ φράσεις γάρ — *Hemst.* in cod. Doru. et edd. Florr., altera Phil. Iuntae 1515. altera Bened. Iuntae 1540. inuenit φράσῃς, idque vsitatius esse monet, neque tamen vulg. repudiandum, vt Arist. Equ. 945. εἰ μή μ' ἐάσεις. Adsentitur *Fisch.* *Brunckius* e 3. codd. reposuit ἢν μ. φράσῃς γ. (in duobus eius codd. gloss. ἐὰν μὴ εἴπῃς) eumque secutus est Inu. codd. non laudatis. Et recte hic ἢν ponitur hoc sensu: nisi diceris id quod statim experientia cognoscam — cf. quae de discrimine partt. εἰ et ἐὰν s. ἢν ad Viger. de Idiot. obseruauit *Hermann.* p. 794. — ἀπὸ σ' ὀλῶ. Verbum ob metrum diuisum, pro ἀπολῶ σε vt mox 68. ἀπολῶ. Sic Ran. 631. ἐν κλίμακι δήσας pro, ἐνδήσας κλ. vt ibi Schol., Lysistr. 262. κατὰ — ἔχειν pro κατέχειν. Aesch. Eumen. 850. παρ' οὐδὲν ἦραν pro οὐδὲν παρῆραν, vt in Schol. *Spanh.* ἀπολῶ pro

---

k) Etsi γὰρ v. 65. orationem eiusdem hominis continuare videtur, tamen poni recte potuit etiam quum ab alio continuantur dicta prioris. Brunck. et Inu. v. 65. Carioni iam recte tribuerunt. Similiter Francog. interpres. Iidem diuisim scripserunt: οὔ τι non, vt alii iunctim οὔτοι.

l) Add. Tho. M. p. 910. in χαιρήσεις, quem etiam *Kust.* laudat, et *Maittaire* de Dial. p. 119. A. s. 154. ed. Sturz.

ἀπολέσω, Praesens pro Fut., quod Atticis est frequentissimum. Sic δῶ Nostr pro δώσω, infra 222. καλῶ pro καλέσω. Nub. 632. ἐξελῶ pro ἐξελάσω ib. 123. Add. Tho. M. in ἐλάω [p. 293. Bern.] vbi hic locus laudatur. Scio quidem alios *m)* dicere, haec esse Futura contracta, sed illi suo fruantur sensu. *Kust.* κακὸν improbum, contumacem, aut coecum [prius verius, quia semper in hac form. hoc significatu adhibetur], κακῶς *misere* vt 68. κάκισα, vbi etiam interpretatio addita est 69. s. Caeterum παροιμιῶν istud, κακὸν κακῶς exstat etiam v. 418. et Matth. 21, 41. *Fisch.* Add. *Eckard.* p. 6. s.

66. ὦ τᾶν (s. ὦ 'τᾶν) quod obuium ap. Poëtas Atticos, vt Nub. 1264. Ran. 983. Vesp. 370. Au. 12. Soph. Philoct. 242. Eur. Heracl. 322. et 628. Legitur quoque ap. Demosth. Olynth. 1. p. 9. vbi Vlpian. τὸ δὲ, ὦ τᾶν, δυο μέρη λόγου εἰσὶν, ὦ καὶ ἑτᾶν, ὅ ἐστιν, ὦ ἑταῖρε; quod ab Helladio similiter traditur in Chrestom. p. 6. *Spanh.* [Alii Grammatici etiam per ὦ σύ, ὦ οὗτος, ὦ ἀγαθὲ, ὦ μακάριε interpretantur.] Est vox blande compellantis, quum quis ostendere vult, amari magnique fieri aliquem a se, quae verbis omnis numeri, Singularis, Dualis, Pluralis praemittitur, idem valens quod ὦ φίλε, ὦ φίλοι, ita tamen, vt non raro ponatur ironice, quum quis illudi aliquem a se et irritari ostendit, vt 377. v. Hes. Moeris [p. 423. Pierс.] Timaeus Gloss. Plat. [p. 281. Ruhnk. qui cf.] Suid. Etym. M. h. v. [add. Schol. in Plat. p. 6. Ruhnk. s. in Siebenkees Anecd. Gr. p. 4. s. vbi etiam de accentu voc. monetur, Fisch. ad Plat. Apol. 13, 2.] Latine reddi potest vel, *carissime*, etiam *amabo;* vel, *heus tu, bone vir; heus vos, boni viri*, vt h. l. nam ironice positum est, vt Plat. Apol. 13. Scilicet ductum haud dubie est a nomine ἑτης, quo significatur *verus amicus*, ita vt ὦ τᾶν sit Vocat. Sing., ὦ τᾶν Plur. et Dual. Vocat., adiecta littera *v. n) Fisch. Brunckius* semper in ed. scriplit ὦ 'τᾶν, quem et Inu. sequutus est, *Maittair.* de Dial. p.

---

m) In his est *Maittaire* de Dial. p. 62. Sturz. et *Fischer.* h. l. qui laudat Bergl. ad Nub. 694. et 800., et in Anim. ad Well. II. p. 357. s. *Matthiae* Gramm. graec. mai. p. 207. et 212. s. Et recte illi censent. V. Dawes. Misc. Crit. p. 77.

n) Ita iam *Girard.* monuerat, quem et *Münt.* sequitur, praeterea obseruans, Eustathium deriuare ab ἔθος, vt sit i. q. ἑθάς, Etym. M. autem ab ἔτος, quasi ἐμετής.

118. Sturz. et *Fisch.* in Platone ὦ 'τᾶν. — ἀπαλλάγηθι ἀπ' ἐμοῦ est, *mittite me*, missum me facite, abite, [cf. Eckard. p. 7.] quod v. 100. ἄφετόν με. Nam Aor. Pass. habet vim Medii. πώμαλα est *non, nequaquam*, οὐδαμῶς Hes. Schol., Harpocrat., qui addit, compositum esse ex πω, quod in lingua Dorum valuerit πόθεν, et μάλα, vsumque eius frequentem esse in comoedia vetere. — v. Koenius ad Gregor. Cor. de Dial. p. 60. s. *Fisch.* Interrogatiue efferendum videtur: est enim negatio morata per interrogationem, vt πόθεν de quo v. not. ad Ran. 1455. *Brunck.*

67. καὶ μὴν *immo, enimuero.* Habent enim istae particulae vim aduersandi et corrigendi quasi ea, quae herus responderat: vt nec hac de causa πώμαλα tribui seruo possit, quae erat vett. quorundam interpp. ap. Schol. sententia. ὃ λέγω, *quod dixi*, quod suasi, v. 65. *Fisch.* Cod. Doru. βέλτισόν ἐστιν, ὦ δέσποτα· ferri potest ea conditione, vt σόν ἐστιν tribrachyn faciat o). In Flor. Th. Iuntae 1515. itidem reperio: βέλτισόν ἐστιν, ὦ δέσποτ'. *Hemst.* Non magis probandum, quod in Rau. inuenit Inu. βέτιόν (s. βέλτιον) ἐστιν. — 68. ἄνθρωπον dici de homine vili et contemto post Petit. docet Eckard. Obss. p. 7. s.

69. Ἀναθεὶς. Notat Suid. hoc fere dici de inanimatis, sed Aristoph. etiam dixisse de animatis; Eustath. autem in Il. 22. p. 1260, 49. Atticos ἀναθεῖναι dicere pro ἐπιθεῖναι, laudato hoc loco *p*). *Duck.* (e quo Fisch. hausit.) κρημνὸς est praecipitium, mons praeruptus, saxum praeceps *q*). Hes. h. v. Accusatiuus positus est pro Genitiuo. v. Anim. ad Weller. (III, II, p. 240.) *Fisch.* Legitur locus in ed. Kuster. ita:

Ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, κἄπτα λιπὼν
Ἀπειμ', ἵν' ἐκεῖθεν ἐκπραχηλισθῇ πεσών.

καταλιπὼν ex lege versus scribi iussit *Bentleius*, cui etsi *Bergl.* non est obsequutus, paruit tamen *Hemsterh.* codicis Doru. etiam auctoritate motus, in quo diserte ita scriptum legitur, cum gloss. ἀφεὶς. Sed eundem Hemst. offendit καταλιπὼν ita nude positum; quare praeterea αὐτὸν

---

o) Sed hoc admitti nequit.

p) Dici etiam de animatis ex Ael. V. H. 3, 22. ostendit *Münt.*

q) V. *Eckard.* Obss. ex Arist. Plut. p. 8. s. qui de supplicio praecipitandi reos de saxis disputat.

mutari vult in αὐτοῦ, i. e. ἐπὶ τοῦ κρημνοῦ, posita post τιν᾽ incisi nota, vt 1188. ἐνθάδ᾽ αὐτοῦ. Orationem maiorem vim habere dicit, si αὐτὸν abfuerit, praefertim quum τουτονὶ modo praeceſſerit. Brunckius autem edidit:

ἀναθ. γ. ἐ. κρημνόν τινα, κἄτ᾽ αὐτὸν λιπὼν
ἄπειμ᾽, ἵν᾽ ἐκ. ἐ. π.

his additis: „Sic optime ſcriptus eſt hic verſus in membranis. Nihil facilius nunc videbitur fuiſſe, quam genuinam lectionem reſtituere, duarum vocum transpoſitione: facillimum tamen iſtud coniectura non adſecuti ſunt viri doctiſſimi. Admiſſa Bentleii emendatione καταλιπὼν metro quidem proſpectum erat, ſed laborabat ſyntaxis: quod vidit Hemſterh., ſed nihil melius adtulit. Tres alii codd. vulgatum habent, omnesque perſpicue κἄπτα λιπών. Gloſſ. in meo: καὶ εἶτα ἀφεὶς, in β. καὶ ἔπειτα ἀφεὶς. In Oruill. codice ſi fuit ſcriptum καταλιπὼν, id errori librarii tribuendum. Iam obſeruaui hominum illorum frequentiſſimum eſſe lapſum in κἄπτα et κατὰ permutandis. v. ad Ran. 1440.“ Inuern. tamen etiam in Rav. inuenit, e quo mutata etiam interpunctione et duorum verborum ſede, edidit:

ἀναθ. γ. ἐ. κρημνόν τιν᾽ αὐτὸν, καταλιπὼν
ἄπειμ᾽, ἐκεῖθεν, ἵν᾽ ἐκπρ. π.

ſed ita, quo ἐκεῖθεν ſit referendum non patet. Hemſterhuſii coniecturam probauit *Fiſch.* Senſum reddit: collocabo eum in loco quodam praecipiti: ibi eum relinquam et diſcedam, vt delapſus inde ceruices frangat.

70. ἄπειμι. Sic Attici dicunt pro ἀπελεύσομαι, *abibo*, praeſenti tempore poſito pro futuro. Phrynichus p. 10. ed. Graec. Lat. [p. 12. ed. de Pauw] ἀπελεύσομαι πανταχόσε φυλάττου — αἱ δὲ αὐτοῦ τῷ ἄπειμι χρῶ. Thom. Mag. [p. 88. Bern. et Moer. Att. p. 16. ibique intpp.] Et ſic ſemper apud ſcriptores, qui purioris Atticismi rationem habuerunt. Eurip. Hec. 401. τήνδ᾽ ἄπειμ᾽ αὐτοῦ λιπών. Et v. 1034. ἐκποδὼν ἄπειμι. Ei. Alc. 1105. Heracl. 269. Lucian. in Somnio p. 6. ed. Amſt. οὔποτε ἄπει. Idem in Timon. p. 120. οὐ καίροντες ἄπιτε. Id. in iudicio Dear. p. 224. Οἴποτε ἧττων ἄπει. Caeterum haec leuia quidem videntur, ſed tamen vel ideo notanda, quod non ſolum ad veteris Atticismi cognitionem ſcitu neceſſaria ſint, ſed etiam lectorem facile praeterire et fallere poſſint. *Kuſt.* ἀπελεύσομαι in N. T. legitur, vt Matth. 25, 46. Ioh. 6, 68.

Rom. 15, 28. *Fiſch.* — Vt ἐκτραχηλίζειν dicitur proprie equus, qui ſeſſorem excutit, ceruicibus demiſſis et deflexis, ita ἐκτραχηλίζεσθαι dicitur ſeſſor, qui ab equo ita excutitur. Heſ. Etym. M. et ex eo Phauor. *r)*. Et quia ſeſſores, qui ab equis ita excutiuntur, ceruices ſaepe frangunt, ἐκτραχηλίζεσθαι ponitur etiam de iis, qui ceruices frangunt, vt h. l. v. Schol. et Suid. *Fiſcher.*

71. ἀλλ' αἶρε (ſc. αὐτὸν) ταχέως eſt *arripe vero eum ſtatim et pone in praecipitio quodam.* Sic Matth. 22, 13. ἄρατε αὐτόν. *Fiſch.* αἴρειν *ſublimem rapere. Girard.* — In ſeqq. vulgo legebatur: οὐκοῦν ἐρεῖς, quod *Fiſch.* reddit: *dices igitur, quis tu ſis?* (ſubint. ὅστις εἶ) *s)*. At Brunck. et Inu. tacite ediderunt: οὔκουν ἐρεῖς; de quarum partt. οὐκοῦν (non ergo, non igitur, non ſane) et οὔκουν (in interrogatt., nonne ergo?) discrimine poſt Hoogeveen. Doctr. Partt. II. p. 970. ff. decreuit Herman. ad Viger. p. 769. f. quae repetiit Schütz. ad ſuam Hoogev. ſecundam edit. p. 633. f.

72. f. ἀλλ' ἢ πυθ. μ' — dictum pro, ἢν πύθησθε, ὅστις ἐγώ εἰμι, v. v. 55. Senſus: At ſi audieritis, quis ego ſim, non dubito, quin vos ſitis me admodum male tractaturi neque dimiſſuri. *Fiſch.*

73. Editum in Kuſt. Brunck. aliisque: κακόν τί μ' ἐργάσεσθε, κοὐκ ἀφήσετε. Cod. Doru. et ed. Flor. Ph. Iuntae 1515. ἀφήσετον, quod placet *Hemſterhuſio*, monenti, ita dualem et pluralem ſaepe in idem orationis membrum coire. At quamquam etiam v. 76. et 100. Duales leguntur, tamen *Fiſch.* cenſet, vulgatum ſeruandum eſſe, quia poëta in toto loco Pluralem loco Dualis poſuit, et ἀφήσετε auribus gratiorem ſonum efficit. Brunckius: „Tres codd. et editio Bern. Iuntae [et cod. Borg.]: ἐργάσεσθον κοὐκ ἀφήσετον, iugulato metro. In membr. ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον, vltima ſyllaba per compendium ſcripta. Quid pronius erat et venuſtius, quam duo verba in eodem numero ponere? Aldinam lectionem retinemus. Duales iſti li-

---

r) Alia de hoc verbo, et aliena, adtulit Eckhard. p. 9. f.

s) Futur. ἐρεῖς pro Imper. accepit Eckard. p. 10. f. et hunc Futuri vſum in N. T. frequentem, etiam ex aliis ſcriptt. Graec. locis comprobare ſtuduit.

brariorum libidini debentur; mox v. 75. meus [vt Borg. ap. Inu.] habet *μέθεσθον*." Tamen Inu. e Rau. recepit *ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον*. — *κακόν τι ἐργάζεσθαί τινα*, tractare aliquem *peſſime*, (nam *τι* habet vim augendi,) eſt h. l., vt opinor, *aliquem vehementer verberare*, nempe manu, palmis et pugnis; nam Plutus verebatur, ne caederetur a Chremylo et Carione, quod Chremylum ſiuiſſet adhuc iacere in paupertate. *κοὐκ ἀφήσ.* Scilicet Chremylus et Carion videntur ſtantes pone Plutum, iniectis manibus tenuiſſe eum (vid. v. 101.), et Plutus timebat, ne, ſi audiſſent ſe Plutum eſſe, ab iis reprehenderetur et retineretur, vt ipſos ditaret. *Fiſch.*

74. *ἡμεῖς γ'* ſc. *ἀφήσομέν σε*, et ad *βούλῃ* intell. *ἡμᾶς ἀφιέναι σέ*, nempe hac lege et conditione, vt dicas ante, quam te miſſum faciamus, quis tu iis. Haec ratio [quam praeiuerat *Girard.*] melior videtur, quam ea, quam Schol. proponit, vt ſit *διττολογία*: dimittemus te, ſi velis dicere quis tu iis, et non dimittemus, ſi dicere nolis, quis iis *t)*. Adiuuatur etiam oratione Pluti ſequente. *Fiſch.* Cod. Borg. *ἡμεῖς γ' ἤ* [fort. pro *ἤν*, ſed metro repugnante] *βούλει* [haec Attica forma in ordinem recipi debuerat] *γε σύ*.

75. *μέθεσθέ μου* eſt *miſſum me facite*, nolite me iniectis manibus tenere (v. v. 42.) et *νῦν v)* quia vultis me dimittere et ego a vobis dimitti volo, ita, vt dicam, quis ſim. *ἠνί x)* eſt Lat. *en*, et *μεθίεμεν σε* nempe *ἡμῶν* dictum pro *μεθιέμεθά σου* non tenemus te, manibus iniectis. *Fiſcher.* Chremylus et Carion, qui a tergo poſt Plutum ſtabant, ſimul atque haec dixerunt, dimiſerunt eum. — *ἠνί* praeter Atticos occurrit etiam ap. Theocr. Id. III, 10. vbi Schol. *ἠνὶ ἀντὶ τοῦ ἰδού*, et ap. Callim. h. in Del. 152. *Spanh.*

76. Senſus: Audite igitur: oportet enim, vt videtur, me dicere, quae celare animus erat: ego ſcilicet ſum Plutus. *Fiſch.*

---

t) Ita fere *Münt.*: a te vnice pendet, vtrum velis discedere, nec ne?

v) Ita ſcil. olim editum. At Brunck. et Inu. tacite ediderunt *νύν μου* (h. e. *δή*), quod praeſtat. In membr. Brunck. *μέθεσθέ μου τοπρώτον*. — *ἤν μεθιέμεν* et *ἰδοὺ* inter lineas, tanquam ad verſum pertinens. In B. *μέθεσθε νῦν πρῶτον*. Solus C. germanam lectionem habet.

x) Cod. Doru. *ἤν* ſed ſuperſcr. *ἰδού*. *Hemſt.*

77. ἦ. Quamuis ἦν pro *eram* multo sit vsitatius, quam ἦ absque ν, et praeterea MS. Bodlei. habeat ἦν: nolui tamen quicquam mutare, tum quia Schol. diserte monet ἦ positum esse pro ἦν, tum quia et alibi ita occurrit, vt Nost. Eqq. 1336. Vesp. 1069. 1086. Au. 1363. Huc accedit, quod Schol. ad Vesp. 1069. hunc locum ex Pluto adfert, vt doceat ἦ interdum adhiberi pro ἦν. *Kust.* Quum ita in prioribus edd. legatur, non opus fuit, vt in nouissima, quae apud Batauos a. 1670. prodiit, ἦ in ἦν mutaretur. Exemplis a Kust. adlatis addi potest Lys. 647. et Schol. ad Au. 1369. *Spanh.* Comprobatam a veteri Critico formam reliqui. IV. Codd. habent ἦν παρεσκ. *Brunck.* qui Lys. 643. addit. *Bergl.* a vetusto ἔω, pro εἰμί, aor. 1. ἔσα, deinde, electo σ, ἔα, repetit, vt per contractionem pro ἔα dictum sit ἦ. *Fischer.* autem cum Schol. et Girardo pro εἶν, quae vera est Imperf. forma a Praes. εἰμί, Iones dicere ἔα monet, vt Hom. Il. 5, 887. sed Atticos ἔα contrahere in ἦ, eosdem tamen etiam ἦν dicere [v. Moer. p. 172. ibique Pierf.] Add. idem Anim. ad Weller. II. 498. ff.

78. γὰρ reddi potest *scilicet, igitur. Fisch.* Confirmandi vim habere Girard. monet. Add. Münt. ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν. Quasi ad hominem. Sic in Au. 1637. ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων Ποσειδον. Nec absurde; nam homines vtique erant, qui horum deorum personas agebant. *Bergl.* Est: *omnium longe sceleſtiſſime.* Nam Chrem. Plutum vocat μιαρώτατον, *foediſſimum, sceleſtiſſimum*, non propter sordes, quibus obsitus erat, vt Schol. videtur praecipere, sed est vox irae et indignationis cum quadam admiratione coniunctae, v. Suid. in μιαρὰ κεφαλή, et μιαροί. Quia Plutus non statim responderat, Chr. putabat, eum inimicum esse probis hominibus, neque eos ditare velle, add. v. 894. Genit. ἀνδρῶν Superlatiuis iunctus habet vim particularum μάλιστα, λίαν, vt 684. 788. Hom. Od. 1, 219. Neque verba ἀνδρῶν ἁπάντων ad vinum referenda sunt; nam Chr. Plutum *deum* ita appellauit, vel quia erat communis formula et vsitata, vel quia personam Pluti homo agebat. Plutus erat Iasii filius ex Cerere, v. Hes. Theog. 969. f. ideoque semideus. *Fisch.* Chremylum dissimulare consulto, Plutum esse deum, monent *Girard.* et *Münt.*

79. Notent hic φιλάττικοι singularem et elegantem vsum part. εἶτα, quippe quae ap. Atticos interdum inseruit interrogationibus, quae cum admiratione vel indignatione

coniunctae sunt: potestque commode reddi: *ergone? siccine? itane vero?* vt h. l. Itane vero tacebas (silentio dissimulabas) te Plutum esse? Sic Nub. 1216. Pasias foenerator indignabundus inquit: εἶτ' ἄνδρα — Apud Lucian. in Dial. Menippi et Mercurii [Mort. Dial. 18, 2. T. I. p. 409. Reiz.] Menippus, quum Mercurius caluariam Helenae, ab aliis caluariis nihil differentem ipsi ostenderet, cum admiratione quadam ait? εἶτα αἱ χίλιαι νῆες — ἐπληρώθησαν — Idem libellum de domo sic infit [T. III. p. 190.]: εἶτα Ἀλέξανδρος — Plato Comicus ap. Athen. VII, 5. p. 279. εἶτ', εἰ μεμάθηκε, δέσποτα, ζῆν, ἐγκαλεῖς; *Itane — mihi vitio vertis y)?* Pari sensu et ἔπειτα accipitur Nost. Nub. 226. 1251. Thesm. 644. et alibi. *Kust.* Scholiastes putabat, posse verba etiam ita ordinari, ὦν Πλοῦτος, εἶτα ἐσίγας; vt εἶτα post Participium, in apodosi redundaret, de quo eius vsu v. Koen. ad Gregor. Cor. de dial. p. 61. s., vt v. 911. At dubito, an in interrogationibus εἶτα ita ponatur. *Fisch.*

80. Hunc versum MS. Vatic. U. et cod. B. ap. Brunck., omisso Carionis nomine, quod vulgo praefigitur, tribuunt Chremylo, probantibus *Kust.*, *Hemst.* et *Brunck.* In cod. suo, nulla interposita persona, omnia ab ὦ μιαρ. vsque ad finem v. 82. Chremylo tribui, eamque rationem omnium pessimam esse, monet *Brunck.* In cod. Dorv. deest οὕτως, ob antecedens voc. similis terminationis. — οὔτ. ἀθλ. διακ. h. e. *caecus et fordidus. Fisch.* ἀθλίως διακείμενος i. q. ἀθλίως ἔχων Eurip. Hel. 1300. *Bergl.* Add. Aelian. V. H. 14, 49. *Münt.*

81. Φοῖβ' Ἀπ. κ. τ. λ. Vide quae ad v. 1. notauimus. Id vero haud passim obuium, quod, ad maiorem huius servi, audito Pluti, qui ipsis coram, quod minime omnium rebantur, adesset, nomine, stuporem indicandum, non Iupiter solum, aut solus forte Apollo, vt infra, cum reliqua deorum turba compelletur, sed praeter eos Dii in vniuersum, ac Daemones, s. dii coelestes et aetherei innocentur. Δαίμονες nempe in Graecorum theologia modo *dii* in genere dicti, vt ab Homero, iuxta Plut. de orac. defectu p. 415. ac subinde apud Tragicos, vt πολισσοῦχοι δαίμονες ap. Aesch. S. C. Theb. 828. qui haud semel πο-

---

y) Aelian. V. H. I, 34. addit Münt.

λισσοῦχοι θεοὶ dicti in eodem dramate 69. 111. 277. modo, vt h. l. et alibi, dii aetherei, vel aërii ſ. Genii inter deos coeleſtes et homines medii, iique boni et mali. Adde et pro Manibus interdum, vt Anth. Lib. I. c. 70. Epig. 23. Τίσασα Πριάμου δείμοσιν ὀψὲ δίκας. Δαίμων vero in Singulari, quod contritum, *fortuna*, *ſors*, vt ap. Aeſch. *fatum*, in dicto dramate v. 418. Adde quod vtrumque, τύχην nempe ac δαίμονα coniungit alicubi Demoſthenes adu. Olymp. p. 652. [p. 1173. extr. T. II. Reisk.] ac ſimiliter Aeſchines adu. Timarch. p. 453. [c. Cteſiph. T. III. Orr. Grr. Reisk. p. 505, 10. 544. extr.] *Spanh.* Magnitudo admirationis Carionem iuſſit cumulare nomina deorum, neque ordinis eorum habere rationem. Apollo Φοῖβος dictus putatur a ſpecie et nitore, i. e. καθαρὸς καὶ λαμπρός. v. Macrob. Sat. I, 17. Etiam Latini poetae dicunt *Phoebus Apollo*, vt Virg. Aen. 3, 251. Δαίμονες quum diſtinguuntur a θεοῖς, ſunt *dii* minorum gentium, ſ. *ſelecti*; ſed θεοὶ maiorum gentium, ſ. *conſentes* z) *Fiſch.*

82. τί φής; admirationem magis quam interrogationem exprimit. *Girard.* Ἐκεῖνος — Loco huic ſimillimus eſt ille Plautinus Trinum. IV, 2. [989. f. ed. Hermann.]:

— Syc. Ain' tu tandem, is ipſusne es? Ch. Aio.
Syc. Ipſus es?
Charm. Ipſus, inquam, Charmides ſum. Syc. Ergo ipſiusne es? Ch. Ipſiſſumus. *Kuſter.* Ὄντως eſt *vere*, Heſ. Mihi quoque ἐκεῖνος ὄντ. εἶ σύ; videntur eſſe verba Chremyli, et ob v. 83. et quia ei tribuuntur in Codd. antiquis. *Fiſch.* ὄντως, non nomine tantum, ſed etiam numine et poteſtate. *Girard.*

83. αὐτότατος. Vox comice conficta, vt *ipſiſſumus*, in loc. Plaut. laud. v. Tho. Mag. in αὐτὸς [p. 128. Bern.]. *Kuſter.* Vt v. 182. μονώτατος. Cf. Anim. ad Weller. [II. p. 111. f.] et Helladius Chreſt. p. 18. *Fiſch.*

83. ſ. πόθεν οὖν — *vnde igitur, quaeſo, ſqualore obſitus venis?* Scilicet αὐχμᾷν ſ. αὐχμεῖν eſt i. q. ῥυπᾷν. Heſ. h. v., *ſqualere, ſqualidum eſſe*, ideoque αὐχμῶν i. q.

z) Quae apud Romanos eorum ſunt claſſes. Eadem, quae Fiſch. monuerat Girard., nominatis etiam diis cuiusque claſſis. Addl. *Münt.*

ῥυπαρὸς illotus, ſordidus, ſqualidus. Propr. *ſiccum eſſe*, ξηραίνειν Heſ. arere prae aeſtu. βαδίζειν pr. Actiuum eſt, iubere, docere aliquem gradi, progredi, vt nutrices infantes, ſed fere vt Neutrum ponitur, vt ſit, *ire, ambulare, prodire*, h. l. *venire*, nam Plutus reſpondet: ἔρχομαι. *Fiſch.*

84. ſ. Ἐκ Πατρ. *a Patroclis domo venio, qui ſe non lauit, ex quo quidem natus eſt.* Non neceſſe eſt, vt ad Πατροκλέους voc. οἴκου intelligatur *a)*. Ponuntur nomina hominum pro locis, vbi ſunt et verſantur, vt v. 32. 89. 237. Sic Terent. Phorm. 5, 1, 5. *a fratre* quae egreſſa 'st meo, i. e. e domo fratris. *Fiſch.* Infra in Auib. 739. Πατροκλείδας memoratur, et liquet ad eundem ſordidum et illotum Patroclem, de quo hic, ibidem reſpici. Occurrit vero Athenienſis *Patroclis b)*, et quidem iisdem huius Comici temporibus, apud Platonem in Euthydem. [c. 61. aut 27. ed. Routh.] p. 297. mentio vbi ex eadem, qua Socrates, matre natus atque inde ὁμομήτριος ἀδελφὸς, *frater vterinus*, a Socrate dicitur. Singularem prorſus huius Patroclis *c)* illuuiem fugillat, qui a natali die nunquam lauerit. Abunde autem notum, quae lotionum cura, vt de aliis gentibus iam nihil dicam, apud Athenn. fuerit, adeo vt nunquam cibum ſumerent, aut eo ſumto abirent, niſi lotis prius manibus: quorum prius ὕδωρ κατὰ χειρὸς, alterum ἀπονίψασθαι ab iis dicebatur, v. Veſp. 208. Au. 466. Vtrumque vero priori loco et in Schol. ad eumdem legitur:

Ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν·
Δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεσθ' ἤδη· σπένδομεν.

Quem ritum pluribus haud vno loco tangit ac veterum Comicorum Athenn. locis illuſtrat Athenaeus IX. p. 408. et XIV. p. 642. Quomodo etiam σμήγματα, et quidem odorata, olim in lotionibus manuum ad menſam Athenis exhibita, e Comicis id genus Atticis docet idem Auctor p.

---

a) Vti nonnulli cenſent. v. Eckhard. h. l. p. 12. et Münt. Cf. Schaefer. ad Bos. Ell. Gr. p. 344.

b) Nempe ille Patrocles, Socratis frater, fuit. v. ibi Heindorf. p. 586. ſ. et Routh. ad ed. Euthyd. et Gorg. p. 513.

c) Qui tamen num idem fuerit cum Socratis fratre, decerni non poteſt.

409. Vnde a Comico noſtro ad fugillandum Cleonis, tamquam coriarii, ſordes dicitur cum eo contendens Agoracritus, farciminum venditor, ſe omaſum bubulum ac ventrem ſuillum comeſturum ac tum iuſculum epoturum illotis manibus, ἀναπόνιπτον, Eqq. 356. A qua vero ſordida Patroclis, de quo hic agitur, illuuie alienus, de quo poſtea in hac fabula, Blepſidemus, qui de ſe v. 613. dicit καὶ λουσάμενος, κ. τ. λ. *Spanh.* Ex ſententia Schol. Patrocles iſte Laconicam viuendi rationem aemulabatur. Plures fuiſſe Athenis eiusmodi Λακωνομανοῦντας, ῥυπῶντας, patet ex Auib. 1281. vbi v. Not. In Nub. 835. οὐκ ἠλείψατο, οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος. *Bergl.*

Scilicet Athenis erant multi, qui vitam et mores Laconum imitarentur, h. e. qui, quamquam diuites, tamen comas alerent, eſurirent, numquam balneo vterentur. v. Auu. 1281. ſ. vbi eſt ῥυπῶν. Horum auarorum hominum facile princeps erat Patrocles. Vnde exiſtit prouerbium Πατροκλέους φειδωλότερος de homine diuite, ſed ſordido et parco. v. Apoſtol. Paroem. 18, 74. et Erasmus Adagg. p. 84. Sed homines auari cauebant, ne balneo publico vterentur, v. Nubb. 835. ne iacturam facerent olei, quo vngerentur loti, et ne balneaticum (apud Romanos erat quadrans) balneatori ſoluere deberent. v. Vrſin. ad Ciaccon. de triclin. p. 121. ſſ. et Mercurialis Art. Gymn. I, 10. Atque ad hoc lauationis in balneis publicis genus referri debent verba οὐκ ἐλούσατο. Nam ne priuata lauatio intelligi poſſit, impedit etiam hoc quod a poëta notatur *ſordida* Patroclis auaritia. Cf. Theophr. Char. 9, 3. Et λούεσθαι, ſe lauare, ſe lauari iubere, balneo vti, inter verba balneis propria retulit Pollux 7, 167. *Viſch.* De form. ἐκ Πατροκλέους (h. e. ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ Π. Glöſſ. cod.) v. *Brunck.* ad Lyſ. 407.

85. Ἐξότου περ ἐγ. *ex quo quidem natus eſt*, vt 969. ἀφ' οὗ. Apoſtolius d. l. affert duplicem horum verborum interpretationem: οὗτος γὰρ ἐξότου περιεγένετο (leg. περ ἐγένετο) πλούσιος, ἢ καὶ ἐγεννήθη, οὐκ ἐλούσατο, ſed poſteriorem veram eſſe res ipſa docet. Nam et magnitudo auaritiae hominis ſic magis elucet, et ellipſis v. πλούσιος aduerſatur legibus perſpicuitatis. *Viſch.* In plerisque edd. legitur: ἐξότουπερ. Brunck. et Inu. recte: ἐξότου περ. Nonnulli etiam ἐξ ὅτου περ ſcribi voluerunt. Explicuit Girard.

86. τουτὶ τὸ κακὸν *hocce incommodum* h. e. caecitas oculorum (ἄγειν τὴν τύφλωσιν, Gl. cod. Brunck.) vt sensus sit: *quomodo oculorum lumina amiseris.* κάτειπέ μοι est, narra, die, ostende, mihi, vt καταλεξον Hom. Od. 1, 206. *Fisch.* Praue Cod. Doru. κάτ' εἰπέ μοι, addito superne εἶτα, quasi foret κᾆτα. Sequente versu idem, omissa Pluti persona, ἀνθρώποισι, vtrumque perperam. *Hemst.*

87. ταῦτ' ἔθρασεν est, Iupiter me *orbauit luminibus oculorum.* vid. v. 90. ἀνθρώποις nempe χρησοῖς. (v. 92.) Voc. φθόνος (Lat. *inuidentia* Cic. Tusc. 4, 8.) et verbum φθονεῖν auctore Schol. in libris philosophorum ponitur de iis, qui dolent rebus aliorum secundis, quae nihil noceant dolenti, sed h. l. φθονεῖν accipiendum est de ζηλοτυπίᾳ h. e. aegritudine, quod alii potiuntur eo, quod ipse concupieris, quod ipse habere cupias, vel iam habeas, *aemulatio* Cic. Tusc. 4, 8. recte, opinor. Nam probi nondum erant diuites, φθονεῖν igitur est aemulari, et quia aemuli impedire conantur, ne alii consequantur ea, quae ipsi habere cupiant vel habeant, ἀνθρ. φθονῶν reddi potest: impedire studens, ne probi homines ditescerent. *Fisch.*

88. ff. *Ego enim, quum essem adolescentulus, minatus sum, me tantum aedes iustorum et sapientum et modestorum intraturum esse: ille vero mihi oculorum lumina abstulit, ne eorum quemquam dignoscerem. Adeo ille probis inuidet!* μειράκιον *adolescentulus*, nam actus vitae humanae sunt, Hippocrate auctore (v. Poll. 2, 4.) septem: παιδίον a. 1—7., παῖς 7—14. μειράκιον 14—21. νεανίσκος 21—28. ἀνὴρ 28—35. γέρων 35—42. πρεσβύτης 42—49. Alii aliter, vt Tzetz. ad Hesiod. Ἔργ. p. 143. et Ασπ. 212. Bas.: βρέφος, ad a. 7. παιδίον, ad a. 10. μείραξ, — 18. νεανίας, — 37. ἀνήρ, — 52. πρεσβύτης, ad a. 64. γέρων. *Fisch.* Citat hunc versum Tho. Mag. V. Ἀπειλῶ. *Kust.*

89. σοφοὶ, qui a Platone φρόνιμοι dicuntur, intell. naturae rerum, et diuinarum et humanarum, periti et gnari. κόσμιοι dicuntur qui non seruiunt cupiditatibus corporis et voluptatibus, immo imperant, sancti, modesti, qui etiam σώφρονες vocantur. v. Plat. Phaed. 13. Coniunguntur recte cum σοφοῖς, quia philosophi fere sunt κόσμιοι, vt Socrates eodem illo loco docet. *Fisch.*

90. *βαδιοίμην.* Fut. Opt. Med. Nam etsi etiam Attici Praesenti Actiuo vtuntur, vt Medio, tamen in Fut. retinent formam Medii. (Cf. quae ad v. 84. de propria signif. Actiui diximus.) Dicunt autem Attici in Futuro *βαδιοῦμαι* (v. 495.) non *βαδίσομαι*. v. Moeris [p. 106. Pierf.] *Fischer.* — In edd. ante *Brunck.* deinde legebatur: *ὁ δὲ μ' ἐπ.* Br. et Inuern. tacite ediderunt: *ὁ δ' ἐμ' ἐπ.*, quia in *ἐμὲ* vis quaedam esse debet. Tum ante *Hemst.* editum: *ἐποίησε.* Hic auctoritate cod. Doru., et metro iubente, *ἐποίησεν* dedit, quod postea ab omnibus receptum est. —

τυφλόν. Quod hic se a Ioue excoecatum ait Plutus, in Scholiis dicitur parodiam esse Hesiod. Ἐργ. 42. *Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.* Cuius poëtae mens ibi, inde a diis, et quod paullo post vni Ioui tribuitur, occultari hominibus vitae sustentandae modum, ne otio diffluerent, sed vt ii labore et agrorum cultu aliisque optimis artibus victum sibi compararent, vnde illud incerti poëtae ap. Stob. Floril. Tit. XCV. [p. 383. in Grot. Flor.] *Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος.* Quae proinde causa hic intelligitur, cur coecus factus sit a Ioue Plutus, ne viros frugi et ad artes addiscendas et exercendas propensos inertes et otiosos redderet. Vnde etiam ab Hesiodo in eodem poëmate (v. 638.) dicitur: *ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.* Non vero Plutum solum esse coecum, sed coecos etiam illos, qui ei adhaerent, dixerat alibi ap. eundem Stob. Menander [in Se ipsum lugente, p. 28. Men. Reliq. ed Cler.] — *ὁ δὲ Πλοῦτος τυφλός· Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν ἐμβλέποντας δεικνύει. Spanh.* Schol. ad Eurip. Orest. 246. *τὸν Πλοῦτον τυφλὸν λέγουσιν, ὅτι ἀκρίτως ποιεῖ πλουσίους. Bergl.*

91. *διαγιγνώσκοιμι.* Vtraque ed. Flor. Phil. et Bened. Iuntarum *διαγινώσκοιμι*, quibuscum cod. Doru. consentit, etsi corruptius versum ediderit: *Ἵνα μὴ διαγινώσκοι μοι μι, τούτων μηδέναν. Hemst.* Est ista forma verbi communis, substituta a librariis recentt. in locum Atticae, vt Aesch. Socr. I, 12. vbi etiam *διαγιγνώσκειν* legitur, in cod. Aug. *Fisch.* Verbum, vt et simplex *γιγνώσκειν*, Atticis soluta etiam oratione scriptoribus familiare, *διαγιγνώσκειν* Thucyd. 1, 126. et apud Platonem bis inter aliquot verba in Ione p. 546. [p. 116. ed. huius dialogii a Müllero curatae 1782., add. ib. p. 102.] Infra vero Vesp. 772. ob metrum *διαγινώσκειν*. Sic et Concion. 632. *Spanh.* Caeterum Daweſius Misc. Crit. p. 82. f. [p. 85. ff. ed. Burgess. vbi etiam h. l. laudauit]

docuit particulis ἵνα, ὅφρα, et μὴ Optatiuum iungi, quum sermo esset de re praeterita, Coniunctiuum, quum de re praesenti aut futura. *Fisch.* [De Homerico vsu partt. ἵνα cum Opt. et Coni. Heynius Exc. II. ad VII. Il. T. V. p. 403. ff. de ὅφρα Exc. III. ad IV. Il. T. IV. p. 665. ff. disputauit. ἵνα aliasque particulas cum Indicatiuo strui, quum significatur aliquid, quod futurum fuisset, si aliud quid esset actum, quod non factum est aut non futurum erit; cum Coniunctiuo fere, cum res praesens indicatur, cum Optatiuo, sin res, vt cogitatio alicuius refertur et praecedit praeteritum, ostendit Hermann. ad Viger. p. 768. 805. f. Add. Schaefer. Melet. Crit. in Dion. Hal. p. 109. ff. et Matthiae Gramm. gr. mai. p. 732. ff.] Abundare alterum μή, quum μηδένα sequatur, *Girard.* monet.

92. οὕτως *adeo*, tantopere *d*). χρηστὸς propr. est homo vtilis, bonae frugis, frugalis (Gloss. vett.), deinde homo probus, sapiens et virtute praeditus, ἀγαθὸς et oppon. πονηρῷ. v. v. 96. Xen. Mem. Socr. 2, 2, 20. Aesch. Socr. 1, 3. *Fisch.* Huic versui librarius cod. Doru. praefixit solennem illam elegantioris sententiae notam, quae significat ὠραῖον. v. Vales. ad Euseb. H. Eccl. I, 2. cui vix accedo, quando eamdem notam admittere posse duplicem explicationem putat, ὠραῖον aut φρονιστέον s. φροντίδος ἄξιον· mihi saltem vtriusque signi, quo hoc illudue indicatur, manifestum semper in Codd. antt. apparuit discrimen. *Hemst.* Ex mente impiorum inuidiam eius rei causam esse dicit. Scholiastes philosophice rem explicat, cuius locum lat. vertit *Bergl.*

93. καὶ μὴν sunt particulae aduersatiuae, *enimuero*, atqui. διὰ τοὺς χρηστοὺς h. e. *a bonis*, a probis. Nam διὰ iungitur sic non raro Accusatiuis, vt indicet causam efficientem *e*). v. Anim. ad Weller. III, II. p. 166. et 170. τιμᾶται colitur, quatenus probi homines Ioui sacrificant, gratulantur, supplicant. *Fisch.* καὶ τοὺς δικ. Non nouum est, vocabulo generis adiungi vocabulum formae, vt καὶ

d) Cf. Eckhard. Obss. p. 12. adeo vt suae faueat causae Iupiter. *Girard.* Idem post Schol. monet, consilium cur non omnes diuites sint, esse, vt virtus ab hominibus propter se, non propter diuitias appetatur.

e) Plura exempla laudauit Eckhard. p. 12. ff.

reddi possit *maxime*, inprimis, atque adeo. Nam χρηστοὶ quidem comprehendunt etiam δικαίους. *Fisch.*

94. ὁμολογῶ σοι concedo, do tibi hoc. v. Suid. Est formula affirmantis aliquid, *recte*. *Fisch.* add. *Eckhard.*

φέρε ponitur vt particula approbantis ea, quae alter dixit, et transitum facientis ad alia, quomodo etiam εἶεν et ἄγε δή vsurpantur. Sic 131. f. Ap. Terent. Adelph. 5, 8, 18. ita legitur *age*. Potest igitur φέρε reddi: age, sed ita vt seiungatur a verbis τί οὖν, coli nota. (Gut, aber wie nun —) *Fisch.* Quasi dicat, age, his omissis aliud tractemus. Interrumpitur ita oratio in Iouem impia. *Girard.*

95. Etsi ἀναβλέπειν est *recipere visum*, oculorum lumina, vid. 126. et Luc. 18, 41. f.: tamen, quia h. l. addita est part. πάλιν, vim verbi simplicis habere videtur, vt 117. nam v. 126. est simpliciter ἀναβλέψῃς, sine πάλιν, v. 460. βλέψαι πάλιν, id quod etiam adiecta verba ὥσπερ καὶ πρότου *sicut et antea*, in adolescentia, docere puto. Nam πρότου est πρὸ τούτου, (sc. χρόνου, *Gir.*) *antehac*, ante. *Fi.*

96. φεύγοις Cod. Doru. φεύγεις. *Hemst.* φημὶ ἐγὼ *recte*, vt 143. et φημὶ simpliciter Eurip. Phoen. 606. Est enim, vt ὁμολογῶ σοί v. 94. formula aientis, quae v. 97. permutata est formula πάνυ μὲν οὖν. *Fisch.* Add. de hac form. *Eckhard.* p. 16.

97. τοὺς δικαίους intell. etiam σοφοὺς καὶ κοσμίους v. 89. *Fisch.* Hos igitur *iustos* et *probos* homines solus adire debebat Plutus iuxta illud Theognidis [517. Brunck. Gnom. poët. vett.] καὶ γάρ τοι Πλοῦτον μὲν ἔχειν ἀγαθοῖσιν ἔοικεν. *Spanh.* Locum ex Ecclesiaz. 621. (625) confert. *Bergl.*

98. Duplici nomine mendosa Dawesio [Miscell. Crit. p. 202. ed. Burgess.] visa fuit haec scriptura, tum quia quadrisyllabum ἑώρακα poëtis Atticis vsitatum non fuisse credebat, tum ob productam contra Comici vsum vocalem breuem ante aspiratam et liquidam. Quapropter optime reponi posse *f)* censebat:

---

f) Emendationi ansam dabant tum lectio cod. Barocc. οὐχ ἑώρακα που χρόνου (nempe si ἑώρων vel ὄπωπα in locum τοῦ ἑώρακα, quod scholion fuisse censet, reponatur, omnia sana fore) tum locus Soph. Antig. 5. οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν. Hes. ὄπωπα· ἑώρακα.

πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐκ ὄπαπ' ἐγὼ χρόνου.

Senarius eſt ſane quam elegans, quemque pro ſuo agnoſcere non dedignaretur poëta — Daweſii perpetuus obtrectator Dorvillius neque hanc calumniandi occaſionem praetermiſit, ad Charit. p. 136. vbi, vt in aliis quum ſe cenſorem oſtendit, ita in hoc ridiculum, quod verſum illum ſupra ſoccum aſſurgere aſſirmat. Qui enim? vndenam tragicam pompam mutuatur? Eſtne a verbo ὄπωπα? Tragicus ergo verſus fuerit iſte in Lyſiſtrata 1157. οὔπω — ὄπωπα. Eſtne a pronomine ἐγώ? Sed illud millies ſic poſitum apud Comicum. Niſi inuidia et odio abreptus fuiſſet, non ſane tam inepte cauillatus fuiſſet vir πολυμαθέστατος, ſed ingenii acumine, Atticarumque Venerum ſenſu Daweſio longe inferior. Etiamſi tragicum quid ſonaret verſus, ideone ab h. l. alienus eſſet? Nonne obſeruauit Bentleius, cothurno incedere affectare Comicum, quod ſtatim ab initio fabulae animaduertit, quicunque aliquid ſapit? (vid. v. 59.) Quod Daweſ. primum ſtatuit, ἑώρακα quadriſyllabum Atticis poëtis non fuiſſe in vſu: id nullo fundamento nititur: huic opinioni aduerſantur cum exempla tum analogia. Illa ſuis locis ſingula obſeruabimus. Quod ad hanc adtinet, ſi ἑώρακα non adhibuerunt, nec eis licere debuit dicere ἐάνημαι, quod itidem quadriſyllabum eſt, et absque Attico illo augmento profertur ἄνημαι g). Maioris momenti eſt altera ratio. Nam certiſſimum eſt, Comicum eas dedita opera leges obſeruaſſe profodiae, quas primus admirabili fagacitate deprehendit Daweſius, easque maxime in ſenariis rariſſime transgreſſum fuiſſe. Vnicum forte hoc in ſenariis occurrit exemplum vocalis breuis in fine vocis productae ob ſequentem tenuem vel aſpiratam et liquidam. In Auib. eſt hic verſus 231. ſed in chorico cantico — κριθοτράγων. Reperiuntur in ſenariis tres aut quatuor ad

g) Scilicet Daweſ. ſemper ὦρακα dici contenderat. Tyrwhitt autem in Append. ad Daweſ. p. 454. f. tam triſyllabum ὦρακα quam quadriſyll. ἑώρακα in vſu fuiſſe videtur, vel potius vera forma ἑώρακα, eaque contracta in ὦρακα. Illam etiam bis occurrere in loco Machonis Comici ap. Athen. VI. p. 244. metro ipſo iubente: μὴ παρεώρακεν Ἀρχεφῶν — et: Πτολεμαῖ' ἑώρακε πρῶτος — [atque ita ibi repoſuit Schweighäuſ. II. p. 456. f. ſed hoc Atticum non eſſe, Brunck. ibid. animaduertit. v. Schweighäuſ. Anim. ad Athen. III. p. 445.] Itaque et h. l. Tyrwhitt. ſcribi iuſſit: οὐχ' ἑώρακα πώ χρόνου.

ammum verſus, vbi media in voce vocalis breuis ſic pro-
ucitur. Pac. 892. — *κεκάπνικ'* — Veſp. 837. qui vt et
uperior facilem admittit medelam — *τὸν ἵππον* — In ana-
aeſtis maior eſt licentia, qua ſaepius vſum fuiſſe Comi-
um alibi oſtendemus. Verſus nonnullos, qui Daweſia-
iae obſeruationi aduerſari videbantur, nos ratione cum fa-
illima tum ita certa emendamus, vt calumniae nullus re-
inquatur locus. v. ad Theſm. 169. Non tamen ideo pau-
iſſimos illos verſus, vbi neceſſitate metri coactus ad eam
icentiam confugit Comicus, quam ſibi ſumſerunt Tragici,
librariis deprauatos eſſe crediderim. v. ad Lyſ. 384.
Proinde in hoc verſu nihil muto. Tametſi elegans eſt ille,
uem reponi volebat Daweſius, a vulg. lectione nimium re-
edit, quam repraeſentant tres codd., quos primos adhi-
ui *h)*. In C. vt in Barocc. *π. γ. ἀ. οὐχ ἑώρακά που χρόνου.*
Non minus Atticum eſt *ἑώρων* quam *ἑώρακα*, quas formas a
ibrariis aliquoties commutatas fuiſſe obſeruaui ad Theſm.
32. fauetque codd. iſtorum ſcriptura alteri Daw. coniectu-
ae *οὐχ ἑώρων τοῦ χρόνου.* Sed articulum hic minime probo,
nec magis placet particula vel *που* vel *πω*. Si quid mutare
neceſſarium duxiſſem, praetuliſſem: *π. γ. α. οὐχ ἑώρων διὰ*
χρόνου. Brunck. Sperabam varietatem aliquam lectionis
ne reperturum in codice, quem poſtremo conſului: ſed
ab aliis nihil discrepat. Tenendum eſt igitur, genuinum
d eſſe, in quod conſentiunt libri omnes. Nec minus ta-
men certa eſt proſodiae regula, quam ſtatuit Daw.: eam
nedum labefactent contraria exempla pauciſſima, eo ipſo,
quod pauciſſima ſunt, iis ſtabilitur. Similem poetae no-
ſtri lapſum obſeruare eſt in verſu deperd. comoed. Fragm.
CVIII. — *ἅρπαγα τρέφων.* Sed ſolius Etymol. fide niti-
tur hoc exemplum. In Theſm. obſeruaui v. 898. *εἰμὶ*
Κριτύλλα — Praeter hos tres nullum alium recordor ſe-
narium ineluctabili huiusmodi labe vitiatum. Hoc ſi in
enariis ſibi indulſit Comicus, quidni in dimetris iambico
yſtemati ſubiectis potuerit ſecundam in *ἀποπνιγείης* produ-
cere? Factum hoc Eqq. 940., vbi verſus optime digeſti
ſunt ad ritum perpetuo obſeruatum, nec quidquam mutari
debet. Haud tamen mihi Daweſ. coniectura venit in men-
em, quin doleam nullum ei codicem adſtipulari, ſimulque

h) Iisdem fere argumentis *Fiſch.*, Brunckio non inſpecto, im-
pugnauit Daweſ. correctionem.

Oruilii mirer, ſeu potius rideam faſtidium. Nullus enim eſt in tota hac fabula ſenarius, quem pro ſuo libentius agiturus eſſet poëta, quam iſtum: π. γ. α. οὐκ ὅπωπ' ἐγὼ χρόνου. Nec magis cothurnum affectat, quam in Lyſ. 1225. *Brunck.* in Add. *i)* πολλοῦ χρόνου [ſc. διὰ aut ἐκ] *diu, inde a longo tempore*, ab adoleſcentia. *Fiſch.*

99. Senſus: Neque vero id mirum. Neque enim ego, cui ſunt oculorum lumina, eos vidi. ὁ βλέπων refertur ad τυφλὸν, vt Matth. 15, 31. *Fiſch.*

100. Ἄφετον — *miſſum facite me nunc: ſcitis enim iam res meas* (quis ego ſim, cur ſim illotus et quomodo amiſerim oculorum lumina). Nam etſi Chremylus et Carion Plutum non tenebant iniectis manibus (75.): tamen ſtabant propter eum, vt, ſi vellent, manus ei iniicere eumque adeo conſiſtere et manere cogere poſſent. Differt igitur ἀφιέναι a μεθιέναι (75.); hoc eſt: miſſum facere aliquem ita, vt pone eum ſtans non amplius teneas, manibus iniectis; illud: aliquem miſſum facere ita, vt eum abire ſinas. *Fiſch.* Perperam *Girard.* τ' ἀπ' ἐμοῦ legit et explicuit τὰ ἀπὸ ἐμοῦ. *Münt.* explicat τὰ ἀπ' ἐμοῦ ἠρωτημένα. Eſt τὰ ἐπὶ ἐμ.

101. μὰ Δί' ἀλλὰ *immo*, vt 22. *Fiſch.* ἐξόμεσθα. Bene Portus metri maiorem, quam priorum Edd., in quibus ἐξόμεθα, habuit rationem. *Hemſt.* Explicari poteſt, aut: *retinebimus* te, *iniectis manibus*, aut, *adhaerebimus tibi*, ita vt tecum ſimus neque a te diſcedamus. Vtrumque et res et natura verbi ἔχεσθαι admittit. Genitiuus huic verbo ſic iungitur, quia indicat coniunctionem quamdam. *Fiſch.* Ita Attici ἔχεσθαι vſurpant. Aeſch. S. C. Th. 97. βρετέων ἔχεσθαι ſimulacra adprehendere, Noſt. Thesm. 496. Pac. 479. et quae alia id genus apud poëtas obuia. Adde et apud ſoluta oratione ſcriptores, vt Thuc. 2, 96. ὅρος ἐχόμενον τῆς Ῥοδόπης. *Spanh.* Noſtrum, *ſich an einen halten.*

102. ἀγορεύειν propr. eſt *verba facere in concione*, deinde *dicere* ſimpl. vt h. l. Dixerat autem Plutus v. 73. vnde apparet, πράγματα παρέχειν h. l. eſſe i. q. ibi οὐκ

i) Inuern. e Rau. repoſuit: π. γ. α. οὐχ ἑώρακα πω χρόνου, quem optimum verſum, plana ſententia, eſſe ait. At quid h. l. πω ſibi velit, docendum erat.

ἀφιέναι, *ita molestum esse, vt eum non dimittant. Fisch.* Verbi μέλλειν cum Infin. alius verbi vsum obseruat *Gir.*

103. καὶ h. l. *at.* ἀντιβολῶ respondet Lat. *quaeso, obsecro, sodes*, Gloss. vett. Hes. *k)* πιθοῦ *sine te exorari*, velim te sinas moueri. Est enim Aor. 2. Med. a πείθομαι, qui circumflectitur ab Atticis; nam leges analogiae scribi iubebant πίθου. v. Schol. *Fisch.* Peruerse cod. Doru. πυθοῦ et mox εὑρήσης. *Hemsterh.*

104. ss. μή μ' ἀπολίπῃς noli a me discedere, noli me relinquere atque absistere. ἔτι coniungendum cum ζητῶν, si volueris quaerere *amplius*, posthac: τοὺς τρόπους (sc. κατὰ) additur, quia βελτίων dicitur etiam *doctior, fortior.* μὰ τὸν Δι' sc. οὐχ εὑρήσεις, et ἄλλος intell. ἀγαθός· particulam πλὴν non semper Genit. sequitur, sed saepe casus ille, quem requirit verbum enuntiationis, vt Theophr. Char. 2, 1. v. Deuarius (Particc. Gr.) in v. πλήν. *Fisch.*

107. s. Brunck. et Inu. etiam hic δ' ἐμοῦ pro vulg. δέ μου dederunt. — γένωνται. Operae non erat pretium, vt notarem C. Doru. maculam γένονται, nisi hoc idem exstaret in Fl. quam saepius animaduerti ex scripto deterioris notae libro labes contraxisse. *Hemst.* τύχωσ' ἀλ. per seqq. γέν. πλ. explicatur. *Fisch.*

109. Ἀτεχνῶς ὑπερβάλλειν τῇ μοχθηρίᾳ est, *aperte et insigniter improbum esse.* Nam μοχθηρία dicitur vel *aerumna*, quae oritur e multitudine et magnitudine laborum (vt μοχθηρὸς pr. est laboriosus, aerumnosus) vel *miseria*, vel *improbitas*, vitiorum studium, vt h. l. ὑπερβάλλειν est propr. iaculando, sagittando, alios vincere; deinde *excellere, praestare, eminere*, in vtramque partem, v. Phauor. h. v. Neque enim necesse est, vt intelligatur τοὺς ἄλλους, quae erat *Girardi* sententia *l)*, quum hoc verbum etiam absolute ponatur, vt Xen. Mem. 4, 3, 7. Aesch. Socr. 3, 17. Denique ἀτεχνῶς et ἀτέχνως differunt inter se, Ammonio aliisque Grammaticis auctoribus, sic, vt ἀτέχνως sit *inerter, infabre, inartificialiter;* ἀτεχνῶς *aperte, pa-*

---

k) Add. *Girard.* qui etiam de etymologia ἄντην ποδῶν βάλλεσθαι dixit.

l) πάντας intelligi voluit Münt.

Iam, vere; prorſus, plane, omnino, idem quod ἀπλάστως, ἀδόλως, ἁπλῶς, σαφῶς, παντελῶς, τῷ ὄντι. v. Schol. Harpocr. Heſ. Moer. Timaeus, Suid. Etym. M. h. v. Nam ductum eſt ab ἀτεχνὴς *ſimplex, apertus, integer,* ab omni fraude et dolo alienus. Nam τέχνη ſaepe ſignif. *dolum, fraudem,* ἀπάτην. *Fiſch.* Aduerbium ἀτεχνῶς Atticis etiam ſcriptoribus, quod vel ex Harpocr. conſtare poteſt, familiare, pro σαφῶς, φανερῶς, aut quod hic in Schol. ἁπλῶς etc. Eumoeris Mſ. [Moeris p. 46. Pierf.] Ἀτεχνῶς. Ἀττικόν· ἁπλῶς, κοινόν. Sic in Au. 823. καλόν γ' ἀτεχνῶς — Frequens ap. Platon. huius voc. vſus, vt vel in Euthyd. p. 271. 273. 293. ed. H. Steph. *m*). Quod vero hic additur, eos, quos hic Plutus diuites effecerat, improbos continuo fieri, adſtruit Menander ap. Stob. Flor. Tit. 93. [imo Eurip. in Phaeth. Fragm. 5. ed. Musgr.] Δεινόν γε· τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον Σκαιοῖσιν εἶναι.

110. f. Ἔχει οὕτως *vera dicis.* οὐ πάντες *non omnes divites,* ne quis putet, hanc Chremyli orationem repugnare orationi eius ſuperiori v. 105. f. ἅπαξάπαντες *ad vnum omnes* vt 760. et 1110. *Fiſch.* [qui tamen non recte cenſuit, potuiſſe eodem ſenſu ἅπαντας dici.]

οἰμώξει. In aliis edd. οἰμώξεις, quod rectius videtur. Nam vt ſit Fut. Med., cuius ſecundam perſonam Attici per ει efferunt, non videtur conuenire huic verbo. *Duch.* Aut οἰμώξει eſt Actiuum et Carion haec dixit ad ſpectatores conuerſus: *eiulabit diu* h. e. ſaeuis accipietur verberibus; aut Fut. Med. ad Plutum: ſaeuis verberibus accipiere. Quae quidem poſterior ratio videtur rectior eſſe et melior. Nam 1. Attici Futuris Med. vtuntur in iis verbis, quorum Praeſentia Actiua, poſita hac perſona, induerint perſonam Praeſentium Mediorum, quale eſt οἰμώζειν (v. ad 18. et 58.), 2. intelligi hic facile poteſt, quomodo Grammatici vel etiam librarii pro οἰμώξει ſcribere potuerint οἰμώξεις. Nam terminatio illa ſecundae perſonae Attica iſtos homines ſaepe offendit, ita vt eam mutarent in η vel εις. v. ad Plat. Polit. 6. et Euthyphr. 19. *Fiſch.* Nec e codd. varietas eſt enotata nec mutata vulg. ſcriptura a recentt. edd. Quod autem Iuu. e Rau. repoſuit μακρὰν pro

m) Add. Schol. ad Plat. a Ruhnk. edita p. 2. et Schol. Auguſt. ap. Fiſch. ad Plat. Euthyphr. 2, 3.

μακρά, id quam vim hic habeat, non patet. μακρὰ pro Adu. poſitum eſt longe, diu, multum, valde (v. Girard.), quo poſtremo ſignificatu h. l. accipiendum; nec ſyllaba breuis in hac ſede aduerſatur legibus ſenarii Comici, v. 124. 126.

112. ſ. Senſus: tu vero, vt ſcias, quantum boni, apud nos ſi manebis, euenturum ſit, attende vt cognoſcas. παρ' ἡμῖν *apud nos, nobiscum.* Nam μένειν παρά i. q. v. 104. μὴ ἀπολιπεῖν. Particulae autem παρὰ ita iungitur fere Datiuus, vt locum ſignificet, vt 393. παρ' ἐμοὶ *domi meae.* Act. 10, 6. Ioh. 14, 24. Xen. Cyrop. 4, 2, 9. Pluralis ἀγαθὰ poſitus eſt de re vna, de recuperatione integritatis luminum oculorum priſtinae, vt magnitudo et praeſtantia iſtius boni declaretur. ὅσον ἀγαθὸν Ariſtoph. deteſtatur. *Fiſch.* Form. ὅσα ἀγαθὰ (pr. quot bona) illuſtravit Daweſ. M. Crit. p. 293. qui quidem ſcribi vult παρ' ἡμῶν *(a nobis)* nulla alia de cauſa, quam quia ita Nub. 410. 430. dicitur, et v. ſequ. Γένοιτ' ἄν, quod vulg. ſcriptura Γενήσετ' vel tertium pedem proceleusmaticum vel anapaeſtum dactylo ſubiectum non ſine inuenuſto accentu praeferat. Quae quidem miratus ſum in Append. ſine nota praetermiſſa eſſe. Neque dici recte potuit: ἢν εἰδῇς — ὅσα γένοιτ' ἄν, neque metrum mutationem poſtulat. Cod. Doru. γενήσεται τἀγαθά contra metrum, nam ſi τὸν dematur, verſus numeri pereunt, vt vere monuit Hemſt. —

Nihil variant in ſcriptura huius et ſeq. verſus codd. eſtque ea optima. Daweſius ſententiam mutat legendo — παρ' ἡμῶν — Γένοιτ' ἂν ἀγαθά. Locum praua diſtinctione obſcuratum legerat, quae bene curata fuit in nouiſſima Batana. *Brunck.* [Nimirum in Kuſt. et Fiſch. interpungitur, ὅσα παρ' ἡμῖν, ἢν μένῃς, Γενήσετ' ἀγ. ſed Hemſt. et Berg. ed. comma poſt ὅσα ponunt, et παρ' ἡ. ad ſequentia trahunt.] — προσέχειν τὸν νοῦν eſt forma Lat. *adhibere animum,* Cic. de har. reſp. c. 10. Ergo πυθέσθαι h. l. eſt *cognoſcere,* γνώσεσθαι Heſ. *Fiſch.*

114. Οἶμαι γὰρ οἶμαι. Repetitiones illae eorumdem vocabb. in luctu, gaudio aut re aliqua, qua quis intime adficitur, quaeue celeritatem exigit, aut quo res aliqua certior adſtruatur, apud poëtas Atticos ac Tragicos vel inprimis obuiae. Sic in luctu ap. Aeſch. Perſ. 978. αἰ, αἰ, αἰ, αἰ. Mox 677. δυνατά, δυνατά. Agam. 167. αἴλινον, αἴλινον; in *gaudio* χαίρετε, χαίρετε. Eumenid. 1017. in re, quae

celeritatem flagitat, ἴτε, ἴτε. Adde in inuocationibus deorum, Ζεῦ, Ζεῦ, Choëph. 243. 379. 855. et qualia apud alios quoque Tragicos crebra. Plura eius repetitionis exempla suppeditabit in his fabulis Comicus, vt in concertatione Acharn. 311. ac paullo ante in comminatione in ead. fab. 280. in gaudio vero Thesm. 318. ἰὴ Παιών, ἰὴ Παιών — ac vbi *celeritate* opus, ταχέως, ταχέως in hac fab. 643. *Spanh.* Iteratio illa verbi οἶμαι (h. e. *spero*) quam Graeci rhetores ἀναδίπλωσιν, Latini *conduplicationem n)* vocant, exprimit certitudinem spei. cf. 348. Demetr. Phaler. de eloc. sect. 280. Reitz. ad Lucian. Imagg. 14. p. 472. f. T. II. *Fisch.*

ξὺν [perperam in ed. Inu. legitur σὺν] θεῷ δ' εἰρήσεται. Hanc ῥῆσιν Graeci mediae sententiae interiicere solent. Eurip. Med. 625. *Kust.* Synes. Epist. 131. vbi est: σὺν θεῷ εἰρήσθω, addit *Bergl.* Sensus: quod ita a me dicatur, si deus me iuuerit, h. e. iuuante, fauente deo, Ioue, v. 119. modo deus annuat. V. Viger. de Idiot. 9, 5, 13. [p. 641. Herm.] et Dawes. M. Cr. p. 59. f. Nam Fut. Med. εἰρήσεται habet vim Fut. Passiui, Hes. h. v. et referri debet ad verba v. 115. Sic καταλύσεται Xen. Cyrop. 1, 6, 9. ἀδικήσεσθαι ib. 3, 2, 8. ἐκπλυνεῖται infra 1065. ξὺν θεῷ autem est, fauente, annuente, iuuante, volente, deo, vt Xen. Cyrop. 1, 5, 7. extr. 6, 2, 7. 7, 4, 10. Eur. Phoen. 637. quod Cyrop. 4, 2, 7. ἐὰν οἱ θεοὶ βούλωνται. *Fisch.*

115. ταύτης — ποιήσας h. e. me tibi restituturum esse oculorum lumina. Nam ὀφθαλμία est propr. lippitudo, morbus oculorum, ocularia aegritudo, vt Xen. Mem. 3, 8, 3. v. Foësius Oecon. Hipp. h. v. Cels. 6, 6. Sed h. l. ita dicitur ipsa *caecitas*. v. Schol. qui hunc vocabuli vsum animaduertit Aristophani proprium esse, quae eius verba descripserunt Suid. et Phauor. cf. Valcken. ad Herod. (7, 229.) p. 613. Et pro ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθ. dici etiam poterat ἀπ. σου τὴν ὀφθαλμίαν quae est sane vsitatior verborum structura, quum propr. caecitas depellatur a homine, non homo a caecitate. Vnde proprie dicitur ἀπαλλάττειν νόσον τινος. Sic etiam Latini dicunt, *ignem defendere*

n) v. Ernesti Lex. Technol. Graec. rhet. p. 18. Ei. Lex. Technol. Lat. rhet. p. 81.

a tectis, et, *tecta defendere ab igni*. Verba βλέψαι ποιήσας addita sunt, vt intelligeretur eo magis, quo pertineret ὀφθαλμία o), et, auctore Schol. totus v. 115. sumtus est e priore Pluto (vnde intelligitur, in Scholiis, quae hodie restant, confusa esse inter se et commista scholia ad vtrumque Plutum), cuius in locum poëta in posteriore Pluto substituerat versum hunc: Τῆς ξυμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς [aut, auct. Valcken. l. l. ἥ σ' p)] ἔχει; qui certe elegantior est, Atticorumque vrbanitate dignior, et ob nomen συμφορᾶς, quum Attici consuerint res tristes, qualis est caecitas, appellare vocabulis rerum aut gratarum aut mediarum, (vt ὄξος dixere μέλι, carcerem οἴκημα, mortem χρεών) et quia tum verba βλέψαι ποιήσας plane erant necessaria. *Fisch.* Fabula haec bis edita fuit, primum Ol. XCII, 4. archonte Diocle, iterum post 20. annos, archonte Antipatro Ol. XCVII, 4. Quam habemus, nec prior nec posterior est, sed e duabus a Grammatico quodam vetustissimo concinnata. Nobis melius esset, si priorem intemeratam haberemus cum choricis canticis omnibus. Hunc versum e priore fabula esse narrat vetus interpres eique in posteriore a poëta suffectum fuisse istum: τ. ξ. τ. σ. π., ἧς ἔ. quia nimirum Pluti caecitatem vocabulo minus idoneo appellauerat ὀφθαλμίαν. Sed qui e duabus vnam fecit, in prioris versu facetum et comicum quid deprehendere sibi visus est: alioquin alterum praetulisset. *Brunck.*

116. f. μηδ. — βλέψαι. Noli id facere; nolo enim recipere visum. *Fisch.*

117. In membr. verba τί φής; [quibus olim Carionis nomen praefixum fuit] Chremylo tributa, sequens versus Carioni. Sic etiam personis diuisae loquendi vices in C. [et in Mf. Vatic. Vrb. teste *Kust.*] quam optimam distinguendi rationem ingenio adsecutus est *Hemsterh.* cuius hac in parte felix industria. Duo alii codd. [etiam Doru.] omnia non famulo, vt vulgo, sed hero tribuunt. *Brunck.*

---

o) Girard. verba ita iungi iussit: οἶμαι ποιήσας βλέψαι, spero, vbi fecero vt videas, et in voc. ὀφθαλμία figuram μειώσεως inuenit, euphemismum] *Münterus.*

p) Nullam tamen causam sollicitandae vulg. scripturae esse recte monuit Schäfer. ad Long. Past. p. 396. Nec Brunck. eam aliter, quam ap. Schol. est, adfert.

cuius editionem sequutus est *Inu.* non tamen laudato suorum codd. consensu. Probat etiam *Fisch.*, quia 1. Carion etiam alibi orationem heri adiuuat, 2. ita magis appareat, cur Plutus respondeat — τούτων (Chremyli et Carionis) μωρά.

118. Sens. *hic homo natus est ad miseriam.* Nam ἄθλιος φύσει *miser natura* dicitur is, qui sciens et prudens sibi mala, incommoda, pericula, contrahit et comparat, aut, qui malo et incommodo aliquo affectus in periculum aliquod et discrimen vocatus, non hoc agit vnice, vt quam primum ab eo liberetur, imo repugnat seruatori et liberatori. *Fisch.* Add. *Eckhard.* p. 16. s.

119. Vulg. scriptum fuit: ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ', ἐμ' εἰ Πύθοιτ' ἄν, ἐπιτρίψειε, ita a *Fisch.* redditum: *Iupiter certe quidem, qui nouit horum amentiam, me, si id audiret, perderet.* — MS. Arundell. habet μῶρ' ἔπη, vti etiam vet. Scholiasten in quibus exemplaribus reperisse, ex nota eius ad h. l. apparet. Ceterum si pro ἔπη scripseris ἐπεὶ et mox pro ἐπιτρίψειε, ἐπιτρίψει με; sensus et constructio h. l. rectius sic procedent: Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ', (ἐπεὶ Πύθοιτ' ἄν) ἐπιτρίψει με *Iupiter quidem, cognitis stultis horum consiliis (nam resciscet vtique q)) me perdet.* Vulg. autem lectio mihi non placet; quippe ex qua vix commodum sensum elicere queas, nisi cum Schol. subintelligas ἀναβλέψαντα, quae tamen ellipsis nimis dura est et exemplo caret. In Ms. Arund. supra ἐπιτρίψειε scriptum est με, quae vox in textum recipi debebat. *Kust.* Ambiguitas hic est; nam illud μῶρ' accipi potest et pro μῶρα substantiue, vt Eurip. Troad. 1059. et pro μῶρε in Vocat., o *fatue*, et ita accepisse videtur Scholiastes, in cuius Schol. lego τὸ δὲ, μῶρε, μεταξὺ r), non μῶρα, vt in edd. exstat; si μῶρα scripsisset Scholiastes, non potuisset id pro parenthesi habere apud Comicum. *Bergl.* In Cod. Doru. manus prima lectionem editam expressit, μῶρ' ἐμ' εἰ· verum recentior, vt videtur, deletis με rescripsit πει, ipsam Kust. emendationem, studione, an

---

q) Vertendum potius fuisse: *postquam resciuerit*, monet *Brunck.* Non sufficit Kust. ratio Muntero, recte vitium subesse existimanti.

r) Ita etiam Hemst. emendauit.

errore pro ἔπη, fere dubites; vtrumcumque exiſtimes, mox certe debuerat ἐπιτρίψει με ſcripſiſſe, non quod habet inimicum metro ἐπιτρίψειεν, addita inter verſus explicatione ἀφανίσειεν. Diſtinctio pariter inſolens: Ὁ Ζ. μ. ου. εἰδὼς, τὰ τ. μῶρ᾽ ἐμ᾽ εἰ (vel ἐπεί) Π. ἂν ἐπιτρίψειεν· ſuper εἰδὼς tanquam ſupplendi ſenſus gratia, poſitum eſt τὰ πάντα, quod indicium facit, eum τὰ τούτων μ. referri voluiſſe ad πύθοιτο. Primae manus lectio hunc in modum formari poteſt: ὁ Ζ. μ. ου. εἰδὼς τὰ τ. μῶρ᾽, ἐμ᾽, εἰ Πύθοιτ᾽, ἂν ἐπιτρ. iunctis ἐμὲ ἐπιτρίψειε; ſecundae ſic: Ὁ Ζ. μ. ου. εἰδὼς (τὰ τ. μ. ἐπεὶ Π. ἂν) ἐπιτρίψει με. *Hemſt.* qui praeterea in Not. ad Schol. has e Scholiis lectiones exſculpſit: Ὁ Ζ. μ. ου. ϑ. τ. τούτων, μῶρε, μ᾽ εἰ Πύϑ. ἄν, ἐπιτρίψειε, aut Ὁ — τούτων, μῶρ᾽ (μῶρα) ἐπεὶ Πύϑ. ἄν, ἐπιτρίψει με — et ex interprete Florentino has: Ὁ — τούτων μῶρ᾽, ἐμ᾽ εἰ Πύϑ. ἄν, ἐπιτρίψειε με, *me ſi reſciuerit* (recuperaſſe viſum) *male me perdet;* aut ὁ Ζ. — τούτων μῶρ᾽ ἔπη (Πύϑοιτ᾽ ἄν) ἐπιτρίψει με *cognitis horum ſtultis dictis (reſciuerit, certe, neque eorum, quae conantur, quicquam ipſum fugerit.* Vtrobique dedit ἐπιτρίψει με, non modo propter cod. Arund. ſed etiam quia in Schol. ἐπιτρίψεταί με· alioquin priore loco legi poſſet: — ἐμ᾽ εἰ Πύϑ. ἂν ἐπιτρίψειε. Tot variationibus anſam dediſſe impeditam verborum ſtructuram monet, nec, quid ab Ariſt. profectum fuerit, facile conſtitui poſſe; verſum quomodo refinxerit in ſecunda Pluti edit., non expreſſiſſe antiquum interpretem, niſi, quod hoc ignoremus, librariorum potius negligentiae imputandum ſit. —

Ab impreſſis ne minimum quidem differunt membr. In tribus aliis τὰ τούτων μῶρ᾽ ἔπη, ſuperſcripto in duobus extremo verſui gloſſem. τοὺς μωροὺς λόγους, τοὺς ἀξυνέτους λόγους. Ex his nullus ſenſus elici poteſt, nec verba ad legitimam conſtructionem redigas. Emendandi rationem partim vidit Kuſterus. Sed, quod ipſum procul dubio non fugiebat, aliis diſſimulare voluit, quam inepte eſſet illa parentheſis, nihil ad ſententiam conferens, quam quod iam erat in praeced. participio εἰδώς. Sub poſtrema hac voce latebat vlcus. Legendum ſine parentheſi, plano ſenſu molliterque decurrente phraſi: Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν οἶδ᾽ ὡς, τὰ τούτων μῶρ᾽ ἐπεὶ Πύϑ. ἄν, ἐπιτρίψει με. Praeclarae emendationis [in texta etiam receptae a Br.] laudem mihi tribuere poſſem, certus, neminem exſtiturum, qui eam ſibi aut alii vindicet. Sed cuius propria ſit, ingenue profitebor. Eſt ea perantiqua, et e vetuſtiſſ. codice, vt videtur, de-

promta. In marg. cod. mei, ab eadem manu sed atramento paulo dilutiore, scriptum οἶδ' ὡς. *Brunck.* Accessit cod. Rau. e quo Inu., sed verborum ordine magis turbato edidit: Ὁ Ζ. μ. ου. οἶδ' ὡς, τὰ τούτων μῶρ', ἔμ', εἰ Πύθ. ἄν, ἐπιτρίψειε, pro οἶδα μὲν οὖν, ὡς ὁ Ζεὺς εἰ πύθοιτο ἂν τὰ τ. μῶρα, ἐμὲ ἐπιτρ. et ἄν ad vtrumque πυθ. et ἐπιτρ. referendum est *s)*.

Part. οὖν post μὲν auget affirmationem, certe; et per τὰ μῶρα intelligitur *stultitia*, *amentia*, consilium, quod Chremylus et Carion (τούτων) constituerant visum Pluto reddere, nolente et inuito Ioue. Εἰ πύθοιτ' *si audierit*, *me velle mihi visum reddi.* Nam haec verba cohaerent cum verbis οὐ βούλ. γ. ἀναβλέψαι, sed Carion et Chrem. loquentem interpellant, ita vt Plutus haec ὁ Ζεὺς — ἐπιτρ. dixisse censendus sit conuersus ad spectatores, non ad servum et herum, ita tamen vt Chremylus ea audisse putandus sit *t)*. Ἐπιτρίβειν respondet Lat. verbo *perdere*, *quod* est non tantum *necare*, sed omnino, maximis miseriis premere, vt Ter. Adelphh. IV, 6, 2. Hec. III, 4, 27. quod e v. 120. et 142. cognoscitur. *Fisch.*

120. Νῦν δ' οὐ. Cod. Doru. Νῦν δὲ vel δή, nam vix, vtra sit vocalis, discernas. Quamuis νῦν δή non abhorreat, potior tamen est vulgata. Proximo versu (Codex) προσπιπταίοντα, quasi προσπίπτοντα et προσπταίοντα commiscuisset: posterioris interpretamentum accedit προσκρούοντα. *Hemst.*

121. Hunc et alia loca Pluti Arist. non pauca Lucianus in Timone imitatus est, quae diligens Lector non sine voluptate conferet. *Kust.* [v. Timon. c. 13. et 24.] Νοτῶ non tantum *redeo* significat, vt 610. sed et *venio*, *ambulo*, vt Ach. 29. vbi v. Not. Verbo composito vtitur etiam infra v. 494. et Thesm. 810. Lucianus in Tim. [c. 24. p. 137. T. I. Hemst.] Plutum facit sic loquentem: ἄνω, κάτω πλανῶμαι περινοστῶν. *Bergl.* Νόστος propr. est reditus ex

---

s) Bentleius vulg.' ita distingui iusserat: Ὁ Ζ. μ. ου. εἰδὼς τ. τ. μῶρ', ἔμ', εἰ πύθοιτ', ἂν ἐπιτρίψειε. Lectionem μῶρ' ἔπη, a Kust. allatam ex Italo Schol., non ex antiquo esse monet. Ad μῶρα subintelligi ἔπη etiam *Girard.* vult, accipi tamen etiam posse pro Subst. τὴν μωρίαν.

t) Submisse et auersa facie haec a Pluto esse dicta censet *Girard.*

aliena terra in patriam, Schol. deinde dicitur omnino de iis, qui reuertuntur in locum, vbi ante fuerant, inde περιοντεῖν, *oberrare, circumerrare*, dicitur is, qui saepius regreditur illuc vbi iam fuerat, Moschopul. Eclog. Att. h. v. Quod quidem accidere videmus caecis, ita vt etiam offendant, nunc tibias, nunc pedes, nunc manum, nunc digitos, nunc alias partes corporis inferiores, hoc est προσπταίειν. Id enim valet τοῖς κάτω μέρεσιν, ἢ ποσὶν, ἢ κνήμῃ, vt προσκρούειν, τοῖς ἄνω καὶ πεφυλῇ, auctore Ammonio de differ. vocc. [p. 121. Valk.]. περιοντεῖν posset etiam simpliciter esse: *circumerrare, circumire*, sed superior interpretatio magis placet propter verba μὴ ἐπιτρίψειε. *Fisch.* Sensus: nonne vero hoc Iupiter fecit, qui te ita oberrare finit, vt corpus, aut pedes, offendas, impingas?

122. Οὐκ οἶδ'. Modestia et pietas in Iouem ita respondere Plutum iussit. *Fisch.* Auribus obturatis Plutum se a Chremylo auertere censet *Gir.*, quippe qui hoc sibi velit: non audeo nec volo nec debeo ita de Ioue cogitare aut dicere. Prouide et circumspecte loqui Plutum monet etiam Munt.

Ὀζῴωδῶ, ab ὄζος, os vnde cauda pendet, cauda ipsa, et δέω timeo, propr. de animalibus dicitur caudam propter metum reducentibus. *Girard.* Verbum pro φοβοῦμαι vitatum Atticis, tam ligata quam soluta oratione scriptoribus. Eumoeris ined. [Moeris Attic. p. 286. Piers.] Ὀζῳώδειν, Ἀττικῶς· φοβεῖσθαι [ἢ ἀθυμεῖν a Piers. e codd. additum] Ἑλληνικῶς. Quomodo etiam vett. Glossae: Ὀζῳώδω, τὸ φοβοῦμαι. Sic rursus infra Eqq. 126. et Eurip. praeter locum ex eius Hec. ab aliis iam adductum, Mede. 768. Electr. 831. Apud Demosth. non solum in epist. ad Philipp. sed praeterea Philipp. III. p. 72. οὐκ ὀζῳώδω, ἀλλὰ δυσωποῦμαι. Immo v. ὀζῳώδειν rhetores frequenter vsos tradit Harpocration, et, missio Demosthene, ex Isocrate exemplum affert Budaeus, qui caeteroquin idem ab Herodoto ἀζῳώδω et κατοζῳώδω, Ionice nempe, dictum obseruat. *Spanh.* [Cf. Wessel. ad Herod. p. 17.] Cod. Doru. ὀζῳώδω. Saepius ita, praesertim in membranis editionibusque antiquis scribitur. *Hemst.* Est *horresco* (Gl. vett.), *metuo*, verbum Atticum. v. Harpocr. Etym. M. h. v. [Photius p. 255.], Ammon. in v. ὀζῳώδειν et Valken. Lect. Ammon. p. 36. s. Plato eo vsus est multis locis vt Euthyphr. 2. Symp. 30. Nomen ὀζῳώδια [v. Zonar. Lex. T. II. p.

1467.] legitur ap. Eurip. Phoen. 1389. Ducta putantur ab ὄρρος, quod est *os sacrum extremum*, quod sudat omnium primum in iis, quos metus et horror inuadit. v. Schol. Etym. M. h. v. Galenus Lex. Hipp. v. ὀρρώδεων [p. 536. Franz.], Foës. Oecon. Hipp. v. ὀρρωδέειν. [p. 463. f.]

123. Ἀληθές; Ita scribendum, non ἀληθές, vti aduerbialiter ab Atticis sumitur, pro, *scilicet*, *verene*; monent infra vett. Critici ad Eqq. 89. quomodo idem voc. vsurpatur in hac fab. 439. et Acharn. 536. et Au. 175. 1607. Adde, quae de non duplo solum, sed triplo huius voc. vsu notat H. Stephan. ad Soph. Oed. T. 358. *Spanh.* Ponitur ab Atticis, vt aduerbium admirationis. Sensus: *Itane? o timidissime omnium deorum. Fisch.* Laudat h. l. Thomas Mag. in Ἀληθές [p. 311. ed. Bern.] *Kust.*

124. γὰρ auget interrogationem, ita vt indicet indignationem, cum admiratione quadam coniunctam: *putasne? putas vero?* vt Cyrop. V, 1, 5. τυραννὶς h. l. bono sensu, *imperium v)*, quatenus Iupiter est rex deorum atque hominum: vnde Nub. 564. vocatur θεῶν τύραννος, sed Cyrop. III, 3, 11. βασιλεύς. Nam v. 130. est ἄρχει — τῶν θεῶν. *Fisch.* — τὴν Διὸς τυραννίδα. Parodia ex Aesch. Prom. 10. ac similiter in eodem dram. 357. in quo idem Iupiter alibi dicitur τῶν θεῶν τύραννος. v. 122. et τύραννος ἐν θεοῖς 310. Quod similiter παρῳδεῖ Comicus Nub. 562. adeo vt non solum βασιλεὺς, rex legitimus idemque iuste imperans ab Athenienſibus fuerit dictus et cultus; aut quomodo *tyrannum* s. *dominum*, aut regnum eius *tyrannida*, subinde iidem dixerant; sed quem vere tyrannum, s. iniuste imperantem innuat ap. eund. Aesch. Prometheus, a quo dicitur v. 150. Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατύνει, seu, vti ob metri leges, ἀθεσμῶς *x)* pro ἀθέσμως, et quod firmat Hesychius, legendum vidit Bentlei. disf. ad Malelam p. 77. [ep. ad Mill. p. 66.] Ita in eodem Aesch. dram. 324. dictus Iupiter τραχὺς μόναρχος. Quam in rem opportuna sunt Iosephi de Ioue verba adu. Apion. II. p. 1077. [c. 33. p. 490. T. II. Hauerc.] τούτους (diis coe-

---

v) Ita etiam accepit *Girard.*

x) Ita nunc ibi editum a Schütz. et Bothio.

leſtibus) πατέρα μὲν λόγῳ, τύραννον δὲ ἔργοις καὶ δεσπότην ἐφιστάντες. *Spanh.* Partem horum habet etiam *Bergl.*

125. Familiare id apud poëtas, vt ab iis, qui in calamitate aliqua, et quidem, vt rebantur, immerita erant conſtituti, eius rei culpa in deos, ac praecipue Iouem coniiceretur, indeque de eo contemtim, immo contumelioſe loquerentur; quod hic fit a ciue Athenienſi, qui ſcilicet praeter ſas omne, ſe, quod probus eſſet, ad ſummam inopiam redactum querebatur. Quomodo Prometheus, Caucaſo Iouis iuſſu adfixus, adfirmare non veretur ap. Aeſch. 957. Ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς, ἢ μηδὲν μέλει, et quidem, vt mox addit, quod non diu ſit diis imperaturus. Hinc ab iis, aliisque nullo ſummi illius dei metu perculſis, irriſa ſubinde ac ludibrio traducta Iouis fulmina, vt h. l. et a Capaneo ap. Aeſch. S. C. Th. 436. Adde, ne alia huc aduocem, quae in Nub. 374. tangit per ludibrium Comicus de fulminis et tonitru vano crepitu et fragore, ac tandem v. 401. Ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει. *Spanh.* [Cfr. *C. A. Böttigeri* Proluſio: Ariſtophanes, impunitus Deorum gentilium irriſor. L. 1790. 8.]

Κεραυνοὶ, fulmina, *tela triſulca* (Ouid. Amorr. 2, 5, 52.] ſunt argumenta imperii et potentiae Iouis, vnde Iupiter vocatur Κεραύνιος et Καταιβάτης, Lat. fulminator et fulgerator, de quo Burmanni eſt liber, Leid. 1734. 4. iterum editus. Sic Virg. Aen. I, 229. ſ. — *fulmine terres.* Τριώβολον fuit numus, valens tres obolos, i. e. dimidiam drachmam, v. Pollux 9, 60. In parte eius aduerſa erat effigies Iouis, in auerſa imago noctuae. v. Spanh. ad 329. Sed ἄξιον τριωβόλου dicitur res, quae eſt alicuius, ſed parui vilisque pretii, quae forma loquendi etiam ap. Plaut. Poen. I, 2, 168. ſ. *Nam ego homo trioboli* (ἄξιος τριωβόλου, qui vno verbo τριωβολιμαῖος dicitur, v. Suid. h. v.) *ſum niſi ego* etc. Ait igitur Chremylus, imperium et potentiam Iouis nullam fore prae imperio et potentia Pluti, ſi hic lumina oculorum receperit vel (κἄν, vt Marc. 6, 56.) ad breue tempus. *Fiſch.*

126. γ' (ante ἀναβλ.) deeſt in cod. Doru. Vaticanus ἀναβλέψεις, quod rarius et probae notae. Pro μικρὸν vtraque Iunt., Philippi et Benedicti σμικρόν. *Hemſt.* In membr. ſic ſcriptus eſt hic verſus: Ἐὰν ἀναβλέψῃς σὺ κἄν ἐπὶ σμικρὸν χρόνον. In tribus aliis vulgata eſt lectio, niſi

quod omittunt particulam γε, ſine qua verſus ſtare non poteſt. *Brunck.* qui σμικρὸν Atticam formam pro vulg. μικρὸν recepit; vt contra hanc e duobus ſuis codd. h. l. reſtituit, infra tamen σμικρὸν reliquit, *Inu.* γε interpretatur Girard. ita: Non omnino aſpernatur Iouis fulmen; ait eum fulmine tangere eos, qui grauiora ſcelera committant, leuiora negligere, quale fuerit, ſi Plutus per aliquot dies oculis fuerit vſus.

127. Ἃ eſt aduerbium ἐπιτιμητικὸν, h. e. reprehendentis et obiurgantis, vt Ter. Andr. V, 2, 27. vid. v. 1052. et ᾧ πόνηρε [ita Kuſt. Hemſt. Fiſch. ſed Brunck. et Inu. tacite dederunt πονηρὲ] eſt, *miſer.* [Ita et *Münt.*] Nam Plutus Chremylum ita vocat ratione Iouis, neque tam quia inops, quam quia homo erat. *Fiſch.* [Rectius eum *improbum*, ſceleſtum, dixerit ob impiam orationem, ideoque πονηρὲ praeferendum.]

ἔχ' ἥσυχος. Cod. Doru. ἔχ' ἥσυχως, quod accentu tantum mutato, non ſpernendum. *Hemſt.* Attica locutio, prout ſimilis Nub. 262. ἔχ' ἀτρέμας, ac ib. 739. ἔχ' ἀτρέμα, ad quem vtrumque locum Schol. μένε ἐφ' ἡσυχίας, item Ran. 342. ἀτρέμα ἕξεις. Alexis, Comicus itidem Atticus, Athen. X. p. 429. ἡδέως ἔχων ἐμαυτοῦ, *ſuauiter me habens. Spanh.* ἔχ' ἀτρέμα Thesm. 235. et μέν' ἀτρέμας Eurip. Or. 248. Noſter Avv. 1199. μέν' ἥσυχος, ἔχ' ἀτρέμας — *Bergl.* ἔχ' ἥσυχος i. e. ἡσύχαζε *tace:* nam Adiectiua eleganter pro Aduerbiis ponuntur, ſed librarii ſaepe repoſuere Aduerbia. v. Anim. ad Weller. [III, I. p. 331. ſſ.] *Fiſch.*

128. ἀποδείξω, *docebo*, et Partic. δυνάμενον vim Infinitiui habet: *ego enim demonſtrabo, te multo potentiorem eſſe Ioue. Fiſch.* Pro μεῖζον Flor. ed. Bened. Iuntae 1540. ed. Cratandri, Farr. et Brubach., vt cod. Rau. ap. Inu. μείζω, quod altero non deterius eſſe cenſet *Hemſt.*, praeferunt *Bergl.* et *Fiſch.* [pro μείζονα, recte]. μείζω etiam *Girard.* legit et explicuit.

129. ἐμὲ σὺ ſcil. ἀποδείξεις ἐμὲ τοῦ Διὸς πολὺ μεῖζον δύνασθαι. *Fiſch.*

νὴ τὸν οὐρανόν. Idem iusiurandum iisdem verbis repetitum legitur v. 277. 375. et 413. Alibi, quod eodem redit, Ὄμνυμι τοίνυν Αἰθέρα, οἴκησιν Διός, Thesm. [272.] in parodia nempe, quibus abundant huius Comici fabu-

lae, e Soph. deperdito dramate, Menalippe y): Ὄμνυμι δὲ ἱερὸν Αἰθέρα, οἴκησιν Διὸς, qui versus in huius Comici Schol. adducitur ad Ran. 100. Αἰθέρα, Διὸς δωμάτιον. Idem vero iusiurandum per *coelum* legebatur apud Orpheum eo versu, qui a Cyrillo Alex. refertur adu. Iulian. I. p. 33. [Orph. ed. Herm. p. 455. s. vbi v. Gesn.] Οὐρανὸν ὁρκίζω σὲ — Quomodo Iuno apud Hom., nisi quod Coelo Terram iungat Il. XV, 36. Ἴσω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε: vti ap. Apoll. Rhod. III, 699. Per *Terram* vtique, μὰ τὴν Γῆν vt Straton ap. Athen. IX. p. 383. aut *per Solem ac Terram z)*, simul iuncta, haud minus ac *per Coelum*, crebro olim apud gentiles iuratum constat, vt in Eurip. Med. 746. Ὄμνυ πέδον Γῆς πατέρα δὲ ἥλιον. Hinc apud Oratorem Atticum (Demosth.) haud semel: Ὦ Γῆ καὶ θεοὶ, vt de Cor. p. 190. adu. Phorm. p. 543. et adu. Boeot. I. p. 579. adu. Boeot. II. p. 582. Ab Abrahamo vero per *Dominum Coeli ac Terrae* Gen. XXV, 22. adiuratum eius famulum legimus. Ipsum autem per Coelum ac Terram iusiurandum non gentilibus solum sed Iudaeis etiam familiare, a summo legislatore damnatum Matth. V, 34. nemo ignorat, atque inde ab eius discipulo Iacobo speciatim Christianis vetitum Epist. V, 12. *a)*. De solitis caeteroquin Atheniensium iurandi formulis *per Iouem, Apollinem ac Mineruam*, aut, e Draconis lege, *per Iouem, Neptunum ac Mineruam* occurret alius dicendi locus. *Spanh.* Cfrr. L. C. *Valckenaer* diss. de ritibus in iurando ap. Hebrr. et Grr. in Eius Opuscc. philoll. (L. 1808.) T. I. p. 3. ss. inprimis c. 8. p. 85. ss.

130. *Nam, vt hoc vtar, per quem Iupiter imperat diis?* Part. αὐτίκα eleganter ponitur, vt interdum εὐθέως in probationibus, quum quis instituit afferre argumenta

---

y) Non Sophoclis fuisse Menalippen, fabulam, sed Euripidis dictum hoc ostendit Valk. diatr. in fragm. Eurip. p. 49. add. Brunck. Sophocl. T. III. (1788.) p. 464.

z) Scilicet Coelum, Solem, Lunam, stellas, θεοὺς existimarunt et dixerunt ἀπὸ τοῦ θέειν. *Girard.*

a) Hinc intelligitur Eckardum [Obss. ex Plut. p. 17. vbi οὐρανὸν pro *Iove* poni contendit] et alios non debuisse afferre h. l. vt docerent Matthaeum 21, 25. et Lucam 15, 21. οὐρανὸς posuisse pro θεός, exemplo bonorum scriptt. Grr. quum tamen certissimum sit, eos expressisse Hebr. *Schamaim.* v. Dan. 4, 23. et Vorst. Philol. S. c. 3. p. 72. ss. *Fischer.*

orationis suae aut exempla alicuius praecepti; de qua eius potestate iam Deuarius h. v. et Casaubonus ad Athen. p. 604. admonuere: vberius eam explicarunt Markland. ad Lys. p. 581. et ad Max. Tyr. p. 696. et Ernest. ad Xen. Mem. 4, 7, 2. [Add. Hoogeveen Doctr. partt. grr. I. p. 175. s. s. ex ed. Schüz. p. 94. s. et Viger. de Idiot. p. 393. s. ed. Herm.] Latine reddi potest [*statim* v. *Gir.*], *iam primum, vt hoc vtar, exempli gratia.* Causa est, quia, re aliqua proposita, ei statim adiungi argumenta, exempla, solent; Lat. *ne longius abeam.* ἄρχει τῶν θεῶν. Nam Iupiter rex est deorum, v. Hor. IV. Od. 4, 2. Callim. h. in Iou. 3. et 66. διὰ τίνα; per quem, cuius beneficio? *Fisch.*

131. Carion debebat respondere, διὰ τουτονί, vt Chremylus sibi ipse respondet v. 133. sed respondet, quasi Chremylus dixerit διὰ τί. Nam τὸ ἀργύριον est *pecunia omnis generis.* v. Phauor. h. v. *b).* Attici enim sic vtuntur fere semper Singulari. v. Pollux 3, 86. et 9, 89. ibique intpp. add. v. 141. 154. 158. Sed Comici tamen nonnunquam altero quoque numero vsi reperiuntur. v. Pollux 9, 89. et Phauor. h. v. *Fisch.* Ad πλεῖστον *Bergl.* iubet conferri v. 580., vbi Plutus dicitur apud Iouem retineri.

132. ὁ παρέχων ἐστὶν pro παρέχει, vt 868. ἐστὶν ἐξολωλεκὼς pro ἐξολώλεκε. Articulus additus est Participio, quia est enuntiationis subiectum. *Fisch.*

133. θύουσι nempe ἄνθρωποι, vt 134. vid. 137. αὐτῷ pertinet ad *Iouem c).* θύειν propr. *suffire*, adolere, incendere, thus et odores, v. Porphyr. de abst. anim. 2, 5. 2, 59. 1. Regg. 12, 33. 13, 1. Hos. 4, 13. deinde omnino *sacrificare*, h. e. vel *liba, ferta, dare*, vel *bouem*, aliasve pecudes, *immolare;* v. 137. s. ibique Spanh.; tum mactare; occidere (Ioh. 10, 10.); denique dilaniare, devorare (Aesop. fab. 218.). *Fisch.* Cod. Doru. διὰ τίνα;

---

b) Nomine autem pecuniae omne diuitiarum genus intelligit. *Girard.*

c) Neque enim cum cod. Rau. legendum est: αὐτὰ τοῦθ'. Ad sensum totius loci haec *Girard.* animaduertit: vt in coelis Iupiter regnat per Plutum, ita in terris per eumdem colitur. Ergo nihil vsquam Iupiter habet, quod Pluto non debeat.

Saepe apostrophus in scriptis negligitur, vt 144. καὶ νὴ Δία, 137. ὅτι οὐδ' ἄν. *Hemst.* διὰ τίν' et διὰ τουτονὶ est, vt Fisch. interpretatur, *cuius, huius, beneficio*, non *propter quem*, vt Plutum (opes) consequantur, quod fortassis ex v. sequ. colligi poterat.

134. Post Καὶ νὴ Δί' olim aut omnino non (Hemst.) aut commate (Kust. Bergl. Fisch.) interpunctum est; Brunck. et Inu. colon posuerunt. Tum sensus est: et profecto propter hunc sc. sacra Ioui faciunt; precantur certe quidem palam, vt ditescant. Non placet καὶ ita positum, imo iungenda puto verba καί γε πλουτεῖν εὔχονται —

εὔχ. πλ. homines precantur deos, vt ipsos ditent. v. Pac. 1320. f. ἄντικρυς *d) est palam*, praesentibus et audientibus aliis, φανερῶς Hes. *Fisch.* In Thesm. 306. iubentur mulieres inter alios deos et Pluto vota facere, et in Pac. 1323. rustici deos precari, vt diuitias ipsis largiantur. *Bergl.*

135. Vulg. (Kust. Hemst. Bergl. Fisch.) Οὐκοῦν scriptum et post αἴτιος colon, post ταῦτ' ἄν punctum positum erat. Mutauit tacite in Οὔκουν — αἴτιος, καὶ — ταῦτ' ἄν; *Brunck.* quem *Inu.* sequutus est, haud dubie recte.

ὅδε Plutus, αἴτιος causa, auctor, sacrificiorum; facit vt homines sacrificare Ioui possint. ταῦτα referendum est ad *sacrificia e)*, ita vt ῥᾴδ. παύσ. ἂν fit; facile impedire posset, quo minus homines sacrificare Ioui valerent. Similis verborum structura erat 119. f. *Fisch.*

136. ὅτι τί δή; Gl. διατί Male meus ὁτιὴ τί δή; *Brunck.* Est h. l. quomodo igitur? quomodo, quaeso? nempe, ego possem id, quod tu dixisti, facere; ita vt haec verba referantur ad posteriorem partem orationis Chremyli, παύσειεν. Nam aliis locis valet: cur tandem? cur quaeso? v. Viger. de Idiot. 8, 9, 3. quomodo etiam h. l. reddi posset: *cur, quaeso, haec ais?* nempe me impedire posse, ne vlla sacrificia fiant. Sed scribendum videtur, ὅ,

d) De discrimine vocabb. ἄντικρυς (manifeste, accurate) et ἀντικρὺ (e regione) non semper diligenter obseruato, nonnulla monet *Münt.*

e) Ad sacrificia *et preces* f. vota refert *Girard.* Sed postea tamen de solis sacrificiis est sermo.

τι τί. vt ſcribitur τί ὅτι pro τί δ' ὅ, τι. *Viſch.* Hermann. ad Vig. p. 804. monuit ὅτι τί nihil aliud eſſe niſi τί ὅτι, ita vt aliquid e praecedd. repetatur, vt h. l. τί δὴ (ἐστι) ὅτι παύσαιμι ταῦτα, quid eſt tandem quod haec impedire poſſim — ὅτι τί autem ſemper ſine verbo poni, quod e praecedd. repetendum ſit, ideoque ſemper in reſponſionibus vſurpari. Hoogevenus enim (Doctr. Part. II. p. 893. f. f. ed. Schütz. p. 452.) cenſuerat, eum qui ὅτι τί dicat, plus ſignificare, quam eum, qui διὰ τί· vtrumque cauſam velle indicari, ſed qui roget διὰ τί, ſimpliciter; qui vero ὅτι τι, inſuper omnem moram damnare, et ſubeſſe tacitam quaſi reprehenſionem, quod alter vel prorſus non vel ſaltem tardius continuet inchoatam orationem, et ὅτι addere tanquam ex perſona alterius, τί vero ex ſua; particulam δή, adiectam multum adaugere feſtinationem, ex impatientia enatam. Ad hunc autem locum ſingulatim idem haec ſcripſit. „Nihil hic iuuat Schol., reddens ſimpliciter: πῶς ἄρα; ἤ, διὰ τίνα τρόπον τοῦτ' ἔλεξας; Non felicius interpretatur *Girardus*, docens, in ὅτι abundare ὅ, interrogare τί, et alterum τί vacare; ergo ὅτι τί δή nihil aliud eſſe, quam τί δήποτε; vel, quae altera eiusdem expoſitio eſt, ὅτι ſimpliciter et ſine interrogatione accipit pro, *quoniam*, τί itidem abundante; et ſic agnoſcit apoſiopeſin, qua Chremylus verba Pluti, ſic dicere incipientis, ὅτι τί δή, *quoniam ſcilicet*, interruperit, dicens ὅτι οὐδ' ἂν εἷς etc. Vim et vſum particularum intelligemus, quando verba Chremyli, a Pluto interrupta, ita continuamus: Οὔκουν ὅδ' ἐστὶν αἴτιος καὶ ῥᾳδίως παύσειεν, εἰ βούλοιτο, ταῦτ' ἄν, ὅτι οὐδ' ἂν εἷς ἄνθρωπον ἔτι, μὴ βουλομένου σου [imo, βουλομένου αὐτοῦ, ſed oratio mutata videri poteſt, quia interrupta eſt]. Haec verba vsque ad ταῦτ' ἄν quum dixerat Chremylus, vel hic finiturus, vel tardius, quam Plutus velle videtur, continuaturus, Plutus orationem, quaſi imperfectam, excipiens, incipit a particula αἰτιολογικῇ, quam cum ratione ſubſequenti a Chremylo additam cupit, reprehendens ſimul aliquo modo Chremyli vel negligentiam vel tarditatem. Ὅτι igitur dicit, cupiens pergere, ſed quia ignorat rationem, hanc rogat per τί, addens δή quod *iam* notat, vel hortantis eſt, quo moneat eum omnem abrumpere moram et ſtatim indicare rationem dictorum, quam impatienter exſpectat.“ [Haec argutius quam verius disputata exiſtimo. Quidni ita expediatur ſimplicius: ὅ τί (ἐστι) τί δή — aut probabilius etiam: τί δή ἐστι ὅτι παύσαιμι — German. *Schütz.*

reddidit? Nun, warum dann? Ei, warum dann?] *Münt.* emphatice τι repetitum putat: *Quid* (ὅτι pro interrog. τί), *quid autem?*

137. Scriptum vulgo fuit Ὅτ' οὐδ', etiam in duobus codd. Pariſſ. ap. Br. ſed idem Brunck., quod in ſuo cod. et B. inuenit, ὅτι οὐδ' recepit in ordinem, eumque ſequutus eſt Inu., recte. Neque enim vocalis ι in hac part. ὅτι elidi-tur a Comicis, vti exiſtimauerat Bentlei. Ep. ad Hemſt. (ſubiecta elogio Hemſt. a Ruhnk. ſcripto, 1789.) p. 94. ſ. in Opuſcc. Ruhnken. p. 54., quod poſt Brunckium monuit Porſon. ad Eurip. Hec. 112.

οὐδ' ἂν εἷς pro οὐδεὶς ἄν. v. Duck. ad Thuc. p. 556. Koen. ad Greg. p. 23. *Fiſch.*

138. Βοῦν ἄν. Part. ἄν apud Atticos ſubinde vacat, vel praecedentis verbi rationem habet: οὐ βοῦν ἂν θύσειεν. *Girard.* add. Gregor. de Dial. p. 18. Fiſcher. Anim. ad Well. III, II. p. 284. Non tamen ἄν prorſus redundat niſi, vbi longior interceſſit parentheſis, in aliis locis alte-rum ἄν ad verbum, alterum ad aliud vocabulum pertinet, quod cum dubitatione quadam dici potuit, vt bene ani-maduertit Hermann. ad Viger. p. 780. ſ.

Ψαιστὸς vel Ψαιστὸν a Grammaticis vel Lexicographis tam varie exponitur, vt lector incertior ab illis diſcedat. Quare in gratiam φιλελλήνων tenebras has pro virili diſcu-tere conabor. Prima igitur et propria eius ſignificatio eſt ea, quam inter alias habet Suidas: Ψαιστὰ, ἄλφιτα ὑπὸ μύ-λης κατεψαισμένα (ſic enim ibi lego pro κατεψητισμένα) *fa-rina mola comminuta.* Ψαίειν enim propr. eſt mola com-minuere, cuius tamen ſignificationis nec in Stephani The-ſauro, nec in aliis, quod ſciam Lexicis, vllum exemplum affertur. Porphyrius de abstin. 2, 6. *f)* τῆς ψαισθείσης τροφῆς, quam paulo ante dixerat ἀληλισμένου βίου, i. e. *vi-ctum molitum.* Sequitur ibidem: τοῖς ψαισθεῖσι θυλήμασι χρώμεθα, et paulo ante: καὶ τὴν τροφὴν ψαισαμένων, *et cibum mola comminuiſſent g).* Nota, opponi hic ſibi

f) Subtilius de hoc verbo diſputarunt Hemſterh. in Lennepii Etym. L. Gr. II. p. 1132. et Schneider. in Lex. Gr. II. 664.

g) Adq. l. Ivid. Iac. de Rhoer. p. 111. Sunt autem Theophra-ſti verba, quae a Porph. aſſeruntur.

inuicem τὸ ἐρείκεσθαι (quod de frugibus vel leguminibus leuiter tantum contusis et fractis dicitur) et ψαίεσθαι, quod *mola in farinam redigi* significat. Hinc igitur ψαιστὸς, quod proprie quidem Adiectiuum est, et *in farinam redactus* significat, sed plerumque substantiue capitur (subintellecto nimirum voc. σῖτος, vel si ψαιστὸν dicatur, genere neutro, subaudiendum erit ἄλφιτον, vel simile quid) notatque far molitum, vel farinae vino oleoque imbutae pugillos, quos pauperiores olim diis libaminum loco offerre solebant. Porphyrius lib. et cap. ante dicto: τιμᾷν θεοὺς λιβανωτοῖς καὶ ψαιστοῖς καὶ ποπάνοις. Idem cap. sequenti Docimi viles ψαιστοὺς diis gratiores fuisse ait, quam aliorum sumtuosas victimas, vbi per ψαιστοὺς nihil aliud intelligit quam, vt ipsius verbis vtar, τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας, *farinae paucos pugillos*. Statim enim addit: ἐκ τῆς περικειμένης πήρας τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας ἐθυλήσατο. Et hoc sensu v. ψαιστὸς manifeste etiam capitur in epigr. Lentuli Gaetulici Anthol. VI, 7, 12. *h)* καὶ ψαιστῶν ὀλίγων δραγμα πενιχράλεον. Hinc igitur intelligimus, quare Arist. βοῦν et ψαιστὸν h. l. coniunxerit, vt nimirum indicaret, deos non solum pinguioribus sacrificiis, sed etiam vilissimis libaminibus carituros esse, si Plutus visum reciperet. βοῦς enim sacrificium erat ditiorum, ψαιστὸς vero pauperiorum. *Kust.* Ψαιστὰ placentae erant et liba in sacrificiis adhiberi solita. Vocantur et κάμματα, quae sunt folia lauri, propterea quod ψαιστὰ foliis lauri tecta apponebantur comedenda. *Girard.* Non mirum quod de his ψαιστοῖς et de cruentis victimis verbum θύειν a Comico adhibitum est. De ἀπύροις enim haud minus, quam de ἐμπύροις veterum sacris dici ab Homero θύειν docet Athenaeus XIV. p. 660. [T. V. p. 403. Schweigh.] τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν, *liba post coenam adolere*. Ita Aesch. Pers. 205. θῦσαι πέλανον. Eurip. Ion. 226. ἐθύσατε πέλανον. Vnde Arcadius, Grammaticus ineditus: θύω, τὸ θυμιῶ, ὅθεν θύος. Vnde LXX. Gen. IV, 3. et 5. θυσίαν et θυσίας vocant *eam oblationem e fructibus, quam* Καὶν ἤνεγκε ἀπὸ καρπῶν τῆς γῆς. Quoad ψαιστὸν vero, exstat Antiphanis ap. Athenaeum versus l. IX. p. 209. vbi τὰ ψαιστὰ Heroibus distribui dicuntur:

---

h) v. 7. T. III. Anthol. Gr. ed. de Bosch. p. 102. f. Brunck. Anal. T. II. p. 166. Iacobs Anal. T. II. p. 152. ad q. l. cf. Iacobs. Anim. Vol. II. P. II. p. 32.

τοῖς δὲ Ἥρωσι τὰ ψαιστὰ ἀπονέμων. A Philoſtrat. autem de Sophiſt. II. p. 606. [c. 5. p. 611. Olear.] ὡς ψαιστὸν καὶ δάφνης φύλλα τοῖς θεοῖς θυμιᾶσθαι. *Spanh.* Ψαιστὸς, *Libum, fertum*, Gloſſae. *Bergl.* Ψαιστὸν exponitur in cod. Doru. ἤγουν λαλάγκιον. Du Cangius Gl. M. et I. Gr. in Λάλαγγες ex Gloſſis Miſſ. ad Plut. Ariſt. adtulit ψαιστόν, λαλάγγιον. Cetera quae hac voce notat, Meurſius praecepit. *Hemſt.* Ψαιστὸς pr. eſt Adiect. *mola tritus et comminutus*, a ψαίω. Sed ψαιστὸν ponitur fere vt Subſt., intell. nomine ἄλευρον (farina farinacea), vel, ἄλφιτον (hordeacea propr.) *i)*; erat genus *placentae orbicularis*, confecta e farina, oleo, cui interdum mel et vinum addi ſolebant, ſubacta: quae quidem liba diis offerebantur a pauperibus, v. Heſ. Suid. Etym. M. etiam Foëſius Oecon. Hipp. v. ψαιστὴν μάζαν [p. 688.]. *Fiſch.*

οὐδὲ ἕν. Sic disiunctim e tribus ſuis codd., quibuscum Mſ. Arundell. ap. Kuſt. et Doru. ap. Hemſt. faciunt, edidit Brunck. vt ſupra 37. μηδὲ ἕν. Vtroque loco vulgo elitum erat: οὐδενέν, μηδενέν. In B. (ap. Br.) ſic: οὐδενέν. Brunckium ſequutus eſt Inu. Atticam ſcribendi rationem fuiſſe οὐδ' εἷς, οὐδ' ἕν (pro οὐδείς, οὐδέν,) et circa Ariſtoph. tempora etiam οὐδὲ εἷς, μηδὲ εἷς, *Porſon.* praef. ad Eur. I. p. XXXVII. ed. ſec. colligit inde, quod ſaepe part. ἄν interponitur. Perperam in ed. Fiſch. ἀλλ' (i. e. ἀλλά) pro (ἄλλο) ſcriptum.

139. οὐκ ἔσθ' ὅπ. ὠνῆσ. intell. οὐδεὶς [h. e. τις] ἀνθρώπων e v. 137., i. e. *nullo modo* (vt οὐκ ἔσθ' ὁπότε eſt *nunquam*) *poterit quisquam quidquam emere.* Nam ὠνεῖν eſt *vendere*, ideoque ὠνεῖσθαι *vendi ſibi aliquid iubere*, i. e. *emere. Fiſcher.*

140. δήπουθεν. Gl. in C. ἀπό τινος πόρου. Atticis nihil aliud eſt quam δηλονότι, v. Moerin [p. 130. Pierſ.] et Timaeum [p. 79. ibique Ruhnk.] *Brunck.* eſt, *vt opinor, ſcilicet.* v. Heſ. et Suid. *Fiſch.* παρών — Hor. Serm. II, 3, [68.]. Reiecta praeda, quam praeſens Mercurius fert. *Bergl.* — Gir. παρών interpretatur, *propitius, fauens*: Münter., benignus.

---

i) σῖτον etiam, ſi ψαιστὸς in maſcul. dicatur, ſubint. poſſe, cenſet *Münter.*

141. αὐτὸς cohaeret cum pronom. σύ, ita vt σὺ αὐτὸς sit id. quod σὺ simpliciter. *Fisch.* Imo dicti grauitatem auget. Recte Br. et Inu. post Hemst. ediderunt: διδῷς et τἀργύριον, quum olim legeretur διδῶς τ' ἀργύριον, sed post τἀργ. perperam in Br. et Inu. comma, in Hemst. punctum, in Fisch. ed. interr. signum ponitur. Colon esse debet, quod Kust. ed. habet.

ὥστε *itaque.* τὴν δύναμιν, *potentiam*, quatenus ex eo cernitur, quod homines Ioui sacrificant; ita vt τοῦ Διὸς — καταλύσεις sit: *facere poteris, vt nemo plane Ioui sacrificet, vt hactenus maiestas eius et potentia tollatur.* Nam καταλύειν est ἀφανίζειν, καταστρέφειν, Schol. Suid. ἢν λυπῇ τι *si tibi molestus erit*, v. v. 120. *Fisch.* Auu. 1246. Ζεὺς εἴ' με λυπήσει πέρα. *Bergl.* τι pro κατά τι, aliqua in re. *Münt.* Perperam in Borg. λ. τί σε, nam facile pronomen suppleri potest, et versuum numeri pereunt.

143. δι' ἐμὲ *per me* [me auctore, meo beneficio, *Fisch.*] διὰ enim cum Accus. apud Atticos saepe *per* significat. Sic v. 130. et 93. v. ibi Schol. *Kust.* φημὶ ἐγὼ, *recte*, vt v. 96. *Fischer.*

144. f. Cod. Doru. Εἴ' τί γ' ἔνεστιν, vitiata metri lege, vt 149. φασιν· melius hac parte Fl. εἴ' τί γ' ἔνεστι, quanquam lectione vulgata sum contentus. Versu sequ. Cod. Doru. librarius plane dormitauit: καὶ χαρ. . . . γίνονται. *Hemst.* Deterius etiam Borg. — καλὸν καὶ λαμπρὸν — χάριεν ἐν ἀ. — γίνεται.

λαμπρὸν tanquam vestes magnificae, epulae lautae. Nam λαμπρὸν dicitur de omnibus, quae *magnifica* sunt et luculenta, sed in primis de vestibus et epulis. καλὸν, *pulcrum*, v. c. picturae pulcrae, horti pulcri. Coniungit poeta λαμπρὸν et καλὸν, quia res magnificae et splendidae sunt eaedem pulcrae. Χάριεν, *gratum*, velut ludi, porticus, ambulationes. *Fisch.*

146. Adpictam capiti versus illam habet notam cod. Doru. quae γνώμην significat. *Hemst.* Sic Euripid. Phoen. 442. τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. Quibus adde illud Theognidis [507. f. ex ed. Brunck.]: ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι, ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν. Alia eam in rem in fragmentis vett. poëtarum obuia nunc mitto. *Spanh.* In hanc rem exstant non inuenusti, neque relatu indigni

Graecorum verſiculi: Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατέει, id eſt, *hominibus velut ſanguis et anima eſt argentum; eo qui deſtituitur, nec ipſum ſibi parauit, is inter viuos mortuus obambulat.* ἐοῦ' ὑπῆκα pro ὑπακούουσι. *Girard.* ἅπαντα omnes homines omnis aetatis, ordinis, ſexus, vitae generis; mens et animus, omnesque eorum dotes. Horat. Sat. 2, 3, 94. ſſ. eandem ſententiam ita expreſſit: *omnis res, Virtus, fama, decus, diuina Humanaque pulcris Diuitiis parent k). Fiſch.* Perperam Borg. cod. poſt ἅπαντα ponit γάρ. Librarius exiſtimaſſe videtur, non poſſe γάρ ita poſt tria vocabula demum poni.

147. ſ. Senſus: *ego quidem certe, vt nanciſcerer pauxillulum numorum, ſeruus factus ſum: quia non eram aeque diues atque alii.* Particulae γέ τοι habent eandem vim, quam particulae γ' οὖν, h. e. ponuntur, quum quis planum facere aliquid inſtituit exemplis, aut argumentis et rationibus. v. Beuarius in γέ τοι p. 93. ſ. *Fiſch.* Videtur igitur Γ. ſcribi voluiſſe: Ἐγὼ γέ τοι. At rectum eſt Ἔγωγε, et Girard. iam monuit, ἔγωγε pronomen Atticum in principio poni, ἐγὼ commune in principio et media oratione; τοι vel expletiuum eſſe, vel pro γάρ accipi. (Eſt: ſane, profecto.)

διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον. Sic B. C. vt vulgo. In membr. διὰ σμικρόν γ' ἀργυρίδιον. Particulam non admittit metrum, quia in ἀργυρίδιον antepenultima producitur. In meo διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον, quae vera lectio et reponenda *l)*; nam σμικρὸν metrum peſſundat. μικρὸς apud Comicum ſemper occurrit priori longa. V. Lyſ. 98. Ran. 55. Nub. 630. Acharn. 523. Theſm. 745. Eqq. 1222. Veſp. 5. Verſum ſic ſcribere et dimetiri oportet:

εγω | γε τοι | δια μι | κρον αρ | γυρι | διον

Non obſeruaueram ſyllabam illam (μι), quae apud alios poëtas modo breuis modo longa eſt, apud Comicum ſemper produci. *Brunck.* Omiſſa Carionis perſona Cod. Doru. μικρὸν, perinde ac Tho. Mag. v. Γοῦν [vbi hic locus laudatur, vt iam Kuſt. obſeruauerat], A. B. Cratandri et

k) Quem locum etiam Bergl. laudauit.

l) Eandem Brunk. poſtea reperit in quinto, quem ſerius contulit, codice.

Schol. σμικρὸν γ' ἀργυρίδ. exſtat in Fl. et Bened. Iuntae a. 1540. male; nam verſum laedit interiecta particula. *Hemſt.* διὰ σμικρὸν ed. Iuntea [Bern. Iunt. 1515.]; Aldi *m)* autem et Brubachii διὰ μικρὸν habent, Farrei διὰ τὸ μικρὸν cum articulo. Cf. 240. [ibique Brunk.] *Bergl.* Eleganter nominibus deminutiuis adduntur, in vtraque lingua, Adiectiua eiusdem generis, rei magis minuendae cauſa. v. Doru. ad Charit. 1, 13. p. 140. et nos ad Weller. [II. p. 36.]. Scilicet varia erant ſeruorum Athenis pretia: alii emebantur minis decem, alii quinque, alii duabus, alii dimidia mina, v. Xen. Mem. 2, 5, 2. Ex quo intelligi poteſt, μικρὸν ἀργ. eſſe h. l. minam dimidiam ſ. drachmas Atticas 50. nam mina Attica conſtitit centum drachmis. v. Pollux 9, 59. 86. et Photius Lex. mſ. ap. Albert. ad Heſ. II. p. 610. *n) Fiſch.*

148. ἴσως, Schol. Girard. Münt. et Fiſch. explicant ἐπίσης, *aeque vt alii;* at Schaefer. ad Long. p. 357. ſenſu pervulgato accipi iubet, ſic tamen, vt rem certam denotet, *(profecto)*; quam aduerbii vim pluribus exemplis adſtruxit.

149. ff. Senſus: Etiam meretrices Corinthias aiunt, ſi eas follicitat pauper aliquis, ne aduertere quidem animum; ſed ſi dies, ei ſtatim obſequi. *Fiſch.* Hunc et duo ſequentes verſus absque vlla variatione citat Suidas v. Ἑταῖραι. V. eundem v. Πειρῶν. *Kuſt.* De lasciuia mulierum Corinthiarum exſtat locus, ſed obſcoenus, infra Thesm. 665. Vnde etiam *vere Veneris vrbem,* εἶναι σαφῶς Ἀφροδίτης τὴν πόλιν dici eandem poſſe tradit Ariſtides in Iſthm. p. 42. [T. I. p. 23. Iebb.] additque mox, quod ſi inter vrbes de pulcritudine lis foret, Corinthum Veneris vicem obtenturam *o). Spanh.*

---

m) MS. Arundell. etiam μικρὸν teſte *Kuſt.* qui neutram ſcripturam metro aduerſari perperam exiſtimauit. Debuerat vero etiam in ed. Lipſ. μικρὸν ſcribi, quamquam σμικρὸς fuit Atticismi veteris forma. Hotibius Lect. Ariſt. p. 14. repudiat σμ. etiam, ne grauiſſimum hoc voc., extra ictum poſitum, deproperandum ſit.

n) ſ. ed. Hermann. p. 200. Add. I. F. Reitemeier Geſch. und Zuſtand der Sclaverey in Griech. p. 79. ſ.

o) Cf. quae de laſciuia Corinth. collegit Scheibel. in Hiſt. eius vrbis (Beyträge zur genauen Kenntniſs der alten Welt, I. p. 171. ff.)

τὰς γ' ἑταίρας. Typographi errore in Kuſter. τὰς χ' Fr. quae menda in nouiſſima Bataua [Bergl.] ſeruata fuit. *Brunck.* Ἑταῖραι ſunt *meretrices*, *ſcorta*, quae etiam a Latinis, leni vocabulo, *amicae* appellantur *p*). Omnium meretricularum famoſiſſimae et petulantiſſimae erant *Corinthiae*. Nam Corinthi erat templum Veneris, in quo fuiſſe dicuntur mille amplius meretrices *q*), quarum nulla nonniſi diuitibus copiam ſui faceret, vnde exſtitit prouerbium: οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς, v. Strab. VIII. p. 581. Schol. ad h. l. et Apoſtolius Paroemm. 15, 39. Nobiliſſimae earum erant *Lais* (v. 179.), *Cyrene*, *Leaena*, *Sinope*, *Myrrhine*, *Scione*. *Fiſch.*

150. πειρᾷν eſt verbum Atticum, quod in arte amatoria idem valet quod πειράζειν, qua forma vtuntur reliqui Graeci, h. e. *ſollicitare ad concubitum*, vt h. l. et 1068. v. Moeris [p. 310. ibique Pierſ.] Suidas, Timaeus Gloſſ. Plat. [p. 210. ibique Ruhnken.], Staveren ad Hygin. p. 315. et Hemſterh. ad Luc. T. I. p. 215. *Fiſch.* πειράω *ſollicito*, *attento*, Gloſſae, i. e. illicio in ſtuprum. Infra v. 1068. Lyſias ſuper caede Eratoſth. [c. 3. T. I. p. 10. Auger. T. V. Reisk. Orr. Gr. p. 14.] πειρᾶν τὴν παιδίσκην. *Bergl.* A. Fl. vtraque B. G. πηρῶν. Viderat Ioſeph. Scaliger eſſe corrigendum πειρῶν· neque aliter impreſſum fuit in vtraque Iunt. a. 1515. et 1540. Sic et Suidas, quod merito ſecutus eſt Kuſterus. Caeterum in Doru. πειρῶν interpretationem habet adſcriptam συνεύων, quod verbum graecae linguae labentis eo magis eſt obſeruandum, quia I. Meurſii et Ducangii ſolertiam effugit. Moſchopul. περὶ σχ. p. 194. πειράω, πειρῶ, ὃ δηλοῖ τὸ κοινῶς συνεύω. Idem in Ἐκλ. O. A. πειρᾷ, ἐνεργητικῶς ἀντὶ τοῦ συνεύσει. Similiter Tho. Mag. in πειρῶ, niſi quod ibi legitur συννεύω, συννεύσαι, σύννευσις [p. 700. f. ed. Bern. vbi v. Oudendorp.]. Haec res minus animaduerſa fraudi fuit Duckero ad Thu-

p) V. Iacobſii Symbolae ad hiſtoriam ſexus muliebris inprimisque hetaerarum Athenis, in Wielandii Muſeo Attico II, 3, 129. ff. 137. 165.

q) Eadem Girard. ad h. l. qui etiam refert Laidem a Demoſth. 1000. drachmas popoſciſſe.— Plurimae Corinthi erant meretrices, ſed pleraeque minime diobolares; quare non niſi diuitibus ad illas adſpirare licebat: hinc prouerbium; οὐ παντὸς — πλοῦς. *Bergl.*

cyd. VI. p. 411, 99. [T. II. p. 81. ed. Lipſ.] *Hemſt.* προσέχειν τὸν νοῦν, *aduertere animum*, eſt fere amatoria formula, quando quis alteri morem gerit et obſequitur, vt maritus vxori etc. v. Hemſt. ad Luc. T. I. p. 212. *Fiſch.* Scorti vocem apud Plautum [Aſin. 1, 3, 50.]: oculatae ſunt noſtrae manus; credunt quod vident — contulit cum his *Girard.*

151. προσέχειν. Cod. Doru. προσέχει, inter verſus addita interpretatione προσκολλᾷ αὐτῷ, recentior manus ν adpinxit: verum ſequenti verſu τρέπει, ſic enim eſt ſcriptum, non mutatur. Poterat haud ſane magno molimine lectio tolerabilis inde confici; ſed quae tamen ad vulgatae ſtructuram expeditam ſorderet. Super πρωκτὸν v. 152. adſcriptum eſt κῶλος. v. Du Cang. in Κῶλος. *Hemſt.* Hoc voc. mediae Graecitatis ſcriptores ſignificant *anum*, *podicem*, quem etiam Latini vocant *culum*. v. Phaedr. IV. fab. 17. extr. H. l. per πρωκτὸν (de quo voc. v. Etym. M.) intell. τὸ ἔμπροσθεν μόριον r), ſed ſchol. Doru. obſeruat, poëtam vſum eſſe iſto voc. vt exprobraret Athenienſibus mores impuros et nefariam libidinem, quod eſſent ἀρσενοκοῖται. Integra form. ſignificat: *ſtatim huic copiam ſui facere. Fiſch.* ὡς τοῦτον. Ita omnes, quantum ſcio, codd. et edd. ant., et recte Girard. exponit πρὸς τ. *Inu.* e Rau. edidit ἐς τ. quod interpretamento deberi videtur.

153. Senſus: etiam pueros aiunt idem hoc facere, non amatorum, ſed pecuniae cauſa. παῖδες ſunt adulescentes, nati annos 18., ephebi; nam pueris proprie ita dictis appoſiti erant cuſtodes, qui eos non ſinerent vti rebus Venereis; et οἱ παῖδες οἱ χρηστοὶ petere dicuntur non pecuniam, ſed equos et canes venaticos, hi autem appetebantur ab adoleſcentibus, qui venationibus exercebantur apud Graecos et Romanos. v. Ter. Andr. I, 1, 29. f. Hor. A. P. 162. f. Cornelius Nep. praef. 4. adulescentulis laudi in Graecia duci, quam plurimos habere amatores. Dicuntur etiam παιδικὰ et ἐρώμενοι, vti *amatores* ἐρασταί, v. Plat. Phaed. 18. Aeſch. Socr. 3, 1. omninoque Plat. Symp. 11. *Fiſch.* Exſecratur infandos παιδερασῶν amores, de quibus, Platone referente, μυρία γέγονεν ἀνθρώποις ἰδίᾳ καὶ

r) Etiam Girard. τὰ αἰδοῖα intelligit. Neque tamen neceſſarium videtur.

λαις πόλεσι κακά, quoniam libido haec ἐκ προνοίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κτείνει vt idem Plato ait. Auctorem παιδικῶν Ouidius Orpheum ſcribit [Metam. X, 84. f.]. Sunt qui Thalonem Cretenſem faciant principem. Hic autem fuerit nec ne, non ſatis certum. Hoc tamen ex Ariſtotele citur, maſculam Venerem, lege etiam lata, permiſſam in Creta fuiſſe. *Girard.*

ταὐτὸ τοῦτο. Cod. Arund. τοῦτ' αὐτό, verſu mutilato, eius cod. Doru. ταὐτὸ ſolum habet, cui tamen velut interretamentum ſuperſcribitur, τοῦτο. *Hemſt.* Ex Rau. od. Inu. edidit: φασὶν αὐτὸ τοῦτο δ. ſed φασὶ ταὐτὸ τοῦτο *idem hoc* (ſcil. quod meretrices Corinthiae 152. nempe ὂν πρωκτὸν τρέπειν Girard.), recte ſe habet.

153. Ex h. l. χρηστοὺς *pueros meritorios* ab Atticis ictos contendit in Animaduerſionibus aduerſus Salmaſium Deſid. Heraldus: quod vtique ſequentibus Comici verbis diſtrui videtur. Haud aliter nempe ac *morigeros* ac *morigerari* in obſcoenis ſimiliter apud vett. Latinos dicta. *panh.* Vocat per ironiam *s)* χρηστοὺς pueros faciliores et facidiores. *Girard.* Contra *Fiſcherus* exiſtimat χρηστοὺς ſe pueros *ingenuos*, qui habent amatores non ſolum ingenii et animi, ſed etiam corporis. „πόρνοι autem, ait, ſunt *mieri meritorii*, vt vocantur a Cic. Phil. II, 41. h. e. qui corpore quaeſtum faciunt: vt ſcorta (feminae) meritoria haet. Claud. 15. quae ab Atticis χαμαιτύπαι dicuntur, a liquis Graecis πόρναι. v. Moeris in v. χαμαιτύπη." Pro πόρνους in cod. Doru. male πονηροὺς legebatur.

156. τί δαί; Ita ſcribitur, quando eſt σύνδεσμος ἐρωτηματικός, ſed δὲ, quum eſt σύνδεσμος συμπλεκτικός. v. mmon. in v. δαί et Deuar. p. 103. f. Sed librarii multis cis δαὶ mutarunt in δέ. v. ad Plat. Criton. 10, 11. *Fiſch.* runck. e duobus codd. edidit τί δέ; In aliis eſt δαί, vt lgo, idque e duobus ſuis codd. reſtituit *Inuern.* δαὶ non ſi in vehementioribus interrogationibus adhiberi et conatum eſſe ex δὲ et αὖ cenſuit Zeun. ad Viger. p. 545. τί δαί explicat: quid vero aliud? (was ſonſt? Herm.) Cf. chütz. ad Hoogeu. Doctr. part. p. 136. f. Brunckio Tragis eximenti δαὶ adſentitur Porſon. ad Eurip. Med. 1008.

s) Ironiam etiam *Münt.* in hoc voc. deprehendit. Francog. interpres reddidit: les gens d' honneur.

157. ἵππος ἀγαθὸς est *equus velox t)*; nam huiusmodi equus bonus est et aptus ad venandum; talem autem equum significari ex eo apertum est, quia ei adiunguntur κύνες θηρευτικαί, h. e. *canes venatici*, vt Palaeph. fab. 3, 1. Nam vocabulis bestiarum iunguntur Adiectiua feminini generis, quae indicant rem, quae in eas, qua bestias, non qua genus, cadat: cuiusmodi est θηρευτικός. Sed librarii et Grammatici saepe genus femininum mutarunt perperam in masculinum, vt h. l. in cod. Vatic. scriptum est θηρευτικούς. Sic Xen. Cyr. 1, 4, 8. pro ἔλαφον ἐκπηδήσασαν in cod. Guelf. est ἔλ. ἐκπηδήσαντα. *Fisch.* θηρευτικοὺς ex vtroque suo libro recepit Inuern., contra Atticum loquendi vsum. In Doru. cod. est θηρευτικάς, cum hac explicatione: κυνηγετικάς (pro κυνηγ.), teste *Hemst.*

158. ἴσως interpretatus est *Fisch.*: *aeque ac meritorii*, *sicut meritorii*; totumque locum reddit: pudet enim eos pecuniam poscere, exemplo meritoriorum: vnde obvoluunt vitium verbis decoris. At quidni propriam voc. ἴσως vim teneamus? cf. v. 148.

159. περιπέττουσι. περιπέπτουσι legitur semel in Schol. ad h. l. *v)*, et quomodo legi ibidem hic debet, pro, περικαλύπτουσι. Apud Aesch. Agam. 88. περίπεμπτα θυοσκοῖς, vbi Auratus legebat, περίπεπτα θυοσκεῖς, *holocausta sacrificas*. Quanquam retinendum ibi videtur περίπεμπτα, quod nempe circa omnes aras diis sacra, vt sequitur, et libationes, iussu Clytaemnestrae, fierent *x)*. Simplex vero πίπτειν per ἑψῆσαι exponit Hes., quomodo infra Pac. 873. dicitur ὁ πλακοῦς πέπεπται et in Matronis parodia Athen. IV. p. 134. panum etiam s. placentarum πεπτομενάων fit mentio. *Spanh.* Horat. Serm. II, 7, 41. s. *verbisque decoris Obuoluas vitium.* Lucian. de Gymnasiis [19. T. II. p. 899. Reitz.] περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν λόγοις, *rem oratione obuelare.* Theophylact. Simocatta epist. 65. προσχήματι θήρας περιπέττει τὴν πανουργίαν ὁ κάκιστος. Alio

---

t) Imo latius patere istius voc. significatio videtur, neque tantum ad venationem respici.

v) At Kust. et Hemst. etiam in Schol. ediderunt περιπέττουσι Attice pro περιπέπτουσι dictum esse vult Münt.

x) Cf. Schütz. ad eum locum, qui similiter explicuit.

verbo ad eandem rem vſus Lucianus de Amor. [c. 24. T. II. p. 425.] *πάθεσιν αἰσχροῖς ὀνομάτων ἐπιγράφοντες αἰδῶ*, alio et Theophyl. Simoc. Ep. 28. *κρύπτειν τὴν ἀνίαν προσηνῶν ῥημάτων σχήματι. Bergl.* Eſt h. l. pecuniae cupiditatem obtegere equo et canibus venaticis; equum et venaticos canes poſcere, ne videare pecuniae cupidus. Nimirum *ὀνόματι* pertinet ad *ἵππον* et *κύνας θηρ.* v. 157. *περιπέττειν* propr. dicuntur piſtores, qui fermentum in conficiendis panibus cum farina ita commiſcent et confundunt, vt non appareat, v. Schol. h. l. deinde de iis, qui rem aliquam obtegunt et occultant alia quadam re, i. q. *περικαλύπτειν.* v. Suid. in *περιπέττουσι. Fiſch.* Suidas: *μοχθηρία, ἡ τοῦ ἀργυρίου ἐπιθυμία* [vt Gl. in cod. quodam Pariſ.], *ἢ ἡ αἴτησις τοῦ ἀργυρίου. Ἀριστοφάνης· Ὀνόματι* etc. Kuſter. notat Suidam male interpretari hoc voc.: non enim ſignificare hic *auaritiam* vel *pecuniae cupiditatem*, ſed potius *turpitudinem* ſ. *obſcoenam libidinem;* idque ex ipſo Comico patere dicit. Mihi conſideranti ſeriem eorum, quae poëta dicit, ſecus videtur. Nam quum dixiſſet, omnes omnia facere pecuniae gratia, Carion ſe vel exigui argenti cauſa ſeruum eſſe ſubiicit; quem excipiens Chremylus ait, meretrices Corinthias dici pauperes amatores ne audire quidem, diuitibus mox copiam ſui facere. Tum Carion, immo et pueri, inquit, hoc faciunt, nec amatorum ſed pecuniae gratia; quod quum de meritoriis, non de his, qui frugi eſſent, verum eſſe reſpondiſſet Chremylus; eos enim vel equum vel canes venaticos, non argentum petere; reponit ei Carion, hoc ideo ab iis fieri, quod pudeat eos argentum petere, ſed tamen alias res petendo, eos nomine earum rerum velare *τὴν μοχθηρίαν.* Ex his ſatis apparet, hoc voc. accipiendum eſſe de pecuniae cupiditate *y)*. Hoc enim ait Comicus: cupidi ſane ſunt pecuniae et amant ſuos amatores *τἀργυρίου χάριν*, vt v. 154., ſed auaritiam ſuam ita tegi putant et latere, ſi non pecuniam, ſed aliam quampiam rem petant, perinde atque eam ſine auaritiae nota honeſtius et petere et accipere poſſint, quam pecu-

y) Duckero adſentitur Fiſch. et reddit *procacitatem*, et ante Duck. iam ſimiliter locum acceperat Girard., quanquam tamen ille addidit: „vel potius turpitudinem et obſcoenam libidinem“ atque ita Kuſterum decepit. Magis ambigue Francog. interpres vertit: infamie.

niam. Itaque nihil est causae, cur Suidas hoc voc. male interpretatus dicatur. Si quid ab eo erratum est, id forte in eo est, quod mutatione casus nominum sententiam Scholiastae peruertisse, vel certe non satis perspexisse videri potest. Nam quum Schol. ita notet, μοχθηρίαν, τὴν τοῦ ἀργυρίου ἐπιθυμίαν, ἢ τὴν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου, non subaudiendum est, τὴν ἐπιθυμίαν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου, sed τὴν μοχθηρίαν, i. e. *improbitatem petitionis*, improbam petitionem. Suidas quum μοχθηρία nominatiuo casu ponit et subiicit: ἡ αἴτησις τοῦ ἀργυρίου, non videtur attendisse, deesse ap. Schol. voc. μοχθηρία. Itaque quod Schol. dicit per μοχθ. hic posse intelligi τὴν μοχθηρίαν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου, Suidas dicit μοχθ. posse esse non, τὴν μοχθηρίαν τῆς αἰτήσεως, sed τὴν αἴτησιν. H. Steph. in Lex. μοχθηρίαν h. l. censet debere verti *improbam cupiditatem*. *Ducher.* Scriptum in cod. [quinto, quem Brunck. contulit] τῇ μοχθηρίᾳ. Voluit igitur: ὄνομα τι περιπέττουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Aeque dicitur περιπέττειν τὴν μοχθηρίαν ὀνόματι, et περιπέττειν ὄνομα τῇ μοχθηρίᾳ. Immo equidem reconditius hoc et elegantius iudico. *Brunck.* in Add. Ex Scholio primo ad h. l. colligit *Hemst.*, in prima Pluti editione aliud voc. loco ὀνόματι lectum fuisse.

160. Sens. *Artes* etiam omnes et commenta exstiterunt propter te inter homines; quorum alii coria tractant, sedentes, alii aes, alii ligna, alii aurum a te acceptum: quidam grassantur adeo; nonnulli parietes perfodiunt; alius exercet artem fulloniam; alius lauat vellera; pars coria subigunt; pars vendunt cepas; adulteri denique deprehensi, propter te, opinor, vulsuram patiuntur. τέχναι sunt *artes sordidae* et *illiberales*, quae etiam sellulariae vocantur, et 162 — 64. recensentur. *Fisch.* Aeschylus Prom. 505. πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως. Quo spectat notissimus ille Theocriti versus, alibi ad hanc fabulam a Daceria adductus, Id. 21, 1. Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. *Spanh.*

σοφίσματα. Schol. τὰ διὰ λόγων μαθήματα. Sed videtur potius intelligere impostoras, dolos, de quibus mox, nempe τὸ λωποδυτεῖν, τοιχωρυχεῖν· opponit τέχναις σοφίσμασι z). *Duck.* Etsi σοφίσματα fere dicuntur *artes*, *falla-*

z) Praeiuerat hanc interpretationem Girardus; secutus est Münt.

ciae, tamen h. l. sunt *inuenta*, *commenta*, in vtramque partem, et inutilia, mala, et vtilia, bona. Nam 1. σοφίζεσθαι vsurpatur de iis, qui aliquid comminiscuntur, inueniunt, excogitant, ad quod excogitandum opus sit solertia quadam, in vtramque partem, vt κατασοφίζεσθαι Act. 7, 19. Ex. 1, 10. excogitare artes, quibus vtare ad opprimendam ciuitatem aliquam; 2. in numero σοφισμάτων ponuntur non solum λωποδυτεῖν, τοιχωρυχεῖν, sed etiam κναφεύειν, πλύνειν πώδια et id genus alia 166 — 168. *Fisch.*

162. σκυτοτομεῖν *corium concidere*, est omnino, coria tractare et ex iis aliquid conficere (im Leder arbeiten), vt σκυτοτόμος coriarius, quod genus sutores, lorarii, cingularii, ephippiarii. καθήμενος. Hinc ii, qui sedendo opus faciunt, opifices, artifices *sellularii*, ipsae artes illiberales *sellulariae* vocantur. *Fisch.*

163. Hic versus et qui sequuntur omnes vsque ad personam Pluti Chremylo in impressis continuati sunt. In B. cod. inter herum et famulum diuisi sunt. Versus hic tributus famulo, 164. hero, 165. famulo, 166. totus hero, 167. famulo, 168. hero: quod Bentleii, quem sequor, coniecturam confirmat. *Brunck.* qui v. 163. Carionis, 164. Chrem., 165. Car., verbis ὁ δὲ γναφ. γ. 166. Chrem., illis, quae sequuntur, ὁ δ. γ. πλ. κ. Carionis, 167. Chrem., 168. Car. nomina praefixit. Secutus eum est Francog. interpres. Recte Inu., qui cum Rau. omnes hos versus Chremylo reliquit, monuit, istam sententias minutatim discerpendi et diuidendi rationem non satis aptam esse scenae. Secus de v. 169. f. mihi videtur. Caet. Brunckius haec ita dicta esse putat, vt simul digito monstrati fuerint certi quidam spectatores, probante editore Theatri Gr.

ἕτερος δέ· poterat dicere: ὁ δέ· sed etiam alii scriptores dicunt ὁ μὲν — ἕτερος δέ, et οἱ μέν, οἱ δὲ — ἕτεροι δέ. v. Aesch. Socr. 2, 10, 44. Etiam pronomen τις abesse poterat, sed Attici sic solent illud addere pronominibus ὁ μέν, ὁ δέ. v. Xen. Symp. 2, 6. ibique Bach. χαλκεύειν est aera tractare et vasa aerea fabricari, et cum v. τεκτάινεσθαι coniungitur, vt Xen. Mem. 1, 1, 7. τεκτονικὸς et χαλκευτικός, Oecon. 1, 1. χαλκευτικὴ *ars aeraria* et τεκτονικὴ *ars lignaria*. Nimirum τέκτων est cuiusuis generis faber, Hesych. vnde saepe additur vocab. materiae, e qua quis aliquid fabricatur, vt τέκτων σιδήρου 1. Sam. 13, 19. χαλκοῦ

1. Reg. 7, 14. ξύλου 2 Sam. 5, 11. Sed simpliciter τέκτων vocatur faber lignarius s. materiarius. Vnde etiam τεκταίνεσθαι est omnino, fabricari aliquid e quacunque materia, singulatim e ligno, vt h. l., quia distinguitur a v. χαλκεύειν a). *Fisch.* In Eqq. 460. τεκταινόμενα τὰ πράγματα res *conflictas*, et Demosth. p. Phorm. p. 545. [T. II. Orr. Grr. Reisk. p. 921.] ἢ τοῖς ὕστερον τεκταινομένοις, quam ex iis quae postea sunt concinnata. Plato de fabro lignario, qui ligna et caementa parata haberet, τεκταίνοιτο δὲ μή, Euthydem. p. 280. [c. 9. ed. Routh. c. 23. Heind.] *Spanh.*

164. *b)* Metrum versus huius ante claudicabat, ad quod fulciendum inserui τις, quod librariorum culpa excidisse certum est. Nam sic paulo post 160. τὶς Attico more redundat. Et sic passim alibi. In ed. Flor. post χρυσοχοεῖ inseritur particula expletiua γε, qua ratione itidem metro luxato consuli potest. Sed prius tamen magis placet. *Kust.* Recte quidem; nos tamen in libri nostri ora sic emendaueramus: Ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, τὸ χρ. — Ita τἀργύριον passim. Hoc, ni fallor, elegantius: parum tamen aut nihil interest. Litem dirimet Codex aliquis Mſ. Nam Flor. γε vt caetera ibi omnia, ex coniectura est. *Bentl.* Huic (Bentleio) suffragatur non Ed. tantum, cuius var. lectt. Kusterus adscripserat margini sui exempli [quamque perperam Hemst. olim existimauerat Farreanam esse, v. eum in Add. p. 483.], aut ed. Gryphiana Angeli Caninii [quam Hemst. inspexit], sed et C. Bodl. Praetuli tamen χρυσοχοεῖ γε, quod editionis Flor., cuius auctoritate parum alioqui mouerer, lectionem istam confirmarent Codd. Vatic. et Doru. Illud γε non sine causa quinquies repetitum videbis. Modo Doru. τεκτένεται. *Hemst.* ὁ δὲ χρ. γε codd. A. C. optime: vnde liquet omnino falsum fuisse Bentleium, aut saltem bene coniecisse Ant. Fracinum, qui fulciendo versui part. γε in Ald. et priore Flor. omissam inseruit. Abest etiam in meo codice. Deprauatissima est lectio cod.

---

a) Girard. χαλκ. interpretatur omnino, ex metallis aliquid facere, τεκταιν. e ligno, lapidibus aut alia materia.

b) Olim in ed. Ald. Iunt. priori, Farr. Brub. editum fuit: ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, χρ. π. σ. λ., quod Bergl. et Fisch. retinuerunt. Kust. edidit: ὁ δὲ χρ. τις, χρ. π. σ. λ. Hemst. Br. Inu. ὁ δὲ χρ. γε, χρ. —

B. ὁ δὲ χρυσίον ἐχρυσοχοεῖ παρὰ σοῦ λαβών. *Brunck.* Firmauit meliorem lectionem vterque cod. Inuern.

χρυσοχοεῖν eſt *aurum conflare, aurificem,* aurarium, *eſſe. Fiſch.* ex auro fuſili opus aliquod facere. *Gir.* χρυσ. π. σου λαβών. Chremylus Pluto ſpeciatim aurum tribuit, non aes, lignum, lapides, quia auro potiſſimum cenſentur diuitiae, et quoniam ipſe non tam ad coria, quam ad aurum, reſpicit. *Gir.* Hactenus enumerauit Chr. τέχνας, ſequuntur σοφίσματα vtriusque generis. λωποδυτεῖν eſt Lat. *graſſari,* h. e. obſidere fere noctu vias et plateas oppidorum, obuiosque ſpoliare vt aliis rebus ita maxime veſtibus. vid. 931. Nam compoſitum eſt ex λῶπος et δύω. Etym. M. v. Λωποδύτης c). τοιχωρυχεῖν eſt *parietes perfodere* (Plaut. Aſin. 3, 2, 17.) quod v. 565. dicitur τοὺς τοίχους διορύττειν, Matth. 6, 19. ſ. διορύσσειν abſolute; et τοιχωρυχοὶ ſunt parietum perfoſſores (Plaut. Pſeud. 4, 2, 23.), effractores. vid. 204. Omnia furum genera memorantur a Xen. Mem. 1, 2, 62. *Fiſch.*

166. Vulgo ſic legitur hic verſus: ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει κώδια. Statim claudicat verſus in primo pede. δὲ produci non debet ante κν. Hoc vidit Daweſius [Miſc. Crit. p. 196. ff.] d) et Scholiaſta ipſo praeeunte, poëtam ſcripſiſſe γναφεύει, hocque reponi debere decreuit. Illi parum verecunde obloquutus eſt Pierſon. ad Moer. p. 31. „Daweſius — audiendus non eſt. Iſti enim [primae] regulae *infinita poëtarum Atticorum* aduerſantur loca.“ Primo de poëtis Atticis vniuerſis hoc non ſtatuit Daweſius, ſed de Comicis ſolum et ſpeciatim de Ariſtophane. Iſti

c) Cf. Zonar. Lex. II. 1324. Phot. p. 176. A tribus vocc. λῶπη, (veſtis) ὅδος et δύω (ἐνδύω) deriuat Gir., vt fit, in via praetereuntes ſpoliare. Idem monet minorem eſſe in λωποδυτεῖν vim, quam in τοιχωρυχεῖν, effoſſis muris et parietibus inuadere aedes alienas, duobus autem his verbis omnis generis furta indicari. Locum Demoſth. in quo λωποδυτεῖν, attulit Münt.

d) Propoſuit ibi has duas regulas: 1. Vocalis breuis ante vel tenues, quas vocant, conſonantes π, κ, τ, vel adſpiratas φ, χ, θ, ſequente quauis liquida, vti et ante medias β, γ, δ, ſequente ρ, ſyllabam breuem perpetuo claudit. 2. Vocalis breuis ante conſonantes medias β, γ, δ, ſequente quauis liquida, praeter vnicam ρ, ſyllabam breuem nunquam terminat, ſed ſequentium conſonarum ope longam ſemper conſtituit.

autem regulae, quae in Ariſtoph. aduerſentur loca, nedum *infinita* ſint, vix reperientur in ſenariis *tria*. Quod ad h. l. attinet, litem dirimit vetuſtiſſima Regia membrana, in qua diſtincte ſcriptum eſt γναφεύει. Sic ibi verſus integer habetur: ὁ δὲ γναφεύει γ' ὃς δὲ πλ. κ. In duobus aliis Regiis κναφεύει γ' ὁ δὲ πλ. Mous vulgatam lectionem habet. [Inu. in vtroque ſuo eſſe ait: ὁ δὲ κναφεύει γ'· ὁ δὲ πλ. κ. Edidit autem κναφεύει γ'· ὁ δέ γε πλ. κ. et tueri κναφεύει ſtudet Grammaticorum et codd. auctoritate, aduerſus quam ineptum ſit leges ſtatuere. At quaeritur, num illorum codd. tanta ſit auctoritas?] Membranarum ὅς locum tueri non poteſt: genuinum eſt ὁ δέ γε, quod ex Doru. cod. protulit Hemſt. *e)*. Male in vnam confuſae fuerunt duae diverſorum Criticorum ad hunc verſ. notae [quod iam Daw. vidit; qua de re ad Schol. monebitur]. Verba οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ, κνάφος, οἱ δὲ νεώτεροι διὰ τοῦ γ., ſunt alius Grammatici et ſeorſum exhiberi debebant. Quantivis pretii eſt poſtrema haec obſeruatio, qua vti neſciuit Daweſius. Optime ſe habet, nec in ea permutatae fuerunt ſedes elementorum κ et γ. Idem dicunt Harpocr. V. Γναφεὺς [p. 110. Blancard. et Schol. in cod. Rau.] Vetus Attica dialectus eſt ea, qua vtuntur Tragici. Veteres Attici non ρρ pro ρσ, ττ pro σσ proferre ſolebant, non dicebant ἄῤῥην, θάλαττα pro ἄρσην, θάλασσα; non mutabant ν in λ, neque dicebant πλεύμων pro πνεύμων. Illud quidem alicubi in Euripidem [in Or. 277.] intuliſſe memini, deceptus auctoritate Aldi, ſed temere id a me factum eſſe nunc agnoſco, quod pluribus ad Sophoclem exſequar *f)*. Ob vnicam hanc rationem, quod γναφεὺς, γναφεύειν recentioris emollitaeque ſunt dialecti, haec forma apud Comicum reponenda, vt et vbique apud eum legitur ἄῤῥην, θάλαττα, πλεύμων, quae recentioris ſunt Atticismi, non vero ἄρσην,

---

e) Hic etiam τις [poſt κν. ex vulg. lect.] fuerit expellendum, ſi cod. Doru. obſequaris: δ δὲ κν. γε· apoſtrophi tantum ope bene metro conſuletur: δ δὲ κν. γ', δ δέ γε πλ. κ. Κναφεύει inter verſus explicat: βάπτει ἢ λευκαίνει· τοιχωρυχεῖ, τρυπᾷ τοῖχον. *Hemſt.* Reprehendit vulg. ſcripturam Daweſ. p. 198. etiam hoc nomine, quod in pron. τις, iam non interrogans, accentus cadat.

f) Breuiter ea de re monuit ad Soph. Trach. 567. De duplici autem ſ. triplici dialecto Attica vidd. quos laudat Sturz. ad Maitt. d. dial. p. XXXV.

θάλασσα. πνεύμων, quae sunt dialecti veteris Tragicisque vsitata. Vbicunque Grammatici τοὺς νεωτέρους Ἀττικοὺς memorant, Aristophanem fere respiciunt. In Vesp. 1126. legitur in omnibus libris: τῷ γναφεῖ. Ad eundem modum in Conc. 415. οἱ γναφῆς reponendum. Apud Gregor. Cor. de dial. Att. §. 85. [p. 68.] legebatur olim τὸ κναφεῖον γναφεῖον λέγουσι, quae obseruatio ad recentiorem Atticismum pertinet. Ordinem inuertit Koenius ad sententiam Hemsterhusii, et e scripti codicis auctoritate τὸ γναφεῖον κναφεῖον λέγουσι. Nota, si ad hunc modum a Grammatico scripta fuit, ad veterem Atticismum spectat, vt et ea §. 82. in qua vocum omnium ordinem inuertere debuerat Koenius, si sibi constare voluisset. Ex alio Schol. mss. cod. C. colligi potest, formas, de quibus agitur, confudisse recentiores Graeculos nec satis compertum habuisse, ad vtram dialectum vnaquaeque referenda esset. Duae res sunt, quas satis ad liquidum perduxisse mihi videor: 1. Aristophanem in senariis rarissime, si modo vnquam, vocalem breuem produxisse ante tenuem vel aspiratam et liquidam, 2. γναφεὺς et γναφεύειν illius fuisse dialecti, qua vtebantur Athenienses Aristoph. aetate. Postremum hoc etiamsi cui dubium videretur, retineri tamen salua metri lege posset κναφεύει, scribendo: ὃ δέ τις κναφεύει γ'· ὁ δέ γε πλ. κ. sed vera est lectio, quam praetuli [Χρ. Ὃ δὲ γναφεύει γ'· Καρ. ὁ δέ γε πλ. κ.] *Brunck.*

Ad h. l. puto respexisse Pollucem (Onom.) VII, 37. cum ait: καὶ κναφεύειν εἶφη Ἀριστοφάνης. *Kuſt.* κναφεύειν [quod a κνῆν, h. e. ξύειν *radere*, deriuant Girard. h. l. et Lennep. Etym. L. Gr. I. 414.] est fullonem esse, artem fulloniam exercere. Nam κναφεύς, *fullo*, vestes, pallia, togas sordidas primo lauat, et sordibus purgat aqua, pedibus eas calcando, (vnde fullo ab Atticis antiquis dictus est πλυνεύς, v. Moeris [p. 329. Piers. vbi primus et secundus Atticismus distinguuntur] et πλύνειν 514. est, fullonem esse, cf. 1062.) adhibita etiam vrina, creta, nitro: deinde sulphure suffit, quo citius colorem cretae assumant; tum lanas carminat carduis, qui dicti sunt κνάφη, vnde natum est nomen κναφεύς· tandem candidas reddit, addita creta s. terra Cimolia, ita dicta a Cimolo, maris Aegaei insula, quod Marc. 9, 3. λευκαίνειν dicitur. Officina fullonis vocatur κναφεῖον, fullonium. Qua de re omni accurate expossuit Schöttgenius in Antiqq. fullo-

niis *g)*. Κώδια sunt *pelles ouillae, vellera*, Hes. h. v. — Etym. M. scribi iubet κῴδιον, quod ductum sit a κῶας, vnde κωατίδιον, contracte κωΐδιον atque κῴδιον *h)*. *Fisch.* πλύνειν est macerare et lauare pelles. *Girard.*

167. Βυρσοδεψεῖν est, *coria, pelles, subigere i)*, quod 514. σκυλοδεψεῖν, vnde coriarius, subactarius, dicitur βυρσοδέψης, in Luc. Act. App. 9, 43. 10, 6. 32. βυρσεύς. κρομμύα sunt *cepae*, cibus hominum tenuium et vilium. Hor. Epp. I, 12, 21. Venditae videntur Athenis in foro, vt fici, mala, aliaque poma, v. Theophr. Charr. 11. Neque dubitandum puto, quin petantur h. l. a poëta certi quidam Athenienses et notentur ob studiorum humilitatem. *Fisch.* Contra comicam rationem Girard. et Münter. speciem pro genere poni et omnis generis herbas edules intelligi censent.

κρόμμυα. Ex hoc voc. formata Pac. 425. vox κρομμυοξυρεγμίας, composita ex *cepis, acrimonia* et *unctione*. κρόμμυον iuxta Athen. IX. p. 367. dicitur, ὅτι τὰς κόρας μύομεν, quod oculos claudimus, dum admouentur. De *cepis Ascalonicis* et vrbe prope *Ascalonem*, Κρομμύων inde, iuxta Hes., dicta, alibi nuper, praeeunte Ant. Maria Saluinio egimus, nempe in Add. ad T. I. Diss. de P. et V. Num. p. 723. *Spanh.*

168. ὁ ἅλους μοιχὸς est *adulter, qui se deprehendi passus est:* nam Aoristi secundi Actiui verborum huius generis habent vim Aorr. Mediorum. Grammatici tamen eos interpretantur verbis passiuis. Gloss. vett. ἅλούς· *captus*. Hes. ἅλους — ληφθεὶς, quod de adultero Xen. Mem. 2, 1, 5. vt καταληφθεὶς Ioh. 8, 3. *Fisch.* Sic iterum Nub. 1069. μοιχὸς — ἁλούς, ac saepe ap. oratores Atticos. Soph. Aiac. 216. μανίᾳ ἅλούς *furore captus*. *Spanh.* διὰ σέ που παρατίλλεται. Sic libri omnes *k)*, nec quidpiam mutan-

g) Christi. Schöttgenii Triturae et fulloniae Antiquitates. Editio altera auctior et emendatior. L. 1765. 8. p. 107. ff.

h) Cf. Hemsterh. in Lennep. Etym. I. p. 468. f.

i) Girard. significare contendit, pelles tingere et pilo nudatis addere colorem, parum recte.

k) In Doru. tantum est παρατίλλεται. που *Fisch.* interpretatur: *credo, opinor.*

dum est. *Deprehensus in facinore adulter, quia pecuniam non habet, qua poenam redimat, depilatur.* Sic supra 147. dixit Cario, se propter pauxillum argenti, *quod non habebat*, seruum factum fuisse. Sic grassatores, fures, opifices artes suas singuli exercent propter argentum, quod non habent. Alio etiam modo intelligi potest, verbo non factum ipsum sed consilium significante, vel rei significatae metum intentatum, quod familiare est. *Deprehenso adultero poenae metus intentatur*, ne ipsum *percurrant raphanique mugilesque.* Suspicatur Valcken. ad Eurip. Hipp. 415. scripsisse Comicum: ὁ δ' ἄλους γε μοιχὸς διά σέ γ' οὐ παρατ. Non placet iteratum γε in eadem sententia. *Brunck.* De poena adulterorum apud vett. Graecos [Athenn.] παρατιλμὸς et ῥαφανίδωσις dicta, res est nota et a pluribus scriptt. exposita. Si tanti est, poterit lector consulere, quae notauimus ad Suid. V. Ῥαφανίς. *Kust.* παρατετιλμέναι vero et παρατετιλμένη dictae a Nostro Ran. 519. Lys. 89. probrosae et impudicae mulieres; cuius appellationis rationem abunde docebunt ibi Scholia: ac inde a Cratino Comico Athen. XIV. p. 658. παρατίλτριαι vocantur, quae turpe id officium praestarent. De ῥαφανιδώσει ad Nub. 1079. *Spanh.* De aliis poenis v. Meurs. Them. Att. 1, 4. et Petitus ad Legg. Att. 5, 8. 6. ff. p. 559. ff. Hinc intell. locum Xen. Mem. 2, 1, 5. Quibus poenis qui affici nollent, eas redimere cogebantur pecunia. Pauperes igitur eas effugere non poterant, quia redimere pecunia non poterant. *Fisch.*

169. οἴμοι est particula dolentis [vel indignantis, *Münt.*] *Heu! heu mihi!* poniturque vel simpliciter, vel addito Nominatiuo nominis alicuius, vt h. l. et 851. etc. aut Genitiuo, vt Eurip. Phoen. 376. v. Deuar. p. 248. f. οἴμοι τάλας igitur est: *heu me miserum!* (Ter. Andr. 4, 1, 22.). ταυτί μ' ἐλάνθανεν πάλαι, *haec ignoraui antea. Fisch. Haec fugerunt me, nec sciui tantam vim inesse mihi. Girard.* Recte Doru. cod. ἐλάνθανεν, vt Kust. pro priorum Edd. ἐλάνθανε. *Hemst.*

170. Ab hoc versu vsque ad ἐμπέσοι γέ σοι in v. 180. permutatae fuerant personarum sedes, quae heri sunt, famulo tributis et vice versa *l)*. In B. cod. hic versus et 172.

---

l) Vulgo 170. praefixum est Chrem. nomen, 171. Car., 172.

Carioni tributi; poſtea perſonae minus conueniunt dictis, quia v. 173. loco ſuo motus eſt. In A, C, verſus 170. et 71. Chremylo tribuuntur, 172. Carioni, ſicque deinceps alternis loquuntur, ita vt verbis ὁ Τιμ. δ. πάγος famulo tributis, verſus clauſula in heri partes cadat, quod et flagitat decori ratio. Hoc ſenſit Hemſterhuſius [ad 180.] ſed erroris principium non deprehenderat. *Brunck.* qui 170. Carioni, 171. Chremylo, atque ita deinceps alternatim verſus his adſcripſit. Sequutus eum eſt Francog. interpres. Idem Br. ad rectam Attici ſermonis normam melius lectum iri ὁ μέγας δὲ βασ. et v. ſeq. ἡ ἐκκλησία ſtatuit vt 178. ἡ ξυμμ. et in Add. confirmat coniecturam poſteriorem locis Conc. 84. 387., priorem locis in indice enotatis: Quum non rex Perſarum certus quidam, non concio illa, ſignificetur, ſed magnus rex et concio ſimpliciter, articulo opus non eſt.

μέγας βασιλεὺς *m)* eſt *rex Perſarum*, [vt Au. 486. Ach. 65. et alibi *Bergl.*] qui etiam ſimpliciter βασιλεὺς vocatur, v. Xen. Mem. 4, 2, 33. Ageſ. 8, 3. et a Latt. *rex*, v. Corn. Nep. Ageſ. 2, 1. μέγας appellatus eſt, vt diſtingueretur a ſatrapis, qui ipſi dicti ſunt βασιλεῖς *n)*. v. Aeſch.

Chrem., 173. Car., 174. Chrem., 175. Car., 176. Chrem., 177. Car., 178. Chrem., 179. Car., 180. altera pars Chremylo, altera (ἐμπ.) perperam Carioni. Imernizius omnia inde a v. 170. vsque ad πάγος 180. vni Carioni tribuit. Neutram placet. Quum in antecedd. (112. ff. 167. ff.) Chremylus Plutum ſemper compellauerit, Carion oblique de eo loquutus fuerit (118. οὗτος — nam 168. tantum a Brunck. tributus eſt Carioni —), ſecundum hanc analogiam probabile eſt 170. 71. Carioni, 172. Chremylo, 173 — 76. Carioni, 177 — 79. Chremylo, 180. priorem partem Carioni tribui.

m) Quibus vocc. *regem Perſarum* vulgo a Graecis deſignari conſtat, eumque titulum μεγάλου βασιλέως inde Arſacidis in eorum numis, quod alibi vidimus [de P. et V. N. I. 449.] tribui. Solo alioquin βασιλεὺς ſ. Regis titulo deſignatur a Demoſth. in Philipp., et orat. de Claſſe, de falſa Leg. et alibi. *Spanh.* add. *Eckhel.* Doctr. num. vet. IV. p. 459.

n) Girard. repetit inde, quod Cyrus Aſſyriae, Mediae [et Babyloniae] regna ad Perſas transtulerit, Aſia debellata, indo argenti 500000. talenta reportauerit, praeter craterem Semiramidis, cuius pondus erat 15. talentorum. Idem interrogationum omnisque orationis vim et vehementiam exſtitiſſe inde conſet, quod paucula, quae Plutus dixerat, animum addiderint Chremylo et Carioni.

Perſ. 24. Nam βασιλεὺς eſt omnino praefectus cum poteſtate et imperio. v. Hom. Od. 1, 394. Caet. rex Perſarum tum fuit Artaxerxes (II.) Mnemon. κομᾶν propr. eſt *comas alere*, vel comatum eſſe, Etym. M., [Artemid. Oniroer. I, 19. *Münt.*] deinde *coma ſuperbire*; nam Athenis nonniſi hominibus ingenuis et viris honoratis licebat comam nutrire; denique omnino, *gloriari*, *ſuperbire*, *ſe efferre*, vt h. l. et 572. Heſ. in κομᾷ, Etym. M. Suid. Cf. Perizon. Ind. Aelian. h. v. *Fiſch.* [Philoſtr. V. Apoll. 8, 3. addit *Münt.*] *ſuperbit.* Infra 572. et alibi, ſed vid. quae ad Nub. 14. notauimus. *Bergl.* Hoc verbum metaphor. pro *ſe effert*, *iactat*, hic in Schol. et ab interprete redditur, vti infra 572. et Eqq. 577. vbi Schol. cf. Quamquam is fuerit Perſarum regum cultus, vt ii propria voc. huius ſignificatione κομᾶν dici potuerint, qui comam variis cincinnis tortam geſtabant; ac vnde viſa crinita in coelo ſtella *ad Parthorum regem, qui capillatus eſſet*, pertinere dicitur ap. Suet. Veſp. 23. Quem ipſum comae cultum a Medis Perſarum ac deinde Parthorum reges deſumſiſſe, e Xen. Cyrop. I, 3. et Plut. in Craſſo p. 557. alibi vidimus: immo ipſa Parthorum Regum ſignata in reſiduis eorum nummis effigie illuſtrauimus, nempe Diſſ. VII. de P. et V. N. T. I. p. 449. ſſ. *Spanh.*

171. ἐκκλησία eſt concio, concio populi, conuentus ciuium, et ciues in concionem propter Plutum conuenire [propr. concio inſtitui, γίγνεσθαι] dicuntur *o)*, quia Agyrrhius (176.) conſtituerat, vt ciuis quisque, qui concioni intereſſet, acciperet ex aerario *obolum*, quae merces inde dicta eſt τὸ ἐκκλησιαστικόν. v. Meurſ. Lectt. Att. 6, 4. et 5, 12. qui laudat eam in rem Polluc. 8, 113. Scholiaſtes tradit, ciuem quemque accepiſſe ternos obolos, v. v. 329. ſ. Sed de ipſis concionibus earumque generibus variis aliisque rebus eo pertinentibus. v. Sigon. R. A. 2, 4. [praeter alios antiquitatis Atticae ſcriptores.] *Fiſch.* γίγνεται Cod. Doru. γίνεται. Ἐκκλησία perperam explicatur eo in libro ἡ συνέλευσις κριτῶν.

172. τριήρης eſt *triremis*, nauis, cui ſunt triplices remorum atque remigum ordines, i. e. nauis bellica, longa.

---

o) Perperam Girard. ad omnes omnino conuentus populorum et vrbium, coetus hominum retulit. Spectat ad Athenas.

Nam naues bellicae et militares erant triremes. Hes. Scheffer. de Mil. nau. 2, 2. [et quae post Herculann. monumentorum aereorum edd. T. V., Meluillium et Regium (Le Roy) de forma triremium disputauit *Böttiger* in: Archaeolog. Museum, Partic. I. p. 52 — 74.]. Iam Athenis, belli tempore, ciues beati et diuites debebant suis sumtibus triremes aedificare, ornare, tueri, ita vt iis etiam praeessent, vnde τριηράρχαι dicti sunt. Nam τριηραρχίαι erant in numero λειτουργιῶν. v. Xen. Oecon. 2, 6. et Sigon. R. A. 4, 4. [et qui omnem trierarchiae rationem accuratius, distinctis etiam temporibus, exposuit F. A. Wolfius Prolegg. ad Dem. Or. Lept. p. C. ff.] πληροῦν (ornare, instruere) igitur pertinet ad remiges, quibus triremes instrui a ciuibus opulentis ita debebant, vt etiam alerentur eorumdem impensis. *Fisch.* Fl. et Bened. Iuntae Ed. a. 1540. vitiose συμπληροῖς, et sequ. v. Cod. Doru. τὸν δ' ἐν Κορ. *Hemst.* πληρῶσαι apud graec. oratores obvium, pro *nauem instruere*, et complere eius apparatum; et πλήρωσις de *completione militum* aut *pecuniae*, ac πλήρωμα de *nauis apparatu*, nautis, epibatis, remigibus. Mitto πλήρωμα alio sensu, de *summa capitali* dictum Vesp. 654. prout πληρῶσαι pro *collationem* s. ἔρανον praestare ab Atticis itidem dictum, ac inde ἐράνου πληρωταὶ apud Demosth., quae non sunt huius loci. *Spanh.*

εἰπέ μοι. Sic loquimur, vbi rem significamus omnibus confessam. Dic mihi, num tu sis, qui naues communias? Hoc innuit: *non possis negare. Girard.*

173. Τὸ ἐν Κορ. [scil. ὄν. *Gir.*]. Videndus est Harpocr. V. Ξενικὸν ἐν Κορ. [p. 256. Blanc.] *p)* qui locum hunc exponit. Caeterum Palmerius in Exercitatt. [p. 785. f.] ad l. l. sequentia notauit: „Praesidium igitur alebatur ab Athenn. Corinthi, huius dramatis tempore, vt ex his verbis patet; quod fiebat, dum bellum gerebant Lacedaemonii cum Athenn., Thebanis, Argiuis, et Corinthiis, societate iunctis ad id bellum, quod gerebatur in Corinthiorum regione, quod συμμαχικὸν et Corinthiacum vocatum est, vt videre est ap. Pausan. in Lacon. p. 91. [III, 9, 6. IV, 17, 3.] Duces Athenn. fuerunt Iphicrates, Callias, Poly-

p) Suidam, qui in ξενικὸς habet quaedam ex Schol., addit *Duck.*

ſtratus et Chabrias. Id factum eſt poſt reditum Ageſilai ex Aſia, vt notat Xenophon Hellen. IV. [cap. 2.] et Demoſthenes Philipp. prima *q)*. Societas illa facta eſt, ſecundum Diodorum, Ol. XCVI, 2. Bellum coepit fieri anno ſequente, durauit ſex annos integros vel plus, vsque ad pacem Antalcidae dictam, quam Artaxerxes Mnemon fieri curauit a. 2. Ol. XCVIII. ſecundum Diod. et Euſeb. Notandum eſt autem, ad h. l. Scholiaſten quendam dixiſſe, Plutum bis prodiiſſe in theatrum, et hac vltima vice 20. annis poſt primam didascaliam, quod ſit penes eius fidem: nam de eo in ipſa fabula nullum apparet veſtigium. Nam prima hypotheſis, quae procul dubio eſt antiqui Schol. (nam et contendentes cum Ariſtoph. recenſet et multa alia particulariter narrat) de illa ante annos 20. didaſcalia *οὐδὲ γρύ*. Ideo nihil eſt in eo certi." Haec Palm. qui tamen immerito in dubium reuocat auctoritatem Schol. vet. ad h. l. teſtantis, Plutum fabulam bis actam fuiſſe. Nam duplicem olim exſtitiſſe Plutum Ariſt., *priorem* et *poſteriorem*, ſat clare in Notarum harum limine demonſtrauimus. *Kuſt.* Adducitur hic locus ab Harpocrat. [p. 126. ed. Gronou.] e Demoſth. Philippicis nempe I. p. 134. [immo Ariſtoph. et Demoſth., Or. 1. Phil. p. 46. Reisk. laudantur]. Cui addi poteſt alius eiusdem oratoris *περὶ Συμμορ.* p. 108. [p. 186. Reisk.] *μὴ ξενικὸν πολὺ συτήσηται.* Alibi vero ap. eund. adu. Eubulid. p. 710. [1309. T. II. Reisk.] *ξενικὰ* dicuntur de *vectigali*, quod a peregrinis merces venales in foro vendentibus pendebatur, *εἰ ξενικὰ (τέλη) ἐτέλει. Spanh. ξένοι* et *τὸ ξενικὸν* (intell. *στράτευμα*, vt *τὸ ναυτικὸν copiae nauales*, ſed Soph. Philoct. 57. f. *τὸ ναυτικὸν στράτευμα* dixit *r)*), quum vſurpantur de militibus, ſignificant *milites conductitios*, exercitum conductitium. v. Gronou. ad Arrian. Exp. Al. I, 21. p. 43. et Verpoorten. Diſſ. de voc. *ξένος*, Coburg. 1708. 4. *s)*. Cauſa eſt, quia

---

q) Cf. Simſon. Chron. p. 801. Weſſ. et Corſini Faſt. Att. III. p. 286.

r) Plene etiam Diod. S. XIV, 44. *τὸ ξενικὸν στρατόπεδον*, quem Iocum Schaef. attulit ad Bos. Ell. Gr. p. 587. vbi *πλῆθος* ſuppletur.

s) Phil. Theod. Verpoortenii diſſ. tres de regno Salaminio in Cypro, de v. gr. *ξένος* atque de *πληροφορίᾳ* fidei etc. coniunctim edendas curauit I. F. Fiſcherus — a. 1779. 8. p. 33. ff.

milites conductitii ſunt exteri et barbari, non ciues. Athenienſes in hoc bello Corinthiaco (Ol. 96, 3. conflato) Ol. 97, 4. (quo anno filius Ariſtoph. docuit hanc patris fabulam) alebant Corinthi praeſidia, quae conſtabant militibus conductitiis. *Fiſch.* Si Athenienſes diuitiis non abundarent, vnde nunc conductitium alerent exercitum? Facit Plutus, inquit, vt noſtra negotia, discriminis plena, ſine periculo geramus. Obiter Athenienſes mordet, vt timidos et ignauos; quo nomine etiam Demoſth. in eos ſubinde inuehitur, quod contra morem maiorum ipſi in bellum non prodirent, ſed metu periculi extraneos mercede conducerent. *Girard.* aſſentientibus Munt. et Francog. interpr.

174. Ὁ Πάμφιλος [Pamphilus *iſte*]. Schol. vetus de foeneratore aliquo Athen. locum hunc intelligit *t)*. In alia omnia abit Palmerius Exercc. p. 786. qui ducem aliquem belli, tum Athenis viuentem, ab Ariſt. tangi putat. „Pamphilus, inquit, dux Athen., eo tempore florebat et Aeginam obſidione premebat, ſed ipſe in caſtris ſtatim obſeſſus, a Teleutia Lacone primum, poſtea vero ab Hierace et Gorgopa per quinque menſium ſpatium multa paſſus eſt, vt narrat Xenophon Hell. V, [1, 2.]. Ideo credo, hoc negotium tangere velle Ariſtophanem et Athenienſes monere de miſeria ducis illius, qui ceſſantibus auxiliis in extremam adductus erat neceſſitatem ob Plutum, i. e. auaritiam et diuitiarum amorem Athenn., qui auxilium illi mittere inſuper habebant: vnde ſequebatur, illum ploraturum eſſe. Aliter quidem Scholiaſtes quidam de quodam daniſta interpretatur; ſed non mihi videtur καλῶς εἰκάζειν." *Kuſt.* Palmerii opinioni repugnat etiam hoc, quod ſic non apparet, quis fuerit iſte βελονοπώλης. Pamphilus fuit demagogus, qui expilauit aerarium, ita vt bona eius publicata ſint, et ipſe vrbe eiectus, ex quo intelligi poteſt, cur Carion dixerit: οὐχὶ — κλαύσεται h. e. *miſer eſt.* Nam Futurum ſaepe indicat continuationem atque lat. reddi poteſt Praeſenti: v. Graeu. ad Heſ. Ἔργ. 184. *v)*

---

t) Scholiaſtae ſententiam firmari auctoritate Suidae cenſuit *Duck.*, at hic tantum verba Schol. deſcripſit.

v) Vertit Graeu. *plorare ſolet.* v. ibi plura exempla. *Duck.*

κλαίειν idem eſt quod δυσχεῖν, ſed indicat tamen magis magnitudinem miſeriae. *Fiſch.*

175. Βελονοπώλης, quod vocab. per ſe *acuarium* ſignificat, fuit paraſitus Pamphili, vt tradit Schol. et ex eo Suidas, ita vt nec ipſe poſſet eſſe beatus, quum rex eſſet miſer. *Fiſch.* *Acuum inſtitorem* ſignificat, ſed h. l. eſt nomen foeneratoris cuiusdam, eodem Sch. teſte. *Bergl.* Vertunt omnes tanquam nomen proprium viri; ſed puto notiſſimum quendam fuiſſe acuum venditorem, qui hac ſola deſignatione, etiam non dicto nomine, ab omnibus eſſet cognitus. Eſt enim reuera nomen commune. v. Tho. Mag. in Βελόνη, Polluc. 7, 197. Suid. Βελονοπώλης. *Duck.*

176. Quamuis Ἀργύριος habeant tam Mſſ. quam Edd. vett., nec aliter legerit Schol. graecus: lectioni tamen huic non ſolum repugnat lex metri (Ἀργύριος enim dictum foret ab ἀργύριον, cuius ſyllaba ſecunda breuis eſt) ſed etiam auctoritas Diodori, Harpocr. et Suidae, qui hunc rectius *Agyrium* vel *Agyrrium* vocant. Quid quod ipſe noſter bis eum Ἀγύρριον appellat Eccleſ. 102. et 184. Niſi tamen quis illum ab hoc diuerſum eſſe contendere velit: quod non putem. De hoc autem Agyrrhio, qui Thraſybulo duci in praefectura Lesbi ſucceſſit, qui plura ſcire cupit, adeat Meurſ. Lectt. Att. VI, 4. et Valeſium ad Harpocr. V. Ἀγύρριος [p. 2. f. f. p. 3. f. ed. Blanc.] *Kuſt.* Iſtum, ſiue *Argyrium*, vt eſt in orat. Andocidis de Myſter. [p. 65. ed. Reisk. y)], ſiue Agyrrium, vt in Orat. trapezit. Iſocratis [T. III. p. 198. et 200. ed. Auger. c. 17. p. 365. T. I. Coray.] et alibi, apparet, diuitem aliquando fuiſſe: Comicus hic dicit, eum propterea *inſolentem* et *contumelioſum* fuiſſe, verbo πέρδεται vtens, metaphora ab aſinis ducta, qui ſaturi ludunt et pedunt. In Veſp. 1296. ἐσκίρτα, ἐπεπόρδει. *Bergl.* Suidas etiam in V. Πέρδεσθαι *Argyrium* vocat. Sed in lit. A, Ἀγύριον, vbi et alios memorat, quibus Ἀγύρριος nomen fuit, vnde Portus non ſine cauſa ſuſpicatur, hic quoque legendum Ἀγύρριος, quod mihi quoque metri cauſa magis placet, et Valeſio ad Harpocr. viſum animaduerto ob eandem cauſam. Non ſunt autem, opinor, cum eo, de quo h. l. Ariſtophanes, confundendi

---

x) Sed ibi etiam Reisk. et Valcken. in Sluiter. Lect. Andocid. p. 158. *Agyrrhium* legerunt.

alii eodem nomine, quos memorant Harpor. l. d. et v. Θεωρικά, et Suidas: quamquam Vlpianus ad Demosth. [Or. c. Timocr. p. 268. ed. Wolf.] Ἀγύρριον illum demagogum, de quo Harpocr. l. d., Demosth. et alii, eum velit esse, quem hic ridet poeta; quod si ita esset, videtur etiam Schol. id notaturus fuisse. Ἀργύριον ducem quemdam Athenn. fuisse, e Xenoph. *y)* notat Palmerius [p. 786.] *Duck.* Suum huic homini nomen (Ἀγύρριος) vindicare non dubitaui, in quo quam crebro fuerit peccatum, adnotationes nostrae *z)* docebunt. *Hemst.* Ἀγύρριος perspicue scriptum in membr., vt bene addit Hemst., quae scriptura in nouissima etiam Bataua recepta, non tamen ex Bergleri sententia. Tres alii codd. Ἀργύριος, mendose. Cf. ad Ran. 367. *Brunck.* Sequutus eum etiam est Inu., non tamen libris suis laudatis, vt antea iam Fischerus Hemsterhusium.

πέρδεται adscriptum habet in cod. Doru. κλάνει· verbum esse recentioris Graecismi auguror. *Hemst.* πέρδεσθαι est *pedere*, vt ποροδὴ *peditus*. Notatur enim a poëta insolens hominis atque impudens superbia, quae exstiterit e diuitiarum magnitudine *a)*. *Fisch.* Portus ad Suid. V. Ἀγύριος hoc ita accipit, quod homo ille pecuniae comparandae causa publice impudenter pedere solitus fuerit, quod contra mentem Arist. esse videtur; is enim docere vult, Agyrrhium, quod diues esset, adeo mollem et impudentem fuisse, vt sine vlla verecundia aliorum hominum etiam in publico crepitus ventris emitteret, vt Schol. *Duck.*

177. Φιλέψιος. V. Suid. h. v., qui ex h. l., vt puto, obseruat, Philepsium in concionibus populo fabulas (μύ-

---

y) Sed ap. eum quoque H. G. IV, 8, 31. Ἀγύριον repossuerunt Morus, Schneider. et Weiskius. Cf. Wessel. ad Diod. S. XIV, 99.

z) In Ann. ad Plut. eiusque Schol. nihil praeterea legitur.

a) Ita etiam *Girard.* accepit, qui praeterea addidit, se hinc ortum esse opinari, vt βδέειν et πέρδειν significarent, opulentiam ostentare, vel simulare, vt in prouerbio dictum sit: Νεκρὸς κείται βδέων. Hoc velle poetam nostrum: diuitibus qualiacumque facere licere, pauperibus non item. Tropice, ferocius agere, ingentes spiritus sibi sumere, interpretatur *Münt.*

θους) narrare ſolitum *b)*. Philepſii autem huius meminit etiam Demoſth. or. c. Timocr. [p. 742. T. I. Reisk.] *c)*, monente eodem Suida. *Kuſt.* Suidas ſcribit, notari eum ab antiquae comoediae poëtis ἐπὶ τῷ μεταξὺ τῶν δημηγοριῶν μύθους λέγειν et ab iisdem perſtringi εἰς πανουργίαν, quae non conueniunt cum iis, quae notat Schol. Kuſterus putat, Suidam ea deſcripſiſſe ex alio vet. Schol. De etymologia huius nominis v. Euſtath. ad Od. ρ', p. 1831. qui ſcribit ἑψιᾶσθαι eſſe, λόγῳ παίζειν, etc. *Duck.* [vt igitur homo facetiarum et iocorum amans denotetur. *Münt.*] Fortaſſis huius Philepſii et Agyrrii mentionem fecit, quia vterque propter peculatum vinctus fuit, vt eſt in or. Dem. c. Timocr. *d) Bergl.*

177. Hiſtoria eſt obſcura, ad quam hic alludit Ariſtophanes, nec Scholiaſtae veteres conſentiunt. Palmerius tamen [Exercc. p. 787.] putat, tangere hic Comicum Chabriam, ducem Athenn., quem Nectaneboni (Nectanebo) Aegyptiorum regi opem tuliſſe contra Perſas, Cornel. Nepos [Chabr. 2.] teſtetur. Verba eius ſunt: „H. l. praecipue coecutiunt Scholiaſtae, dum alii ad Amaſin, alii ad Inarum, alii ad Pſammetichum eam ſocietatem reſerunt. Ea ſocietas ſi publice fuit cum Aegyptiis facta, nulli hiſtoricorum memoratur. Putaui aliquando, legi debere Αἰγεσταίοις, eo quod olim ſpe lucri et diuitiarum cauſa, ad quas inſpiciendas legatos miſerant Athenienſes, cum Aegeſtaeis (Egeſtaeis) Siculis ſocietas inita fuerat, et quod ea cauſa fuerat omnium malorum, quae perpeſſi ſunt Athenienſes, eius memoriam reuocare velle Comicum. Sed δευτέρα φροντὶς mihi aliud ſuggeſſit. Credo enim Chabriam notare Comicum, qui eo tempore ſine publica auctoritate cum Nectanebo Aegyptiorum rege praemiorum magnitudine inductus ſocietatem inierat et ſub illo militabat. Ideo Artaxerxe [II. Mnemone] propter id quiritante, publico

---

b) Mercedula ſcil. adductum, vt addit *Fiſch.* Philepſium tradunt pauperem et monſtroſum fuiſſe, praeterea linguacem et verboſum, qui tamen ſabellis ingenioſe recitandis operam dederit, vt etiam ſic vitam facilius toleraret. Girard.

c) Dubitari tamen recte poteſt, an non iidem ſint.

d) Tum μύθοι erunt commenta, ſigmenta, quibus populum fallere ſtuduerit.

decreto reuocatus est: quod discimus ex 'Aemilio Probo (Nep.) in Chabria." *Kust.* Diodorus eum regem, qui a Chabria adiutus est, Tacho vocat, Nectanebi patrem, a quo Nectanebus deinde defecerit: sed de re ipsa non satis conuenit inter auctores. v. not. ad Nep. Quidquid autem sit, apparet ex ratione temporis, Aristoph. de hac profectione Chabriae in Aegyptum loqui non posse, quum constet Plutum actam Ol. 97, 4. archonte Antipatro (v. Schol. ad 173. et Auctor argum.), bellum autem illud Tachus R. Aegyptt. contra Persas, in quo is Agesilaum copiis terrestribus, Chabriam classi praefecit, inciderit in a. 3. Ol. 104. Artaxerxis Mnemonis vltimum, adeoque totis 28. annis post hanc fabulam actam. v. Diod. S. XV. p. 506. [c. 92. p. 75. T. II. Wess.] *e*). Idem eod. lib. p. 471. [c. 29. p. 23. f. T. II. Wess.] Accorin, R. Aegg. narrat, bellum aduersus Artaxerxem parantem, Chabriam arcessiuisse, qui copiis ipsius praeesset; sed hoc quoque post hanc fabulam actam incidit: refertur enim a Diod. ad a. Artaxerxis Mnemonis 28. 4. Ol. 100. adeoque duodecimo anno post Plutum actam. Scholiastes nulla habita ratione temporis omnia miscet. Amasis enim, cum quo societatem habuisse Athenienses refert, vixit tempore Cyri, et inter initia Cambysis mortuus est. Eius filius fuit *Psammenitus*, qui ab Cambyse captus et postea interfectus est, quem Schol. *Psammitichum* videtur appellare; nisi, quod de Psammiticho ait, in alium quemdam Aegypti Regem, qui tempore Artaxerxis Mnemonis vixit, id intelligendum est: nam quae de eo Diodorus narrat L. XIV. p. 415. [c. 35. p. 670. T. I. Wess.] non abhorrent ab ingenio eius, quem hic describit Schol. quamquam de eius cum Athenn. societate nihil me ap. Diod. legisse sciam. *Duck.* Hunc Psammitichum, regem valde crudelem, intelligit *Fisch.*, ita vt cum Schol. existimet, Aegyptios tyrannide eius compulsos, ab Athenn. auxilia petiisse, his autem exprobrari, quod, pecunia adducti, miserint auxilia. Girardo alia ratio placuit: Athenienses, frumenti penuria premente,

---

e) Praeterea poeta tum non dixisset τοῖς Αἰγυπτίοις, sed τῷ Αἰγυπτίῳ, nec voc. ξυμμαχία vsus esset. Nam ξυμμαχία dicitur de iis, qui opem ferunt ei, qui bellum aliis infert, vt ἐπικουρία de his, qui auxiliantur illi, cui bellum infertur [auct. Ammon. p. 55. Valck.] *Fischer.*

missis legatis petiisse ab Aegg. frumentum et accepisse; Persas tum consilia cepisse de Aegypto occupanda; Athenienses rogatos ab Aegg. misisse iis auxilia, ita vt Persae profligarentur, staret Aegyptus. Non esse de bello eiusque tempore laborandum, censet *Münt.* Neque enim poëtam esse historicum. At respexit tamen ad res sua aetate gestas.

οὐ διὰ σέ. Kusterum, etsi nihil monuerit, sum sequutus. Edd. quas vidi, cunctae cum cod. Doru. οὐχὶ, quod metri legibus inimicum est. Commodiorem aliam constituendi versus rationem inire non potui. *Hemst.* In IV. codd. (etiam quinto, quem Br. in Add. laudauit) vt et in impressis omnibus antt. legitur οὐχὶ διὰ σὲ — quod metri legibus quam parum inimicum sit, vt lector intelligat, versum in suos pedes diuisum ob oculos ei ponam:

ἢ ξυμ | μαχια | δ' ουχι δι | α σε τοις | Αιγυπτ | ιοις.

Brunck. At e duobus suis codd. recte dedit Inu. οὐ δ. σ. Neque enim recte potuit dactylum anapaestus excipere (v. Dawes. Misc. Cr. p. 250. et Herm. de Metr. p. 151., qui et hoc l. probat a Kust., H. et Inu. receptam scripturam, p. 154.) et οὐχὶ facile ex antecedd. repeti potuit.

179. In quinto cod. Brunck. huic versui praefixum nomen Χρεμ. et sequentia ὁ Τιμ. δ. πυρ. famulo tributa.

Ἑρᾷ δὲ Λαΐς. Schol. vetus ad h. l. monet, aetatem Laïdis, famosissimi illius scorti Corinthiaci, non congruere tempori, quo Plutus acta fuerit: quippe tunc Laïdem annorum quatuordecim tantum esse potuisse. Existimat igitur Laïdem, cuius Aristoph. hic meminit, aliam esse oportere, et priori tantum cognominem. Sed nos potius assentimur Athenaeo, qui l. XIII. c. 7. [p. 592. Cas. T. V. p. 142. Schweigh.] *f)* in l. l. Arist. Ναΐς pro Λαΐς legendum

f) Verba eius, etiam a Gir. laudata, sunt: μνημονεύει αὐτῆς (Naïdis) καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ. μή ποτε δὲ κἀν τῷ Πλούτῳ, ἐν ᾧ λέγει· Ἑρᾷ δὲ Λαΐς οὐ διά σε Φιλωνίδου, γραπτέον Ναΐς, καὶ οὐ Λαΐς. Nimirum antea laudauit locum ex dubia Lysiae orat. contra Philonidem (fragm. 130. p. 33. T. VI. Reisk.), vbi Philonides Naidem adamasse legitur. Praeter Palmer. et Brunoeum (cui recens editor non assentitur) probauit etiam Iacobsius (Attisches Museum von Wieland T. III. p. 223. 252.) non ob chronologicas rationes, sed alias, non tamen expositas. Schweighäus. autem Anim. ad Athen. T. VII. p. 198. „Spe-

esse censet, simulque ex Lysia docet, Naïdem fuisse scortum Athenis, a Philonide amatum, quod pulchre cum loco hoc Arist. conuenit. Athenaeum sequitur Harpocration V. Ναΐς eamdemque coniecturam probat Palmer. in Exercitt. [p. 787.]. *Kust.* Quae ad h. vers. disputat Scholiastes de Laïdis Siculae aetate, non obstant quo minus hic versus in posteriore Pluto primum positus de nobili hac meretrice intelligi potuerit: nam archonte Antipatro nata erat annos XXXIV. Nescimus an versus iste iam in priore Pluto fuerit: tum intelligi debuisset alia meretrix eiusdem nominis: fuere enim plures cognomines, nec necesse esset nomen mutare in Ναΐς. Meretricem hic intelligi Corinthi degentem, siue nobilem illam Siculam siue aliam, verisimile est e v. 303. De Laïde Sicula, eiusque filia, quas imperite confundunt compilatores nostri, vid. Perizon. ad Ael. V. H. X, 2. *Brunck.* Haec meretrix Corinthi habitabat. Infra 303. eam allegorice Circen appellat. *Bergl.* Nais certe fuit meretrix Athen., quam Philonides Athenienſis amasse legitur, neque credibile videatur, Aristophanem, qui describere suae ciuitatis vitia constituisset, notasse meretricem Corinthiam, Laidem (de qua Gell. N. A. I, 8). Accedit, quod librarii facile pro Ναΐς scribere potuere Λαΐς, quum nomen huius meretricis esset nobilius. At quum haec ipsa Lais v. 302. dicatur ἡ Κόρινθος etc., quum ditiores homines ex *omni* Graecia ad eam confluxerint, quum Lais fuerit meretrix omnium procaciſſima, tum au-

---

ciem, inquit, habet haec coniectura: primum quidem ob aetatem Laidis, (de qua dictum p. 175. ff.), collatam cum eo tempore, quo in scenam productus est Plutus. At huic difficultati duobus modis cum Br. occurri potest, siue vt statuamus, versum illum, de cuius scriptura dubitatur, tum demum a Comico receptum esse, cum post 20. annos eadem fabula iterum in scenam produceretur, siue vt dicamus, non de Hyccaraea Laïde, sed de alia superiore loquutum esse Aristophanem, cui rationi etiam illud consentaneum fuerit, quod cum Euripide etiam (qui Ol. 93, 4. obiit) collocuta Lais perhibetur. Altera ratio, quae suadere videatur, *Naïdem* legi debere, haec est, quod Lysias doceat Naidem a Philonida amatam fuisse. Et hac ipsa potissimum ratione nititur Athenaeus praeeunte (vt ex Schol. Arist. intell.) Callistrato in lib. de Meretricibus. At hanc difficultatem leuauit Brunckius, monens non de *poëta Philonida* loqui Comicum, sed de alio huic cognomine, opulento homine eodemque et rudi litterarum et stolidi ingenii."

em, quum Plutus iterum ageretur, vltra 30. annos nata, rbitror ſcripturam Λαΐς recte ſe habere. Nam notatur ſic crius nequitia Philonidae, qui ſpretis meretriculis Athe-ienſibus, ſubinde Corinthum profectus ſit et Laïdis con-uetudinem redemerit nimio quanto. Nam ἐᾷν poteſt eddi *admittere, ſui copiam facere. Fiſch.*

οὐ διά. Hic etiam cod. Doru. ingerit οὐχὶ et Φιλονί-δου; prius ferri poteſt; alterum mendoſum. Errore Fl. Ἐᾷ δὲ ὁ Λαΐς ceterae omnes vacant. *Hemſt.* Philonidem et deformem et rerum imperitum fuiſſe ex ſeqq. conſtat. illum quamlibet ineptum et ſtultum Laïs tamen diuitem mauit, aut ſaltem amare ſe illum ſimulauit. En quanta vis Pluti. *Girard.* (qui alia e Schol. deſcripſit.) Brunckius Philonidam eum, contra quem Lyſias orationem habuit exiſtimauit *poëtam* fuiſſe, cuius fabulae paſſim laudantur, et ſub cuius nomine ipſe Ariſtoph. Ranas ſuas primum ediderat, ideoque a noſtro diuerſum. v. Schweighäuſ. Anim. ad Athen. VII. p. 199.

180. In perſonis ordinandis Cod. Doru. ab Edd. [in quibus verba ὁ Τ. δ. π. Chremylo, ἐμπ. γ. σ. Carioni, ſequentes tres verſus Chremylo tribuebantur] haud parum discedit; haec Carioni tribuuntur, reſponſum ἐμπ. γ. σ. Chremylo, mox Carioni tres ſequentes verſus, Chremylo Κρατοῦσι etc. Placet ſeruo vindicari Ὁ Τιμ. δ. π., cui Chremylus loquacitatem importune praecipitem atque vno Laïdis exemplo non contentam [ſi ſcil. v. 179. tribuitur Carioni] honeſtius reſpondet ἐμπ. γ. σ. quam ſi dictum tam male ominatum impudenter in herum ieciſſe Carion exiſtimetur g). Verum hoc pacto ſimul Chremylo concedam proximos tres verſus, Carioni, quemadmodum faciunt Edd. vulgg. Κρατοῦσι — μόνος. Quod ſi quis tamen omnino Codici Doru. ſubſcribendum putet, non equidem multum aduerſabor. *Hemſt.* Verba ὁ Τ. δ. π. etiam Inu. recte tribuit Carioni, poſita poſt ea lineola, interruptae orationis indice, et verba ἐμπ. γ. σ. cum ſeqq. Chremylo, qui, vt recte obſeruat Francog. interpres, ἐμπ. γ. σ. converſus ad Carionem, quae autem ſequuntur, iterum ad Plu-

g) Qui haec tamen a Carione dicta volunt, ad ſpectatores, ioci cauſa, dicta putant, vt *Münt.*

tum conuerſus dixit, id quod in ſcena ipſa ratione, qua ſtabant, facile declarabatur.

Timotheus, Cononis filius *h)* [de cuius vita expoſuit Corn. Nepos] tunc temporis, archonte Antipatro, incipiebat florere, et de eo h. l. intelligit Suid. in Τιμόθεος, et Scholiaſtae: et vt ex h. l. colligitur, turrim aedificauerat, propter quam nimis eleganter et magnis ſumtibus exſtructam, in inuidiam eum trahit Ariſtophanes: nec de alio eum credo loqui. Nam et turris eſſe debuit aedificium potentis et inſignis cuiusdam viri, et tempora concordant. *Palmer.* Quale aedificium fuerit, non apparet. Nam πύργος poteſt accipi de *turri* proprie dicta, quum muri Athenarum multis diſtincti fuerint turribus, quae habitabantur a ciuibus, v. Meurſ. Athen. Att. 3, 11.: ſed poteſt etiam accipi de domo praealta et inprimis magnifica (v. Marc. 12, 1.). Iam vt oratio eſſet integra, debuiſſet addi: οὐχὶ διά σε ἐγένετο, quae verba in cod. Doru. ſuperne addita ſunt: [aut etiam διὰ τοῦτον]. Interpellatur haec oratio: ἐμπέσοι γέ σοι *corruat et ruina ſua te opprimat* [τοῦτο παρ' ὑπόνοιαν, cod. Doru.] Fiſch. Euſtathius ad Odyſſ. Ω, p. 1969, 54. notat ἐμπέσοι h. l. idem ſignificare, quod ἐπιπέσοι i. e. in caput incidat, quod verum eſt. Sic Horat. [Od. III, 3, 7.] *illabi* eſt, deſuper in aliquem cadere. Pari ſenſu ἐμβάλλειν τινι οἰκίαν Acharn. 510. ſignificat, domum in caput alicuius deiicere. *Kuſt.*

181. Hic et ſequentes quatuor verſus in membr. Chremylo continuati, non interpoſita [v. 184.] Carionis perſona. In B., vbi praecedens hemiſtichion ob vnius verſus transpoſitionem famulo tributum, hic praefixa perſona heri [vt olim in edd.], cui continuati etiam quatuor ſequentes verſus. In C hic et duo ſequentes famulo tributi, 184. et ſequens hero. Meus impreſſis concinit. *Brunck.* Senſus v. 181 — 83. *res nonne per te omnes et negotia geruntur? Solus enim tu, mihi crede, es omnium auctor et malorum et bonorum. Fiſch.*

182. Dubitant Grammatici, ſitne μονώτατος vox vere Attica, an vero Ariſtophanes Comica quadam licentia eam confinxerit, vt ſupra (83.) αὐτότατος. Helladius ap. Pho-

h) De fortuna eius Münt. laudat Aelian. V. H. 13, 43.

ium p. 1589. ed. Rhot. [p. 18. ed. Meurſ.]. Ὅτι τὸ μόνος ἐπίτασιν φασὶ μὴ λαμβάνειν οἱ Γραμματικοί. διὸ τὸ μονώτατος σόλοικον ἡγοῦνται. Ἀριστοφάνης δὲ ὅμως κέχρηται τῇ φωνῇ. Ob oculos ſcilicet habuit hunc ipſum locum Pluti. Thom. Mag. [p. 620. Bern.] τὸ μονώτατος poëticum eſſe putat eaque voce Ariſtoph. in Pluto (ad hunc nempe locum reſpiciens) vſum eſſe monet. *Kuſter.* Etſi ſolus non poteſt eſſe magis vel minus talis; tamen quia attributa quaedam poſſunt alicui *ſoli* magis vel minus conuenire, Graeci hunc ſuperiat. formarunt. Noſt. Equitt. 351. Lycurg. c. Leocr. c. 20, 16. vbi v. Hauptm. Comm. V, 7. f. p. 197. T. IV. Reisk.] μονώτατοι et μονώτατος, Theocr. Id. XV, 137. *i*). *Bergl.* Add. Heſych. h. v. Nos dicimus: einzig und allein, ganz allein. *Fiſch.*

183. κακῶν. V. Timocreontis Scolion ap. Schol. in Ran. 1337. et Soph. Antig. 301. *Bergl.* Perperam cod. Borg. καλῶν, cum adnotatione h. l. inepta de discrimine vocabb. καλὸς et ἀγαθός.

εὖ ἴσθ' ὅτι. Mſ. Arundell. εὖ οἶσθ' ὅτι, i. e. *optime noſti.* Sed vulg. lectio praeſtat. Plutus enim neſciuerat antea, tantam eſſe potentiam ſuam; ſed id tum primum a Chremylo docebatur. *Kuſt.* Cum edd. conſpirat cod. Doru. cuius ad h. verſ. talis eſt adnotatio: διὰ σὲ ἡ κλοπὴ καὶ τὰ λοιπά· διὰ σὲ καὶ τὰ κάλλιστα ἐν τοῖς ἀνθρώποις. *Hemſt.* Eſſe, qui ὅτι redundare cenſeant, monet *Gir.* Ped Munt. ſuppleri vult: ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει.

184. Citat Thom. Mag. V. Γοῦν. *Kuſt.* Cod. Doru. γὰρ νῦν et πολεμίοις, liberalius quam par erat, ſeptenos huic verſiculo pedes donans. Metro ſubueniri poteſt non vna ratione: κρατοῦσι γὰρ νῦν κἂν πολέμοις ἑκάστοτε, vel Κρατοῦσι γὰρ οὖν κἂν τοῖς π. ἑ. Sed dubito, an varietatem eam deprehenderint diuerſae codd. antiquorum lectiones γοῦν, γὰρ (quod ſolum in hoc verſu poſuit H. Steph. Theſ. I. p. 1082. B.) νῦν, quas particulas ſaepe inter ſe permutari conſtat. Πολεμίοις habet etiam Tho. M. in Γοῦν [p. 195.] atque ſola ed. Iunt. 1515. In marg. ed. Gryph. ſcriptum: καὶ, πολεμίοις. *Hemſt.* γοῦν (*enim, certe quidem*) ponitur fere,

i) vbi vid. Valcken. in Coinm. p. 410. inprimisque Fiſch. Anim. ad Well. II. p. 111.

quoties confirmatur aliquid vel exemplis, vt h. l. vel argumentis (v. Xen. Cyrop. I, 1, 3. 1, 5, 7. κρατεῖν refertur ad ἡττᾶσθαι, eſtque *ſuperiorem, potentiorem eſſe, vincere*, fere ita, vt victus in poteſtatem victoris redigatur *k*); κἂν [καὶ ἐν — perperam nonn. edd. κἄν] τ. π. *etiam in bellis* — nam πόλεμοι interdum etiam ſunt praelia, pugnae —: et ἑκάστοτε idem valet in lingua Atticorum, quod πάντοτε apud ceteros Graecos, v. Phrynich. p. 38. et Tho. M. in v. πάντοτε. *Fiſch.*

185. Vetus Schol. et ex eo Suidas V. Ἐπικαθέζηται monent, metaphoram ſumtam eſſe a libra, et τὸ ἐπικαθέζεσθαι dici de pondere, quod grauitate ſua lancem alteram deprimat. Sic *ſedere* ap. Lat. dicitur libra, quae ob ponderis inaequalitatem in alteram partem vergit. Tibull. IV, 1, 41. f. [ad q. l. vid. Vulp.] *Kuſt.* Scil. ἐπικαθέζεσθαι dicuntur momenta, quae pondere ſuo alteram lancem deprimunt, et faciunt, vt propendeat. Iam vtraque pars, quae bellum gerere inſtituit, ſunt quaedam quaſi lances, ſed ea pars, quaſi lanx, deprimitur, in qua pecunia impoſita eſt tanquam momentum. Hinc ἐφ' οἷς οὗτ. ἐπ. ſunt *diuitiis praepollentes*, diuites. Hi ſemper κρατεῖν dicuntur, quia pecunia ſibi alios milites conducere, multos ſocios comparare, inſtruere melius exercitum, duces hoſtium corrumpere poſſunt. *Fiſch.* Vtrum ἐπικαθίζηται, an vitioſius ἐπικαθῆζηται in cod. Doru. librarius exarauit, vix discernas; illud certe praeferunt ed. Fl. et Bened. Iunt. 1540. *Hemſt.*

μόνον. Ita ex vno Rau. edidit Inuern. Sed praeſtat, quod in omnibus aliis libris eſt: μόνος. Eadem varietas v. 1054. Cf. Schäfer. Mel. Cr. p. 19.

186. In C ἐγὼ τοσαῦτ' ἂν δυν. εἰμὶ ε. ω. π. Nec ſententiae nec ingenio linguae repugnat part. ἄν. v. infra ad v. 885. *Brunch.* δυνατός εἰμι periphr. pro δύναμαι, et ἄν redundat. *Girard.* *Ego tanta potis ſum vnus efficere? Fiſcher.*

---

k) κρατοῦσι vel milites vel gentes [vel etiam, reges, ciuitates]. Sententiam Demoſthenicum de bello dictum [Olynth. I. p. 15. T. I. Reisk.] δεῖ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων confirmat. *Girard.* Abſolute κρατεῖν poni, vt Ael. V. H. 14, 25. obſeruat *Münt.*

187. Iunge ναὶ cum πλείονα et μὰ per se negatiuam; hic affirmatiue cape. Vim enim eius perdit praecedens ναὶ affirmatiua part. ναὶ μὰ Δία δυνατὸς εἶ ποιεῖν καὶ πολλῷ πλείονα τούτων. *Girard.* ναὶ μὰ Δία *profecto*, vnde apparet, μὰ Δία per se neque affirmandi vim habere neque negandi. *Fisch.* μὰ Δία enim per se non negare, sed tantum vbi οὐ addatur aut sequatur ἀλλά, censuerunt Budaeus, Hoogeveen. aliique. v. Zeun. ad Viger. p. 450. Sed formulae ναὶ μὰ Δία vim grauius asseuerandi tribuit *Eckard.* Obs. ex Pluto p. 19. s.

πολλῷ. In Doru. fuerat πολλῶν: alterum literae ν lacus erasum speciem ι, veluti solet in membranis, appositi reliquit: alioquin πολλῷ aduerbii munere donatum, eiusque generis cuncta in vett. edd. non secus ac libris scriptis nullum ι recipiunt. *Hemst.*

188. ὥστε *itaque:* vt intelligas verum esse quod de te dicimus, ecce aliud, quo tuam virtutem confirmamus. *Girard.* οὐδὲ cohaeret cum πώποτε, vt 193. *nullus sibi umquam satis diues videtur.* Nam Praeterita et Aoristi habent non raro vim omnium temporum (v. Anim. ad Weller. II. p. 258. s.) et μεστὸς idem est quod κεκορεσμένος, κεχορτασμένος, satiatus, is quem satietas alicuius rei tenet, qui nihil amplius desiderat. *Fisch.* οὐδεὶς post οὐδὲ pro impl. εἷς, nisi quod maior est dicti affirmatio, quam auget etiam πω ante ποτε. *Girard.*

189. Expressus est e loco Hom. Il. XIII, 636. πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος *l*). *Girard.* et *Fisch.* Parum cum eo conuenire *Girard.* monet senarium ab Aristotele laudatum: Οὐδεὶς ἐρασὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. — In fine v. Cod. Doru. et ed. Phil. Iuntae 1515. ἄλλων πάντων ἐστὶ πλησμονή, ordine inuerso, quo metri iamb. leges violari iam ostendit *Hemst.*

190. Obseruanda diligentia poëtae in exprimendis studiis et herilibus et seruilibus *m*). Vocabulo μουσικὴ

---

l) Eundem locum respexit Pind. Nem. 7, 78. vbi v. Heyn. et Wakefield. ad Mosch. 4, 71.

m) Non offenditur h. l. Inuern., vt supra 160. his loquentium vicibus et diuisa recitatione. Probabile est haec non celeriter pronunciata esse, vt vices recte distingui possent. Quae domi-

indicantur omnino omnes artes *ingenuae* et *liberales*, ſingulatim nunc *poëtice*, facultas pangendi carmina, quae etiam δημώδης μουσικὴ nominatur, nunc *philoſophia*, v. ad Plat. Phaedon. 4., nunc *ars et facultas faciendorum et canendorum modorum*. Atque de hac arte loquitur Chremylus, non de artibus ingenuis omnibus, vt putabat *Girardus* [qui ἀμούσους omnino illiteratos eſſe appellatos recte monet]. Nam 1. artium liberalium, quae ad animum pertinent, ſatietate homines nunquam capiuntur, quod ſecus eſt, in iis artibus liberalibus, quae corporis opera exercentur, quibus ſenſus corporis delectantur; 2. homines ingenui apud Graecos diſcebant et exercebant artem canendi et voce et neruis, v. Ind. Aeſch. Socr. V. Μουσική, 3. ap. Hom. l. l. eſt μολπῆς γλυκερῆς. Τραγήματα ſunt *bellaria*, omne menſae ſecundae genus, veluti ficus, fabae, poma, nuces, myrti baccae, placentae. v. 966. ſ. quae tamen h. l. diſtinguuntur a τραγήμασι, aut diſerte nominantur, quia Cario hoc bellariorum genere inprimis delectabatur. v. Gell. VI, 13. XIII, 11. Macrob. II, 14. inprimisque Athen. IV, 6. p. 138. XIV, 12. et Nicephorus Gregoras Gram. ap. Matthaeum Gloſſ. graec. min. et al. Anecd. T. I. p. 4. *Fiſch.*

191. πλακοῦντες (Boſius *n*) intell. iubet ἄρτοι, praeeunte Athen. XIV, 13., qui εἴρηται δὲ, inquit, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἄρτος) ſunt *placentae*, liba confecta fere e farina ſiliginea, caſeo et melle, ita dicta, quia referunt formam tabularum. Gloſſ. vett. πλακουντάριος, *placentarius*, *dulciarius*. Erant autem innumera propemodum placentarum genera; praecipua perſequitur Athenaeus XIV, 12. ſſ. Ἀνδραγαθία eſt h. l., opinor, *laus*, nata e virtutis et honeſtatis ſtudio, e recte factis. Nam etſi hoc voc. fere ponitur de ipſa virtute et probitate *o*), quum quis ſequitur honeſta et bona, quae etiam καλοκἀγαθία appellatur: ta-

---

nus refert, ſunt, obſeruante etiam Gir., feria et honeſta, quae ſeruus, gulae et ventri probata; neque herum, idem monet, rationem habere eorum, quae ſeruus ſcurriliter et poſtica quadam geſticulatione interiecerit.

n) Ellipſ. Grr. p. 41. et 260. ed. Schäf.

o) Studium rerum honeſtarum, viriliter et ſtrenue peragendarum interpretatur *Girard.*

men, quum nemo facile adeo inhumanus reperiatur, quem satietas virtutis capiat, nemo autem vanitatis ita sit amans, quin interdum laudis taedio capiatur, quumque ἀνδραγαθία etiam de laude dicatur, (v. Hes. h. v.) quis dubitet, quin recte hic de *laude virtutis* accipi possit? praesertim quum praecedat τιμή, sequatur φιλοτιμία. Ἰσχάδες sunt *caricae*, Gl. vett. ficus aridae, siccae. *Fisch.*

192. μάζα est genus cibi, confecti e farina hordei tosti subacta aqua aut oxymelle aut posca aut mulsa, aut aqua et oleo. v. Hes. et Etym. M. et Foësius Oecon. Hipp. p. 393. Athenaeus XIV, 23. p. 663. vocat δημοτικὴν καὶ κοινὴν τροφήν. Cf. ad Cyrop. I, 2, 11. *p*). Στρατηγία est munus et dignitas στρατηγοῦ; quum autem στρατὸς, vt *exercitus*, dicatur et *populus*, ciues, et *milites*, qui ap. veteres erant ciues, στρατηγὸς est et *dux* exercitus, imperator, et *praetor* vrbanus, ap. Athenn. (v. Sigon. Resp. Att. IV, 3.), in ceteris ciuitatibus, magistratus vrbanus summus. v. van Dalen diss. ad Marm. ant. V, 3. quod caput est de Strategis et Scribis Gr. Φακῆ sunt *lenticulae coctae*, cibus hominum tenuiorum, v. v. 1005. quum φακὸς sint *lenticulae crudae*, vt Ammonius [p. 141. ed. Valck.], Schol. Tho. Mag. [p. 882. Bern.] aliique Grammatici praecipiunt. Neque tamen semper haec verborum differentia seruatur. v. Ind. Theophr. V. Φακῆ. *Fisch.* Liquet ex h. l. *lentium* cibum in pretio fuisse ap. Athenn., etsi eius, vt bellariorum, placentarum, aut aliarum quarumuis rerum praestantissimarum satietas obrepere tandem dicatur. Φακοῦ et φακῆς discrimen, quod in Schol. traditur, tangit quoque Athenaeus IX. p. 408. Certe *Aegyptiam lentem* in cibo sumtam, laetitiam adferre ea vescentibus traditur in Geo-

p) Dubitat *Gir.*, vtrum μᾶζα hic inter edulia delicatiora reponatur, et intelligatur ea species, quae ex farina, sale, lacte vel oleo, quandoque etiam vino, conficiebatur, atque diis etiam sacra erat, an facete μᾶζαν (ex farina, sale et aqua factam) atque φακὴν inter lautitias collocet. Nam pane μᾶζαν deteriorem fuisse, ex prouerbio Graecorum patere: Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον (nimirum panc consumto esurienti ad mazam erat recurrendum; vnde etiam ap. Athen. πεινῶντι ἀνὴρ μᾶζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε καλέφαντος); lentem autem esse vilissimum et corpori parum commodum legumen. Nimirum omnino de cibis seruorum sermo est. Add. Munter.

pon. II, 37. Vnde illuſtratur Virg. Georg. I, 228. *q*): *Nec Peluſiacae — lentis;* quod Peluſii in Aegypto primum lens inuenta dicatur, vel ibi optima naſcatur, iuxta Seru. ad eum locum. Vnde *Niliaca, Peluſia munera*, dicta a Martial. Epigr. XIII, 9. Apud Romanos vero *lens* adnumerata fuit inter familiares cibos, cuius condimenti meminit Apicius de re culin. V, 2. ad quem conſuli poteſt Mart. Liſter. [ed. 2. 1709. Amſt.] *Spanh.*

193. οὐδεὶς μεσὸς π. Quoniam „Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.“ *Girard.* Hunc locum videtur in memoria habuiſſe Ariſtoteles, quum L. II. Politic. [c. 7. p. 432. T. III. Duual.] ſic ſcripſit: ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων ἄπληστον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἱκανὸν διωβόλια μόνον. ὅταν δ' ἤδη τοῦτ' ᾖ πάτριον, ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος, ἕως εἰς ἄπειρον ἐλθωσι. *Bergl.*

194. Talentum Atticum conſtitit 6000. drachmarum Atticarum, ſ. minis Atticis LX. v. Polluc. 9, 85. *Fiſch.* Tredecim igitur talenta ex computatione Romei Inſulani (de l' Isle) et Groſſii (Metrolog. Taf. p. 154.) efficiunt fere 14800. imperiales, et 16. talenta 18200. impp., ex computatione Barthelemii etiam plus. Intell. autem Atticum talentum minus, ſ. commune, nam eſt etiam maius, quod 80. drachmis minoribus conſtat, par fere 1400. impp. Caet. pro vulg. τριακαίδεκα Brunck. repoſuit τρία καὶ δέκα, eumque ſequutus eſt Inu. Senſus: immo ſi quis talenta acceperit tredecim, multo magis cupit accipere ſedecim.

196. Vulg. olim (vt in Hemſt. Fiſch.) Κἢν ταῦτ' ἀνύσῃ, τ. β. Kuſt. κἂν τ. ἀνύσῃ, τ. idque reſtituit Inu. auctoritate ſuorum codd., ſecunda in ἀνύσῃ producta; Brunck. et metri et ſententiae cauſa ſcripſit: κἂν τ. ἀνύσηται. —

Recte interpres: *ſi et haec confecerit;* vel, ſi ſummam pecuniae, quam deſiderabat, ita compleuerit, vt nihil ei deeſſet. Caet. poſt ἀνύσῃ addenda eſt part. γε, ad ſupplendum verſus metrum, cui vnica ſyllaba deeſt. ἀνύσῃ enim eſt anapaeſtus (duae quippe priores ſyllabae huius v. ſemper breues ſunt), qui non ſolum ap. Ariſt., ſed etiam Eurip. aliosque Comicos et Tragicos in ſecunda ſede

---

q) ad q. l. cf. Voſſius in Comm. vernac. ad Virg. Carmina ruſt. T. III. p. 118.

iambici verſus non raro locum habet. *Kuſter.* κἢν cum cod. Doru. vetuſtae Edd. omnes: G. et A. Kuſteri: κᾆν. Γε adſciſci nihil eſt neceſſe poſt ἀνύσῃ, quod ſupra ſcriptam habet in cod. Doru. interpretationem: ἀναπληρώσῃ. *Hemſt.* Male Hemſterhuſium cenſuiſſe, ἀνύσῃ mediam legitime producere, monuit Daweſ. M. Cr. p. 206., fraudi ſcilicet ei fuiſſe, quod Iones in huiusmodi verbis literam σ pro arbitrio geminent; hanc autem licentiam poëtis Atticis nec in tragoedia nec in comoedia permiſſam fuiſſe. Praeterea hoc verbum tantum in Medio, non in Actiuo, habere notionem conquirendi, conſequendi aliquid, quae h. l. poſtuletur. Hinc reponi Daw. iuſſit: κᾆν τ. ἀνύσηται. Probarunt eius rationes aſſenſu Abreſch. Dil. Thucc. p. 139., Toupius Add. ad Theocr. ad Id. 18, 17. et Brunckius, qui de acquirendi notione, ſoli mediae verbi formae propria, ad Eurip. Bacch. 131. agit. Contra *Duckerus* cum Heinſio Lect. Theocr. c. 23. ad Id. 18, 17. et Caſaub. Lect. Th. c. 7. ad Id. 5, 144. contendit, ἀνύειν eſſe lucrari, et Lamb. Boſ. Obſſ. Crit. p. ἀνύειν eſſe *impetrare*, *obtinere* quod quis cupit, ſtatuit; atque hos ſequutus *Fiſch.* ait, ἀνύτειν eſſe *conficere*, *lucrari*, *nanciſci*. Sed Boſius non niſi Heſiodi et Luciani locos duo laudauit, alterum ex Ion. poëta, alterum incertum et alius ſtructurae. Manet igitur exemplis confirmatum praeceptum Daw. [cf. Valck. ad Theocr. 18, 17.), cum emendatione quae eo nititur, et facile ſyllaba ται (in ἀνύσηται) ob ſeq. τετ. potuit a librariis omitti.

197. Antea legebatur [quod etiam in ed. Fiſch. perperam ſeruatum eſt, etſi F. in not. improbauit]: ἢ φησὶν, οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον, integro pede redundante *r*). Quare vt verſus numeris ſuis reſtitueretur, eieci εἶναι, quod ſaluo ſenſu abeſſe poteſt. *Kuſt.* [itaque inde ab eius ed. legitur: ἢ φησιν οὐ βιωτὸν ἁ. τ. β.]. Emendationi Kuſt. praeſidium accedit ex conſenſu cod. Doru. vbi liquido perſcriptum eſt: ἢ φησὶν, οὐ βιωτὸν αὐτοῦ τὸν βίον, addita, quae vitii fontem indicat, interpretatione, οὐκ εἶναι βιώσιμον, ἄξιον ζωῆς· ceterum αὐτοῦ vel αὑτοῦ ſcribas, an αὐτῷ non multum intereſſe arbitror. *Hemſt.* αὐτῷ ediderunt *Br.*

---

r) Obſeruauerat idem etiam Duck., igiturque aut εἶναι, tanquam e marg. profectum, deleri, (quod et Spanh. probauit) aut reponi ἢ οὐ βιωτὸν εἶναι αὐτῷ τ. β. iuſſerat.

et *Inu.* Gorgias orat. Palamedis [p. 113. T. VI. Reisk.] *βίος δ' οὐ βιωτὸς πίστεως ἐστερημένῳ*: etiam *ἀβίωτον βίον* dicunt, vt idem in ead. or. [p. 112.]. Lyſias contra Andoc. [p. 228. T. V. Reisk. vbi v. Markland.] *βιοῦν τὸν βίον ἀβίωτον*, et alii ſaepiſſime. V. plura infra 970. *Bergl.* *Βίος βιωτὸς* eſt *vita vitalis* (Enn. ap. Cic. Lael. 6.) h. e. ſuauis, iucunda, vt *βίος ἀβίωτος* moleſta, miſera. *Fiſch.* Ita infra 446. *ἀβίωτον — πεποίηκα τὸν βίον.* Eurip. Herc. Fur. 1257. *ἀβίωτον ἡμῖν νῦν τε καὶ πάροιθεν ὄν.* *Spanh.*

198. ff. Senſ. rectiſſime vero *s)* iſta dicere mihi quidem videmini: verum vnum tantum vereor. Quid quaeſo? vt ego potentia, quam vos aitis me habere vti poſſim. *δέδοικα* Schol. animaduertit dici *ἀμεταβάτως*, recte: nam *δείδω* eſt perterreo, ideoque Praet. Med. *δέδοικα* perterrui me, perterreri me ſiui, i. e. timeo, vereor. Etiam varietas conſtructionis obſeruanda eſt: *ἔν μόνον — τοῦ* (i. e. *τίνος*) *πέρι.* *Ὅπως* poſt verba timendi habet vim negandi, vt ap. Latinos *vt:* quam part. ſequitur Fut. Indicatiui, quoties ſermo eſt de re futura *t)*, quae lat. reddi debet Praeſenti Coniunct., vt h. l. *ὅπως δεσπ. γενήσ. vt — vti poſſim*, quia coecus ſum. Notanda eſt inſolentia ſtructurae *τὴν δύναμιν — ταύτης v)*. Nam caſus nominum ſequuntur caſus pronominum, ad quae nomina referuntur, vt Virg. Aen. 1, 573. *vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt*, vbi v. Seruius, et Plaut. Epid. 3, 4, 12. *iſtum quem quaeris, ego ſum x)*: et per *τὴν δύναμιν, ἣν* etc. intell. potentia, quod Plutus impedire poſſit, ne homines ſacrificent Ioui. *Fiſch.* Immo latius patet, et intell. eſt de omni omnino diuitiarum vi, antea celebrata.

202. Recte ais te timere: non ſolum tu oſtendis te timidum eſſe, ſed etiam alii omnes dicunt, te eſſe timidiſſimum. *Fiſch.* Male enim Gir. (cumque eo Munt.) ita interpretatus erat: eris per Iouem potentiae tuae compos, cui melius exercendae viſas tibi non defuerit; vt poſtea

---

s) *εὖ πάνυ* iungenda ſunt. Munt. ad h. l.

t) de re, quae futura cogitatur. Cf. Hermann. ad Vig. p. 767.

v) Pro: *δεδ. ὅπως δεσπ. γενήσ. ταύτης τῆς δυνάμεως, ἣν — Gir.* et *Kuſt.* De qua antiptoſi v. Brunck. ad Nub. 865.

x) Quae duo loca iam laudauerat *Bergl.*

ad aliud transiisse putetur. Idem tamen et alteram interpretationem attulit. *Bergl.* autem repeti ex antecedd. vult φράσω· profecto dicam, quomodo istam potentiam exercere possis: dicet autem proposita prius quaestione, *cur diuites sint timidi.*

203. δειλότατον. Pluto siue diuitiis tribuit timiditatem, quae diuitibus inest *y*). Alludit autem ad locum Eurip. Phoen. 554. [al. 600., ed. Pors. 606.] δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν, siue ad hunc in Archelao eiusdem [fr. 23] ὁ Πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα. *Bergl.* Nomini masculi. generis additum est Adiectiuum neutrius generis *z*), quia locum attributi habet. *Fisch.* Virgilianum: *Trifle lupus stabulis*, comparat *Gir.* Hunc Atticismum sustulit Inuern., dum ex vtroque cod. edidit δειλότατος.

204. Ante Kust. in plerisque edd. legebatur: διέβαλλ'. Metri causa emendandum esse διέβαλ' (quum in quarta sede iambici versus, vt in aliis sedibus paribus spondeus ferri non posset) viderunt *Duck.* et *Kust.* qui ita reposuit e Mss. Arund. et ed. quadam in 8., cuius lectiones margini ed. Geneu. adscripserat Kust. Eum sequuti sunt *Bergl.* et *Hemst.* Sed *Brunckius* e tribus codd. dedit διέβαλεν, atque ita etiam Inu., nescio vtrum suis codd. adsentientibus. Sed διέβαλ' restituendum esse, ne dactylus et anapaestus in dipodia iamb. iungantur, docuit Hermann. de Metr. p. 153. Assentitur Hotibius p. 14.

διαβάλλειν respondet h. l. verbo Lat. *calumniari*| do iis qui dicta et facta aliorum in deteriorem partem interpretantur. Iam Plutus ait, ab isto parietum perfossore (τοιχωρύχος, v. 165.) diligentiam suam et *prouidentiam* (πρόνοιαν) dictam esse *timiditatem* (δειλίαν, Theophr. char. 25.). εἰσδῦναι εἰς τὴν οἰκίαν est *penetrasse in domum* (Hes. et Gloss. vett. in εἰσδύνω. Intell. autem *domus Pluti* (ἡ οἰκία); οὐκ ἔχειν οὐδὲν λαβεῖν est, nihil omnino inde posse auferre. εἶτα eleganter ponitur post Participia in apodosibus, v. ad v. 79. *Fisch.*

206. Cod. Doru. Εὑρὼν γὰρ ἀπαξάπ. quomodo post λαβεῖν adponi par est maioris distinctionis notam, hunc vero

y) Qui metuunt frumentis in agro, mercibus in mari, timent sibi a furibus etc. *Girard.*

z) δειλότατον enim in omnibus edd. ante Inu. legitur.

verſum cum ſequ. coniungi: *εὑρὼν γάρ — εἴτ' ὢν.* illa mihi ratio nihilo deterior videtur vulgata, nec dubito, quin eamdem lectionem Scholiaſtes ſuerit ſequutus. *Hemſt.*

208. *μὴ νῦν μελ. σοι μηδ.* eſt, noli ſollicitus eſſe, bono eſto animo. *ὡς* eſt *nam, quippe.* *τὰ πράγματα* retuli cum Schol. [et *Girardo*] ad promiſſa, quae Plutus fecerat Chremylo, ſe, ſi lumina oculorum recepiſſet, diſceſſurum eſſe ex aedibus hominum malorum et improborum, ſed aedes proborum et bonorum intraturum (96. f.). Et quum *πρόθυμος* ſit *alacer*, paratus et promtus, qui geſtit aliquid facere, *γενέσθαι πρόθυμον εἰς τὰ πράγματα* eſt, paratum eſſe et promtum ad reddenda promiſſa. Alii vt Friſchlin. et Bergler. referunt *τὰ πράγματα* ad ipſam *viſus reſtitutionem*, hoc ſenſu, ſi tu geſties ipſe lumina oculorum tibi reſtitui, ita vt nobis, illa tibi reſtituere inſtituentibus inſervias: quam interpretationem adiuuare magis videtur atque adeo confirmare Pronomen *αὐτός*. *Fiſch.* Recte.

210. *Βλέποντα.* Nunc reſpondet ad quaeſtionem Pluti, quomodo is potentia ſua vti poſſit, nimirum ſi viſum recipiat; quod ſe effecturum dicit. Etiam ante dixerat: ſi Pluto viſus reſtitutus fuerit, Iouis regnum et fulmina nihil fore ad Pluti potentiam (124.). *Bergl.* *ἀποδεῖξαι* eſt facere, reddere, quatenus quae quis fecit, ea oſtendere aliis poteſt. [cf. Münter.] Lynceus, Apharei filius, vnus ex Argonautis (v. Burmann. Catal. Argon. h. v.) fertur tanta praeditus fuiſſe oculorum acie, vt ea penetrarit in ipſa terrae viſcera; ſcilicet ob ſummum rei metallicae ſtudium (v. Palaeph. fab. 10. *a*)); vnde *ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως βλέπειν* dicuntur, qui incredibili quadam oculorum acie valeant. Lucian. Hermot. 20. p. 759. T. I. dixit: *ὑπὲρ τὸν Λυγκέα δεδορκέναι*, et pro Imagg. 20. p. 500. T. II. *ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως*. *Fiſch.* In Lynceo Cod. Doru. librarius caecutiuit *λειγκαίως· ὀξύτερον* etiam a recent. manu emendatum. Idem modo v. 208. *γένηται* pro *γένῃ*, mox 211. *δυνήσῃ*. *Hemſt.*

211. Senſus: quomodo vero tu poteris id facere, quum ſis mortalis? *Fiſch.*

---

a) add. Apollod. bibl. myth. III, 10, 3, 5.

212. ἔχω. Vesp. 305. ἔχεις ἐλπίδα χρηστήν τινα. Ἐξ ὧν, pro ἐξ ἐκείνων, ἃ εἶπε. Similia exempla vbique obuia. *Bergl.* ἔχειν ἐλπίδα, est, *sperare*, vt Lat. spem habere; ἀγαθὴν ἐλπίδα ἔχειν *bonam*, magnam, certam, *spem habere*, vno verbo, *confidere*; ἀγαθήν τινα ἐλπίδα ἔχειν, *optimam*, maximam, certissimam, *spem* habere; vehementer, plane, confidere *b)*. Scilicet Chremylus confidebat, se posse Pluto restituere lumina oculorum; Apollo enim eum monuerat, vt eum, quem primum e templo egressus nactus esset, ne dimitteret, immo secum domum deduceret (40. ff.). *Fisch.*

213. Πυθ. σείσας δάφνην. Vel intelligit coronam lauream Pythiae, quae, quum oracula editura erat, caput concutere solebat, tanquam numine Apollinis plena, vel tripodem lauro redimitum, vel alios ramos laureos, qui in adyto Apollinis erant. Illorum enim concussio et commotio praesentiam dei indicare solebat. Callim. in Apoll. 1. οἷον ὁ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ, ob aduentum scilicet, vel praesentiam Apollinis. Virg. Aen. 3, 90. Tremere omnia visa repente, Limina laurusque Dei etc. itidem nimirum ob praesentiam Apollinis. *Kuster.* Ad Callim. l. l. inter alia adtulimus Virgilii de Phoebade verba Aen. V, 154. *multoque horrore comarum Excussae laurus*, ac de Phineo vaticinaturo Valer. Flacc. IV, 548. *vittas laurumque capesset — Spanh. c)* δάφνην Πυθ. malim accipere [cum *Gir.*] de corona laurea Pythiae (στέμματα v. 39.), quam de lauro, quae steterit iuxta tripodem, cum Schol. Quia autem, quae Pythia fecit (eius autem corona laurea, qua tempora erant cincta, quando afflatu diu. concitata respondere volebat, concutiebatur), recte Apollini tribuuntur, Apollo dicitur σείσαι δ. Π., et verba σείσας Π. δ. verti possunt: *per Pythiam. Fisch.* Valet omnino: *dum oraculum redderet. Gir.*

214. Perperam Inu. edi iussit σύνοιδε pro Att. ξύνοιδε, quod in omnibus aliis libris scriptis et editis esse videtur. — φημ' ἐγὼ recte i. q. πάνυ μὲν οὖν 95. f. *Fisch.*

---

b) At non dicitur ἀγαθήν τινα sed τινα ἀγ.

c) Tryphiodor. de Cassandra: ἱερὴν ἐνεσείσατο δάφνην [v. 366. vbi v. Northmore et Merrick]. Seneca Oed. 227. Phoebea laurus tremuit. *Münt.*

215. ὁρᾶν, sequentibus particulis μὴ et ὅπως μὴ valet i. q. φυλάττεσθαι, cauere. Iam vero cum res ipsa tum v. 217. docet, Imp. ὁρᾶτε absolute positum esse, ita vt intell. μὴ διαπράξητε ταῦτα. vid. Marc. 13, 5. coll. v. 23. *Fisch.* ὦ γαθὲ i. e. ὦ ἀγαθέ, ita in blandis compellationibus ponitur. *Gir.* et *Münt.*

216. εὖ τοῦτ' ἴσθι h. e. *mihi crede* (v. 183.) *Fisch.* κἄν δεῖ [Ita vulg. ante Brunck. restituitque Inu. e Rau.] Codd. Vat. et Doru. κ' εἰ δ. idque ipsum exstat in ed. Farr. Alterum vsitatius. Xenophon Ephes. II. p. 30. καὶ ζῶσα κἄν ἀποθανεῖν δέῃ. IV. p. 60. *Hemst.* Codd. IV. mei iuxta impressos κἄν δεῖ, soloece. Lys. 123. κἄν ἀποθανεῖν — δέῃ, Ran. 265. κἄν με δέῃ, vbi v. not. Sic semper δέῃ in Subiunct. cum κἄν occurrit. Similem soloecismum emendauimus in Nub. 1392. Soph. Oed. Tyr. 669. ὃ δ' οὖν ἔτω, κεἰ χρή με παντελῶς θανεῖν. Dormitauit hic Hemst., qui a duobus codd. oblatum κεἰ δεῖ auidis vlnis amplecti debebat, immo refragantibus etiam codd. reponere. Quod autem ait, id ipsum κεἰ exstare in ed. Farrei, falsum est; nisi Farreus, quod vix credo, bis Aristophanem excuderit. In ed. 1542. quam habeo vt in aliis omnibus est κἄν δεῖ. *Brunck.* Nimirum Hemst. iam in Add. ostendit, editionem, cuius var. lectt. adscripserat margini exempli Gen. Kusterus, perperam dictam esse a se Farreanam. Caeterum κἄν (etsi, etiamsi) strui cum Subiunct. docuit etiam Hoogeu. p. 325. Schütz. Eadem varietas partt. κἄν et κεἰ in Eurip. Med. 394. ed. Pors. Perperam igitur *Fisch.* vulgatam lect. defendit ideo, quod Chremylus de mortis periculo, tanquam de re certa, loquatur. Sensum verborum idem *Fisch.* ita recte expressit: vel cum vitae periculo, vel cum maximo periculo, vt Matth. 26, 35. et Hemsterh. ad Luc. T. I. p. 156. conferri iussit.

διαπρ. ταῦτα, *reddam tibi oculorum lumina. Fisch.* Faceta est interiecta Carionis oratio, sibi etiam hoc tribuentis, quod visum restituere Pluto possit. Recte hic vulgo legebatur: κἄν βούλῃ γ' ἐγώ (scil. διαπράξω), neque debebat Inu. scriptura cod. Rau. βούλει recipienda, locum facere soloecum. Neque enim aut codd. nonnullorum auctoritas, aut locorum similium deprauatio valet contra certas et vsu confirmatas leges grammaticas. In cod. Doru. κἄν βούλῃ μ' ἐγώ· vnde *Hemst.* quaerit, num librarius voluerit: κἄν βούλομ' ἐγώ.

218. Πολλοὶ δ' ἐσ. Cod. Doru. Π. γ' ἐσ. et νωῖν· tum altero abhinc verſu πόνηρον [relicto tamen, vt videtur, voc. ξυμμάχους], adſcripta interpretatione γεωργόν· correxit recentior manus. *Hemſt.* χ' ἕτεροι ſcribi voluit Fiſch., quia ex καὶ ἕτεροι contractum eſt. Brunck. et Inu. (in cuius cod. Rau. fuit χάρτεροι) reliquerunt χ' ἄτεροι. νῷν Attice ſcribi pro ἡμῖν, ex Moer. p. 266. Pierſ. docuit Fiſch.

219. ἄλφιτα. Apud Athenienſes farinae quandoque e publico ciuibus datae atque dimenſae, vt liquet e Demoſth. adu. Phorm. p. 544. [p. 918. T. II. Reisk.]: ἔτι δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ. ἐν ᾧ ὑμῶν οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν τῷ ᾠδείῳ, qui vero, vt ibi additur, in Piraeo (habitabant) praeter distributos panes ἐπὶ τῆς μακρᾶς τοᾶς τὰ ἄλφιτα. *in longa porticu farinas*, binis modiis demenſas accepiſſe. Dicta vero eadem porticus, iuxta Heſ., ἀλφίτων τοὰ, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. Ἄλφιτα vero non hordei ſolum, ſed omnis *moliti grani* mediocris *farina* a Galeno dicitur in Expoſ. voc. Hippocr. [p. 424. ed. Franz.] *Spanh.* Ἄλφιτον eſt farina omnis generis, ſed propr. *hordeacea*, auct. Etym. M. h. v. Heſ. in ἄλφιτον et ἄλευρα. Nam *molita cibaria* a metaphraſta Caeſaris B. G. 1, 5. dicuntur ἄλφιτα. Telemachus, Pylum proficiſcens, nutriculam iubet vtres complere ἀλφίτοις Od. II, 354. Ap. Theophr. Charr. 16, 2. memoratur Σύλακος ἀλφίτων, v. etiam v. 763. et Xen. Memm. 2, 7, 6. Nauſicydes ἀλφιτοποιεῖν ſe et familiam alere dicitur. Porro ἄλφιτον eſt omnino *panis d)*. Itaque ὅσοις οὐκ ἔσιν (ἦν enim a Chremylo dicitur pro ἐσί, quia certo ſperabat, eos mox diuites futuros, vbi Plutus viſum recepiſſet) ἄλφιτα ſunt *inopes*, *egeni*, vid. v. 628. *Fiſch.*

220. Παπαὶ eſt h. l. particula aut admirantis ſimul et irridentis, vt Lat. *papae*, aut potius miſerantis. Schol. et Heſ. πόνηροι e) ξύμμαχοι ſunt, opinor, *adiutores mali*, i. e. *ignaui*, *pigri*; nam miſeria, inopia, homines reddit

---

d) Scilicet antecedens pro conſequente dicitur; aut generaliter ad quemcunque victum pertinet, et, parte poſita pro toto, omnino res familiaris, opes, vt in prouerb. οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα (ad opes parandas). *Gir.* ὅσοις pro οἷς dici monet *Münt.*

e) Scriptum vulgo erat πονήρους. Brunck. et Inu. dederunt πονηρούς. De discrimine ſignificatus ex vario accentu huius voc. monuit poſt alios *Girard.* Inuern. edidit συμμάχους.

timidos atque adeo ignauos (cf. Schol.). Eurip. Troadd. 469. vocantur κακοὶ σύμμαχοι [quem locum iam Bergl. laudauerat]. *Fiſch.*

221. Οὐκ ſcil. ἔσονται πόνηροι. Ἐξ ἀρχῆς πάλιν (denuo rurſus) dictum eſt, vt 25. πάνυ σφόδρα, vbi v. et Deuar. in πάλιν. *Fiſch.*

222. δραμών. Sic duae primariae edd. [Ald. et Phil. Iuntae a. 1515. atque etiam B. Cratandri, auctore Hemſt.] iuxta 4. meos codd. Ant. Fracinus edidit neſcio vnde μολών, quam lectionem neutra recepit Veneta. Fallitur hic rurſus Hemſterh.: in Farreana nec μολὼν nec μολῶν comparet, ſed ſincerum δραμών. *Brunck.* Hic quoque errorem correxit *Hemſt.* in Add., vbi etiam monuit, ſe δραμὼν edi voluiſſe, nam in textis eius relictum eſt μολών. In cod. Doru. δραμῶν. δραμὼν etiam Kuſt. et Inu. (hic nulla codd. varietate notata) dederunt. μολὼν in principe Flor., et edd. Ben. Iuntae et Gelenii legitur, idemque non improbauit in not. Hemſterhuſius, defendit Fiſcherus, quod 1. veteres Grammatici μολεῖν (quod fere *ire, venire* ſignificat, Eurip. Phoen. 81. 269.) interpretentur etiam per δραμεῖν, ita vt probabile ſit δραμὼν eſſe interpretamentum part. μολών, 2. verba eundi adiungantur verbis eiusdem generis, ita vt celeritatem exprimant, et aduerbiis reddenda ſint (vt οἴχεσθαι Il. 2, 71. ἴέναι Od. 2, 394. 3, 469. βαίνειν Od. 3, 162.), et ἴθι ταχέως μολὼν ſignificet: *abi ſtatim velociter* h. e. *auola hinc.* At δραμὼν celeritatem tamen magis etiam exprimit; *quam ociſſime,* curſu perniciſſimo, reddit Gir. qui etiam ἀλλὰ excitandi vim habere *(vero, igitur)* monet. δρῶ eſſe Fut. contractum (δράσω) iterum Fiſch. praecipit: *quid faciam? cedo.*

223. ξυγγεωργοὶ [quam ſcript. per ξ h. l. ſeruauit Inu.] ſunt agricolae, quatenus reſeruntur ad Chremylum, qui et ipſe agricola erat. Interdum enim γεωργοὶ etiam dicuntur *vinitores*, v. Marc. 12, 1. καλεῖν dicitur, qui aliquem venire iubet ad alterum, ſed καλεῖσθαι is, qui aliquem venire iubet ad ſe. Interdum tamen Act. vim Medii habet, non contra. vid. v. 260. *Fiſch.* In adu. ἴσως argutatur Girard., addi ideo cenſens, quod interdum agricolae cogantur tempeſtatum vi, aduerſa valetudine, domeſticis negotiis ab agris abeſſe. Imo etiam h. l. ἴσως non habet dubitandi vim.

224. Pro ἐν τοῖσιν, vt vulgo lectum, in Doru. ed. Flor. Ben. Iunt. 1540. fuit ἐν τοῖς, quod Inu. e fuis libris repit. Sed iam Hemſt. recte iudicauit, alterum eſſe molatius, hoc eſt, numeris verſus magis conuenire.

ταλαιπωρεῖσθαι, vt μοχθεῖν (28.) et πονεῖν (254.) poni r propr. de iis, qui laborant, qui grauibus et difficilibus oribus membra defatigant, vt ii, qui opus faciunt ruſtim. Cf. Xen. Memm. 2, 1, 18. Et quia poëta vſus eſt edio, apparet Actiuum pr. dictum eſſe de iis, qui alios orare iubent, ſed fere vim habere reciprocam, ita vt inligatur ἑαυτόν. *Fiſch.*

225. ἴσον. Sic ſcriptum in membr. et in meo, recte n vt vulgo, ἶσον, qua de re dicetur ad 1132. *Brunck.* quutus eum eſt Inu. Pertinere ἴσον ad μέρος (vnde non bebat poſt μετάσχῃ in ed. Fiſch. poni comma), et ἡμῖν o ἡμετέρῳ μέρει dictum pendere ab ἴσον, laudato etiam o Hom. (Il. 1, 163.) docuit *Gir.* ἴσον eleganter referri antec. ἴσως obſeruat *Münt.*

ἐνταυθοῖ id. eſt quod ἐνταῦθα, interprete Heſ., nempe mi meae, et ὅπως — μέρος valet, *vt eorum quisque aeque obiscum diteſcat.* *Fiſch.*

226. καὶ δὴ βαδίζω *iam abeo*, nam Chremylus dixet ἴθι, et Heſ. καὶ δή· ἐπὶ τοῦ ἤδη. add. 414. et Deuar. in δὴ p. 195. ſ. et in δὴ p. 107. *Fiſch.* τοῦτο. Edd. Ph. B. Crat. et Ben. I. τουτὶ *Hemſt.* [quod metro aduerſatur, vt *Fiſch.* etiam obſeruauit, quamquam τουτὶ (δειπτικῶς) per ſe bene fuerit adhibitum. Pro τοῦτο δὲ Inuern. e au. edidit: τοῦτο δή. Ita offendet bis in eodem verſu poſitum δή.]

κρεάδιον. Infra 320. κρέας. Vſus eſt poëta deminuti, rationem habens perſonae loquentis. Nam ſeruis nil carius eſt carne. Chremylus ſacrificauerat in templo pollinis, ſed reliquiae victimarum conſumebantur in epus (v. Theophr. char. 9.), ita vt conuiuarum quisque ſuam ortionem poſſet etiam ſecum domum referre; id quod im a Carione factum eſſe apparet. *Fiſch.* Gloſſa in odd. τὴν χύτραν, quae manifeſto refertur ad alteram lectionem, cuius meminit Schol. [etiam in Rau.] λεβήτιον. Hanc eram eſſe metri oſtendit, ni fallor, ratio: nam vt in aliis eminutiuis, terminatis in αδιον, antepenultima corripitur, t in λοπάδιον 812., ſic in κρεάδιον corripi etiam debet, et

proinde vocem illam non admittit verſus [nempe ſi τοῦτο δὲ, non τοῦτο δὴ legitur]. Ollulam manu geſtabat Cario, in qua erat fruſtum carnis, immolatae victimae pars, quod ex Apollinis templo extulerat. Huius rei explicatio, ex veterum more ſatis noto, in integris, quibus caremus ſcholiis gloſſema peperit, vnde in textum venit κρεάδιον. *Brunck.* qui tamen texta non mutauit.

228. Οἱ ἔνδοθεν ſunt *ſerui*, *familia*, οἰκέται. Nam ἔνδον et ἔνδοθι inprimis in Atticorum lingua valet *in domo*, *domi*, ſed οἱ ἔνδον et οἱ ἔνδοθι dicuntur non omnes qui in domo ſunt, verum tantum ſerui. v. Theophr. Charr. 4, 11. et infra 965. H. l. dicuntur οἱ ἔνδοθεν quia ii, qui aliquid intro ferre (εἰσενέγκαι) debent, debent ante e domo prodire *f*). *Fiſch.*

229. ἀνύσας τρέχε eſt *curre quam velociſſime*. Nam verbi ἀνύειν aliis verbis iuncti haec vis eſt, vt indicet celeritatem actionis et lat. reddi debeat aduerbio ſtatim, celeriter, quantocius. Nam qui ſtuder perficere aliquid, celeritatem adhibet. Sic 349. 648. 975. Cf. Albert. ad Heſ. I. p. 409. et Vigerus 6, 2, 2. ibique Hoogeveen. [p. 350. ed. Herm.] *Fiſch. properans curre, perge currere, fac curras* interpretatur *Bergl.* *g*) ἀλλ' in cod. Doru. exciderat.

230. Conuertit ſe Chrem. nunc ad Plutum. Tu vero, Plute, omnium deorum maxime, intra mecum huc: haec enim eſt domus, quam te oportet pecunia replere, hodie, quouis modo. *Fiſch.*

κράτιστε — δαιμ. Vide notata ad 146. ἅπαντα τῷ πλουτεῖν ὑπήκοα. *Spanh.* δαίμονες h. l. ſunt omnino *dii*. Chremylus enim antea docere inſtituit, Plutum eſſe auctorem potentiae Iouis, cultus deorum, omnium artium humanarum et omnium bonorum et malorum, quae hominibus acciderent; vnde eum vocat κράτιστον, *potentiſſimum*;

---

f) Perperam enim Girard. exiſtimauit, foris fuiſſe, niſi verba eius „nam adhuc foris erant" ad Chremylum et Carionem pertinere putemus. In Doru. cod. fuit τὸν et εἰσενεγκάτω, quod rec. manus in εἰσενεγκάτω mutauit.

g) Girard. putauerat etiam accipi poſſe pro δρομὰν ἄνυε, vel part. ἀνύσας poni pro ἀνύσιμος expeditus curre. Neutro opus eſt.

f. h. v. et Cannegieter. de aetate et ſtilo Auiani c. 6. mſt. 1731. 8.) *Fiſch.* Ab hoc verſu ſcenam ſecundam us I. incepit Francog. interpres.

231. Εἴσω omitti poterat. Nam εἰσιέναι per ſe eſt, *gredi in aliquem locum.* vid. 249. Sed etiam Matth. , 58. eſt εἰσελθεῖν εἴσω. *Fiſch.* Brunck. edidit ἔσω. uern. e ſuis codd. εἴσω, vt in edd. plerisque, reſtituit; anquam negari non poteſt, recentioris et mollioris Attimi eſſe ἔσω.

232. Αὕτη 'στίν. Ita cum codd. Doru. et Bodl. veteres d. cunctae: male Portus in G. Αὐτή ἐστιν, quem non debat ſequi Kuſterus [Bergl. Αὐτὴ ἔστιν, Fiſch. Αὕτη ἐστὶν]. idas etiam recte in Δικαίως καὶ δίκως. *Hemſt.* Χρήματα h. l. *pecunia.* v. Proluſſ. Palaephh. p. 22 f. τήμερον t. dictum eſt pro σήμερον. v. Moeris [p. 364. Pierſ.] *iſch.* Neglecto Atticiſmo in membr. σήμερον. *Brunck.*

233. καὶ δικαίως καὶδίκως *qua iure, quaue iniuria,* Tent. [Andr. I, 3, 9. vbi Bentl. edidit *qua me ini.* quem th. ſequitur] i. e. *quocunque pacto, quouis modo,* Andocides Orat. I. *h)* κακῶς ποιεῖν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ δίκαίως καὶ ἀδίκως. V. in Eqq. 250. et 795. item in Acharn. 2. *Bergl.* Ita ſi haec verba accipiuntur *(quacumque tione),* non pugnare ea cum illo loco, vbi ſuam probitam laudat Chremylus, monet *Girard.*

234. ff. *Ego vero inuitiſſime fane intro ſemper dolum alienam; nihil enim boni vnquam mihi ibi conti-t.* πάνυ cohaeret cum ἄχθομαι, et hoc verb. propr. ſignificat, *onere, pondere, premor, grauor;* deinde *aegre ro, doleo; piget me;* ſed Participiis iunctum reddi poſt Aduerb. *inuite,* haud libenter. Verbo ἀπολαύειν iunctum eſt nomen ἀγαθὸν, quia ponitur in vtramque partem, nſu bono et malo *i),* de rebus laetis et triſtibus. v. Ienſ. Hemſt. ad Lucian. T. I. p. 101. f. et Albert. ad Heſ. I.

h) Statim ab init. orat. de myſt. Add. ib. p. 67. T. IV. Orr. Grr. Reisk.

i) μή τι φλαῦρον ἀπολαύσαιμι ex Iſocr. [Or. de Pac. T. II. p. 222. Aug.] et praeterea Ael. V. H. 2, 34. 4, 9. laudat *Münt.*

p. 469. αὐτοῦ id. est quod αὐτόθι, ἐνεῖ, *ibi k)*, nempe in aedibus alienis. *Fisch.* Εἰς οἶκ. [pro ἐς ο.] sola Flor. e cod. Doru. qui post ἀλλοτρίαν interpungendo πάνυ connect debere docet cum ἄχθομαι. Pro ἀγαθὸν mendose cod Doru. ἀγαθῶν. Super αὐτοῦ adscriptum habet τὸ εἰσέρχεσθαι. *Hemst.*

237. Εἰς Φειδωλόν. Quamuis sic habeant omnes, quas videre mihi contigit Editt., nec variant Mss.: puto tamen mendum huic loco inesse scribique debere εἰς Φειδωλοῦ subintelligendo οἶκον, quae ellipsis, vt notum est, Atticis est frequentissima. Sic Nub. 961. ἐς κιθαριστοῦ, 992. εἰ ὀρχηστρίδος. Cf. ad 242. *Kuster.* Attice, fateor, sed numerorum suauitatem [propter hiatum] tollis. Sana lectio est, Φειδωλόν, vt apodosis sententiae probat v. 242. παρὰ πλῆγ'. An et ibi repones παραπλῆγος ἀνθρώπου. Lege ergo ὡς Φειδωλόν, vt tu mox eleganter ὡς παρὰ πλῆγ'. *Bentl. l)* Seruauerim ego potius lectionem receptam: non enim minus recte et eleganter dicitur εἰσέρχεσθαι εἰς τινά, quam εἰ τινός. Sic Act. 16, 40. *m)* εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν (coll. v. 15.). Quin immo hoc docuit ex Lysia Budaeus Comm. L. Gr. p. 110. *Lamb. Bos.* Anim. ad scriptt. gr. p. 4. f. Simili plane modo Lysias Or. de bonis Aristoph. [T. V. p. 626. Reisk.] εἰσελθὼν ὡς [ita enim pro εἰς reposuit Reisk.] τὸν πατέρα τὸν ἐμόν. Isaeus de heredit. Apollodori [p. 168. f. T. VII. Orr. Gr. Reisk.] ἐλθὼν ὡς [nam ita ibi quoque pro εἰς dedit Reisk.] τὴν ἐμὴν μητέρα. Aeschines de fals. legat. [T. III. p. 294. Reisk.] εἰσπλεῖν — ὡς [nam ita ibi etiam pro εἰς nunc legitur] Φίλιππον. Phalaris Epist. 64. [imo 66. f. ep. 94. ed. Lennep. ab init.] εἰς ἐμὲ κομισθῆναι τοὺς λόγους. Synesius Ep. 108. οἷς χρησάμενος ἂν ἦλ-

---

k) Ita etiam accepit Gir. quum alii ab αὐτὸ scil. τὸ εἰσιέναι ἐς οἶκ. repetierint.

l) Bentleio assentitur Hotibius Lect. Arist. p. 14. conferri tamen iubens Reiz. de prof. Gr. acc. inclinatione p. 37. f. p. 56. f. ed. Wolf. qui et ipse ibi conferendus est, qui quidem docent, ἐλθεῖν εἴς τινα recte dici, quando quis domum alicuius venit, ὡς aut πρός τινα quando ad eum venit, vbicumque potestatem eius conueniendi habuerit.

m) vbi vid. Albert. in Obss. philol. Cant. locum hunc iam laudauerat Eckard. Obss. ex Plut. p. 20. f. qui et ipse vulg. lectionem tuetur.

θαν εἴς σε n). Et Comicus noſter Auu. 619. εἰς Δελφοὺς — εἰς Ἄμμων' ἐλθών. *Bergl.* Illam lectionem [quam Bentl. commendauit] ὡς φειδωλὸν repraeſentant Fl. et I. anni 1540. Gratulor Fracino, qui ſuae coniecturae, nam vett. librorum nullus adſentitur, tantum nactus fuerit ſuffragatorem: noſtrae tamen adnotationes oſtendent mouendam non eſſe receptae lectioni controuerſiam. *Hemſt.* Brunck. ὡς φειδωλὸν edidit. Pro ἤν in cod. Doru. legitur ἄν, quod alia manus refinxit in ἤν.

εἰς φειδωλὸν eſt *in domum auari.* Nam φειδωλὸς eſt *auarus, tenax,* cupidus, qui etiam σκνιφὸς et μικρολόγος dicitur. (cf. Theophr. Char. 10.) Hoc docent primo attributa 238 — 41., deinde oppoſitum παραπλὴξ 242. Add. Heſych. Moeris ibique Pierſ. p. 388. Ductum autem eſt hoc voc. a v. φείδομαι, vt ἁμαρτωλὸς a v. ἁμαρτάνω, cuiusmodi Adiectiua ſtudium indicant et aſſiduitatem actionum earum, quae verbis ſignificantur. *Fiſch.* Nimirum Schol. et Girard. perperam repetierant a φείδεσθαι, et δοῦναι, quaſi φειδωδὸς dictum fuerit.

238. κατώρυξεν. Non primus [ita ſcribendo] metro conſuluit Kuſterus, ſed dudum ante Fracinus in Fl. Edd. reliquae κατώρυξε. Cod. Doru. deprauatius κατωρύξαι, quod tamen emendatum interpretatione adiecta κατέχωσε. Idem ſequente verſu male mutat ordinem: φίλος ἄνθρ. *Hemſt.* Cf. Lucian. in Tim. p. 84. ſ. ed. Amſt. [c. 15. p. 125. T. I. Reiz.] *Kuſt. defodit,* h. e. defodere ſolet, *pecuniam,* quam mecum illuc attuli, *in terram,* quod Matth. 25, 18. dicitur ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ. Nam Aoriſtus vterque (vid. 244.) habet vim omnium temporum. Et κάτω additum eſt vt Act. 2, 19. ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. *Fiſch.* Additis vv. εὐθὺς, κατὰ, κάτω, animum valde cupidum et indefeſſum, Aoriſto autem κατωρ. diligentiam recondendi, exprimi, censent *Girard.*, vt v. ſequ. verbis χρηστὸς, φίλος, μικρὸν, ἀρπυρ. tenacitatem.

239. χρηστὸς *vtilis,* h. e. *bonus, probus,* i. e. aut *frugalis,* aut *ſuauis,* quod appoſitum non parum auget turpitudinem auaritiae. *Fiſch.* ἄνθρωπος eſſe i. q. τις, aliquis, monet Eckard. p. 22.

---

n) Ex Aelian. V. H. 12, 1. εἰς βασιλέα τὸν μέγαν ἧκεν ἡ δόξα addit Munt.

240. Brunck. ex ingenio repoſuerat: *αἰτῶν τι παραλαβεῖν σμικρὸν ἀργυρίδιον.* Sed retractauit factum hac animadverſione: „Repone, vt eſt in impreſſis omnibus: *αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρ.* vel *σμικρὸν ἀργ.* quod perinde eſt o). Vbi vides *μικρὸν* priori producta, iuxta obſeruationem ad v. 147. Ea eſt ipſa lectio duorum codd. In B. *λαβεῖν τι σμικρόν.* Cur mihi innouare in mentem venerit, duae res in cauſa fuerunt. Primo recepta lectio 147. Nondum obſeruaueram in *μικρὸς* ſemper produci apud Comicum: quod illi peculiare eſt: nam Tragicos ne memorem, Menandro etiam corripitur, vt in hoc verſu e Superſtitioſo (Grot. Excerpt. p. 715.):

σαπρὸς γὰρ ἦν· σὺ δὲ σμικρολόγος οὐ θέλων.

Deinde diuerſam in membr. repereram ſcripturam *αἰτῶν τι λαβεῖν μ. ἀ.* Magis mihi placebat encliticum *τι* ſic poſitum, quam in caeſura; vnde ſuſpicatus ſum, excidiſſe praepoſitionem verbi compoſiti: meo itaque, *ſed plus quam dubio*, Marte verſum expleui. Nunc vero agnoſco, male me coniecisſe, membranarumque ſcripturam eo tantum nomine vitioſam eſſe, quod in ea duae voces transpoſitae fuerint. *Brunck.* Recte igitur vulgatum e ſuis codd. reſtituit *Inu.* — *τι μικρὸν* idem eſt, quod *πάνυ, μάλα μικρὸν*, vt v. 212. *τιν' ἀγαθόν. Fiſch.*

241. *ἔξαρνος.* In Nub. 1234. Andocid. de Myſt. *Ἀλκιβιάδου — ἐξάρνου ὄντος* [p. 6, 13. ed. Reisk. T. IV. add. p. 66, 12.]. Sophocles Antig. 441. *ἄπαρνος δ' οὐδενὸς κυθίσατο. Bergl. ἔξαρνός ἐστι.* Sic Nub. 193. *ἔξαρνος εἶναι.* Atticis nempe familiaris locutio, nec poetis ſolum, ſed oratoribus etiam. Antiphon Or. XIV. p. 113. *ὁ δὲ διὰ τέλους ἔξαρνος ἦν*, et *ἐξάρνου ὄντος* Andocid. Or. I. p. 175. Lyſias, *ἔξαρνος ἦν*, Or. I. p. 105. Demoſth. vero adu. Phorm. p. 544. *ἔξαρνοί εἰσι* et p. 545. *ἔξαρνος γενόμενος*, ac alibi. Sic Theophr. *περὶ ἀπιστ.* (c. 18.) *ἔξαρνοι γενέσθαι. Ἄπαρνον* eodem ſenſu adhibet Antiphon Or. I. p. 28. *ταύτην οὐκ οὖσαν ἄπαρνον·* mox: *εἰ δὴ ἄπαρνοι γένοιντο. Spanh.* Cf. Heſ. et Gloſſ. vett. in *ἔξαρνος. ἔξαρνός ἐστι μηδ' ἰδεῖν πώποτε* eſt, negat ſe vnquam fuiſſe diuitem, queritur ſe eſſe inopem, dictumque vt 59. *μανθάνεις, ὅς φησιν εἶναι. Fiſch.* Vim

o) *σμικρὸν* reponendum eſſe in Attico poëta vbicumque per metrum liceat, recte monuit Hotibius Lect. Ariſt. p. 14.

ingularem in praep. ἐκ, vnde voc. compoſitum eſt, quae-unt Girard. et Munt.

242. ὡς παραπλῆγ'. Et hunc locum imitatus eſt Lu-ian. Timon. p. 81. ſ. ed. Amſt. [c. 12. p. 120. T. I. Reiz.] Caeterum pro εἰς παραπλ., vt priores Edd. habent, auctoritate Mſſ. Vatic. U. et Arundell. repoſui ὡς, quod Atticis dem aliquando ſignificat, quod πρός. Graece enim non lixeris εἰσελθεῖν εἰς ἄνθρωπόν τινα p), pro, *domum alicuius ingredi*, ſed vel εἰς ἀνθρώπου τινός per elliplin voc. οἶκον. vt nonuimus etiam ad v. 237. vel vt hic ὡς. i. e. πρὸς ἄνθρω-πόν τινα. Sic latine dicere poſſis, *ingredi ad diuitem*, i. e. lomum diuitis, non vero, *ingredi in diuitem*. Et in lin-ua noſtra vernacula dicimus: *Zum reichen Mann einge-ien*, gr. ὡς (vel πρὸς) πλουτίον εἰσιέναι. *Kuſt.* Edd. priſti-iae εἰς, non ὡς. Subauditur (ad voc. παραπλῆξ) διάνοιαν. Aeſch. Epiſt. 11. παραπλῆξ τὴν διάνοιαν ὤν. Poteſt etiam ſub-ntelligi vox φρήν, aut ſimilis: hinc φρενόπληκτος Aeſch. Prom. 1053. Idem eſt παραπεπληγμένος Lyſ. 833. *Bergl.* Quamuis ſupra retinuerim εἰς φειδ. hic tamen, vt Kuſtero norem gererem, non tam perſuaſit Fl. I. a. 1540. et Farr. ſiue potius Ed. Ven. in 8. a Kuſt. collatae] auctoritas, n quibus Edd. ſolis inuenitur ὡς, quam cod. Doru. binis . Kuſt. laudatis accedens q); quem conſenſum non inſu-)er eſſe habendum duxi: nihil enim vetat, quo minus Ariſtophani, qui prius dixerat εἰς φειδωλόν, hic liberum ſit, ſurpare ὡς παρ. r). Exponit autem παραπλῆγα Doru. μα-ικόν. *Hemſt.* Nicander Alexiph. 160. παραπλῆγες δ' ἅτε βάκχαι, prout Cyrillus adu. Iulian. IV. p. 129. Bacchum *furentem* vocat τὸν παραπλῆγα Διόνυσον. Sic Soph. Aiac. 229. παραπλήκτῳ χερί, vbi vett. Scholl. παραπλήκτῳ· τῇ μανικῇ. παραπλὴξ γὰρ ὁ μανικός. Add. Heſ. in Παραπλήξ et παρα-πληξία. *Spanh.* παραπλὴξ propr. ſignificaſſe videtur eum, qui fila lyrae male et perperam pulſaret, ita vt ſonos ede-ent discrepantes s); deinde ita dictus eſt *cerritus*, *vacer-us*, vecors, mente alienatus, inſanus; denique, quicunque

p) Sed vidd. antea notata.

q) Neque Inu. e ſuis varietatem notauit.

r) Poëtam dixiſſe ὡς π. vt auribus inſeruiret, cenſuit *Fiſch.*

s) Ita etiam Girard. ad h. l.

ea facit vel dicit, vt videatur insanus esse. H. l. indicat hominem prodigum, luxuriosum, profusum, nam opponitur φειδωλῷ et dicitur esse aleator et scortator. *Fisch.*

243. πόρναι sunt *fornicariae* (Gl. vett.), meretrices olente in fornice stantes (Hor. Serm. I, 2, 10.). v. Salmas. de foen. trapez. p. 141. ff. Nomen habent inde, quod corpora vendunt pretio, περνᾶν enim est i. q. πωλεῖν. κύβοι sunt *tesserae*, vt ἀστράγαλοι *tali:* tesseris ludebatur tribus, sed astragalis quatuor; tesserae habebant latera sex, tali quatuor. Vnde κυβεία est *alea*, lusus tesserarum, et κυβεύειν aleatorem esse, quo de genere lusus praeter Senftlebenii et Paui (de Pauw) libros de Alea, potest Io. Meursii Graecia ludibunda in v. Κυβεία et Suterii Palamedes (LB. 1625. 8.) legi. Aleatores autem fuisse etiam Athenis contemtos, e Xen. Mem. I, 2, 57. et Theoph. Char. 6. intelligitur. παραβάλλειν dicitur propr. de iis, qui pabulum iumentis, bestiis cibum, obiiciunt; (Hom. Od. 4, 41. Il. 5, 369.), sed ponitur etiam de iis, qui aliquem alteri committunt et tradunt. Plutus igitur dicitur πόρναις et κύβοις παραβάλλεσθαι. [obiici, exponi] quatenus opes, quas secum attulit, ab homine prodigo scortis et aleae temere impenduntur. *Fisch.*

244. γυμνὸς est *nudus*, *exutus opibus*, *inops*, vti etiam γυμνῆλὸς dicebatur, v. Hes. h. v. *t)* ἐκπίπτειν dicuntur, qui eiiciuntur aliquo loco, et aor. significat: *eiicior* scil. παρ' ἐκείνου *v)*. Θύραζε in lingua Att. idem valet quod ἔξω in communi, *foras*, vt 956. v. Moeris [p. 185. Pierf.] Hes. et Etym. M. *Fisch.* v. Suid. in Ἀκαρῆς, Pollux 2, 3, 33. Apud Suidam (ἐξέπεσον) minus recte vertitur, *eiectus fum*, pro *eiici solet*. Ita enim vtuntur Graeci aoristis. v. Graeu. ad Hes. Ἐργ. 184. Sic paulo ante κατώρυξε, *defodere solet*. *Duck.*

ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. Apud Lucian. aliquoties, vt in Timone ac Ioue Confut. *x)* ἐν ἀκαρεῖ χρόνου. Quod vna voce ἀκαρῆ est ab Atticis dictum. Eumoeris [Moer. Attic. p.

---

t) Plutus sibi assumit, quod prodigis euenit. *Girard.* γυμνὸν et plane nudum, et detrita veste indutum, et veste exteriori destitutum, docet Eckard. p. 22. f.

v) Demosth. [de Cor. p. 290. T. I. Reisk.] Οἰκέτην καὶ τοὺς μετ' ἐκείνου ἐκπεσόντας. *Mimt.* [Add. Reisk. Ind. Demosth.]

x) v. Reiz. Lex. Luc. p. 15. et Hemst. ad Luc. I. p. 105.

43. vbi v. Pierſ.] hoc voc. explicat *μικρόν*. Quomodo etiam *ἀκαρῆ* Noſt. Nub. 496. Veſp. 536. 695. vbi Scholia ſimiliter *ἀκαρῆ* pro *βραχύ*, *ὀλίγον*, non vt ibi hactenus, *οἰκτρόν*. Demoſthenes adu. Polycl. p. 674. *ὅτι οὐδ' ἀκαρῆ δανείσοι*. Vnde ap. Heſ. Ἀκαρῆ (non *ἀκαρᾶ*), *βραχύ*, *ταχέως*, et ſimiliter ap. Harpocr. Ἀκαρῆ, *ἀντὶ τοῦ μικρόν*. Alexis vero Comicus ap. Athen. XII. p. 552. *τρυθὸς ἀκαρὴς*, vbi prior vox obſcoeno ſenſu dicitur, vt Noſt. Lyſ. 726. *Spanh.* In Gloſſ. Graeco-latinis *ἀκαρὲς* explicatur *momentum*, et *ἀκαρὴς momentarius*. Ductum autem eſt hoc voc. a *κείρεσθαι*, *tonderi*, et propr. dicitur de pilo, qui adeo breuis eſt, vt tonderi et defecari nequeat. v. Schol. et Etym. M. Itaque *ἀκαρὴς χρόνος* eſt *tempus breuiſſimum*, et *ἐν ἀκ. χρ.* *momento* (Liu.) i. e. celerrime. Dicitur etiam abſolute *ἐν ἀκαρεῖ*, h. e. Heſ. auctore, *ἐν ῥιπῇ* (quod 1. Cor. 15, 52. legitur.) *Fiſch.* Verſum hunc citant Etym. et Suid. V. Ἀκαρὴς. *Kuſt.*

245. Ante *μετρ. γὰρ κ. τ. λ.* intelligi debet *πείθομαι*, *credo*, *recte*. Sic apparet, quo pertineat *γάρ y)*. Scilicet partes eiusmodi vocis agit in ſermonibus nutus et geſtus corporis. Cf. 252. *ἀνὴρ μέτριος* eſt vir *moderatus et temperans*, h. e. neque ſordidus, auarus, neque prodigus, profuſus. *ἐπιτυγχάνειν μετρίου ἀνδρὸς* eſt, *venire in aedes viri moderati*, quatenus illud fit caſu et fortuito. *Fiſch.*

246. Senſ. *ego vero fere ſemper ſum talis.* *τούτου τοῦ τρόπου* (his moribus, huiusmodi) explicatur v. 247. ſ. add. Heſ. in *τρόπος*. *Fiſch.* Citat Tho. M. V. Πού. *Kuſt.*

πως. Accentum, quem ſeruant Edd. omnes (*πῶς*), expunxi; nam veram ſuper h. l. ſententiam dixiſſe mihi Devarius [p. 330. ſ.] videtur, vbi agit de part. *πως*. Cod. Doru. omittendo *πως* verſum fregit; tum *σὺ ἀεί*. *Hemſt.* Eum tacite ſequuti ſunt Br. et Inu., et iam Bergl. monuerat, *πως* non eſſe interrogatiuum, ſed cum *ἀεὶ* iungendam, pro *ἀεί ποτε*. *Fiſch.* monuit, Scholiaſten legiſſe *πῶς*, quum eſſe *θαυμαστικὸν* dicat, tum vero poſt *ἀεὶ* interrogationis notam poni debere; at a perſona Chremyli admirationem h. l. alienam eſſe, et interrogationis figuram tollere omnem orationis ſeriem; contra vero *πως* ita ab Att. indefinite poni, vt reſpondeat Lat. particulae *fere*, vt Aeſch. Soer.

y) Reddi omnino poteſt: *nimirum.*

2, 17. [Ael. V. H. 12, 1. *Münt.*], ita autem apte cohaerere Chremyli orationem, eiusque personae apprime convenire.

247. f. Verbum χαίρω iunctum Participiis reddi potest Aduerbio *libenter*. φειδόμενος z) ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ est *longe parcissimus*, quod circuitionis genus Latini a Graecis acceperunt; elegantia eius existit inde, quod rem ita exprimit, vt eius magnitudo magis aperta pateat. v. Valcken. ad Phoen. p. 537. πάλιν est *rursus, retro, e contrario*. ἀναλίσκειν absolute positum pro, ἀναλίσκειν τὰ χρήματα, *sumtus, impensas, facere:* et ἀναλῶν etsi videri possit Praesens esse, quia praecedit φειδόμενος, et ἀναλίσκω tempora sua ducit ab obsoleto ἀναλόω: tamen puto Futurum esse. Nam Attici delectantur, hoc in genere verborum, Futuris, et Futurum interdum sequitur Praesens. v. ad Plat. Phaed. 58, 19. 65, 26. τούτου referendum est ad τὸ ἀναλίσκειν a) et verba ἡνίκ' ἂν τούτου δέῃ verti possunt: *in tempore, re ita ferente et postulante. Fisch.*

249. f. εἰσιέναι *ire intro*, in domum. vid. 231. ὡς est *nam, quippe*, vel *quod*. Articulus in verbis τὴν γυν. καὶ τὸν υἱὸν non est superfluus, vt Schol. praecipit, inuno necessario requiritur, vt oratio sit perspicua; nam, eo sublato, obscurum est, vtrum σὲ, an γυναῖκα et υἱὸν sit subiectum orationis. *Fisch.*

251. πείθομαι b) i. e. credo, te magis amare me quam filium; credo, te diuitiarum amantiorem esse, quam filii. Hoc χαριέντως dictum monet Schol. Scilicet Chremylus ista oratione vsus erat, vt Plutum eo magis moueret, sed hic ita accepit, vt Chremylo cupiditatem pecuniae exprobraret. *Fisch.*

---

z) In Dorv. cod. hoc part. explicatur ἀκριβολογούμενος. Perperam in nonn. edd. verba ὡς οὐδ. ἀνὴρ parentheseos notis sunt inclusa.

a) Perperam enim *Gir.* et *Münt.* ad vtrumque φείδεσθαι et ἀναλίσκειν referunt.

b) Ambiguum esse poterat, vtrum diceret: obsequor tibi, an, fidem habeo. Caet. ironice hoc dici a Pluto putat Gir., nam si serio a Chremylo dicta putasset, statim abiturum Plutum fuisse.

252. *τί γάρ* — Ita fere Eurip. Iph. Aul. 1395. *τί γὰρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν. Bergl.* *πρὸς σέ, coram te,* te audiente, vt nos, *bey dir. Fiſch.* Nunc Chremylus et Plutus domum intrant.

253. Redit in ſcenam Carion cum ſenibus ruricolis, quos conuocare iuſſus erat 223. f., paullo tardius incedentibus. Incipit hinc actus ſecundus eiusque I. ſcena in edd. vulgg. Francogallus interpres hic conſtituit initium tertiae actus primi ſcenae. Praefixum in plerisque edd. erat: *Τετράμετροι ἰαμβικοὶ καταληκτικοί· Δίμετροι Ἀνακρεόντειοι καὶ ἄλλοι τινες.*

ὦ πολλὰ κ. τ. λ. Senſus: *vos, qui ſaepe eadem cum domino cepas ſylueſtres eſitauiſtis, amici et populares, laborioſi, agite, properate, feſtinate; neque enim tempus eſt cunctandi: immo ſummam nacti eſtis opportunitatem, quam dimittere non debetis.* *πολλὰ* (*κατὰ πολλά*) habet vim Aduerbii *πολλάκις*, ſaepenumero, vt Rom. 15, 22. et part. *δὴ* reſpondet part. Lat. *vtique* (noſtr. gar). Datiuus *τῷ δεσπ. c)* pendet a pronom. *ταυτόν* (h. e. *τὸ αὐτό*, v. Moer. V. *ταυτόν*). *Θύμον* (quod etiam in Maſcul. genere laudant Grammatici vett., v. Schol. ad 283. et Suid. in *Θύμος*) Heſ. interpretatur *τὸ σκόροδον allium*, ſed alii Grammatici (Schol. ad 283. Schol. Doru. h. l. et Moſchopul. Ecl. Att. h. v.) tradunt *Θύμον* in lingua Att. idem valuiſſe, quod in oratione Graecorum communi *βολβὸς* et *ἀγριοκρόμμυον*, h. e. cepa agreſtis, ſylueſtris. Hae cepae Athenis erant cibus hominum tenuium et inopum, id quod praeter Scholl. docet locus Antiphanis Athen. 2, 19. p. 60. Add. Lucian. Tim. c. 56. p. 173. T. I. et Ern. ad Call. fragm. 261. p. 533. — Hor. Epp. I, 12, 21. Itaque *ὦ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν Θυμὸν φαγόντες* eſt, *vos qui in eadem cum hero meo inopia vixiſtis. Fiſch.* Citat Suidas V. *Θύμος. Kuſt.* Gloſſae: *Thumum.* Herba apibus grata. Virg. [Ecl. V, 77.] thymo paſcentur apes. Heſych. exponit *σκόροδον. allium*, qui cibus eſt conueniens gregi ruſtico, qualis iſte eſt, quem hic adducit ſernus. Virg. [Ecl. II, 11.] Horat. Epod. 3. [v. 3.]. Videtur autem Comicus alludere ad voc. *Θυμός animus, ira*, reſpiciens ad illud Homericum: *ὃν Θυμὸν κατέδων. Bergl.* Cod. Doru.

c) Girard. et Münt. ſubintelligebant *ξύν.*

φαγόντας θύμον· sed versus praecedens deterius est corruptus, neque operae pretium est illas aberrationes cognoscere, quae nihil adiumenti ad probabilem aliquam coniecturam sint collaturae. *Hemst.* Caue Kustero fidem habeas ταυτὸν accipienti pro τὸν αὐτόν. Ex hoc enim versu in indicem suum retulit ταυτὸς, quae vox est plane barbara. ταυτὸν valet τὸ αὐτό. Vt τοσοῦτον et τοσοῦτο in neutro dicitur, sic ταυτὸν et ταυτό. v. Nub. 674. Av. 400. Duplici autem genere effertur ὁ θύμος et τὸ θύμον. *Brunck.* Errorem eorum qui ταυτὸν pro τὸν αὐτὸν et θύμον in masc. genere acciperent, notauerat iam *Girard.*

254. φίλοι scil. τοῦ δεσπότου, *Münt.* Citat Tho. Mag. V. Δημόται [p. 207. Bern.] *Kust.* δημόται sunt *populares* (Ter. Eun. 5, 9, 1. Adelph. 2, 1, 1.) h. e. qui sunt de vno eodemque populo, pago. Scilicet Attica diuisa erat in certas ciuitates (δῆμοι, *populi*, *Cantons*), a quibus ciues Athenn. nominabantur, vt ciues Romani a tribubus: nam ciues Athenn. descripti erant tum in φυλὰς denas; φυλὴ quaeque habebat certum numerum δήμων, de quibus Atticae *populis* et pagis exstat libellus I. Meursii, L. B. 1616. 4. et Paralipomena ad eum vna cum Excerptis e Sponii Itinerario de pagis Atticis vulgauit Graeuius 1684. 4. *d*), Nomina habebant fere ab opidis et vicis ibi positis. Intell. h. l. *populares* Chremyli, heri Carionis, quos Carion vocat τοῦ πονεῖν ἐρασάς, h. e. laboriosos. *Fisch.* φιλοπόνους, φιλέργους *Girard.*

255. ἐγκονεῖν verbum poëtis Atticis vsitatum pro, *accelerare*, *properare*, vt Ach. 1088. ἐγκόνει, vbi Schol. σπεύδε, et circa finem Concion. κόνισαι. Sic Aesch. Prom. 961. ἐγκόνει πάλιν, prout eodem sensu alibi ab eo κονίει dicitur S. C. Th. 60. vbi veteres Critici κόνιν ἐγείρει. Ita Soph. Ai. 526. χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, vbi in Schol. eadem huius verbi significatio redditur, quod qui festinant, puluerem excitant. Adde Eurip. Hec. 507. et praeter poëtas Atticos, Apoll. Rhod. 2, 814. et 4, 66. *Spanh.* Glossae: ἐγκονέω, *accelero*. Metaphora ab Athletis, qui ἐν κόνει, *in puluere* luctabantur; contra ἀκονιτὶ, *sine puluere*. Eurip.

---

d) Legitur etiam T. IV. Thes. Antiqq. Grr. Gronouii. Add. the Antiquities of Athens by Iames Stuart, Nic. Revett — Volumine tertio, Lond. 1794.

Hec. 506. *σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν.* vid. Auu. 1324. Eccleſ. 490. et ibid. 290. *Bergl.* Senſus: *pergite, properate, feſtinate;* currite propere; nam ii, qui hortantur alios ad id, quod maxime cupiunt fieri, verba cumulare ſolent, neglecta copula. De v. *ἐγκονεῖν* v. Etym. M. et Heſ. *Fiſch.*

ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν. Sic Ran. 1558. *καὶ μὴ μέλλειν* et Thesm. 667. *ὡς ὁ καιρὸς ἐστὶ μὴ μέλλειν ἔτι* et infra ui. fab. 1209. *οὐκ εἰκὸς μέλλειν.* Quae maxime h, l. et ltero Thesm. parodia eſt e formula praeconum in ſacris iraecorum agonibus, cuius meminit Lucian. Demonact. T. I. p. 872. [c. 65. p. 395. T. II. Reiz.] et quam *κηρύκων ὁδὰ* vocabant, nempe: *Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ἁμίας, Καιρὸς δὲ πυλεῖ μηκέτι μέλλειν.* Ad quam praeconum proclamationem alluſit Iulianus Imp. in Caeſaribus p. 14. ed. Heuſing.] vt olim ad eum [p. 100. ed. Heuſ.] idimus, ac ante me viderat, vt ibi quoque attigi, Dion. etauius. Fius etiam partem expreſſit Soph. Philoct. 466. *καιρὸς δὲ πλεῖ. Spanh. μέλλειν* idem eſt quod *βραδύνειν,* metari, vt Act. 22, 16. *e). Fiſch.* Tempus non eſt proraſtinandi, et in aliud tempus aduentum veſtrum profendi. *Girard.*

255. Legebatur vulgo *παρόντας ἀμύνειν,* quod mendoum eſſe, quum dactylus in penultimo pede locum non abeat, ſed trochaeus aut tribrachys, vidit *Bentl.*, ideoue corrigi voluit *πάραντ' ἀ.* vti Friſchlin. vertit: quam occaſionem vt arripiatis protinus etc. Heſ. *πάραυτα· παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα.* Sed Lamb. *Boſius* Anim. p. 5. faciliorem medelam, a Kuſt. etiam in marg. libri ſui notatam, Hemſt. receptam, propoſuit: *παρόντ' ἀμύνειν.* De choro nim, inquit Bos., Comici in eadem periodo modo in ural., modo in Sing. loquuntur; et *παρόντα ἀμύνειν* ſignicat *praeſentem adeſſe*, vt Eurip. Rheſ. 610. Hemſterhuſium ſequuti ſunt Brunck. et Inu. etſi, monente Br. liis omnibus refragantibus, in quibus eſt *παρόντας.* Ad *παρόντα* Br. ſubintelligi *τινὰ* vel *σὲ* monet, et Chorum etam v. 281. vtroque numero in eadem phraſi vti. Boſii mendationem probauit etiam *Fiſch.* ſed *παρόντ'* accepit to Duali *παρόντε*, poſito vt ſaepe (v. Arnald. Lect. Grr. 189.) loco Pluralis, et Grammaticum, qui hoc docere

---

e) Demoſth. locum ex or. Phil. IV. laudat *Münt.*

voluerit, adſcripſiſſe *as*, qua ſyllaba imperiti librarii deinde ipſum poëtae contextum auxerint.

ὁ καιρὸς ἐστιν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς. Soph. Elect. 22. οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς ἀλλ' ἔργων ἀκμή. Eurip. Phoen. 1040., ἦλθον ἀκμὴν ἐπ' αὐτήν. (Horat. venimus ad *ſummum fortunae*). Aliquando ἀκμὴ ſimpliciter pro *occaſione*. Eurip. Hec. 1042. ἀκμὴ καλεῖ Ἑκάβῃ παρεῖναι, qui locus valde ſimilis eſt Ariſtophaneo. Aeſch. Perſ. 407. κοὐκ ἔτ' ἦν μέλλειν ἀκμή, Soph. Ai. 818. χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή. Idem Philoct. 12. ἀκμὴ οὐ μακρῶν λόγων. Eurip. El. 275. οὐ νῦν ἀκμή. Ibid. 684. τείχειν δ' ἀκμή. V. in Auu. 1687. notata. *Bergl.* ἀκμὴ propr. eſt *mucro*, *cuspis*, *acies*, v. Gloſſ. vett. Deinde ita dicitur id, *quod ſummum eſt in re quaque*; et refertur vel ad *poma*, ita vt ſignificet *maturitatem* (vt ἀκμάζειν Apoc. 14, 18. eſt *matureſcere*) vel ad *aetatem*, ita vt indicet *florem aetatis*, *pubertatem* (vt πάρθενος ἀκμαία eſt virgo matura viro, quae etiam ὡραία et ἐν ἀκμῇ γάμου vocatur) quum ὑπέρακμος 1. Cor. 7, 36. ſit *exoleta*, v. Suid. v. ὑπέρακμος) vel ad aliam *rem quamuis*, ita vt declaret *articulum temporis f)* h. e. momentum temporis rei gerendae opportunum; ſummam rei gerendae facultatem; occaſionem commodiſſimam et maxime idoneam. H. l. refertur ad tempus: *adeſt ipſe temporis articulus*, commodiſſimam nacti eſtis diteſcendi occaſionem. Ἀμύνειν pr. eſt *propulſare*, deinde *opem ferre*, *ſuccurrere*. v. Kuſter. de V. M. 1, 34. H. l. ἀμύνειν τῇ ἀκμῇ, occaſionem diteſcendi amplecti eaque vti. Nam qui eam amplectitur, ei quaſi ſuccurrit *g)*. *Fiſch.* Verſum hunc cod. Doru. in marg. praefert, et habet Ἀλλ' ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς etc. *Hemſt.*

257. Senex Iolaus ap. Eurip. Heracl. 734. οὐκοῦν ὁρᾷς μου κῶλον ὡς ἐπείγεται; cui ſeruus: ὁρῶ δοκοῦντα μᾶλλον ἢ σπεύδοντά σε. *Bergl.* Ὁρμᾶν eſt *concitare*, *impellere*, ſed ὁρμᾶσθαι *ſe impellere*, h. e. vel *proficiſci*, vel *ire*,

---

f) Ita Heſiod. ἀκμὴ καλεῖ, καιρὸς καλεῖ. Dicitur etiam ſupremus gradus, vt Ael. V. H. 2, 10. ἡ ἀκμὴ τῆς εὐτυχίας. Dicitur modo ἀκμὴ καιροῦ, modo καιρὸς ὢν ἐπ' ἀκμῆς. *Münt.*

g) Gir. ἀμύνειν interpretatur congredi, conflictari. Male.

pergere, vt h. l. προθύμως cohaeret cum part. ὁρμωμ. *h)* et reddi poteſt *ſedulo*, *alacriter*; et πάλαι arbitror verti poſſe *iam*, *iam dudum*. Nam praeter Schol. etiam Phauorinus ex Euſtathio animaduertit, ap. Atticos inprimisque Ariſt. ita πάλαι de tempore admodum breui dici. Scilicet ſenes illi coeperant, conſpecto Carione eminus, ad eum pergere *i)*. Legitur ita πάλαι Marc. 15, 44. vbi Codd. nonnulli ἤδη. Neque Latini aliter vtuntur particulis *iam dudum*. v. ad Plat. Phaed. 27, 2. οὐκοῦν [vt olim legebatur, poſito poſt ἤδη puncto] eſt *atqui*. Atque ita vertit Friſchlinus; etiam Deuarius p. 292. ſic interpretatur, ſed ſuſpicatur tamen οὔκουν legendum eſſe, vt Bergl. qui vertit *nonne*. Quae tamen ſuſpicio inanis videtur. Nam 261. Carion imitatur orationem ſenum, iis illudens. Ibi vero part. δήπου impedit, ne legi poſſit οὔκουν. Itaque nec hic interrogatio locum habere poteſt, praeſertim quum aliena ſit a grauitate et aequanimitate ſenum *k)*. *Fiſch.*

258. γέροντες ἄνδρες ſunt *ſenes grandaeui*, *decrepiti*. Nam vt πρεσβύτης dicitur, qui agit annum aetatis 53—64.: ita γέρων incipit eſſe is, qui transgreſſus eſt annum 64. v. Tzetz. ad Heſ. Ἐργ. p. 143. et Ασπ. p. 212. Baſil. ed. Sed Grammatici et ipſi etiam ſcriptores valde diſſentiunt in definiendis verbis partium et actuum vitae humanae et aetatis. ἀσθενεῖς *inualidi*, *infirmi*. εἰκὸς ἐστιν eſt, vel, *credibile*, *veriſimile eſt*, vel *par*, *aequum eſt*, *recte poſtulari poteſt*. Subiunt. ὁρμᾶσθαι. *quantum recte poſtulari et fieri ab inualidis poteſt*. *Fiſch.*

259. ἀξιοῦν propr. eſt, *dignum*, *conueniens*, *conſentaneum putare*, deinde *velle* (Theophr. Charr. 6, 2.), poſtulare, vt h. l. — με. Nam loquitur vnus ſenex nomine omnium. ἴσως θεῖν h. e. *vt ego aeque celeriter ac tu curram*. Atque ſic recte intellexit h. l. Friſchlinus [etiam

---

h) Participium hoc pro Infin. poni cenſet *Gir.* Eſſe autem δρμᾶσθαι aliquid *facere properare*, vt Thuc. πρὸς τὴν βοηθείαν μᾶλλον ὥρμηντο, monet *Münt.*

i) Sine potius cum eo iam abibant, paullo tamen tardius, vtpote ſenes.

k) Immo optime conuenit indignationi eorum, importunitate ſerui excitatae. Itaque recte Br. et Inu. οὔκουν repoſuerunt.

Gir.] nam vertit: *vt aequis paſſibus tecum curramus.* Sed Bergl. perperam interpretatus eſt: et tu *forte* vis, vt curram. In verbis πρὶν ταῦτα καὶ φρ. μοι Scholiaſtes ineſſe monet hyperbaton; alii ſynchyſin vocant; quum pr. eſſe debuerit καὶ ταῦτα πρ. φ. μ. (idque, et quidem ante quam —) Atque ſic Friſchlin. accepit haec verba: nam vertit: *et hoc prius, quam nos certos reddas.* Certe non rara ſunt exempla huius generis hyperbati ſ. ſynchyſeos, praeſertim in ſermonibus. v. Doru. ad Char. p. 259. et 319. ſſ. et nos ad Plat. Crit. 8, 1. Alii vt Bergl. ταῦτα iungunt cum verbis ὅτου χάριν κ. τ. λ. Prior ſententia mihi displicet, quia tum foret duplex hyperbaton, cuius generis exempla dubito an nullibi reperiantur; et ſi ταῦτα καὶ dictum eſſet pro, καὶ ταῦτα *l*), *in primis* part. καὶ careret ſenſu omni alio, quum tamen apertum ſit eam iunctam eſſe verbo φράσαι et valere *vel*, auch nur. Pronomen autem demonſtratiuum fere ita praemittitur vt verbis ſequentibus explicetur, vt 246. ſſ., et quum ὅ τι (ὅτου pro οὗ τινος) ſit Collectiuum, recte dici poteſt ταῦτα ὅτου χάριν, et Pluralis oſtendit, ſenem putaſſe, cauſam, cur arceſſerentur a Chremylo, eſſe grauem et magnam. Senſus: ante quam, non expoſueris, ſed *vel* oſtenderis, mihi hoc, cur dominus tuus nos arceſſat. καλεῖν habet vim Medii, *Fiſch.*

260. ὅτου χάριν — Hic verſus mox iterum occurrit, mutata vna voce. *Bergl.* γ' ὁ δεσπ. [Ita ante Inu. legebatur.] Kuſterus mutauit (hic et aliis in locis, vt Hemſt. in Add. notauit) in χ' ὁ. Melius cunctis Edd. obſequutus fuiſſet, quae retinent γ' ὁ. γ particulae γε, praeſertim in membranis, antecedens adſpirationem a ſolemni lege liberatur, vt a καὶ, cuius κ illo caſu ſemper in adſpiratam transit, diſcerni queat. Vid. 165. *Hemſt.* Librarium cod. Rau. offendit fortaſſis coniunctio pronominum μοι et ἡμᾶς, vt ſcriberet, quod Inu. in ordinem recepit ὁ. χ. μ' ὁ δ. ὁ. σ. κέκληκε δεῦρο, pro vulgg. γ' ὅ δ. — κέκληκεν ἡμᾶς. Ariſtophanem puto h. l. ὧδε potius quam δεῦρο ſcripturum fuiſſe.

---

l) Vt Girard. vult: Atque Reiskius quoque transponi verba iuſſit; καὶ ταῦτα πρὶν — ſed libris omnibus aduerſantibus.

261. Illudit Carion senem; nam 1. vtitur eadem rationis forma, qua iste vsus erat vid. 257. f. vnde οὐκοῦν *m)* etiam h. l. est *atqui*, πάλαι *iam*, δήπου *vt opinor*, et λέγω est loco Praeter. ἔλεξα, quia, qui semel aliquid dixit, neque retractauit, illud semper dicere videtur; 2. eidem exprobrat auditus grauitatem, incommodum plerumque senibus fere proprium. Nam αὐτὸς iungitur pronominibus personalibus, sine vlla emphasi; 3. ita respondet, vt senex non statim videre possit, cur dominus ipsos arcessat; et requis senibus inopiam exprobrat. *Fisch.*

262. φησιν *nuntiare me vobis iussit*, et suo nomine tendere, vt λέγει Marc. 14, 14. ἅπαντας omnino, ad vnum, mnes. ἡδέως ζῆν *n)* est *suauiter, iucunde, viuere.* ψυχρὸς βίος est *vita molesta, misera*, nam frigus corpori oleſtum est; talis autem est inopum vita. δύσκολος pr. *ustidiosus*, etiam *molestum* indicat, talis autem est vita, nam quis in laboribus agit, vt agricolae. Vtrumque vocabulum recte vno interpretantur Schol. et Suid. Nam refertur ad vnum ἡδέως. Βίου ἀπαλλ. ζῆσειν dictum est pro βίου ἀπαλλάξεσθαι καὶ ζῆσειν. βίος et βιοῦν atque ζωὴ et ζῆν differunt ita, vt haec de vita animali, illa de rationali dicantur. v. Ammon. V. Βιοῦν et Βίος. *Fisch.* Pro ὑμᾶς so. B. ἡμᾶς, typorum, vt opinor, vitio: ὑμᾶς cum ceteris edd. tenet cod. Doru. *Hemst.*

264. Ἔστιν δὲ δὴ τί; etc. sunt verba cupide quaerentis: *quid vero? et qua ratione adductus o) dominus tuus hoc*

---

m) Sed hoc quoque loco Brunck. et Inu. ediderunt: οὔκουν π. δ. λέγω; quum in al. edd. omnibus fit: οὐκοῦν π. δ. λέγω, σὺ —

n) ἡδέως enim cum ζῆσειν esse iungendum, etiam *Gir.* vidit. ζῆν ἡδέως ex Arist. Au. 755. laudat *Bergl.*

o) Ita etiam *Gir.* Nam est etiam alia haec verba interpretandi ratio, a Fisch. repudiata: et vnde, quomodo hoc, quod ille ait, fieri possit? i. e. haudquaquam credibile est, hoc futurum esse, nos opulentos fore; vti πόθεν interdum pro οὐδαμῶς dici Schol. Eur. Phoen. 1614. et Suid. monent. Conferri Tho. M. in h. v. et Dauarium p. 321. iubet Fisch. Rectius puto sic intelligi: quid tandem haec res sibi vult et vnde ea (existet, γενήσεται, scil. opulentia nostra), quam dicit? Nonn. edd. post τί interr. notam ponunt, Br. et Inu. comma. δεῦρο pro ἐκεῖσε *illuc*, monstratis aedibus Chremyli poni, monet *Gir.*

nobis nuntiari iuſſit? Sic ſere Luc. 1, 43. Nam φησι pertinet ad Chremylum (262.). *Fiſch.*

265. Abundat ἔχων, vt παίζεις ἔχων ap. Lucian. Interpres hoc ita accepit: venit *adducens* ſenem, i. e. *ſecum habens*, quod melius eſt, quam vt pleonasmus ſtatuatur. Si pro ἔχων eſſet ἄγων, pleniora omnia forent, vt 284. *Duck.* Iungitur Partic. ἔχων aliis verbis ita vt reddi poſſit *cum*, vt 269. σωρὸν — ἔχοντα *cum* magna opum copia, Palaeph. 8. ἀφικνεῖται πολὺν ἔχων στρατόν. v. Proluſſ. Palaephh. p. 50. ſ. δεῦρο eſt *domum. Fiſch.*

πρεσβύτην. Illos tantum characteras memorat, qui Pluto huic cum plerisque ſenibus atque adeo cum praeſente ſenum choro ſunt communes, vt eos cauilletur; nam Plutus inſuper et coecus et claudus erat. *Bergl.* πόνηροι *p)*, nempe cum accentu in antepenult., non κακοὶ, ſed ἐπίπονοι, qui duram et laborioſam vitam agunt. Heſ. πόνηρον. non, vt ibi, πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ, et πονηρία, ἐπιπονία. Vnde in Commentariis Euſtathii in Ethica ad Nicom. p. 43. πόνηρον, ἐπίπονον. Quo ſenſu paullo poſt 361. τουτὶ πονηρὸν φαίνεται. Ita ap. Ioſeph. adu. Apion. II. p. 1074. γυνὴ δὲ χεῖρόν, φησιν, ἀνδρὸς εἰς τὰ πάντα, καὶ ἡ πονηρία αὐτοῦ ὑπὲρ ἀγαθοποιοῦ γυναικός *q)*. *Spanh.* Dicuntur ita, qui erant agricolae, atque adeo laborioſi.

266. Conſueto errore Cod. Doru. ῥυπόντα et μαδόντα· μαδῶντα vero quamuis et Fl. praeferat, Scholiaſtae tamen librum habuiſſe μυδῶντα patet. Ῥυσὸν cum ſimplici σ ſcribit A. et hanc ſecutae plures Edd.; geminatur in Fl. et B., nec non in cod. Doru. illud vetuſtae membranae, hoc recentiores maxime probare ſolent. *Hemſt.* ῥυπῶν eſt *ſordidus, ſqualidus.* Plutus ita dicitur, quia et corpus eius erat ſqualidum (v. 84.) et pallium ſordidum. Nam ῥύπος, ῥυπᾶν, ῥυποῦν, ῥυπαρὸς, vſurpantur de ſordibus corporum et veſtium. Sic Hom. Od. VI, 59. 87. 93. Ael. V. H. 14, 10. Iac. 2, 2. Theophr. Char. 10, 4. Κυφὸς eſt *in-*

---

p) Ita h. l. in omnibus eſt Edd.

q) cap. 24. p. 486. T. II. Hauerc. Sed verba καὶ ἡ πον. α. ὑπ. ἀγ. γυν. (quae Spanh. reddit: et omnis viri *ſollicitudo* eſt, vt mulierem beneficam reddat), eiecit Hauerc., quia vetus interpres ea non agnoſcit, et haud dubie ex Eccleſ. 42, 14. petita ſunt.

ırnus, cernuus, in terram pronus, Heſ. h. v. Gloſſ. vett. *ψος, cebulus*, leg. *cernulus r)*. Luc. 13, 11. ſic eſt *συγκύπτουσα*. Ἄφλιος *miſer*, eſt, vt opinor, caecus. *Fiſch.*

ῥυσὸν. Vox Attica Aeſch. Agam. 1417. ῥυσᾶς ἐξ ἁλὸς, terpres: *fluido* ex mari; melius, *rugoſo* ſ. criſpante e ari, vt pridem in noſtris ad illum Tragicum ineditis adhuc obſeruationibus vidimus. Sic ῥυσὸς pro *rugoſo*, vt h. Eurip. Suppl. 50. inde ῥυσὸς, ac ob metrum ῥυσσὸς *ſoridus* a Theopompo dicitur ap. Athen. VI. p. 264. δεσπόου πενέσου ῥυσσὰ βουλευτήρια. *Spanh.* Gloſſ. vett. explicant *rugoſus*, ῥυτίδας ἔχων Eph. 5, 27. cf. Heſ. Μαδῶν eſt *aluus, glaber, glabrio* Gloſſ. vett. Vnde μαδιστήριον dicitur *volſella* ſ. *vulſella*, inſtrumentum, quo euelluntur ili e corpore. Alii μυδῶντα [ap. Schol.], quod v. μυδᾷν it *nimio madore vitiari*, putreſcere, et μαδᾶν valet etiam *adere*, ſed μυδᾷν non poni ſolet ſic, vt ſit *caluum eſſe*. *Ruhnk.* ad Gloſſ. Plat. p. 148. Koen. ad Greg. Cor. p. 65. Νωδὸς eſt *edentulus*, Gl. vett., is, cui dentes deſunt; am particulae *νε, νη* et *νω* ſunt priuatiuae, vt ap. Lat. *ne*, . Gell. N. A. 13, 22. (interdum ἐπιτατικὰ, vt νήδυμος *raedulcis*) v. Euſtath. ad Il. p. 729. Rom., vt νώνυμοι, Heſ. Ἐργ. 154. obſcuri, ignobiles, νωθρὸς ſegnis, piger, v. ilolſar. N. T. ab Albert. editum p. 174. *Fiſch.*

267. ψωλὸς dicitur fere *verpus, recutitus*, is qui caet praeputio, qui etiam ἀπεψωλημένος dicitur. Heſ. et uid. V. ψωλός. Aliter interpretatur Schol. At, quem is ntelligit, vocatur ψωλόεις, *mentulatus*, Gl. vett., quae pſa Gloſſaria v. ψωλὴ interpretantur nominibus latinis *nenta, mentula, praeputium*. Ego vero quaerendum mplius cenſeo, annon ψωλὸν h. l. accipi poſſit de eo, cui ars pudibunda amputata eſt, deeſt; nam ſic vocab. magis eſpondet vocabulis μαδῶντα, νωδὸν, et apparet, cur poëta Carionem iurare iuſſerit per Caelum, νὴ τὸν οὐρανόν. Nam Saturnus fertur Caelo parenti deſecuiſſe genitalia *s)*. v.

---

r) Comicus Latinus (Terentius) vt quibusdam (Nonio Marcello potiſſimum) placet, *ſilicernium* appellat. *Gir.*

s) Eo feſtiue reſpici monuerat etiam *Bergl.* ψωλὸν autem eſſe, qui prae ſenio ψωλὴν amiſit, cenſet *Gir.* Parum probabiliter *Eckard.* Obſſ. phil. ex Ariſt. Pl. p. 24. ſ. coniecit, poetam et in vv. νὴ τὸν οὐρανὸν et in v. ψωλὸν reſpexiſſe ad Iudaeos, iam tum per varias regiones diſperſos.

Heſ. Theog. 180. ff. Apollodor. 1, 1, 4. p. 5. Heyn. Plat. Euthyphr. 6. *Fiſch.*

268. χρυσὸς ἐπῶν ſunt *aurea*, h. e. praeſtantiſſima, gratiſſima verba, et χρυσὸν ἀγγελίας ἐπῶν eſt, qui attulit nuntium exoptatiſſimum, nuntius optimus. χρυσὸς ἐπῶν enim dictum eſt pro χρυσῷ ἔπει. vt 530. δαπάναι ἱματίων pallia ſumtuoſa; quae loquendi forma ex oriente petita videtur *t)*. v. Proluſſ. noſtras de verſſ. gr. litt. hebr. magiſtris p. 83. ff. et Proll. de Vit. Lex. N. T. p. 230. χρύσεον autem, vt *aureum* ap. Latt., dicitur quidquid in aliquo genere praeſtantiſſimum eſt, quia aurum bonitate vincit alia metalla omnia *v)*. Itaque χρυσὸς ἐπῶν ſunt vel elegantiſſima, lectiſſima verba, quatenus per ſe ſpectantur, vel verba vtiliſſima, quatenus referuntur ad eos, qui audiunt vel legunt. *Fiſch.* Ad h. l. reſpexit Iulian. Imp. epiſt. 12. init. vbi ait: ἡ μὲν παροιμία φησίν· οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις. ἐγὼ δὲ προσθείην ἐκ τῆς κωμῳδίας· ὦ χρυσὸν ἀγγελίας ἐπῶν. Caeterum verſui huic integer pes deeſt, nempe vox πάλιν, quae ex Mſ. Arundell. ei reſtituenda eſt ante φράσον. *Kuſt.* πάλιν in A. B. Crat. G. et vtraque Amſt. deficit: reperitur autem in edd. Ph. Iuntae 1515. Flor. Ben. Iunt. 1540. Farr. et B. Gelen. vt in cod. Doru. *Hemſt.* (qui etiam reſtituit.) In tribus codd. omiſſa vox πάλιν, quam habet meus, ſed alieno loco poſitam, ſic: φράσον μοι πάλιν. Sincera lectio eſt in vtraque Flor.: Venetae quae ex Baſ. prior expreſſae fuere, non habent πάλιν. Conferri poteſt locus hic Plauti Merc. III, 4, 53.

Ch. Qua forma eſſe aiebant? Eu. ego dicam tibi:
canum, varum, ventriоſum, bucculentum, breuiculum,
ſubnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum.
Ch. non hominem mihi, ſed theſaurum neſcio quem
memoras mali.

Brunck. Videtur etiam Inu. in ſuis inueniſſe πάλιν φρ. μ. Nihil enim monuit. Addit etiam Suid. V. Σωρός, e quo illud recipiendum eſſe monuerat *Duch.* Cf. Perſon. ad Eurip. T. I. p. 101. ed. ſec. Lipſ. Rem etiam ipſam et

---

t) Girard. Atticam conſtructionem eſſe ait, qua Subſt. loco Adiectiui ponatur.

v) Idem adnotauit *Bergl.*

animum senis laetitia plenum postulare πάλιν ostendit *Fisch.* Nam animus senis, bono nuntio praeter opinionem exhilaratus, gestit eum iterum accipere. — πῶς φής (quid ais?) Sermo demirantis: quam tu nobis rem narras, oppido quam laeta est. *Gir.*

269. Sensus: ostendis enim dominum venisse cum aceruo bonorum. Nam ex iis, quae Cario de comite Chremyli dixerat (266. f.) suspicatus erat senex, eum domum venisse, non quidem cum ipso Pluto, sed tamen diuitiis auctum. αὐτὸς saepe ita ponitur, vt referatur ad alius personae vel rei vocabulum, e quo potestas eius reperiri deberet, vt Plut. de discr. am. et adul. c. 14. refertur ad κόλακα, significat igitur regem; Od. 9, 40. αὐτοῦ ad vrbem, deoque sunt *ciues;* Od. 10, 26. ad nauem, vt sint *nautae;* Iliad. 2, 317. 327. αὐτή ad liberos, et valet *matrem;* ad ancillas Od. 6, 99. et est hera; αὐτὸς 966. ad seruos et indicat *herum*, vt h. l. ἥκειν est *venisse*, nempe domum, id quod non solum omnino vsus huius Praesentis apud Atticos docet, sed vel maxime hoc, quod Carion 265. dixit ἥκτται sed 284. ἥκει ἄγων. Cf. Loesner. Obss. Philon. ad Joh. 8, 4. Σωρὸς propr. est aceruus granorum, 2. aceruus aliarum rerum, vt terrae, lapidum, lignorum, cadauerum. v. Gl. vett. σωρὸς χρημάτων, aceruus numorum, qui χρήματα dicuntur, quia boni et vtiles sunt *x*). Act. App. 8, 20. ἀργύριον — χρήματα. *Fisch.* Theogn. Epigr. 17. [7.] σωρὸν χρημάτων. Achill. Tat. L. VI. [c. 4. p. 248. ed. Fritsch.] ἥκω σοι φέρων σωρὸν ἀγαθῶν. Rusticam hyperbolen inuenit in his *Gir.* monetque senem hoc coniecisse ex vno voc. πρεσβύτην *y*). Senes enim congerere lubenter numos.

270. ἔγωγ' sc. δηλῶ *z*). μὲν οὖν est, *immo vero*, vt 387. v. Viger. 8, 8, 18. κακὰ πρεσβυτικὰ sunt *mala*, incommoda, *senilia*, quae senibus accidunt. Nempe Carion negat, se dixisse, Chremylum venisse cum Pluto, h. e. diuitem, vt senex ille recte suspicatus erat, sed, vt senes

---

x) Aut potius, quia iis vtimur.

y) Rectius *Münt.* obseruat, chorum id coniicere potuisse e verbis ἡδέως ὑμᾶς ἅπαντας ζήσειν.

z) Facete senibus Attalicas conditiones exspectantibus, malorum senilium cumulum promittit. Münt.

illudat, ait, se dixisse tantum, Chremylum domum venisse cum sene, incommodis senilibus omnibus cumulato; ita vt oratio eius responderet orationi senis, id quod studiose facere solent ii, qui id agunt, vt alios illudendo et cauillando irritent. *Fisch.* Senilia mala esse maxima, senarii Graecorum indicant:

Φοβοῦ τὸ γῆρας· οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

Senectutis comitatum ita exprimunt:

Τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν.
Πάντ' ἐς' ἰδεῖν εἰς τοῦτο καταπεφευγότα.

Gir. *κακῶν σωρόν.* Plautus Epid. I, 1, 78. Itaque in te irruunt *montes mali.* Bion ap. Diog. Laert. [IV, 7, 3, 48.] *τὸ γῆρας ὅρμος κακῶν* (sic *πλούτου λιμὴν* Aesch. Pers. 250.) Sophocl. Oed. Col. 1232. *ἀκρατὲς, ἀπροσόμιλον γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ·* paullo post: *πάντοθεν βόρειος ὡς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ κλονεῖται.* Caeterum malorum multitudo varie potest describi: *κακῶν πλῆθος* Aesch. Suppl. 478. *φόρτον ἀγγέλλων κακῶν* Eurip. Iph. Taur. 1311. *θησαυρὸς κακῶν* id. Ion. 923. *κακῶν πηγὴ* Aesch. Pers. 745. *κακῶν κῦμα* Eur. Ion. 927. *χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία* Aesch. Prom. 1014. *κακῶν πέλαγος* Aesch. Pers. 433. Eurip. Hipp. 820. Suppl. 824. Herc. Fur. 433. *Bergl.*

271. *μῶν ἀξιοῖς φέναξ.* Vide Suid. V. *Ἀξήμιος. Kust.* *μῶν* idem est in libris Atticorum, quod in scriptis reliquorum Graecorum *μὴ ἄρα num, num forte.* Moeris [p. 263. Piers.]. Legitur etiam 372. 846. 881. *Ἀξιοῦν* putare, h. l. est *sperare*, i. q. *νομίζειν*, *ὑπολαμβάνειν.* Suid. in *Ἀξιῶν*, Harpocr. V. *Ἀξιοῖ.* *Φεναξίζειν* est et ipsum verbum Atticum, valens i. q. *ἐξαπατᾶν*, *fallere, decipere*, Moeris [p. 384. Piers.]. Vtrumque hoc verbum coniunxit Demosth. de f. leg. p. 125. 189. T. II. Taylor. Auctore Schol. ductum est a nomine *φενάκη a)*, quo propr. significari ait *galericulum*, comas adscititias, quibus mulieres in capillorum varietate ita vtantur, vt eas videri velint natiuas. *ἀπαλλαγῆναι ἀζήμιος*, h. e. *te abiturum esse impune.* Nam Adi. habet vim Adu. *ἀζήμιως.* [*ἀζήμιος* pr. *illaesus.* Münt.] *καὶ ταῦτα inprimis*, maxime, vt 1176. Aesch. Soer. 3, 2.

a) Cf. Hemsterh. in Lennep. Etym. L. Gr. II. p. 1055.

t βακτηρίαν, *baculum*, geſtabat ſenex *b)*, vt eo corpus ıstineret gradumque adiuuaret. *Fiſch.*

273. ſ. πάντως cohaeret cum ἡγεῖσθε et valet, *prorſus*, *lane*, *vere*. Ap. Heſ. legitur: πάντως, ἴσως δυνάμει, ἀληθεία, κυρίως· ſed corrigi debet ἶσον δυνάμει, ἀληθείᾳ, κυρίως. Τοιοῦτος pertinet ad verba ſenis v. 271. ideoque no-ıt hominem *fallacem*, *fraudulentum*; et εἰς τὰ πάντα, el εἰς ἅπαντα, vt Schol. legit, eſt *omnino c)*, ita vt ἄνθρωος φύσει — πάντα ſit *homo totus a natura compoſitus e raudibus*. Vt genus fraudis definiretur poëta addidit: οὐδὲν ἂν νομ. ὑγιὲς εἰπεῖν h. e. *putatis me mendacem eſſe*. Iam ὑγιὲς verbis λέγειν, εἰπεῖν, iunctum eſt ἀληθές *d)*. *Fiſch.* ἂν εἰπεῖν eſt *poſſe* loqui *e)*. *Gir.* Eurip. Bacch. 315. ἀλλ' εἰ τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί. Ita nim corrigo illum locum. [Legitur vulgo: Ἀλλ' ἐν τ. φ. —] *Bergl.* εἰς τὰ πάντα. Aeſch. Agam. 609. ὠνόμαζεν ὧδ' εἰς ὁ πᾶν ἐτητύμως. Id. Eumen. 291. πιστὸν δικαίως ἐς τὸ πᾶν. d. ibid. 673. ὅπως πιστὸς γένοιτο εἰς τὸ πᾶν χρόνου. Noſt. an. 993. δεινὸς εἰς τὰ πάντα ad q. l. vid. notata. *Bergl.* Iis vtrisque verſibus interrogandi ſignum Edd. appo-unt, quod ego mutandum duxi. *Hemſt.* [qui pun-tum poſuit, recte improbante *Fiſch.*, quod 1. γὰρ ita in nterrogationibus ponatur, vt admirationem grauem et ſe-eram exprimat, 2. talis interrogatio a perſona Carionis on aliena ſit, quum homines verſuti ita ſimulent ſe mira-i, quid ſit, quod ipſorum fides in ſuſpicionem adducatur. eſtituerunt interrog. notam Br. et Inu.]

275. ὡς σεμνὸς — Qui hoc pronuntiat, faciem auertit Carione, ſimul digito eum contemtim oſtendit, hoc ſen-ı: videtis, quantam innocentiam et probitatem flagitio-ıs iſte nebulo prae ſe ferat? Sed verba αἱ κνῆμαι κ. τ. λ. urſus ad Carionem conuerſus dicit. *Gir.* Male interpres:

---

b) τὴν βακτ. hunc baculum, quem Carioni oſtendit. *Münt.*

c) Munt. intelligit εἰς τὰ πάντα σοφίσματα, ψεύδη etc.

d) Quod Demoſth. loco confirmat Münt. ταύτης τοίνυν ἐπιστολῆς οὐδέν ἐστιν ὑγιές.

e) Vnde intelligitur, perperam Reiskium conieciſſe legendum: κοὐδὲν αὖ νομ.

Vt honeſtus eſt hic verbero. Senſus eſt: *Quam ſerio vultu haec dicit perditiſſimus ille.* Chorus enim ſenum exiſtimabat, ſeruum Carionem non ſerio rem agere, ſed dictis illis ſibi illudere velle. *Kuſter.* ἐπίτριπτος *f).* Infra 618. ἡ ἐπίτριπτος *ſcelerata*, ἐπίτριπτε Acharn. 556. Pac. 1240. *ſceleſte.* Ita Soph. Aiac. 104. ἐπίτριπτον πίναδος. Quo reſpexit Andocides Orat. I. p. 222. [p. 49, 14. T. IV. Orr. Grr. Reisk.] ὦ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον πίναδος. Qua voce ἐπίτριπτος et ἐπιτριπτότατος pro *ſceleſto* et *ſceleratiſſimo* vſus ſimiliter Lucianus in Ioue Tragoedo ac in Mortuorum Dialogis. Eodem ſenſu dicitur ab Atticis τρίμμα, vt Au. 432. πίναδος, *rabula litium*, *vulpecula*, ac ſimiliter Nub. 447. περίτριμμα δικῶν, ſiue vt ap. Demoſth. de Cor. [p. 269. T. I. Reisk.] et qua de re ad ſequ. fabulam περίτριμμα ἀγορᾶς. *Spanh.* ἐπίτριπτος, *dignus qui conteratur*, eſt nunc vocab. generis, ſignificans *hominem perditum*, ſceleribus et flagitiis ita deditum, vt nulla ſpes ſit, eum ad frugem eſſe rediturum, nunc vocab. formae, declarans hominem certo cuidam vitio (619.), ſceleri, flagitio deditum. H. l. Carion a ſene ita vocatur propter fraudulentiam, ita vt ſit: tenebrio, fraudulentus, mendax. Gloſſ. vett. Ἐπίτριπτοι, *Tenebriones.* Cf. Reiz. ad Luc. T. I. p. 662. Σεμνὸς propr. *venerabilis*, et de feminis, caſtus, pudicus; deinde grauis, ſeuerus, is qui vultus graues et ſeueros gerit. Scilicet Carion ea, quae praeceſſerunt, videtur ita dixiſſe, vt vultum ſeuerum induerit. κνῆμαι ſunt *crura*, quorum aduerſa pars dicebatur ἀντικνήμιον *tibia*, auerſa γαστροκνήμιον *ſura*, v. Pollux 2, 190. βοῶσιν eſt Fut. contractum pro βοήσουσιν, et ἰοὺ, ἰοὺ vox eſt σχετλιαστική, *heu*, *heu*, quam ipſa natura fere iterari iubet. Senſus: Quam graues gerit et ſeueros vultus tenebrio! crura tua valde clamabunt (cruciabuntur) neruis et compedibus impediri geſtientia. *Fiſch. Gir.* explicat: tibias tuas hoc baculo ſic feriam, vt poſt ictum clamaturus ſis: *heu, heu!* — Per metaph. crura lamentari dici, quae vincula quaſi expetant, quibus vinctus ipſe lamentaturus ſit, monet *Münt.*

276. κρίνικες ſunt *nerui*, ligna craſſa et rotunda, in quae pedes, crura, ſeruorum, omninoque captiuorum ar-

f) Legebatur olim: σὺ πίτριπτος. Recte coniunxerunt litteras ὐπίτριπτος Br. et Inu. Subintell. ἐσί, monente *Gir.*

ctabantur *g)*: vnde etiam ξυλοπέδαι dicta ſunt, κᾶλα, ποδοκάκαι, ποδοτρόβαι, itemque ξύλα. v. Act. 16, 24. Ducangius Gloſſ. V. Ξύλον, et Proluſſ. de Vit. Lex. N. T. p. 459. Πέδαι *h)* ſunt *compedes*, vincula quibus crura impediuntur, quae ab aliis Gr. dicuntur περισκελίδες, Moeris V. Πέδη [p. 331. Pierſ.]. Sic neruus et compedes coniunguntur a Catone Gell. N. A. XI, 18. κνῆμαι — ποδοῦσαι ſunt crura quae geſtiunt in neruos coniici et compedibus vinciri. Senex his verbis oſtendere vult, Carionem eſſe hominem petulantem, neque prius quieturum, quam petulantiae cauſa in neruum coniiciatur. *Fiſch.* Vt hic pedes dicuntur deſiderare compedem, ſic ap. Eurip. Herc. Fur. 268. manus dicitur deſiderare haſtam, ὦ δεξιὰ χεὶρ ὡς ποθεῖς λαβεῖν δόρυ. *Bergl.*

277. Ἐν τῇ σορῷ *i)* v. λ. Locus eſt lepidiſſimus, de quo multa Scholl. vett. ſed non omnia inter ſe conſentanea. Summa autem eorum huc redit. Plura *k)* erant Athenis δικαστήρια vel tribunalia, in quibus iudices ex decem

---

g) Ita appellata ob ſimilitudinem cum choenice, vaſe ſ. menſura. *Münt.*

h) In cod. Doru. mendoſe: τὰς παῖδας. *Hemſt.*

i) Perperam ed. Fiſch. σωρῷ. Exprobrare Carionem ſeni eiusque comitibus annoſam ſenectutem et mortem ei imprecari monet *Fiſch.*

k) Decem erant Athenis iudicia, notata totidem literis, in quibus quaerebatur de criminibus publicis et priuatis; in ſingulis ſedebant deni iudices e ſingulis tribubus lecti; vt igitur appareret, quinam in iudicio quoque iudices ſederent, centum tabellae literis alphabeti primis decem inſcriptae (his enim inſignita erant δικαστήρια) demittebantur in ſitellam (κάδισκον), tabellae educebantur, et qui, verbi cauſa, eduxiſſet tabellam litera A inſcriptam, iudex erat in δικαστηρίῳ eadem littera notato; et vnusquisque intrans δικαστήριον accipiebat a κήρυκι ſcipionem, litera ſui δικαστηρίου notatum, inſigne iudicis. Itaque τὸ γράμμα eſt tabella, littera alphabeti inſcripta, et τὸ γρ. σου, *tabella a te educta. Fiſch.* Quingenos iudices fere in ſingulis iudiciis iudicaſſe oſtendit Matthiae diſſ. II. de iudiciis Athenn. in Miſcell. phill. Vol. I. P. III. p. 252. Certe multo plures erant quam deni. Plura etiam de iudiciis Athenn. et de caede, et aliis congeſſit *Girard.*, ſed nunc iam ſatis nota et melius ab aliis diſputata. Intelligit enim *Gir.* de iudicio decemuirorum, vti etiam Francog. interpres. Plura ad Scholl. monebuntur.

tribubus Atticis forte electi ius dicebant. Sortitio autem ad hunc modum fiebat. Cum singula δικαστήρια insignita essent nomine literae alicuius alphabeticae, is, cui ex. gr. in sortitione obtigerat litera Alpha, iuris dicundi causa adibat δικαστήριον *Alpha* dictum; cui litera *Beta*, is δικαστήριον B, et sic deinceps. Cf. Schol. infra ad 973. et 1168. Ad hunc igitur morem alludens Carion, cum chorum ridere vellet, vt constantem ex senibus iam decrepitis et capularibus, ait: Cum per literam, quam fortitus es, tibi ius dicendum sit (*in tribunali*, oportebat dicere, sed praeter exspectationem et risus gratia dicit) *in loculo* (vel *capulo*), Charonte tibi symbolum (i. e. baculum iudicialem), dante, tu adhuc ire cessas *l)*? Quod autem ad constructionem attinet, Scholiastes notat, λαχὼν τὸ γρ. dictum esse pro λαχόντος τοῦ γράμματος more Atticorum, qui saepe Nominatiuum pro Genitiuo absoluto [consequentiae] ponant, quod verum est. Sic Nost. Acharn. 1181. πτίλον — πεσὼν pro πτίλου — πεσόντος, vt non solum illic Schol. exponit, sed etiam sensus loci suadet. Lys. 13. εἰρημένον pro εἰρημένου, vt Schol. a nobis primum editus ad illum locum, Suid. V. Εἰρημένον, et Gregor. Cor. de dial. Attica [p. 15. s. ed. Koen. qui quidem cfr.], ne quis forte putet errore librarii εἰρημένον illic scriptum esse pro εἰρημένου. Nub. 163. κοῖλον — προσκείμενον, pro, κοίλου — προσκειμένου *m)*. Ran. 1485. εἴ τις πτερώσας, pro, εἴ τινος πτερώσαντος, vt recte monet Greg. Cor. [p. 65. s. *n)*]. Eurip. Iph. Taur. 695. σωθεὶς δὲ pro σωθέντος. Sequitur enim: ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἂν — quae per consequentiam, vt vocant, τῷ σωθεὶς subiunguntur; vt

l) Perinde est, ac si *capularem* senem vocaret chorum, quasi vnum hominem compellans, vt saepe; simul autem *litium diiudicandarum studiosum* dicit. Quod autem dicit, tale est: Quum in sortitione iudicum, litera tua, qua sortem tuam signaueras, loculum s. capulum tibi assignauerit, vbi ius diceres, tu tamen ire cessas. Nimirum ad mortem eum ire iubet, proposita spe, fore vt ibi etiam iudicia exerceat. Ita in Vesp. 636. κἂν μακάρων δικάζειν Ἕδοξα νήσοις. *Bergl.* Ad λαχεῖν illustrandum addit *Spanh.* Moeridis, tum inediti, verba λαχεῖν δίκην — ἔγκλημα ἀποδιδόναι p. 245. ed. Piers.

m) Huius tamen loci longe aliam esse constructionem monet Dawes. M. Crit. p. 126.

n) Sed in loco Ran. v. 1437. Bergl. πτερώσαι legi voluit, probante Koenio, recte aduersante Brunckio.

dicat poëta: si seruatus fueris, liberosque ex sorore mea susceperis, et nomen meum manebit, nec domus erit sine liberis; quasi scriptum esset σωθέντος et κτησαμένου. Soph. Oed. Tyr. p. 143. ed. Steph. [v. 101.] αἷμα χειμάζον, vbi Schol. Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, αἵματος χειμάζοντος. Diog. Laert. I, 56. [c. 2. n. 8. in Solone] γέροντές τε γενόμενοι, pro, γερόντων γενομένων o). Sic igitur et h. l. λαχὸν τὸ γρ. accipi poterit pro λαχόντος τοῦ γράμματος, vt sensus sit: cum litera tua sortita sit iurisdictionem in loculo, i. e. cum tu per literam sortitus sis etc. Caeterum MS. Bodl. habet λαχών, quam lectionem si sequamur, locus vertendus erit: cum sortitus sis literam ad ius dicendum in loculo. Vtroque autem modo et sensus et metrum loco huic constabunt. *Kusler.* Sola B. curante Gelenio λαχών· fauet cum Bodl. Cod. Doru. itidemque Scholiastes Ed. Flor. nisi corrigendus sit: neque tamen induci potui, vt receptam per ceteras Edd. scripturam amouerem. *Hemst.* Nominatiuus est absolutus pro Genit. qua de re ad Ran. 1437. In meo superscripta participio λαχὸν glossa λαχόντος, quam in C textus exhibet; ibi enim: ἐν τῇ σοφῷ γυνὶ λαχόντος τὸ γράμμα. — In posteriore Basil. excusum fuit, consilione an casu, nescio: λαχών. In Flor. scholiorum edit. semel occurrit λαχών, typothetae, vt videtur, errore. Nihil ista contra antiquam lectionem valent. Sed idem masculinum participium tuentur duo codd., quorum auctoritati magnum accedit pondus e Dawesii obseruatione [Misc. Crit. p. 125.] „verbi λαχεῖν notionem ap. scriptt. Atticos neutram non esse, *forte obuenisse*, sed actiuam duntaxat, *fortitum esse* p). Quod et mihi verum esse videtur; proinde λαχὼν reponi velim. *Brunck.* At *Fisch.* ita requirit sensum idoneum: sortitus es literam tuam, vt iudicares in capulo. Sed idem etiam censet, si λαχὸν τ. γρ. dictum fuerit pro

o) Absolute λαχὼν positum accipit etiam *Bergl.* vt δέον, ἐξὸν, δόξαν, εἰρημένον et alia saepissime, pro Genitiuis, ad Thesm. 547. (κἀξὸν λέγειν) confert. *Spanh.* autem laudat Aesch. Suppl. 770. ἐκ πίρας Ναυκρατίας, pro ἐκ πέρατος, Schol. At ea est vitiosa lectio (v. 277. Schütz. 247. Both.) pro qua nunc editum: χώρας γὰρ ἐλθὼν Ἄπις ἐκ Ναυπακτίας. Danisium ad Max. Tyr. 34, 5. p. 584. de hoc vsu Nomin. conferri iubet *Fisch.*

p) Nam locum Platonis, vbi similiter λαχὸν dici putatur, aliter explicat Daw.

λαχόντος — γραμματος, sequi debuisse σὺ οὐ βαδ. fine δέ. Quare λαχὼν (sc. ἐστὶ) pro ἔλαχε accipit; nam saepe participia ita absolute poni omisso verbo substantiuo. Itaque etiam post δικάζειν (ius dicere, iudicare) plene interpunxit *q*). Sed verborum: tabella a te educta sortita est iudicium in capulo; nempe litera Σ inscripta; tu sortitus es munus iudicandi in capulo; sensum esse hunc: mors tibi est a natura decreta; Carionem autem his potissimum verbis esse vsum, vt illuderet seni eique exprobraret pecuniae cupiditatem et temeritatem in iudicando. Nam senex 269. dixerat σωρὸν ἔχοντα, propterea Carion dixit ἐν τῇ σορῷ *r*), (quae est *arca funebris*, *capulus*, Gl. vett.), senex Carionem 275. appellarat ἐπίτριπτον, propterea Carion ait: λαχὼν δικάζειν. Illudendi autem studium ex eo apparet, quod ostendit, senem sortitum esse munus iudicandi in novo plane iudicio.

278. σὺ δ' οὐ βαδ. Melius forte legeretur: σύ γ' οὐ — *Brunck*. Scilicet iudices, sortitione facta, pergebant quisque in suum δικαστήριον *s*). Tropice autem verba valent: tu vero cessas mori? quin tu statim moreris? *Charon t*) ferebatur esse portitor manium, qui eos per Styga et Acheronta, fluuios inferorum, transueheret. ξύμβολον est omnino id, e quo aliquid coniici et colligi potest; indicium; signum; insigne; h. l. indicat *baculum*, *scipionem*, insigne iudicis: δίδωσιν est, *praebet*, *dare vult* s. paratus est. Nam haec verba addidit Carion, quia iudicibus δικαστήρια intrantibus, tradebantur scipiones a κήρυκι *v*), vt seni exprobraret decrepitam senectutem, quam de morte, non de

---

q) Post δικάζειν aut σὲ aut δίκην supplendum esse docuit *Gir.*

r) Hanc alliterationem etiam animaduertit *Gir.*

s) Hinc *Gir.* propr. dicendum fuisse εἰς τὸ δικαστήριον monet; nunc int. εἰς τὸν σορόν.

t) Etiam in hoc nomine iocum inuenit *Gir.* Nam inuersis literis pro Ἄρχων (quo nomine praeses cuiusque denorum iudiciorum appellatus fuerit) dici χάρων. Dacieria et recens Francog. interpres lusam verborum imitaturi dederunt: *Car on* etc.

v) Baculus eodem colore et eadem litera insignitus erat, quibus insignitum erat δικαστήριον, in quod forte legebantur: hoc symbolum senibus illis Charontem i. Mortem dare dicit. *Bergl.*

diuitiis, cogitare, neque insolenti oratione vti deceret. *Fisch.* διδωσιν. In cunctis edd. nullam ob manifestam rationem illud ν adhaeret: Cod. Doru. δίδωσι, cui versu proximo μόθων est φλύαρος, κόβαλος autem ὑβριστής. *Hemst.* δίδωσι receperunt tacite *Br.* et *Inu.*

279. διαῤῥαγείης. Vox Atticis scriptoribus, ac inter alios huic Comico familiaris, vt hac fab. 893. Conc. 798. Vesp. 162. Au. 2. Alexis ap. Athen. VI. p. 258. Ἀλλ' ὅτε διαῤῥαγήσομαι — et Demosth. adu. Conon. p. 694. οὐδ' ἂν Κόνων διαῤῥαγῇ, vbi interpres: *ilia rumperentur. Spanh.* Valet: *pereas!* nam qui disrumpi aliquem iubent, eum perire volunt. Sed senex hoc potissimum vtitur verbo, quia scit, Carionem esse hominem, cuius pectus mendaciis et fraudibus refertum sit. ὡς est h. l. particula admirationis cum indignatione coniunctae, *quam*, *quantopere. Fisch.*

μόθων καὶ κόβαλος. Vtrumque similiter coniungitur Eqq. 632. Μόθων nempe, vt ap. vett. Grammaticos, Harpocr. Polluc. Hesych. Suidam legitur, sicuti in Scholiis ad vtrumque Comici locum, de homine *vili*, *seruili*, *molesto*, *turpi*, ab Atticis dictum, ac inde etiam de turpi quodam et molesto *saltationis* genere *x)*; quod postremum liquet etiam ex Eqq. 694. et Scholl. ad eum locum; quo respexit etiam, vt hoc addam, Athenaeus, a quo Μόθων inter *saltationis ad tibiam* genera recensetur XIV. p. 618. Vocabulo autem κόβαλος dici daemonas quosdam immites Dionysiacos s. Bacchicos, cum hic in Scholl. tum ap. Harpocr. traditur, e quo proinde id Comici Scholiastes hauserit. Quum vero Bacchus ipse Κόβαλος dicatur a Philochor. in Atthide, seu *vafer* et *impòstor*, hinc id nomen ab orientali voc. חבל, *chebel*, quod tum *funes*, tum *laqueos* et *pedicas* notat, deducit Bochartus de Col. Phoen. I. 1. c. 18. *y)*. Certe κοβάλους per ἀπατεῶνας hic expli-

---

Alludi ad illam βακτηρίαν, qua senex Carioni supra minatus erat, animaduertit *Girard.*

x) Saltationem quandam indecoram ita esse dictam ex Eurip. Bacch. 1048. cuius non meminerat Meursius in Orchestra, docet *Bruneck.*

y) Bochartum Geogr. Sacr. P. II. l. 1. c. 18. laudat etiam *Duck.*

cant Scholia, tum etiam Heſychius, a quo inter alia κόβαλος, πανοῦργος, κακοῦργος et ἀπατεών redditur, ac apud eundem ἀνδροκόβαλοι (non ἀνδροκόβαλλοι), κακοῦργοι, πανοῦργοι. Ita Eqq. 270. ſenes itidem queruntur, vt h. l. ὥσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς ἐκκοβαλικεύεται (*illudit nobis*), vbi hoc explicatur in Scholiis. ἀπατᾷ, παραλογίζεται, λῃσεύει, et κόβαλοι, οἱ λῃσταί. item κόβαλον, τὴν μετ' ἀπάτης παιδιάν. Adde in eadem fabula 331. κοβαλικεύμασιν *adſentatoribus*, vt ibi quoque veteres Critici. *Spanh.* *friuolum*, *vanum* et *fallacem* iſtae voces ſignificant. In Eqq. 631. deos quosdam his nominibus confinxit, *ſcurrilitatis* et *fallaciarum* quaſi praeſides. *Bergl.* μόθων h. l. notat hominem *garrulum*, *loquacem*, *nugacem*; nam 1. ab Harp. et Schol. cod. Doru. explicatur φλύαρος, Heſ. σπερμολόγος (quod, Suida auctore, eſt εὐρυλόγος, ἀκριτόμυθος, v. Act. 17, 18.); 2. apertum eſt, Carionem ita vocari propter voces, quas iecit in ſenem 277. ſ. Φύσει κόβαλος eſt aut, *natura fallax* (Heſ.) *z)*; nam fallacia fere cum loquacitate coniuncta eſt, neque nouum eſt, Adiectiuis, inprimis iis, quorum ſignificatio multiplex eſt, addi verba, quibus eorum poteſtas definiatur (vt h. l. ὅστις φενακίζεις, quod φεν. eſt *fallere*); aut *natura inſolens*, *contumelioſus* (ὑβριστὴς gl. cod. Doru. et Brunck.), et homines inſolentes ſunt iidem fallaces. Interdum praeponitur nomini μόθων, vt Eqq. 632. declaratque σωμύλον, λάλον, Heſ. *Fiſch.* Pro eo, quod in omnibus libris legitur: ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κ. perperam Inu. e Rau. recepit: ὡς δὲ μόθων, καὶ φύσ' εἶ κόβαλος. Nam 1. ita verſus peſſumdatur, 2. male ει in φύσει eliditur, 3. languet δὲ.

280. φράσαι τέτληκας pro ἔφρασας (vid. 259.) periphraſis Homerica, nec Latinis inuſitata. *Fiſch.* Premit verbum *Gir.*: ſuſtinuiſti, voluiſti, noſtra gratia tantum laboris ſumere. At hic non dici labor recte potuit.

282. ſ. πολλὰ μοχθήσαντες ſunt *laborioſi*, laboribus occupati, in agris; et verbis οὐκ οὔσης σχολῆς declaratur ſtudium, quo incubuerint laboribus ſenes, quantopere ipſos labores vrſerint. προθύμως *cupide*, *ſtudioſe*, *alacri ani-*

---

z) *vafrum* et *veteratorem* interpretatur etiam *Gir.*, qui et μόθων de *garrulo*, *nugone*, accepit. μόθων eſſe i. q. μόθαξ, monet *Munt.* Idem κόβ. a κοπὴς male deriuat.

mo. δεῦρο *huc*, ad Carionem. Nam Carion putandus eſt conſtitiſſe eminus et ſenes ad ſe venire iuſſiſſe. πολλῶν θύμων ῥίζας διεκπερῶντες, eſt, praeteritis et relictis, neque euulſis multis cepis, h. e. famelici, ita vt nec famem ſedauerimus cepis obuiis. Nam διεκπερᾶν eſt, *transire*, *praeterire a)*, ῥίζαι θύμων per periphr. dictum eſt pro θύμα (253.) *b)*. Declarant igitur ſe prae ſtudio ſequendi Carionem ne fami quidem conſuluiſſe, h. e. ſumma alacritate ſequutos eſſe. *Fiſch.* Aeſch. Perſ. 485. διεκπερῶμεν Φωκέων χθόνα. Ex Hypſipyle Eurip. [fr. IV. v. 8.] ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν, per quae naturae neceſſitate *transeundum* eſt. *Bergl.* Scriptum fuerat in cod. Doru. διεκπερεῶντες, quod vitium eraſa litera ſuperuacua deletum: notabilior eſt, etiamſi non probanda, verbi eius explicatio, ἀναστπῶντες. *Hemſt.*

284. Male ſola G. [etiam Fiſch.] ἔτι ἄν· quae eadem expreſſit ὦ ἄνδρες, Baſileenſem ſecuta; neque aliter Kuſterus [Bergl. Fiſch.]; veteres Edd. rectius ὦ ᾿νδρες, accedente cod. Doru. *Hemſt.* In ed. prim. eſſe ὦ ᾿ιὸρες docet *Brunck.* *At vos non celauerim amplius*, h. e. dicam, cur vos dominus meus arceſſi, vocari, ad ſe a me iuſſerit (v. 281.) Aor. 1. Opt. cum ἄν reſpondet Praeter. Coni. vt Xen. Cyr. 5, 3, 15. 5, 5, 13. ἥκει etiam h. l. habet vim Praeteriti; nam Chremylus iam *venerat domum cum Pluto* (249. f.) h. e. ἄγων τὸν Π. Nam ἄγων, vt ἔχων, aliis verbis iunctum reddi debet, *cum.* v. Proluſ. Palaephh. p. 50. f. Cf. 265. *Fiſch.* In *Brunck.* ed. neſcio an temere ſcriptum fuit: τὸν Πλ. μὲν — aliae omnes habent τ. Πλ. γὰρ — quod etiam Inu. reſtituit.

285. ὑμᾶς πλουσίους ποιήσει. ὑμᾶς in ed. G. quam L. et Amſt. minores nusquam fere deſerunt, Portus repoſuit: priſcarum Edd. lectio, ἡμᾶς, fuit a Kuſt. *c)* reuocata, quae praeterea cod. Doru. auctoritate firmatur, quamquam literae ἡ ſuperne manus rec. adſcripſit ὑ. *Hemſt.*

---

a) Opere coepto intermiſſo, *Gir.* et *Münt.*

b) Gir. et Münt cenſent ῥίζας dictum eſſe, quia praecipua pars ceparum eſt caput, quod radicibus adhaeret. *Münt.* etiam docet, hunc Athenn. plerorumque, ob ſterilitatem agri, victum fuiſſe.

c) Is praeter auctoritatem vett. edd. praetuliſſe ſe ἡμᾶς oſtendit.

IV. codd. bene ὑμᾶς, quod iam expressum fuerat in edd. aliquot nec spernere debebat Hemst. *Brunck.* Non necessaria est lectio ὑμᾶς, quamquam eam adiuuare videri possit responsio senum, quum per ἡμᾶς intell. Chremylus, Carion, senes; et Carion fortassis de industria vsus est oratione ambigua (nam ἡμᾶς ad ipsum et dominum tantum referri potuit) vt senes eo magis lacesseret. *Fisch.* Tamen ὑμᾶς praeplacet, quum dicere Carionem oportuerit, quod ad senes pertineret. *Inu.* ἡμᾶς e Rau. reposuit.

286. ἥμιν [vt ed. Hemst. et Fisch.] bene scribitur in vtraque Fl. minore, B. Crat. G. et L. nam Amst. minor et Kusteri [etiam Inu.] cum cod. Doru. peius ἡμῖν. A. et Fl. ἤμιν. Quum autem syllabam posteriorem poëtae corripi volunt, qua de re Kust. admonuit, ἧμιν, ἥμιν, an ἡμὶν [vt Bergl. et Brunck.] exares, nihil admodum refert *d*). *Hemsterh.* Syllabam vltimam voc. ἡμῖν per legem metri hic oportet esse breuem, et proinde scribendum potius ἡμὶν, cum acuto in vltima. Sic Soph. Aiac. 740. ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στιν, ὡς φράσω τάδε, vbi v. Triclin. Alii etiam scribunt ἧμιν, vt exemplis pluribus probat Eustath. ad Il. ρ. p. 1112. ed. Rom. *Kuster.* ἅπασιν ἡμὶν εἶναι. Hoc ordine collocatae voces etiam in codd., sed peccant in accentu. Probabile est, poëtam reliquisse: ἡμῖν ἅπασιν εἶναι. Pro πλουσίοις Cod. quintus πλουσίους. minus eleganter, nec tamen contra syntaxis legem. Quod Kust. in Μίδας facere volebat, fecit librarius ille in πλουσίοις, duo scilicet nomina ad eundem casum reuocando, quod minime necesse est. *Brunck.* γὰρ inseruit h. l. cupidae admirationi, reddique latine potest: vero, ergone, et ἔστι pro ἔξεστι positum est. *Fisch.*

287. Pro νὴ τοὺς θεοὺς in ed. Hemst. et Fisch. legitur μὰ τοὺς θ. Et Hemst. quidem nihil de mutationis causis dixit, sed Fisch. monet verba μὰ τοὺς θεοὺς — μὲν οὖν reddi posse: immo, immo vero, immo quidem. Casu, non

---

d) ἧμιν et ὕμιν scriptum esse, vbi vltima corriperetur, et bisyllabae encliticae accentum praegressa dictio reciperet; vbi autem eum non reciperet, non inclinari omnino ista pronomina, sed ἡμίν, ὑμίν, scribi contendit Hermann. de emend. gr. Gramm. I. p. 79 — 82. Aliter censuerat Reiz. de acc. inclin. p. 128. quem Hotibius p. 14. s. sequitur, qui ideo h. l. ἧμιν scribi voluit, parum recte.

ex Hemſt. ſententia, in eius ed. legi μὰ cenſet Brunck.; libros omnes habere νὴ, idque etiam ſententiam flagitare. v. ad 764.

Μίδας. Scribere malim Μίδαις, vt reſpondeat Datiuo praecedenti πλουσίοις. *Kuſt.* Sane non displicet, ſed nihil in ſcriptis editisue libris variatur, atque ea ratione Μίδας pendebit a ποιῆσαι, vt Sch. monuit. *Hemſt.* Μίδας accuſatiuus eſt Plur., pendens a v. εἶναι ſuperioris verſus, integra ſic inſtituta ſyntaxi: νὴ τοὺς θεοὺς, ἐπὶ μὲν οὖν ὑμῖν Μίδας γίγνεσθαι, ἣν ὦ᾽ ὄνου λάβητε. Minime neceſſe eſt, cum Kuſt. Μίδαις ſcribere. Vtrumque caſum admittit graecus ſermo vt et latinus. Perinde enim dicitur: *nobis non licet eſſe tam diſertis:* et *eſſe tam diſertos.* Vid. not. ad Lyſ. 179. *Brunck.* [Tamen et Reiskius et Hotibius p. 15. Μίδας praeferunt, quod altera ſtructura duriſſima ſit.] Midas fuit rex Phrygiae, cui puero dormienti formicae dicuntur in os tritici grana congeſſiſſe, inde ditiſſimum fore praedictum eſt; quod euenit. v. Cic. Diu. 1, 36. Μίδαι igitur ſunt *homines praediuites.* V. Heſ. et Apoſtol. Prouu. 13, 19. Itaque h. l. ſenſus: *immo e) ditiſſimos vos Plutus reddet.* Sed idem ille Midas, quum Apollini auſus eſſet praeferre Pana canentem, Apollo hanc hominis temeritatem fertur ita vltus eſſe, vt eum induere iuſſerit aures lente gradientis aſelli. v. Ouid. Met. XI, 92 — 179. Vnde patet cur Carion, illudens ſenes, addiderit: ἣν ὦ᾽ ὄνου λάβητε. *Fiſch.*

288. ὡς eſt *quam;* ἥδεσθαι et τέρπεσθαι *laetari, gaudere.* Nam animus commotus linguam iubet multiplicare verba, vt Pac. 291. Iam homines gaudio pleni, geſtiunt vel *canere,* vel *exſultare,* vel *ſaltare* adeo *in orbem;* vnde ſequitur, χορεῦσαι ὑφ᾽ ἡδονῆς. Nam χορεῦσαι eſt propr. ſaltare in orbem, ἡδονὴ laetitia et ὑπὸ reſpondet Lat. *prae. Fiſch.* καὶ praeponendum eſt verbo χορεῦσαι, volo *etiam* tripudiare. *Gir.* ἥδομαι καὶ τέρπομαι. Pleonasmi Atticis vſitati; ſic Pac. 291. ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι. Haud aliter Aeſch. init. Choëph. 3. ἥκω καὶ κατέρχομαι, quod tamen in eo redarguit Comicus Ran. 1185. vbi continuo introducit Euripidem, qui eum tamquam bis idem dicentem ſugillat, Aeſchylum vero tanquam aliquod inter

---

e) μὲν οὖν habere corrigendi vim, monet *Münt.*

duas voces illas discrimen statuentem. Quae caeteroquin ad maiorem emphasin apud oratores Atticos familiaria; vt coniuncta quandoque δέομαι, ἱκετεύω, ἀντιβολῶ. *Spanh.*

289. ταῦτ' ἀληθῆ. Versui male prospectum in Cod. Doru. vbi tantum τἀληθῆ. *Hemst.*

290. θρεττανελό. Nihil significat haec vox, sed fuit excogitata a Philoxeno, qui amationem Cyclopis et Galateae scripserat, ad exprimendum illius indocti miserum carmen, quod stridenti cithara disperderet, in gratiam amicae, cui placere studebat arte musica, quamuis esset ineptus. Testis Euripides, apud quem in Cyclope 424. Vlysses dicit: ᾄδει δὲ (Cyclops) παρὰ κλαίουτι συνναύταις ἐμοῖς ἄμουσα, et v. 487. chorus de eodem: ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος. Apud Lucian. etiam, cum Galatea laudasset eum, tanquam bonum Musicum, Doris inquit [Dial. Mar. 1, 4. T. I. p. 290. Hemst.] σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρώην ἐπί σε. Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἂν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. Talis vox est et τὸ φλαττοθραττοφλαττοθράτ, Ran. 1312. Item Τήνελλα Acharn. 1246. et alibi, nisi quod illae ludibrii causa sunt fictae, haec autem non. *Bergl.* Quum senex dixisset, se prae laetitia in orbem saltare velle, Carion contra (καὶ μὴν *immo vero*, *vero*), illudens eos, ostendit, se velle ipsis praeire tripudiantem (βουλήσομαι ἄγειν pro ἄξω, quia senex dixerat βούλομαι χορεῦσαι, et continuatio actionis significatur). Polyphemus Neptuni et Thoosae nymphae filius, omnium Cyclopum robustissimus et immanissimus, qui sex Vlyssis socios deuorasse fertur (Hom. Od. 9, 187. ff.), amasse dicitur Galateam, et cum ea oues et capellas pauisse in Sicilia, ita vt etiam fidibus cecinerit. v. Riccius diss. Homer. Vol. III. diss. 51. Iam Philoxenus, poëta dithyrambicus *f)* (v. Gesner. ad Lucian. T. III. p. 112.), a Dionysio seniore, Syracusanorum tyranno, in lapicidinas missus erat; sed, quum inde aufugisset, sciretque Dionysium teneri amore Galateae meretricis, vt tyranni crudelitatem vlcisceretur, con-

f) Ex aliorum sententia tragicus fuit; idem etiam musicus, de quo Plut. Tract. de Mus. c. 19. et 45. *Interpr. Francog.* Cf. etiam *Burette* Mém. de l' Acad. d. Inscr. XIII. 204. qui etiam sonum voc. θρεττανελὸ musice explicuit. Respexit ad h. l. Plut. c. 45.

:ripsit carmen de amore Cyclopis, h. e. Dionysii, in quo ngebatur Cyclops cum Galatea pecus pascere, et inter pa-endum canere cithara, cuius sonum vt exprimeret, vsus t v. θρεττανελό. v. Schol. g) et Suid. h. v. Carion igitur ngit, se esse Cyclopem, senes pecus, et quia non habebat tharam, ostendit, se voce sonum citharae imitaturum esse. f. Schol. *Fisch.* Eadem fere *Girard.* qui Philoxenum emulum Dionysii in amoribus Galateae fuisse, et θρεττα-λό, vocem factitiam, vtcunque imitari extremum lyrae num addit.

291. ὡδὶ παρενσαλεύων. In h. l. (quem ex Philoxeni yclope sumtum esse, Schol. notat) Carion seruus, Cyclo-em imitari se velle dicens, chorum senum praecedit, cum decoro quodam motu saltans: quod poëta per παρενσα-ύων (pro quo in Mss. Vat. et Arund. legitur παρασα-ύων h), sed repugnante metro) indicare voluit. Alloqui-r autem Carion chorum, tanquam ouium et caprarum egem: Agite, filii crebro clamitantes et balantes ouium prarumque olentium cantica, sequimini etc. Nota, τέ-α ἐπαναβοῶντες hic esse constructionem, non πρὸς τὸ ῥητὸν, d πρὸς τὸ σημαινόμενον, vt Grammaticorum filii loquun-r. Vox ἐπαναβοῶντες enim iungitur τῷ τέκεα, non con-uctionis grammaticae, sed sensus habita ratione; quo-am τέκεα idem sign. quod υἱοί, cui ἐπαναβοῶντες et βληχώ-νοι, ob generis similitudinem recte iunxeris. Sic Hom. d. 12, 74. Νεφέλη — κυανέη, τὸ μὲν κ. τ. λ. vbi, obser-nte vet. Schol., articulus τὸ referendus est non ad νεφέ-, sed ad νέφος, quod eiusdem cum νεφέλη est significatio-s. Vide etiam Eustath. ad Il. Σ. p. 1167. Rom. qui ura constructionis huius exempla suppeditabit. Consule iam Schol. Soph. Aiac. p. 11. Steph. ad verba ἀγέλαι οδείσαντες [v. 168. s.] *Kust.* ὡδὶ i) *hoc modo*, positum est

---

g) Scholiastae verba bene illustrasse in gallicis ad h. l. notis Tan. Fabri filiam, monuit *Spanh.* Species quaedam erat saltationis, Κύκλωψ dicta, de qua vide Meursium in Orchestra. *Brunck.*

h) Ita etiam cod. Doru., teste *Hemst.* et cod. Borg. teste *Inu.* Ap. Reiskium haec leguntur: „παρενσκαλεύειν, inter crura sodicare tacite immisso obscoeno telo vel veru.“ Num παρενσκαλεύων legi voluit?

i) *Gir.* pro ὧδε positum monet, et *Münt.* id explicat: *hoc modo.*

δεικτικῶς, ita vt Carion hanc vocem edens putandus sit pedibus terram quassasse, et oculos quoque illuc deiecisse, senesque ad se respicere iussisse; vnde v. παροινταλεύων absolute est positum, omissis nominibus πέδον, ἔδαφος aut similibus. Sed τοῖν ποδοῖν *k)* παροινα. est, *alternis pedibus quatere terram* (Hor. I. od. 4, 7.) *Fisch.*

292. τέκεα *l)* a τέκος, quod id. est quod τέκνον. Filios suos vocat senes istos, quia seipsum assimilat Polyphemo, ipsos ouibus; nam vt pater sobolis, ita pastor gregis curam gerit; infra se dicit matrem eorum eadem ratione. Dum autem oues vocat eos, significare vult, ipsos esse stolidos, vt sunt illae pecudes; et videtur noster imitatus Eupolidis locum, vbi Hippocratis filios dicit degeneres fuisse et fatuos: Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες Βληχητὰ τέκνα καὶ σύσσιμῶς τοῦ τρόπου. Ostendemus autem ad Eqq. 527. nostrum Eupolideis verbis libenter vsum esse. *Bergl.* εἶα (Lat. *eia*) est vox blande hortantis, *agite*, *quaeso*, vt 316. et 760. τέκος dicitur de fetibus omnium animantium, vt Lat. *pullus;* h. l. propr. ouiculae et capellae, nam Carion se facit Cyclopem. Vsus autem est illo voc. vt magis illuderet senes. ϑαμινὰ i. q. πυκνὰ (Moer. p. 183.) *saepicule* Gloss. vett. Et ἐπαναβοῶντες dictum est, quia τέκεα positum est pro ὑμεῖς, de qua syncsi generum v. Anim. ad Weller. III. I, 317. ff. Sic φίλε τέκνον Hom. Od. 2, 363 τέκος — φυγὰς ἀποσαλεῖς Eurip. Phoen. 323. 25. Vnde scriptura cod. Doru. ἐπαναβοῶντα *m)* Grammatico imperite debetur. *Fisch.*

293. f. Dimetri iambici. — βληχᾶσθαι est, vt Lat. *balare*, verbum factitium e sono et voce ouicularum quod h. l., seruata lectione vulgata, etiam de voce capellarum positum est, quae propr. μηκᾶσθαι dicuntur. Zenodot. περὶ φωνῶν ζώων ap. Valken. Lectt. Ammon. p. 228. f. Anonym. ib. p. 230. f. Gloss. vett. V. Βληχῶμαι, et Μη

---

k) Inter haec verba Carion senibus pedum ictus intulit, auct. Schol. et Münt.

l) Verba sunt Philoxeni; nam Aristophanes Attice potius dicturus erat τέκνα, quam τέκεα. *Girard.*

m) Quanquam βληχώμενοι ille cod. seruat. In eodem etiam peccatum ἡμᾶς pro ὑμᾶς legitur.

κᾶται, Hesych. Βληχήσασθαι n). Προβάτια i. q. πρόβατα, vt Lat. *ouiculae*, habet h. l. non tam vim blandiendi, quam illudendi, vt antea τέκεα. Κινάβρα est *foetor*, et *alarum*, et *caprorum*, Schol. cuius verba et Suid. descripsit et Phauorin. o). Sic Hor. Epp. I, 5, 29. *caprae olidae* de foetore alarum. Αἶγες κιναβρῶντες sunt capri, capellae, olentes, foetentes; et voces earum dicuntur μέλη, quia Carion se ita praeeuntem fecit, vt cithara caneret, sed μέλη propr. dicuntur *carmina*, quae canuntur ad fides, v. ad inscr. carm. Anacreont. Sed in ed. Ald. legitur κιναβρῶντα μέλιων p). Scilicet duplex fuit in Codd. vett. scriptura κιναβρῶντα et κιναβρώντων· haec notata fuerat ita: κινα- ων βρῶντα μέλη· librarius cod. Ald. omiserat syllabam ων et deinde alieno loco addidit q). Cf. ad Aesch. Socr. 3, 13. 88. Mihi nuper κιναβρῶντα magis arridebat, quod 1. αἰγῶν sic simpliciter positum est, vt antea προβατίων, 2. κινα-βρῶντα μέλη exquisitius dictum est, (*voces foetentes*, ita vt senibus foetidus obiiciatur spiritus), quam κιναβρῶντες αἶγες. Nunc malim legere e Tho. Mag. Codd. V. Πρόβατον [p. 738. Bern.], in quibus est προβατίων βληχώντων· βληχωμένων τε — κιναβρώντων· nam μέλη cohaeret cum ἐπαναβοῶντες, et exstitit sic elegans vtriusque membri concinnitas. v. Prolusi. de Vit. Lex. N. T. p. 257. *Fisch.*

295. In cunctis Edd. ἀπεψωλημένοι et τράγοι interpunctione vel magna vel minore separantur: ea nulla in cod.

---

n) Add. Sturz de vocibus animalium Prol. I. p. 14. s. II. p. 9. s. — In Vesp. βληχᾶσθαι ad vagitum infantum transfertur. *Münt.*

o) κιναβρῶν *hircum olens.* Sic Lucian. [Dial. Mar. 1, 5. T. I. p. 291. Hemst.] κινάβρας ἀπάζων ὥσπερ τράγος. *Bergl.*

p) κιναβρώντων μέλη habent non solum Mss. sed etiam edd. Flor. et Bas. At ed. Ald. male: κιναβρῶντα μέλεων. *Kust.* Cum plerisque Edd. congruit cod. Doru. nisi quod ille solemni errore κιναβρόντων. Verum A. praefert Αἰγῶν τε κιναβρῶντα, μέλιων· a qua, distinctione solum sublata, discedit B. Crat. Perspicuum est scripturae duplicis indicium: κιναβρῶντα μέλη et κιναβρώντων μέλη· vtra sit praeferenda, videbimus in Adnotatt. *Hemst.* In vtroque Inu. libro κινανρώντων μέλη, quo vulg. scriptura confirmatur.

q) Ita fere iudicauit *Brunck.*, in cuius duobus Codd. legebatur κιναβρῶτων. Typothetam ed. Ald. non intellexisse, quid duplex scriptura in cod. significaret, monet; ipsum autem metrum respuere κιναβρῶντα.

Doru. comparet: neque agnouit Schol. quam rationem probandam esse censui. *Hemst.* [Br. et Ina. post ἔπεσθ' posuerunt comma, in Hemst. et Fisch. omnino non est. *r)*]. — ἀπεψωλημένοι dicuntur, quibus glans veretri ob libidinem retecta et nudata est, quod hircis ob lasciuiam crebro accidere solet. *Kust. recutiti*, vox huic Comico familiaris, vt Ach. 160. Pac. 907. Thesm. 1198. Sic τί μ' οὐκ ἀπεψώλησας Ach. 592. *cur me non verpum fecisti? Spanh.* Ductum est verbum a ψωλή, quod in gloss. vett. redditur *mentula, praeputium.* Ante τράγοι intell. ὡς, vt 308. v. Bos. Ellipt. v. ὡς. *Fisch.*

ἀκρατιεῖσθε est ab ἀκρατίζεσθαι, quod *intemperanter libidinosum esse* significat, ab ἀκρατής. Nam altera interpretatio, quam Schol. hic affert, repudianda est. V. etiam Suid. V. Ἀκρασία, qui locum hunc Comici citat [et Schol. exscripsit]. *Kust.* ἀκρατίζεσθαι omnino est, *libidini indulgere*, sed h. l. quum libido iam v. ἀπεψωλ. declaretur, et additum sit τράγοι, arbitror ita accipiendum, vt Schol. accepit: λείχετε τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, quod hirci post coitum, eo auctore, facere solent *s)*. Futurum etiam h. l. pro Praesenti positum est, quia continuatio actionis significatur. *Fisch.* Est ab ἀκρατίζεσθαι, secunda longa, quia deriuatur ab ἄκρατος. Significat: *jentaculum* s. *matutinum cibum capere.* v. Fragm. inc. 36. et Athen. p. 11. Confuderunt hoc verbum vett. Critici *t)* cum alius deriuationis et significationis verbo ἀκρατεύομαι, ab ἀκρατής. Vim verbi non satis accurate reddit Bergleri versio, quam inconsiderate retinui, *lasciuite.* Sensus est: *arrectisque veretris, vt hirci, jentate:* quia nimirum hirci τὰ ἑαυτῶν αἰδοῖα λείχουσι. Glossa: λείχετε τὰ αἰδοῖα δηλονότι. *Brunck.*

296. Obsecro te, quid hic facit ζητήσομεν? Lego ζηλώσομεν *imitabimur Cyclopem.* Patet hoc tam ex prioribus: Κύκλ. μιμούμενος, quam ex seqq. Κίρκην — μιμήσομαι. *Bentl.* At inde non sequitur, hic quoque verbum ponen-

---

r) Fischerus tamen separari ἀπ. et τρ. distinctione voluit, tum ob part. δὲ postpositam, tum quia vtrique voc. diuersam tribuit vim.

s) Ita etiam accepit *Gir.*

t) Vnus tamen Schol. iam ita, vt Br., recte interpretatus est.

dum fuiſſe quod *imitari* ſignificet. Vt taceam, differre nimium characteres τ et λ, η et ω, vnde, ſi legamus ζηλώσομεν, pendebit Infin. ἐκτυφλῶσαι? Retine ergo ζητήσομεν. ζητ. σε ἐκτ. eſt: conabimur te excoecare, operam dabimus, vt te excoecemus. Sic ζητεῖν v. 473. Marc. 12, 12. Rom. 10, 3. *Lamb. Bos.* Anim. p. 6. Fl. et B. ζητήσωμεν, itaque ſcriptum fuiſſe videtur in cod. Doru. vbi et θρεττανελῶ, hic et ſupra 290. ſed metro repugnante. *Hemſt.* Hyperbaton *v)* eſt notabile, ſed animo ſenum commoto conveniens, et ζητεῖν ſequ. Inf. eſt *velle* (v. Heſ.); reſpondent enim haec verba ſenum verbis Carionis βουλήσομαι ἄγειν (290.). αὖ eſt *vicissim, contra*, πάλιν, Heſ. v. Deuar. p. 77. Verba θρεττ. τ. Κύκλωπα cohaerent non cum βληχώμενοι [vti Lamb. Bos. h. l. accepit], ſed cum σὲ τουτονί, propterea quia Carion 290. f. ſe dixerat θρεττανελὸ τὸν Κύκλ. μιμεῖσθαι *x*). *Fiſch.* Ita βληχώμενοι, *balantes*, abſolute ponitur.

297. Vulg. olim fuit: πεινῶντα *y*). Sed quia hoc cum κραιπαλᾶν et καταδαρθάνειν non conuenit, Bentleius coniecit: πίνοντα, ex nota hiſtoria de Polyphemo. *Brunck.* tanquam Bentleii coniecturam attulit πινῶντα, eamque [ſimiliter vt Lyſ. 277. vbi v. eius Not.] in ordinem recepit, ſequuto eum Inu. qui e codd. nullam varietatem attulit. Verumtamen habet h. l. πεινῶντα, quo ſe tueatur. Nam et ſequentia tenuitatem victus declarant, et coniungere facile diuerſa potuit Ariſt., Comico more, quae in Carionem variis temporibus conuenirent.

καταλαμβάνειν eſt *inuenire, offendere;* ſed quia hoc verbum ponitur fere de iis, qui in flagitio aliquo et ſcelere deprehenduntur, ita vt nec aufugere poſſint, nec infitiari, ſenes eo vſi videntur, vt oſtenderent Carionis nequitiam. *Fiſch.*

---

v) in verbis ζητήσομεν — ἐκτυφλῶσαι, quod etiam *Bergl.* animadvertit. Eodem modo verba ſtruenda eſſe, repudiata Bentl. coniectura, monuit *Brunck.* Sed iam *Gir.* iuſtam verborum ſtructuram monſtrauerat; et *Münt.* monet verba disiecta prodere ruſticum ingenium.

x) Moris eſt, vt eorum verba ridicule repetamus, quibus illudere paramus. *Girard.*

y) famelicum, ita vt Carioni cibi inopia obiiciatur. *Fiſch.*

298. πήρα fuit facculus pelliceus, coriaceus, quo de humeris fuspenfo, paſtores, etiam viatores, panem reliquosque cibos geſtabant. Cf. Ammon. h. v. et Intpp. Matth. 10, 10. λάχανα ſunt *olera omnis generis* et ſatiua (σπόριμα) atque hortenſia (κηπευτά, κηπαῖα), cf. Theophr. charr. 20, 3. 22, 2., et *agreſtia* (ἄγρια h. l.) z). δροσερὰ ſunt aut *roſcida*, rore matutino adſperſa (Virg. Ecl. 8, 37.), quae Carion fingitur pera geſtare, ita vt exprobretur ei inopia victus, qui ſtatim mane olera colligat, quibus famem ſedet a), aut *tenera*, *mollia* (ἁπαλὰ Theophr. 20, 3.). Nam δροσερὸν et δροσῶδες vocatur, quidquid tenerum eſt et molle, quia ros eſt humor *tenuiter* ſparſus. v. Caſaub. ad Athen. 9, 8. p. 662. vnde Anacr. 29, 9. ἁπαλὸν et δροσῶδες iunguntur. Et quum Polyphemus ab Homero neque peram geſtaſſe dicatur, neque olera comediſſe, ſed humanis carnibus ventrem repleſſe feratur (v. Od. 9, 288. ff.): recte animaduertiſſe Schol. videtur, Ariſtophanem notare h. l. voluiſſe inſcitiam Philoxeni, qui Cyclopem in carmine ſuo feciſſet peram geſtantem atque olera agreſtia comedentem. *Fiſch.*

Particula καὶ [quae olim ante κραιπαλῶντα legebatur] vt tenorem metri interpellans delenda eſt. *Kuſt.* κραιπαλῶντά θ' reponi iuſſit *Bentl.*, ſed *Hemſt.*, in cuius cod. Doru. vt in Edd. pr. ſeruabatur καὶ, deleuit eam part., neque θ' recepit, ſed *Brunck.* emendationem Bentl. in textis repoſuit, Inu. rurſus deleuit θ'.

κραιπαλῶντα h. e. crapulentum, crapula distentum. v. Ruhnken. ad Tim. gl. Plat. [p. 166.] quae gloſſa pertinet ad Plat. Symp. 4., Tho. M. V. Κραιπάλη [p. 553.] Nam Polyphemus ſiuit ſe ab Vlyſſe vino ita onerari, vt non poſſet erectus conſiſtere, v. Od. 9, 353. ff. *Fiſch.*

299. Pro ἡγούμενον Tho. Mag. V. Πρόβατον, ἑπόμενον [ita ed. Bern. p. 738.] ſiue ἑπόμενος, vt impreſſit Vaſcoſanus. *Hemſt.* Metro repugnare ἑπόμενον animaduertit *Kuſt.* ἡγούμενον i. q. 292. ἄγειν. Sed additus eſt Datiuus, quia eſt *praeire* ſimpliciter, ducere ita vt iis, quos ducas, im-

---

z) In Thesm. 463. ἀγρίοισι λυχάνοις. *Bergl.*

a) Ita etiam *Girard.* et *Münt.* ſtatuunt, obiici ſeruo famem et inopiam.

perandi ius non habeas. εἰκῇ, *temere b)*, sine causa; h. l. eleganter de eo, qui dormit ibi, vbi dormire noluerat, vt ipse dicere non possit, cur ibi potissimum dormiat, quod accidit crapula distentis. καταδαρθάνειν s. καταδαρθεῖν propr. *dormitare*, quod sequitur καθεύδειν. v. Plat. Phaed. 16. Sed vsurpatum etiam actiue videtur pro, *sopire, consopire*, vnde καταδαρθεὶς h. l. *somno sopitus*, vt Polyphemus Od. 9, 371. ss. *Fisch.*

301. σφηκίσκος, ait Schol., est lignum acutum, ita dictum a forma vespae c). Eamdem cantilenam canunt Suidas, Hesych., Eustathius. Sed non ego credulus illis. Primo enim non in extremo, sed in medio corpore graciles sunt vespae, adeo vt sudes σφηκοειδὴς inepta fuerit huic negotio. Deinde cum ipsa σφὴξ sit animal minutissimum, quouis ligneo instrumento minus: incongruum foret instrumentum quoduis σφηκίσκον, *vespulam*, vocare. Equidem vix dubito, quin illa Grammaticorum enarratio ex solo h. l. defluxerit, et quidem mendoso, vt puto. Lego σφηνίσκον, *cuneum*. Μόχλον adhibent Homerus [Od. 9, 332. 375. 382. quo loco pro λαβόντες est ἐλόντες, obseruante *Fisch.*] et Euripides [Cycl. 629.] ad Cyclopem occaecandum: μόχλος autem et σφὴν sunt instrumenta fabrilia, aeque ad hanc rem idonea. Quemadmodum a μόχλος, μοχλίσκος dixit Aristophanes, teste Polluce, ita et a σφήν, σφηνίσκος. *Bentl.* Pro ἡμμένον [quod in Rau. deest], Cod. Doru. ἡμένον, bene tamen explicat πεπαυμένον, σφηνίσκον vero πάλον, quod inferioris Graeciae vocabulum non praetermisit Car. Du Cang. σφηκίσκον autem tuebimur aduersus Bentleium in Commentario nostro [qui tamen non prodiit]. *Hemst.* σφηκίσκος ἡμμένος est *sudes acuta praeusta*. Nam ἅπτειν est *adurere*, quod Hom. Od. 9, 328. dixit πυρακτεῖν ἐν πυρί, et sudes ipsa 378. s. dicitur ἐν πυρὶ μέλλειν ἅψασθαι. Ab eodem ib. 387. vocatur πυριήκης μοχλός. ἐκτυφλῶσαι Gloss. vett. explicant *obcaecare, excaecare*. *Fisch.* σφηνίσκον Codd. omnes. Gl. δαλόν. Sic etiam legebat Eu-

b) Nulla habita ratione loci, siue commodi siue incommodi. *Girard.*

c) *Lignum* [s. tignum, vt Münt.] *oblongum et in acutum desinens*, ita dictum a vespis, aluum adductam et admodum strictam habentibus. *Fischer.*

ſtathius, cuius haec ſunt verba p. 897, 57. ἀπὸ δὲ τῶν σφηκῶν οὐ μόνον σφηκίσκοι ἀριθμητικὸν σχῆμα, ἀλλὰ καὶ ξύλα μικρὰ εἰς ὀξὺ συνηγμένα. Vtrumque σφηνίσκος et σφηκίσκος eadem ſignificatione in vſu fuiſſe videtur. *Brunck.*

302. Etiam h. l. eſt Hyperbaton; nam ἐγὼ cohaeret cum verbis μιμήσομαι πάντ. τρ. 306. *Circe* fertur fuiſſe venefica et habitaſſe in Laeſtrygonum inſula ad Siciliam. Ad eam Vlyſſes cum comitibus delatus eſt, quum effugiſſet Polyphemi crudelitatem; ſed Circe comitibus Vlyſſis dicitur dediſſe pocula medicata, quibus exhauſtis conuerſi fuerint in ſues. v. Odyſſ. L. X. *d)*. Ex quo intelligitur, quomodo Carion, poſt Cyclopis mentionem, inciderit in mentionem Circes. Φάρμακα dicuntur omnino *medicamenta*, inprimis *purgantia*, ſed adiectis verbis ὀλέθρια, θανάσιμα, λυγρά, ita vocantur *venena*, medicamenta peſtifera, vt τὸ φάρμακον ap. Att. eſt *cicuta*, v. ad Plat. Phaed. I. H. l. caſeus, farina, mel, vinum, quibus admiſti ſunt ſucci herbarum malarum mali. Inde enim confectam potionem Circe comites Vlyſſis bibere iuſſit. v. Od. X, 234. ſ. vbi etiam κυκᾶν legitur, quod, vt ἀνακυκᾶν, eſt proprium de iis, qui conficiunt potionem miſcellam, quae ipſa nominatur κυκεών. v. Ind. Theophr. h. v. Pro *Philonida e)* nominare Carion debebat *Vlyſſem* et pro Corintho inſulam Laeſtrygonum. Sed notare voluit poëta turpiſſimam libidinem Philonidae eiusque paraſitorum, ita vt apertum ſit, per Circen intelligi *Laidem* Corinthiam. Οἱ ἑταῖροι τοῦ Φιλ. ſunt ſodales, paraſiti Philonidae, qui cum eo itarunt ad Laidem, quae quidem eos mutaſſe dicitur in ſues, h. e. coëgiſſe facere, quod ſues ſolent, modo vt libidinem

---

d) Circes pocula noſti etc. Hor. [Epp. I, 2, 23. f.] Quoniam chorus dixerat, ſe Vlyſſis exemplo excaecaturum Carionem, Polyphemum ſe profitentem, hic viciſſim ſe Circen imitaturum dicit, quae ſocios Vlyſſis mutauit in porcos, et ipſis ſtercus daturum comedendum. *Bergl.* Nouo ſcommate ſenes ſuos aggreditur, quo taedium itineris iocando excutiat. Qui cum ouibus et capris conferri noluerunt, eos cum porcis multo ſpurcioribus confert. *Gir.* Omnino totus locus non niſi riſus captandi cauſa inſertus eſt. Sunt autem ioci ſeruiles et ruſticis apti.

e) παρ' ὑπόνοιαν pro Vlyſſe poſuit Philonidem, Laidis in Corintho amatorem. Vid. 179. *Bergl.* Eurylochum etiam memorari potuiſſe cenſet Gir.

explerent ſuam. κάπροι non tantum ſunt *apri*, ſed etiam *verres*, porci maſculi (v. Gloſſ. vett.). Σκῶρ eſt *merda*, Gl. vett. cibi retrimentum, et μεμαγμ. σκῶρ *merda ſubacta*. Sed Circe ipſe dicitur comitibus Vlyſſis, in porcos conuerſis, glandes obieciſſe. v. Od. X, 242. ſ. *f*). *Fiſch.* Μεμαγμ. σκῶρ ἐσθ. Citat Tho. Mag. V. Μάττω. *Kuſt.* Infra Ran. 146. καὶ ἀεὶ σκῶρ νῶν, vbi in Schol. dicitur falſum eſſe, quod primus Straton in Atalanta hoc voc. σκῶρ vſurparit; poſt Ranas enim huius Comici editam eſſe Stratonis Atalantam. Adde quod ap. Athenaeum VIII. p. 319. Epicharmus, vtroque illo poëta vetuſtior, eo voc. vſus legitur: τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ ἥμιτον ἐκβαλεῖν θεοῖς. *Spanh.* In cod. Doru. 303. et 310. ἑτέρους ac Φιλονίδου. *Hemſt.*

306. πάντα τρόπον [vt olim editum] habent Edd. Flor. et Baſ. At Ms. Bodl. et ed. Ald. *g*). πάντας τρόπους, quarum lectionum vtram eligas, nec ad ſenſum nec metrum quidquam intereſt. *Kuſt.* Pherecrates apud Athen. VI. p. 268. πάντα τρόπον εἰργασμένα. Apud ſoluta oratione ſcriptores Atticos promiſcue παντὶ τρόπῳ et πάντα τρόπον (*omni modo, omni ratione*) dicitur, et prius apud Plat. Euthydem. p. 293. παντὶ τρόπῳ σπουδάσαι, alterum ap. Demoſth. adu. Boeot. II. p. 583. γήμαντος δέ μου τὸν τρόπον τοῦτον· mox, ὃν τρόπον οὗτοι γεγόνασι· paullo poſt vero: ἄλλῳ δὲ ὅτῳ τρόπῳ· et ita vtroque caſu, ſed quarto frequentius. Sic Ran. 631. vt h. l. πάντα τρόπον, et ſupra v. 47. τὸν ἐπιχώριον τρόπον, dein 335. τίνι τρόπῳ, et Demoſth. de Cor. p. 141. τρόπον τινά. *Spanh.* πάντας τρόπους Reg. membr., primariae duae edd., quas ſequuntur prior Baſil., Venetae duae, et Pariſ. Wech. In C πάντας τοὺς τρόπους. Duo alii πάντα τρόπον, quam lectionem primus imperite vulgauit Ant. Fracinus, qui Phil. Iuntae heredum curauit editionem. Bis in metri legem peccat. Vltima in πάντα produci non poteſt ante literas τρ. Vid. Ran. 618. Eodem modo Nub. 701. male legebatur πάντα τρόπον, vbi edidimus πάντας τρόπους. Tum dimetrum iambicum ſyllaba breui terminare non licet, niſi a ſequenti verſu adiuuetur.

---

f) Facit Laidem Circe deteriorem, quippe quae non niſi externam formam comitum Vlyſſis mutarat. *Gir.*

g) Iunt. 1515. et B. addit *Hemſt.* Nam ſcriptura cod. Doru. non eſt explanata.

v. ad Ran. 984. *Brunck.* Iisdem argumentis etiam Dawes. M. Crit. p. 198. docuerat, πάντως τρόπους, quod Ald. Wech. Basil. 1532. et Plant. habeant, recte legi; recepit etiam Inu. qui in Borg. inuenit πάντας τοὺς τρόπους.

307. Γρυλλίζοντες adpositе, velut ad sues, quae porcum, vt in proximo versu dicitur, sequuntur. Sic vbi de mactatis in mysteriis Cereris suibus agitur Ach. 746., idem verbum legitur γρυλλιξεῖτε. *Spanh.* Ita refinxit alia manus, quod praue scriptum fuerat in cod. Doru. γρυκίζοντες cum tali interpretatione: ὅμοιοι χοῖροι βοῶντες, pro quo legendum est ὁμοίως χοίροις βοῶντες. In eodem bis φιλίδιας explicaturque φιλιδονίας. Mox ἔπεσθαι in sola Iunt. a. 1540. *Hemst.* γρυλλίζειν est, vt Lat. *grunnire*, verbum factitium e voce porcorum expressum. Dicitur etiam γρύζειν, et porcus γρύλλος. Zenob. ap. Valk. Lect. Ammon. p. 229. Anon. ib. p. 231. *h).* Sed porci grunniunt maxime, quum laeti sunt et hilares, vnde addita sunt verba ὑπὸ φιλησίας, *prae voluptate*, hilaritate. In verbis μητρὶ χοῖροι intell. ὡς *i).* *Fisch.*

310. Cod. Doru. μαγκανεύουσαν. Solent non μάγγανα tantum, sed et μάγκανα recentiores scribere. *Hemst.* Μαγγανεύειν Atticis *cibos condire*, Athenaeus IX. p. 372. de cucurbitis: ἐτύγχανον δὲ οὖσαι τῶν συντεθειμένων ὑπὸ τῶν τὰ τοιαῦτα μαγγανεύειν εἰδότων ὀψαρτυτῶν. Hinc τὰ μαγγανεύματα *praestigiae* ap. Plat. de Leg. X. p. 908. XI. p. 933. ed. H. Steph. et μαγγανεῖαι de iisdem l. X. p. 908. item ap. Athen. I. p. 9. Themist. Or. V. p. 70. Greg. Naz. Or. 38. p. 615. Cyrill. adu. Iul. p. 340. nostr. edit. Μάγγανον vero et μαγγανευτήρια *praestigiarum sacraria*, dicto iam ap. Them. loco. *Spanh.* μαγγανεύειν dicuntur et ii, qui ornant res venales et componunt ita, vt alliciant fallantque emtores, et ii, qui praestigiis vtuntur, et spectantium oculos ita praestringunt, vt dolum non animaduertant, quod fere γοητεύειν dicitur; h. l. μαγγανεύειν pertinet eo, quod Circe homines mutasse visa sit in porcos; μολύνειν *(inqui-*

h). Add. Sturz. Prol. II. de voc. anim. p. 11.

i) Olim ἔπεσθε μητρὶ χοῖροι prouerb. de iis dicebatur, qui indocti ipsi indoctos sequebantur. Hic simpliciter Carion senibus velut in porcellos mutatis ridicule hoc ingerit. *Cir.*

nare, pólluere) τοὺς ἑταίρους eo, quod Circe Corinthia, Lais, parasitos Philonidae coëgerit merdam a se subactam deuorare. *Fisch.* Hanc autem se imitaturum dixerat Carion, vnde *σὲ τὴν Κίρκην — te, qui Circen agis.*

311. λαβόντες. Cod. Doru. ἦν λάβωμεν, [vt Borg. in quo etiam ὑπὸ τῆς φιλιδίας], quod metri lex repudiat: locum priscae lectionis occupauit interpretatio. Λαβόντες ὑπὸ φιλησ. a sequentibus distincta copulantur in vetustis Edd. Rectius separauit Portus, quia ὑπὸ φιλ. ad sententiam proxime subiecti versus pertinet. *Hemst.*

312. Probam scripturam τὸν Λαέρτου [intell. υἱὸν, h. e. Vlyssem] ab A. pleraeque Edd. acceperunt: altera vitiosa Τὸν Λαέρτου, quae versum iugulat, inuenitur in Fl. I. 1540. et B. Eam ex corrupto Mf. profluxisse, fidem facit cod. Doru. Vlyssis pater Homero, ni fallor, semper Λαέρτης· sed nomen illud *διφορεῖσθαι* Eustathius obseruat ad Il. A. p. 13. *οὐ μόνον Λαέρτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ Λαέρτιος, ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς k)*· hoc certe, quam istud, in Philoctete Sophoclis multo saepius occurrit, v. 366. ὁ Λαέρτου γόνος, v. 402. 418. vbi Schol. X appositum monet, ὅτι πάλιν Λαερτίου κτητικὸν ἀντὶ πρωτοτύπου Λαέρτου· v. 630. 1280. 1351. Ὁ Λαέρτου τόκος semel tantum inuenitur 616. Vid. N. Heins. ad Ouid. Met. XII. 625. *Hemst.* Solent ita patronymica pro propriis nominibus poni. v. Hemst. ad Plut. p. 325. et ad Lucian. Tim. 44. p. 157. T. I. Koen. ad Greg. Cor. p. 133. 231. κρεμῶμεν est Fut. pro κρεμάσομεν, vid. ad 221. Ὄρχεις sunt testiculi, colei; et Genit. pendet a praepos. ἐκ, quae intelligi debet. Respexit autem poëta ad poenam, quam Vlysses redux sumsisse fertur a Melanthio caprario, v. Od. XXII, 175. ff. *l*). *Fisch.*

313. μινθώσομεν. Cod. Doru. μινθώσωμεν, addita explicatione κόπρῳ πάσωμεν, quod per errorem librarius pinxit πάσωμαι. *Hemst.* In Ran. 1107. μινθῶσαι *(inquinare)*

---

k) Soph. Ai. 1. ὦ παῖ Λαέρτου, vbi Schol. κτητικὸν ἀντὶ κυρίου. Nam ipse Vlysses propr. *Laërtius* dicitur, non Laërtii filius, vt Ouid. Met. 13, 124. *Bergl.*

l) Non haec dici, quasi Vlysses Circen hoc pacto suspenderit, sed quod Melanthium ille suspendi curauerit, monuit etiam *Bergl.* Fuit tamen Melanthii poena multo crudelior. v. *Gir.*

τὸν ξύσσιτον, quoniam, vt ibi Schol., inter alia, μίνθη dicitur *ſtercus caprinum*. Quod alioquin μίνθος hic in Schol. et in duobus vett. Comicorum ap. Athen. locis, Archeſtrati VI. p. 285., et Mneſimachi IX. p. 403., et quidem non de *caprino* ſolum, ſed etiam *humano* ſtercore. *Spanh.* Stercore caprarum inungemus tibi nares, vt paſtores ſolent morbo correptis capris *m*). *Bergl.*

314. Σὺ δ' Ἀρίσυλλος. Ariſtyllum fellatorem fuiſſe, indicare vult; quod genus turpitudinis Graeci alias λεσβιάζειν vocant. v. Etym. V. Ἀρίσυλλος, qui huc reſpexiſſe videtur. Caeterum Mſ. Vatic. et Arund. itemque Suid. V. Ἀρίσυλλος *n*) legunt, ὡς Ἀρίσυλλος, addita part. ὡς, quam tamen hic ſubintelligendam eſſe Schol. ad h. l. monet. *Kuſt.* Senſus: *tu vero, vt Ariſtyllus, ore hiante dices.* Ariſtyllus deſcribitur vt homo [poëta, auct. Schol. et Suid.] obſcoenus, qui inguina lamberit, et loquutus ſit ore non ſatis aperto, ſed *hiſcente*. Nam χάσκειν eſt *hiſcere*, Gl. vett. *Fiſch.* In Eccleſ. 646. Blepyrus eius oſculum auerſatur. *Bergl.*

316. ſ. Ἀλλ' εἶα — ἐπ' ἄλλο. Similiter Chorus Thesm. 994. niſi quod ibi Saltatrices videntur ſe hortari, vt in aliam locum ſe conuertant, aut ad aliud genus ſaltationis; hic autem iubet Cario, vt habitum ſiue ſpeciem mutent: nam iſti ſenes in ouium ſpecie videntur prodiiſſe o), licet baculos geſtarent; nam etiam in Veſp. 31. ſtuporem Athenn. notans fingit Soſiam per ſomnum vidiſſe, vt con-

---

m) Quo facto dicuntur ſternutamenta commoueri et morbus decedere. μινθοῦν eſt ſtercore caprino oblinere. *Fiſch.*

n) Etiam Cod. Doru. et ed. Farr. teſtante *Hemſt.* qui haec adiecit: „Quae addita primum fuerat inter verſus ad explanandam ſententiam vocula, tandem ſe Comici verbis implicuit; eoque facilius, quod a metri lege non prohiberetur.“ Etiam Borg. Σὺ δ' ὡς Ἀρίσυλος. Neſcio vnde in ed. Fiſch. venerit σὺδ' Ἀρίσυλλος· nam ita eum legiſſe e not. patet, vbi receptam ſcripturam: σὺ δ' Ἀρ. laudat.

o) Hoc parum probabile eſt, neque ex ſuperioribus colligi poteſt. *Gir.* haec adnotauit: in aliam formam conuertamini; nam antea oues, capras, nautas, et ſues finxerat. Recte vero *Münt.* obſeruauit, ſenes iſtos perpetuo habitu et cultu agricolarum inceſſiſſe. Refert ἄλλο εἶδος ad aliud cantici genus, quod decantarint.

ionem egerint in Pnyce πρόβατα συγκαθήμενα· βακτηρίας ἔχοντα καὶ τριβώνια. Ibidem Chorum ita personatum inlucit, vt videatur Vespis similis: sicut in Ranis specie ranarum, in Auibus specie auium; sed in istis comoediis non mutat habitum (nam in Ran. scena mutata non apparet, an chorus idem maneat): in Nubb. autem, vbi specie nubium primo apparebat, deinde aliam speciem sumit v. 287.; etiam in Eccles. vbi mulieres habitu viros mentiebantur, eum postea deponunt v. 495. mox: αὗται γὰρ ἥκουσι πάλαι τὸ σχῆμα τοῦτ' ἔχουσαι in Acharn. 627. Sed forte non est plane necesse, vt in h. l. chorum putemus habitum potius mutare, quam genus saltationis, aut potius carminis genus, vt Ran. 380. vbi ἕτερον εἶδος idem videtur esse, quod h. l. ἄλλο εἶδος. *Bergl.* Sensus: Eia vero agite, mittite nunc dicteria; graues iam estote. Ego vero iam, clam domino, carnes edam ad panem; et tum interero negotio. Νῦν *p)* ad τρέπεσθε, ἤδη ad ἀπαλλαγ. pertinet. σκώμματα *q)* sunt voces, quae iaciuntur in aliquem, vel liberales et facetae, quae tectam habeant contumeliam (*dicta*), vel illiberales et petulantes, quae apertam exprobrationem habeant (λοιδορίαι) vt h. l. Macrobius Sat. 7, 3. negat, in lingua lat. reperiri vocabulum, quo graecum σκῶμμα reddi possit. τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγῆναι est, *abstinere dicteriis*, v. Duker. ad Thuc. p. 404. et ἐπ' ἄλλο εἶδος τρέπεσθαι esse opinor, *graues et seueros vultus induere r)*. Nam quum prope abessent senes a domo Chremyli: discessit ab iis Carion et perrexit intro. καθαρὰ τοῦ δεσπότου dictum est, vt καθαρίως τῆς μητρὸς Alciphr. 3, 27. Per κρέας intell. carnes quas e templo Apollinis secum abstulerat seruus. μασᾶσθαι est *mandere*, *manducare*, v. Theophr. charr. 20. τὸ λοιπὸν *est iam*, *posthac*. οὕτω post Participia in apodosibus eleganter po-

---

p) Νῦν *Gir.* interpretatur: quandoquidem via confecta ad Chremyli aedes venimus.

q) Cod. Doru. σκομάτων· ὕβρεων. Statim in A. et quae huius vestigiis accurate insistit I. a. 1515. τρέπε — σθ'. *Hemst.* Ita pleraeque edd., etiam Inu., sed Brunck. in vno versu τρέπεσθ'.

r) At opponuntur haec verba σκώμμασι, igitur de alio dictorum, carminum, genere sunt accipienda; non de humana figura, aut de meliori habitu, de quibus etiam fortassis aceipi posse dixit *Münt.*

nitur, vt εἶτα, ἔπειτα, τότε, ita vt latine saepe reddi non possit, vid. 79. et 207. *s*). τῷ κόπῳ ξυνεῖναι, *negotio interesse, adesse.* Nam κόπος est negotium laboriosum, quo corpus fatigatur. H. l. intell. restitutio usurae luminum Pluti *t*). *Fisch.* μασώμενος cod. Doru. vtraque scribendi ratio μασσᾶσθαι et μασᾶσθαι aeque vsitata. Vett. Edd. τὰ λοιπόν· a Porto voculae sunt diuisae; hoc de genere multa notauit *Ios. Wasse* Add. ad Thuc. quae reperiuntur in Duck. praef. Caeterum interpunctionem, quae post τὸ λοιπὸν in omnibus Edd. erat posita, auferre commodum putaui; cohaerent: τὸ λοιπὸν οὕτω ξ. τ. κ. *Hemst.* Eam rationem etiam sequuti sunt Br. et Inu. Iidem etiam μασώμενος (pro vulg. μασσ.) et τολοιπὸν dederunt.

Post 321. Brunck. addidit quod in aliis Edd. deest:

Χορός.

(λείπει τὸ κομμάτιον τοῦ Χοροῦ.)

Scilicet carmen (εἶδος), quod chorum canere oportebat, excidisse videtur. Assensit Francog. Int.

322. Notatur hic in plerisque Edd. Actus II. Scena II. In Brumoei Theatr. Gr. est Act. II. Scena I. Verba Χαίρειν et Ἀσπάζομαι maiusculis literis scribi iussit Brunck., vt vis eorum verborum notetur. Huic scenae vulgo tantum Chremyli et Chori nomina praefixa sunt. Carion senibus relictis praecurrerat ad Chremylum et Chori aduentum significauerat; hic, relicto in aedibus Pluto, obuiam it choro, quem ambitiosa salutatione excipit. *Fisch.*

Ἀκολουθία constructionis haec est: ὦ ἄνδρ. δημ., προσαγορεύειν μὲν ὑμᾶς χαίρειν, ἀρχαῖόν ἐστι καὶ σαπρόν. *Kust.* Dicitur hic in Schol., quod Cleon primus in epistola ad Athenn. scripta post res ad Sphacteriam gestas, χαίρειν eidem praefixerit, idque a Dionysio tradi in monobiblo, quem de vsu huius v. conscripserat. Redarguitur hoc in Schol. ad Nub. 607. vbi vsus ille ab antiquo ac ante Cleonem obtinuisse dicitur; immo, quod vel sequens hic versus aliunde euincit, vbi prae vetustate obsoleta ac insipida dicitur

s) *Gir.* interpretatur: sic fatiatus et ventre cibis distento. Egregie exprimi ingenium serui idem animaduertit.

t) *Gir.* mauult referre ad negotia, quae Plutus et Chremylus sint seruo imposituri. Cum Fisch. facit *Münt.*

lla ſalutatio, χαίρειν. Pac. 291. χαίρομαι dicitur, vbi id barbarum eſſe, et χαίρω tantum dici notat Schol. v). *Spanh.*
ἄνδρες. Cod. Doru. ὦ ἄνδρες. Rectius v. 284., vbi illud erat in edd. Porti et Kuſt. Idem codex puncto diſtinctionem ſignat poſt δημόται, et ſuper ἀρχαῖον ſeq. v. adſcriptum praefert: τὸ ἔστι λέγει (debuerat λείπει ſcribi) ἐνταῦθα. *Hemſt.*

323. Ἀρχαῖον. Sic pluribus aliis Comici locis ἀρχαῖος modo pro *ſtolido* ac *deliro* vt h. l. dicitur (nempe Nub. 910.), modo de re vetuſtate obſoleta Nub. 1354. et ſic alibi adhuc, vt 974. ἀρχαῖα καὶ διιπολιώδη *antiqua haec ſunt et Iouialia*. quae nempe ex antiquiſſimis erant Athenn. feſtis: ac inſuper v. 817. Φρονεῖς ἀρχαϊκά. Ita etiam alii ſcriptt. Attici, vt Aeſch. Prom. 317. ἀρχαῖ' ἴσως φαίνομαι λέγειν τάδε, vbi Schol. ἀρχαῖα λέγονται τὰ μῶρα. Sic Plato in Euthydem. p. 295. [c. 25. ed. Routh. c. 56. Heind.] ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Vnde ſimiliter Dio Chryſoſt. Or. XIV. p. 203. σφόδρα γελοῖοι καὶ ἀρχαῖοι δόξομεν, ac Or. XXI. p. 227. διελέγομεν ἀρχαῖα καὶ φαῦλα. Adde Iulianum Imp. ab initio Caeſarum, Gregor. Naz. aliquoties in Epiſt. vt XIV. et XXVII. ἀρχαῖός τις εἰμὶ καὶ μάταιος, et ſimiliter alibi, prout μάταιος a Sophocle itidem pro *ſtolido* dicitur Aiac. 1184. ἀνδρὸς ματαίου φλαῦρ' ἔπη. Qua ratione itidem γέρων pro *deliro* ap. Noſt. Eqq. 1347. *Spanh.* ἀρχαῖον h. l., vt alibi πρόνοιον, *ineptum*, *abſonum*, *ſtultum*, vt Lat. *antiquum*, Cic. Phil. I, 10. v. Boſ. Obſſ. Critt. p. 20. f. Nam antiqua, cum nouis comparata, putantur eſſe inepta, et homines *antiqui* (Cic. p. Roſc. Am. 11.) putantur eſſe ſimplices et candidi, ſed ſimplicitati interdum aliquid ſtultitiae admiſtum eſt. σαπρὸν propr. quidem eſt putre, rancidum, id, cuius odorem nares perferre nequeunt,

---

v) χαῖρε *[aue, ſalue]* erat matutina ſalutatio, veſpertina ὑγίαινε *[vale]*. *Eckard.* Obſſ. phil. ex Ariſt. Plut. p. 25. ff. qui de aliis ſalutandi in epp. formulis, χαίρειν, εὖ πράττειν diſputavit. *Gir.* ſenſum ita conſtituit: ſi in ſalutandis vobis dixero tantum χαίρετε (qui antea inopi mihi mos erat ſalutandi) exiſtimabo nunc ditior factus, me non ſatis pro mea dignitate facere, leuiorique vos ſalutatione excipere. Ita fere etiam *Münt.* et Francog. interpres monet, poetam notare h. l. diuitum morem, qui omnia, quae olim inopes fecerant, tanquam priſca et obſoleta reſpuant. At Chremylus nondum diues factus erat.

vt ἕλκιον Theophr. Char. 11. vbi v. Caſaub. Deinde ponitur vel de eo, quod vetuſtate ita corruptum eſt, vt vſum, ad quem comparatum eſt, praeſtare non poſſit, inutile, noxium (Matth. 7, 17. 12, 33. Eph. 4, 29.), vel de eo, quod etiam oculos et aures, atque adeo animum offendit, *putidum*, vt h. l. προσαγορεύειν propr. appellare aliquem in concione; 2. omnino appellare, compellare; 3. *ſalutare*, vt h. l. Theophr. Charr. 5, 15. Diog. Laert. 5, 98. προσαγ. τινὰ χαίρειν eſt, aliquem ita ſalutare vt dicas: ſalue! *Fiſch.*

324. ἀσπάζομαι. Per hoc verbum ſalutatio notatur officioſior; nam qui ἀσπάζεται, obuiis vlnis in illius complexum properat, quem ſummo excipit deſiderio. *Gir.* Sic Socrates Nub. 1136. Στρεψιάδην ἀσπάζομαι. Verbum nempe, quod ſalutem quandam magis intimam, quam vulgatum illud χαίρειν, quomodo a Xenoph. dicitur Oecon. X, 4. ἀσπάσασθαί σε ἐκ τῆς ψυχῆς. Sic infra 1019. ironice ἀσπάζομαι, et Concion. 964. et 967. ἀσπάζου με amplectere me, ſ. oſculare. Vnde etiam Veſp. 602. vbi de blanditiis agitur, quibus ſenex e concione, accepto triobolo iudiciali, domum reuerſus excipitur: ἅμα πάντες ἀσπάζονται διά τ' ἀργύριον. Sic Iſaeus Or. VIII. 1. 542. ἀλλ' ἠσπάζετό με, (amore complexus eſt) ὡς ἴσασιν οἱ οἰκεῖοι πάντες κ. τ. λ. Vnde ſalutationis illius Apoſtolicae, ἀσπάζομαι, ἀσπάσασθε, toties a Paulo, vel vltimo ep. ad Rom. capite repetitae, ac a Petro quoque et Ioanne adhibitae, vis et ratio eluceſcit *x*). *Spanh.* Non quaſi in ſalutationibus nunquam hoc verbo vſi ſint (nam occurrit etiam 1043. et Auu. 1378.) ſed quia erat blandius, aut minus forte vſitatum. *Bergl.* ἀσπάζεσθαι propr. ſign. *complecti* [quaſi, *valde attrahere aliquem ad ſe*, auctore Eckardo], *amplexari* [i. q. φιλοφρονεῖσθαι], tum ita *ſalutare* aliquem, vt ei etiam oculos et malas oſculere, vt h. l., 743. 1043. Theophr. char. 27. vnde in cod. Doru. explicatur: καταφιλῶ, περιπλέκομαι. Nam Chremylus cenſendus eſt acceſſiſſe ad ſenes, eosque amplexatus eſſe, certe vnum ex iis; nam mutauit ſalutandi rationem ob mutatam fortunam, quum fuerit antea pauper, nunc diuitem ſe fore ſperet. ὁτιὴ pro ὅτι vt δηλονοτιὴ

---

x) Hinc *Eckhard.* p. 29 — 33. verbi varios ſignificatus tum ap. vett. Grr. ſcriptt. tum in N. T. copioſius perſequutus eſt et illuſtrauit.

8. ἥκετε γ) vim Praeteriti habet. προθύμως cupide, ſtudioſe, alacriter. *Fiſch.*

325. συντεταγμένως, *pleno gradu, conſpirantes;* verum militare, ſumtum ab acie ordinata, quae magno impetu fertur in hoſtem. *Gir.* Quia veniſtis *ita vt parati, inſtructi et ordinati ſitis* quaſi ad praelium. Haec enim ſt v. συντάττεσθαι ſignificatio. Demoſthenes de Syntaxi p. 167. T. I. Reisk.] περὶ τοῦ συνταχθῆναι καὶ παρασκευασθῆναι τὰ πρὸς πόλεμον. Noſter Lyſ. 445. ὁμόσε χωρῶμεν συνταξάμενοι. Nam quaſi ad pugnandum pro Pluto, ſi opus t, iſte grex agricolarum vocatus eſt, vid. v. 218. et 255.; unc poſtquam aduenit chorus, primo quidem eum laudat hremylus, quod ſtrenue venerit et paratus, deinde rogat t ſibi adeſſe velit in ſeruando Pluto, ille autem reſpondet, in defendendo Pluto Marti ſimilem fore. Ita et Schol. xponit. Demoſth. Olynth. II. [p. 23. T. I. R.] συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου. *Bergl.* Sic etiam legit Schol. et uid. V. συντεταγμένως, inuito metro. Quare dubium non ſt, quin ex coniectura Rich. Bentleii ad Fragm. Call. 233. gendum hic ſit: συντεταμένως, i. e. *contente*, contento adu, quae ſignificatio et ſenſui huius loci melius quadrat. *uſt.* In quarta nempe ſede eſt dactylus, ſi συντεταγμένως retineatur. Emendationem diſſimulato Bentleii nomine ſuam fecit Kuſter. ad Suid. V. συντεταγμένως. Aſſentendum videtur Bentleio; neque enim de armatura vlla erbum facit aut ſentit poëta, ſed de celeri et non grauadventu. Heſ. συντεταμένου· συγκεκομμένου, συντόμως εἰμένου. Pollux 3, 24, 120. vbi agit περὶ φιλοπόνου καὶ ἐνηροῦ ad priorem ſignificationem refert inter alia σύντονος, ντεταμένος, ἐντεταμένως, ἐντόνως etc. et inter contraria βλακεύειν, βλακωθῶς etc. vt h. l. Ariſt. τῷ συντεταμ. oppoit καταβεβλακευμένως. Idem Pollux 1, 10, 155. inter omta ad bellum recenſet συντεταγμένος, συντεταγμένως· d ea videntur ab h. l. aliena eſſe. *Duck. z).* Ex vulg. ντεταγμένως — καταβεβλακευμένως dactylus eſt in quarta

γ) Cod. Doru. errore ſolemni ἥκεται. *Hemſt.*

z) Add. idem ad Thucyd. p. 292. Verba τέτεγμαι et τέτεμαι, atque inde ducta, ſaepe a librariis eſſe inter ſe permutata, Doruill. ad Char. p. 643. et Abreſch. Dil. Thuc. p. 788. l. docuiſſe, *Fiſch.* monuit.

sede, in quinta cretieus. Parum musicas Hemsterhusii aures ista non offenderunt; at nos sinceram lectionem e membranis reponimus, in quibus distincte et perspicue scriptum est: συντεταμένως et κατεβλακευμένως. In C καὶ συντεταγμένως (gl. μετὰ τάξεως). In meo καὶ συντεταμένως (gl. σπουδαίως). Tria hic cumulantur adverbia eiusdem significationis. Nihil ad rem facit συντεταγμένως. Quod dedimus, confirmatur auctoritate duorum codd. eoque referuntur etiam vett. Criticorum in editis Scholiis interpretationes, σπουδαίως a), γοργῶς. *Brunck.* His ipsis de causis et propter orationis seriem et oppositionis legem *Fisch.* etiam defendit συντεταμ. h. e. contente, citato gradu; sec. *Inu.* συντεταγμένως vna suorum codd. auctoritate fretus restituit.

καταβεβλακευμένως [vt olim ed.]. *Remisse, negligenter.* καταβλακεύειν apud Hippocr. de Articulis *b)* de puero ignauo in cingendo corpore, iuxta Galenum in illius Lexico [p. 492. ed. Franz.] καταβλακεύουσι, κατολιγωροῦσι. Βλάξ nempe, *socors, ignauus*, praeter Xen., quod viderunt alii ap. Plut. de Aud. poet. p. 48. ed. Grot. βλάξ ἀνθρωπος *homo ignauus*, aut *vecors;* ac ap. Aristid. Or. contr. Calumn. p. 724. T. III. (ed. Canter.) παντάπασι βλάξ (vecors) εἶην τις· vnde βλακικῶς *lente* Au. 1323. vb. Schol. βραδέως explicant. Βλακικὸν vero ap. Xenoph. Oec. con. 8, 17. *stolidum*, et similiter ap. D. Basilium ep. 1. *Spanh.* βλάξ et verba inde ducta dicuntur vel de *stupidis*, bardis, socordibus hominibus, (Xen. Cyr. 1, 4, 12. vel *se iactantibus* (Gloss. vett.), vel de *pigris, tardis, segnibus, negligentibus* (Xen. de Laced. rep. 2, 10.), vel de *mollibus* et luxu diffluentibus (Hesych.). v. Ruhnken ad Tim. Gloss. Plat. [p. 60. f.] et Intpp. Tho. M. h. v. [p. 154. ed. Bern.], Ern. ad Xen. Mem. 3, 13, 4. [etiam Sturz. Lex. Xen. I. p. 538. f. II. p. 671.]. Itaque οὐ καταβεβλ. est *non segniter*, h. e. gradu citato, gressibus properis. *Fisch.* E cod. membr. et C (in quo καὶ οὐ κατεβ. *Brunck.* recepit in ordinem καὶ οὐ (ol. κ᾽ οὐ) κατεβλακευμένως.

---

a) h. e. cuixe, propere. Ita etiam gl. in cod. Doru. explicatur, vnde etiam Fisch. coniecit, auctorem eius gloss. legisse συντεταμένως, etsi in ipso cod. συντεταγμ. legi videtur.

b) v. Foës. in Oecon. Hipp. p. 312.

demque etiam *Inu.* e ſuis edidit. Ad codd. auctoritatem, ait *Brunck.* „accedit et metri lex, quae καταβεβλακευμένως reſpuit, et Atticorum vſus, qui in praeterito plerorumque verborum a duplici conſonante incipientium primam non geminant, qua de re vid. not. ad Lyſ. 291. Sic Thesm. 131. κατεγλωττισμένον, non καταγεγλωττ."

326. Ὅπως δέ μοι — Nota hic ellipſin Atticam τοῦ ὁρᾶτε vel φροντίζετε vel ſimilis alicuius verbi. Senſus enim eſt: *videte*, vel *date operam*, *vt et in caeteris c) mihi adiutores ſitis.* Similis ellipſis occurrit Noſt. Nub. 256. 490. Eq. 1008. Ach. 746. Thesm. 1216., item Eurip. Herc. Fur. 504. et apud alios paſſim. Integra autem conſtructio, absque tali ellipſi, reperitur Ariſt. Eq. 685. ὅπως ἀγωνιεῖ, φρόντιζε *d).* Caeterum eleganter et ſecundum morem Atticorum ὅπως in huiusmodi conſtructione et ſenſu cum Fut. Ind. iungi ſolet *e). Kuſt.* συμπαραστάται. Propr. παραστάτης eſt, qui in pugna alteri adeſt, adſiſtit. Ita Iolaus Herculis dicitur παραστάτης, Eurip. Heracl. 90. 126. Sophocles Antig. 681. δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην, Aeſch. Perſ. 961. ποῦ δέ σοι παραστάται; vid. quae notaui ad Ran. 382. *f). Bergl.* Vno verbo dixit Aeſch. Perſ. 218. συμπαραστατεῖν. Sic Ran. 388. συμπαραστάτει· pro quo συμπαρίσταται dixit Menander noto verſu ap. Clem. Alex. Strom. V. p. 10. ac alibi: Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται. *Spanh.*

327. ὄντες [quod olim legebatur] ed. Ald. At ed. Flor. rectius ὄντως. Refertur enim ad praecedens ἔσεσθε.

---

c) τἄλλα ſcil. κατά· ne ſcilicet Plutus auferatur a quoquam, vt ei lumina oculorum reſtituantur. *Fiſch.*

d) Praeter Boſium (de Ell. p. 641. Schäf.) Fiſcher. ad Well. III, I. p. 33. plura exempla attulit.

e) „Quoties hoc latine exprimendum eſt Praeſenti" addit *Fiſch.* „ad rem indicandam quae futura cogitatur eo tempore, quod praeceſſit" *Herm.* ad Vig. p. 767. Hinc etiam intelligitur, in Borg. perperam in fine v. 327. poſt θεοῦ addi γένησθε, quod ex interpretamento acceſſit. *Gir.* ἔσεσθε pro Opt. poſitum acceperat.

f) παραστάτις (i. q. συλλήπτρια) ex Xen. Mem. 2, 1, 32. addit *Fiſch.* idemque monet παρίστασθαι et inde ducta dici de iis, qui alicui praeſto ſunt et miniſtrant, i. q. λειτουργεῖν, v. Luc. 1, 19. coll. Hebr. 1, 14. A militia voc. συμπαρ. etiam *Gir.* repetit.

Kuſter. ὄντως veram lectionem expreſſerunt tres Edd. Flor. et Bas. Gelenii, quibus accedit cod. Doru. *Hemſt.* [qui primus ὄντως textis reſtituit.] ὄντως tres codd. *g)* recte. In C librarii errore ὄντος cum gl. κατ' ἀλήθειαν. Perperam Aldus edidit ὄντες, quod recte correxit Bern. Iunta. Verſum hunc nuper aduocauit, neſcio quam opportune, ad Soph. Oed. T. 612. Vir Cl. *h)* vt ſuſpectam ap. Thucyd. H. Stephano ſcripturam, tanquam bene graecam, tueretur. Locum Thuc. non adtingo: id ſolum obſeruo, pro mendoſo eum habendum eſſe, ſi nullo alio exemplo defendi poſſit. Hac autem occaſione clar. Profeſſorem monebo, receptum iam eſſe morem, vt, ſi quis Criticum agat, is optimis claſſicorum auctorum edd. vtatur, ne nobis veteres ſordes, ex emendatis libris iamdudum eiectas, identidem oggerat, ludibriumque eruditis omnibus debere, qui criticam facere velit, et Hemſterhuſii Plutum ne quidem nouerit. Haec illi editio inſpicienda erat, antequam verſum hunc citaret, alterumque illum, cuius eum ſcanſionem in not. ad Theſm. 56. *Brunck.* σωτῆρες ſpectat eo, quod ſenes iſti Chremylum adiuuare debebant in reſtituendis Plutc (is eſt ὁ θεὸς) oculorum luminibus. Caeterum σωτῆρες dicuntur maxime medici: Caſtor et Pollux (Ael. V. H. 4, 5.) quia tueri credebantur nautas: ii, qui vrbem aliquam ab obſidione liberant, ciuitatem a tyrannide (v. Staueren. ad Nep. Att. 10, 6.) omninoque ii, qui alios liberant a periculis vitae ſ. imminentibus ſ. praeſentibus. *Fiſch.*

328. Θαῤῥεῖ. Quoniam Chremylus choro indicauerat, ſe nonnihil dubitare, hic eum iubet otioſo eſſe animo *Gir.* Βλέπειν — Ἄρη. i. e. *putabis me Martium prorſus cernere*, ſ. *vultum Martis habere.* Hoc ſenſu βλέπει ap. Atticos ſaepiſſime capitur. Infra 424. βλέπειν μανικόν Plura exempla ſuppeditabit Index vocc. in Ariſt. V. Βλέπειν. Hoc ideo monere volui, quia locum hunc ab interprete lat. aliter acceptum eſſe videbam. *Kuſt.* Ambiguum ſenſus enim aut eſt: *putabis, me videns, te Martem vi*

g) Ad hos acceſſit Borg. liber, haud dubie etiam Rau. etſi non diſerte ab Inu. laudatus. Recepit etiam Fiſch. et probauit Reisk.

h) *Vauvillierſius* hic et in ſeqq. notatur. v. eius edit. Sopl. T. II. p. 21.

dere i), aut iſte: *putabis mihi Martem ex oculis eluere:* ſiue, me Martium quiddam tueri oculis, quod eſt veriſimilius. Similiter Aeſch. S. C. Th. 53. λεόντων Ἄρει δεδορκότων. Noſter ſaepe trucem vultum et toruum ſic deſcribit; Au. 1169. Πυῤῥίχην βλέπων, Ach. 565. βλέπων ἀτραπάς. *Bergl.* ἄντικρυς poteſt reddi, *omnino*, *prorſus*. Heſ. ἄντικρυς, φανερῶς. Nam ſenex reſpicit, opinor, hoc vocabulo ad verba Chremyli σωτῆρες ὄντως. Oſtendunt igitur ſenes, ſe omnibus viribus repugnaturos eſſe ei, qui Plutum ipſis eripere velit. Prouerbialem locutionem eſſe docent Schol. Suid. et Apoſtolius V. Βλέπειν ἄντικρυς Ἄρει. *Liſch.* ἄντικρυ eſt in ſola Flor. Phil. Iuntae 1515. *Hemſt.*

Ἄρει. Ἄρειν cod. Doru. Fl. et B. Gelen. In reliquis et Suida eſt Ἄρη. Variatio ſimilis Hom. Il. V, 909. vbi pro Ἄρηνι *k)* quaedam exemplaria praebent Ἄρει, vel Ἄρῃ ſ. Ἄρηα. Alibi nusquam, ſi bene memini, apud Poëtam haec accuſatiui forma duplex occurrit, vtraque tamen in Batrach. 256. 267. *Hemſt.* Lectionem trium codd., ad quos poſtea etiam quintus acceſſit, Ἄρηνι recepit *Brunck.* (in membr. erat Ἄρῃ), *Inu.* e Rau. reuocauit Ἄρη. Nam in Borg. etiam fuit Ἄρηνι.

329. τριωβόλου. Tres obolos mercedem iudices ferebant quodam tempore. Sed vide quae ad Eccleſ. notaui. *Bergl.* Nempe quod tres oboli ſolita tum eſſet iudicum in concionibus Athenn. merces, et quidem vt in Schol. ad h. l. a Cleone ad eam ſummam aucta. Antea enim illam non trium, ſed duorum duntaxat obolorum fuiſſe, Schol. docent ex Ran. 141. vbi vett. Critici: πρὸς τὸν δικαστικὸν μισθόν, ὅτι δύο ὀβολῶν ἦν. add. Schol. Au. 1542. Inductam autem paullo poſt *trium* obolorum pro *duobus* mercedem, praeter alia indicant varia ap. Noſt. loca, vbi τριωβόλου meminit, vt Eq. 50. 255. Veſp. 603. 684. Au. 1542. Conc. 292. 380. Dati vero illi tres oboli, vt ex Veſp. 655. ſ. conſtat, iudicibus per annum ſex millibus, ita tamen vt annus ille iudicialis conſtaret tantum 10. menſibus, quod duo menſes Athenis feriales eſſent, quibus iudicia non ex-

---

i) Ita fere *Gir.* qui pro δόξεις monet nonnullos legere δόξῃς, idque Atticum eſſe, perperam ſtatuit.

k) Ita etiam edd. Heyn. et Wolf. atque hiatus vitandi cauſa ſic ſcribendum fuit.

ercebantur. Eundem Athenn. morem tangit Lucian. in Bis Accuſ. p. 221. T. II. Amſt. [T. II. p. 805. Reiz.] Quod vero ibi notat Graeuius, *patroni cauſarum* ap. Athenn. mercedem fuiſſe itidem tres obolos, redarguit idem Ariſtoph. Veſp. 684. f. ex quo (cf. Schol. ibi) apparet, duplo maiorem fuiſſe patroni alicuius, ſex nempe obolos, prae iudice triobolari ap. Athenn. mercedem. *Spanh.* Ciuibus ſingulis, qui intereſſent concionibus ordinariis, mercedis loco datos eſſe ternos obolos *l)*, hic locus ſatis docet. Loquitur enim ſenex de ἐκκλησιαστικῷ, non de τῷ δικανικῷ. Τριώβολον eſt numus Atticus, valens dimidiam drachmam, cuius aduerſa in parte eſt Iouis effigies, in auerſa ſimulacrum noctuae. δεινὸν propr. *terribile*, dicitur, quidquid in aliquo genere inprimis excellit, in vtramque partem; h. l. *indigniſſimum, nullo modo ferendum*; aut, *maxime ineptum et abſurdum m). Fiſch.* Τριωβόλου μὲν εἵνεκα. Suidas V. Ὡσίας eodem modo haec refert, in Τριώβολον autem pro εἵνεκα, οὕνεκα, et pro ἐκκλησίᾳ, ἐκκλησίᾳς, parum recte opinor. Apud eundem etiam pro ὡσίας leg. videtur ὅσια, quod etiam Biſetus notat, et Meurſ. Gloſſ. V. Ὁσιάριος. *Duck.*

Pro εἵνεκα Codd. Vatt. et Doru. οὕνεκα. In edd. Phil. et Bened. Iuntarum accentu vitiato οὔνεκα, in reliquis εἵνεκα. Vix ferat Ammonius haec, quippe diuerſae conditionis, permutari *n)*; ſed Comicorum atque Ariſt. conſuetudo οὕνεκα pro ἕνεκα poſitum admittit, v. 991. Ran. 1461. *Hemſt.* οὕνεκα liquido ſcriptum in quinque codd. V. not. ad Lyſ. 74. Perperam impreſſi hic, vt multis aliis in locis, εἵνεκα. His edd. mendis inductus Vir in arte critica praeſtantiſſimus, Clar. Pariſinus Profeſſor ad Soph. Ant. 1255. in dubium vocat Daweſii obſeruationem, ειν pro εν Atticos non agnoſcere. *Brunck.* Et tamen *Inu.* non dubitauit, hic et alibi auctoritate cod. Rau. edere εἵνεκα (accentu etiam parum recte poſito).

330. ὡσιζόμεσθ'. Hef. ὡσιζόμεθα, ὠθούμεθα, θλιβόμεθα. Reſpexit forte ad h. l. *Kuſt.* ὡσιοῦσθαι Atticis in

---

l) Pro re viliſſima dici, auctor eſt *Girard.*

m) Subint. h. l. εἴη aut ἐστί.

n) Is enim (p. 106. Valck.) auctor eſt, οὕνεκα ſignificare ὅτι, εἵνεκα, χάριν. At vidd. Intpp. Thuc. VI, 56.

concionibus *trudere* aut *pulsare*, vt Ach. 24. et 845. quo sensu ὠτίζεται dicit Comicus Acharn. 42. et Lys. 332. ὀθούλῃσι ὠτιζομένῃ (pressa). *Spanh.* Ab ὠθέω et ὤθω (*trudo*) Fut. 1. ὤσω, Perf. act. ὦκα, Pass. ὦσμαι, in tertia pers. ὦσται, hinc ὦσης (in compos. ἐξώσης) vnde ὠτίζω. *Bergl.* Male ὠτιζώμεσθ' in tribus Florentinis, et B. Gelen., prius in cod. Doru. ὠσηζόμεθ', quod tamen inter versus commode explicatur: εἰσερχόμεθα ἀλλήλους ὠθοῦντες. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ in iisdem Edd. et Kust., rectius in ceteris et cod. Doru. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ o). *Hemst.* ὠτιζόμεσθα est forma Dorica. v. Gregor. p. 77. p). Sed Attici vtuntur etiam formis doricis. v. Pierson. ad Moer. p. 339. ὠτίζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ est, *interesse concioni*, quatenus eorum, qui concioni interfunt, tanta est multitudo, vt alii alios vrgeant, impellant, premant. ἐκάστοτε *semper*, quoties scil. concio habetur. *Fisch.*

331. παρεῖην, *finerem, concederem;* Aor. 2. opt. verbi παρίημι. Non bene autem videntur conuenire numero ὠτιζόμεσθα et παρεῖην, quamquam ita hoc defendi potest, quod chorus recte et singulari numero, tanquam de se vno, et plurali, vt de multis, loqui possit. Si tamen παρεῖμεν quis legere mallet pro παρείημεν, nihil esset difficultatis. *Bergl.* At παρεῖην pertinet ad senes, ὠτιζόμ. ad omnes ciues, et qui suo aliorumque nomine loquitur, nunc Singulari nunc Plurali vti recte potest. *Fisch.* Quod diversi modi iunguntur, recte Porson. ad Eurip. Phoen. 91. inde repetit, quod ad diuersa tempora spectant. Alterum ὠτιζ. quotidie fiebat, alterum (τὸ παριέναι τὸν Πλ.) ex futuri temporis euentu pendebat. Pro τῷ (h. e. τινί) perperam in ed. Kust. Hemst. et al. legitur τῷ. Correxit Brunck. in cuius membr. cod. vocula accentu carebat, in tribus aliis superscriptum erat glossema τινί. λαμβάνειν *Fisch.* explicat, *auferre, rapere*, vt Palaeph. 32, 10. παριένα est Hes. auctore, ἐᾶν, συγχωρεῖν.

332. καὶ μήν, *at enim; at; quin etiam. Fisch.* καὶ Ελεψ. *praeterea*, praeter vos a me vocatos ille vltro ad nos

---

o) Ita etiam recentt. Edd.

p) Ionicam appellat *Gir.* Nimirum Dorum et Ionum erat. v. Sturz. ad Maittair. de Dial. p. 303. f.

venit. *Gir.* qui nomina Blepſidemi, Chremyli et Carionis, ita vt antiquus Grammaticus p. 6. ſ. allatus explicat.

333. ſ. τοῦ πράγματος, Plutum eſſe domi meae. τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει h. e. *ex inceſſu eius propero apparet;* eſt enim figura ἓν διὰ δυοῖν *q).* δῆλός ἐστιν dictum pro δῆλόν ἐστιν, quia idem genus ſequitur, nam ἀκήκοε pertinet ad Blepſidemum. *Fiſch.*

335. *r)* — 339. Senſus: Quidnam hoc rei ſit? vnde et quo modo Chremylus dies factus eſt repente? Non credo, etſi ii, qui ad tonſtrinas ſedent, celebrabant ſermonibus diuitias, quas ille nactus eſſet. — Scilicet Blepſidemus putandus eſt, iſta ſecum loquutus eſſe, quum relictis tonſtrinis praeteriret domum Chremyli: ſed Chremylus putari debet ad veſtibulum domus ſuae ſtetiſſe, neque conſpectus a Blepſidemo iſtas eius voces auribus percepiſſe. τί ἂν οὖν τὸ πρᾶγμ' εἴη; eſt vox admirantis, *quidnam hoc rei ſit?* nam οὖν auget vim interrogationis et admirationis, vt 374. et reddi lat. poteſt, *nam*, quaeſo; ἐστὶ in hac forma loquendi ſignificat: *ſibi vult*, v. Kypk. Obſſ. Sacr. ad Act. 10, 17. (coll. Act. 2, 12.). τὸ πρᾶγμα pertinet eo, quod Chremylus ferebatur dies repente euaſiſſe. πόθεν *qua re, quo caſu. Fiſch.*

336. Elegantiſſimus Procopius epiſtolam 23. ad Neſtorium, quem recens ditatum ferociorem eſſe factum ſcribit, ab hoc verſu exorditur. Χρεμύλος, inquit, πεπλούτηκεν ἐξαίφνης, ἡ κωμῳδία φησί· καὶ σὺ νῦν πλουτεῖν ἔοικας, οὐ πώποτε τοῦτο μαθών, Ἴρου δὲ πτωχότερος ὤν. Et interiectis paucis: ὅλως δὲ τῆς ὕλης γέγονας, τῇ φιλοσοφίᾳ χαίρειν εἰπών· τὸ δὲ πρῶον ἐκεῖνο, ὅ σοι μόλις ἐνεποιήσατο πρότερον, καὶ τὰς ἐπί σοι τοῦ προκόψειν ἐλπίδας, φροῦδα πάντα πεποίηκας. Quibus verbis idem dicit, quod Noſter 511. et 563. *Bergl.* ἐξαπίνης *(ſubito, repente)* i. q. ἐξάπινα Marc. 9, 8., quae ab Adj. ἐξάπινος ducta, vnde ἐξαπιναῖος, quod ap. Xenoph.

---

q) Pro βαδίσει ταχινῇ, vt: *pateris libamus et auro; Chalybem frenosque momordit* (chalybeos frenos.) *Gir.*

r) Conſtituitur hic act. 2. ſc. 3. initium, ap. Francog. int. act. 2. ſc. 2. Carion et chorus ſenum, qui paullulum receſſiſſe in ſcena videntur, non ſe immiſcent ſequentibus ſermonibus.

quinquies legitur *s*), vid. Index Aem. Porti. Sed Genitiui Adi. vtriusque generis ponuntur, vt Aduerbia, vnde Hes. ἐξαπίνης interpretatur αἰφνιδίως, ἐξαίφνης. Vtuntur hoc aduerbio non tantum poëtae (Theocr. 9, 34. 14, 32. 20, 20.), vt Stephanus et Portus tradunt, sed etiam historici (Xen. Cyrop. 6, 2, 10.) et oratores; v. Tho. Mag. V. ἐξαπιναίως, qui idem ait ἐξάπινα esse οὐχ ἑλληνικὸν ὅλως, sed videtur esse vocab. Alexandrinum vel Macedonicum, vnde in Alexandr. versione V. T. legitur. πείθεσθαι idem est quod πιστεύειν et ὑπολαμβάνειν et opponitur v. ἀπιστεῖν. v. Palaeph. prol. 1. et fab. 1, 1. 9, 2. coll. 11, 11. *Fisch.*

337. καίτοι reddi potest *quanquam* (Gl. vett.), *etsi*, vt haec verba cohaereant cum verbis οὐ πείθομαι, quae ab iis seiungenda sunt coli nota. Si haec verba a superioribus seiunguntur puncti nota: putanda sunt continere obiectionem, vt καί τοι sit *at vero*. Νὴ τὸν Ἡρακλέα *t*) est *hercle*, *mehercle:* qua formula vtuntur viri iurantes et affirmantes aliquid, vt feminae νὴ τὴν Ἥραν. Νὴ τόν, in iureiurando, est Lat. *per*. v. Gloss. vett. Referenda autem verba sunt ad Adi. πολύς *v*). *Fisch.*

338. In tonstrinis olim homines otiosos et nouorum rumorum aucupes desidere solitos fuisse, res est notissima. V. Casaub. ad Theophr. Char. (11.) p. 338. *x*). *Kust.* Ita Phormio ap. Terent. I, 2, (38.): Tonstrina erat quaedam: hic solebamus fere plerumque eum operiri. Κουρεῖον nempe Atticis cum, vt h. l. *tonstrina*, et ap. Lysiam or. 33. p. 532. εἰς κουρεῖον· tum *sacrificium*, quando, vt ap. Etym. M. auctorem, ἐγράφοντο κοῦροι (ephebi) εἰς τοὺς Φράτορας, quod traditur etiam in Schol. ad Ran. 810., nempe tempore Apaturiorum. Vnde explicandus et emendandus

---

s) Cf. Sturz. Lex. Xen. II. p. 11. vbi etiam Adu. ἐξαπιναίως asfertur.

t) Similitudo vocalae praecedentis particulam νὴ elisit in cod. Doru. qui versu proximo praefert κουρίοις, sed adscripta interpretatione multo ineptissima νέοις, quasi illud vocabulum quidquam haberet commune cum κούροις, κουρίοις vel κερίοις. *Hemst.*

v) Form. πολύς ἐστιν ὁ λόγος, multum dicitur aut dici potest, copiose illustrarunt Wetsten. et Abresch. ad Hebr. V, 11.

x) Erasmum in Adagiis et Nost. Auu. 1441. addit *Bergl.*

simul venit Isaeus Or. V. p. 453. *y)* de quodam puero in Curiales Athenis introducendo: οὐδ' οἱ φράτορες συνεδέξαντο, ἀλλ' ἀπηνέχθη τὸ κουρεῖον (non τὸ κούριον), *neque Curiales admiserunt, sed sublatum est sacrificium*, quod ea occasione admissa inter Curiales illius pueri fuerat peragendum. *Spanh.* Erant etiam Athenis, vt Romae, loca quaedam publica, in quibus homines desides tempus terere, rumores captare et ferere, omninoque de rebus leuibus et inanibus consabulari solebant. v. Porphyr. ad Hor. Sat. 1, 7, 3. Haec loca dicebantur λέσχαι. v. Harpocr. h. v. Hoc in numero erant ἰατρεῖα, tabernae medicantium (Ael. V. H. 3, 7. ibique interpp.), μυροπώλια (Theophr. char. 11, 3. ibique Casaub.), ἡνιοποιεῖα (Xen. Mem. 4, 2, 1.), σκυτοτομεῖα, κναφεῖα, χαλκεῖα, etiam κουρεῖα (v. Aelian. V. H. 6, 12. Plutarch. de garrul. p. 509. T. II. Plaut. Epid. 2, 2, 15. Ter. Phorm. 1, 2, 38. s. ibique Westerhou.). Solebant autem non solum in κουρείοις (tonstrinis) sedere, sed etiam iuxta, prope, illa, ita vt ad (ἐπί) ea sedilia fuerint necesse sit; id quod hic locus *z)* non minus docet, quam locus Diog. Laërt. 1, 76. et Lucian. quom. hist. conscr. 24. p. 32. T. II. Reiz. vbi pro Dat. est Gen. ἐπὶ κουρείου et ἐπὶ κουρείων. *Fisch.*

340. ff. Sensus: Mirum vero mihi hoc ipsum est, qui fiat, vt dines factus, amicos arcessat; rem certe facit novam neque hic vsitatam. Verba τοῦτ' αὐτὸ explicantur verbis sequentibus. Mirabatur Blepsidemus, qui fieret, vt Chremylus, dines factus, amicos arcesseret, quum tanta esset omnium Athenn. cupiditas habendi et auaritia. *Fisch.* (add. *Gir.* et *Münt.*). θαυμαστόν γ', ὅπως. Vulgo θαυμαστόν χ' ὅπως. Mendosissime. Copula sic inserta nihil absurdius *a)*. Tres codd. [ad quos accessit quintus, serius collatus] vt ed.

---

y) T. VI. Orr. Gr. Reisk. p. 135. vbi Reisk. etiam monet, scribendum potius esse κούρειον. Add. Indic. Graec. Isaei T. VII. Orr. Grr. p. 567. Illam tamen scripturam κούριον (a κόρος, κοῦρος) tuetur etiam Ignarra Commentar. de phratriis p. 49.

z) H. l. tamen nonnulli, vt *Gir.*, ἐπὶ interpretantur *in* tonstrinis.

a) Tuitus tamen est copulam καὶ (pro qua χ' ponitur) *Fisch.* ita, vt ei vim explicandi tribueret: *scilicet, nempe*; χ' facilius omitti, quam addi potuisse.

Bern. Iuntae *b)* θαυμαστὸν ὅπως, metro claudicante, nisi forte breuis syllaba producatur ob sequentem aspirationem, quod mihi probabile non est. In meo cod. perspicue scriptum θαυμαστόν γ' ὅπως, quod reponere debebam. [In textis enim Br. est: θαυμάσιον ὅπως]. Scriptura Aldini codicis ex illa deprauata, quod accentus ostendit. Similem librarii errorem χ pro γ ponentis supra obseruare memini. καὶ ὅπως apud Comicum semper coalescunt in κἄπως. Fraudi mihi fuit in margine libri mei enotata Piersoni emendatio ad Moer. p. 188. *c)*, quam pro varia codicis lectione habui. *Brunck.* Itaque *Inu.* recte θαυμαστόν γ' e duobus suis libris recepit. Pro δέ μοι, vt in aliis edd. omnibus legebatur, Br. et Inu. δ' ἐμοὶ ediderunt.

341. χρηστόν τι πράττων, i. e. *benigniore* vel *meliore vtens fortuna.* πράττειν enim ap. Att. interdum significat, *fortunam aliquam experiri*, vel *forte aliqua vti*, non solum quando cum Aduerbb. iungitur (vt εὖ, κακῶς, πρ.), sed etiam, quando cum Adiectt. struitur, vt h. l. Sic Eccles. 104. πράττει τὰ μέγιστα significat: *ad summum fortunae peruenit*, non vt ibi interpres, res maximas gerit. Et Pac. 214. *d)* εἴ τι πράξαιντ' ἀγαθόν, *si prospere illis res cedent.* Eurip. Alc. 803. Νῦν δὲ πράσσομεν Οὔχ οἷα κώμου καὶ γέλωτος ἄξια, *non ea nunc vtimur fortuna, quam comessatio et risus deceat.* Apud eundem Iph. Aul. 346. πράσσοντα μεγάλα non est, *res magnas gerentem*, vt ibi vulgo vertitur, sed, *potentia et opibus pollentem.* Pari sensu est accipiendum illud eiusdem Tragici Herc. Fur. 509. ὀνομαστὰ πράττων, *fortuna et dignitate conspicuus.* Item in ead. fab. 727. προσδόκα δὲ δρῶν κακῶς, Κακόν τι πράξειν, i. e. *cum aliquid male feceris, exspecta, tibi aliquid mali vicissim euenturum esse.* Vide Nos et-

---

b) Omisit χ', inuita metri lege, cod. Doru. et ed. Iunt. 1515. *Hemst.*

c) Is enim legendum coniecerat, quod Br. recepit: θαυμάσιον ὅπως, quod, auctore Moer. θαυμάσιον sit Ἀττικὸν, θαυμαστὸν Ἑλληνικόν. At θαυμαστὸν est Xen. Cyr. 2, 1, 5. 5, 5, 12. 5, 4, 10, Mem. 2, 3. 2. 9. 4, 8, 6. Plat. Phaed. 6. Euthyphr. 9. *Fisch.*

d) Eum locum etiam laudat *Bergl.* qui phraseos huius, fine τι, vbique obuia exempla esse monet, et h. l. reddit: rem bene gerens, prospera vtens fortuna.

iam infra ad 485. *Kuſt.* πράττειν iunctum vocabulis conditionem et ſortem quandam declarantibus, notat, *rebus, fortuna, vita:* χρηστὸν habet vim Aduerbii, et τι eſt i. q. μάλα, ita vt χρηστόν τι πράττειν ſit, *admodum beatum et diuitem eſſe.* Nam talis fortuna admodum vtilis (χρηστὸς) videtur illi, qui ea vtitur. Per τοὺς φίλους intell. *ſenes* illi, quos Carion hactenus illuſerat. μεταπέμπεσθαι eſt *accire, arceſſere,* i. q. μεταπαλεῖσθαι (Act. 11, 13. coll. 10, 32.), quo verbo etiam Grammatici vett. (Heſ. Schol. Doru.) interpretantur. Nam πέμπειν ſaepe eſt *curare aliquem deducendum eo, quo peruenire cupit,* ideoque μεταπέμπεσθαι dicitur, qui aliquem *curat ad ſe deducendum,* h. e. arceſſit. v. Kuſter. de V. Med. 2, 20. et Dreſig. de V. Med. N. T. 2, 12. μετὰ enim cum Accuſ. idem valet quod ἐπί, vt Hom. Il. 3, 264. *Fiſch.*

342. Οὔκουν h. l. reddi poteſt, *certe non,* quae prima eſt et vera harum partic. poteſtas. πρᾶγμα ἐπιχώριον *res, quae ab Atticis, ab Athenienſibus omnibus, fit* (nam χώρα ap. Athenn. eſt Attica, vid. ad 47.). Vigebat autem tum Athenis et in Attica habendi auiditas. Itaque οὐκ ἐργάζεσθαι ἐπ. χ. πρ. eſt, *non auarum eſſe neque habendi auidum. Fiſch.* γε poſt ἐπιχώριον ex Rau. libro inſeruit Inu. Non probo duos anapaeſtos ita proxime iunctos.

343. Ἀλλ' οὐδέν *e*). Vt Eurip. Phoen. 460. ἐγὼ γὰρ οὐδέν', μᾶτερ, ἀποκρύψας ἐρῶ. *Bergl. Dicam tibi rem omnem;* forma loquendi Atticis admodum familiaris. *Fiſch.* Poſt μὰ *f*) τοὺς θεοὺς diſtinctionis ſignum apposuerunt Portus et Kuſt. *g*) fauente cod. Doru. verum a vetuſtis Edd. prorſus abeſt: nec ſane multum refert, ὦ Βλεψίδημ' huic verſui an ſequenti adiungatur. *Hemſt.*

344. χθὲς (quae eſt Attica forma, neque tamen ab altera, ἐχθὲς Attici plane abstinuerunt, v. 883. 1047.

---

e) Haec verba *Münt.* exiſtimat Chremylum, nondum conſpectum a Blepſid. ad ſpectatores dicere, et ſequentia ad Bl. conuerſum.

f) Videtur Inu. e Rau. edi voluiſſe νὴ τ. θ. Reliquit tamen μὰ — in textis.

g) Etiam Br. et Inu. punctum in fine verſus poſuerunt. Caet. part. μὰ modo affirmationi, modo negationi inſeruire monet *Girard.*

Etym. M. V. χθὲς, intpp. Tho. M. p. 913. f. et Pierſ. ad Moer. p. 402.) h. l. eſt, *nuper*, *antea*, πρότερον; addantur fere verba καὶ τρίτην ἡμέραν, vt Lat. *heri et nudius tertius*. v. Proluſſ. de Vit. Lex. N. T. p. 115. f. Chremylus ait, ſe ἄμεινον πράττειν, quia ſperabat, ſe diuitem futurum, ſi Pluto reddidiſſet oculorum lumina. *Fiſch.*

345. ὥστε refertur ad πράττομεν. *Münt.* μετέχειν, ſcil. μοι τοῦ ἄμεινον πράττειν· *itaque nihil prohibet, quin in eadem mecum fortuna vtare.* Genit. τῶν φίλων eſt Genit. partitionis *h)*, *vt vocatur*, vt Plat. Phaed. 49. Ninirum amicorum omnia ſunt communia. *Fiſch.* Notauit h. l. Porſonus praef. ad Eur. p. XVII. (XVI. ed. Angl.) ed. ſec. propterea quod τε et γε in ſenariis antiquiorum poetarum non ſecundam pedis ſyllabam poſſunt efficere; ita vt h. l. et 410. Noſter ſibi indulſerit licentiam, qua ſeriores Comici vtuntur.

346. ὡς λέγουσι, *vt ferunt.* Neque enim Blepſidemus id ſibi perſuadere poterat. v. 336. *Fiſch.*

347. οὖν etiam h. l. affirmationem auget et grauiorem reddit, *certe*, *certe quidem*. αὐτίκα *ſtatim*, *extemplo*, h. l. reddi poteſt, *breui* (vt Plaut. Rud. 55. *breui* fieri diuitem) et αὐτίκα μάλα *perbreui*. v. Heſ. hh. vv. ἦν θεὸς θέλῃ eſt, *deo* (Apolline) *fauente*, *iuuante*, i. q. ξὺν θεῷ 114. *Fiſch.* Cod. Doru. θέλῃ θεός· ibidem μὲν hoc verſu neglectum, et in ſequ. τις, violato metro. *Hemſt.* θέλῃ θεὸς ad vitandum hiatum praefert *Hotibius*. — Vid. ſupra 114. Infra 405. ἦν θεοὶ θέλωσι. Ran. 530. εἰ θεὸς θέλοι. Plato Epiſt. 6. ἦν θεὸς θέλῃ. *Bergl.*

348. Ἔνι pro ἔνεστι. Acharn. 555. et alibi. *Bergl.* ἔνι pro ἔνεστι paſſim Attici. Aeſch. Prom. 294. χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι et Perſ. 740. οὐκ ἔνι σάσις. Quod obuium ibidem ap. Soph. Eurip. et alios, haud aliter ac πάρα pro πάρεστι. Immo quod ἔνι aliquoties vt h. l. repetitum legitur Lyſiſtr. 547. ἔνι φύσις, ἔνι χώρις, ἔνι θράσος, ἔνι δὲ σοφόν. Sic apud oratores quoque Atticos, vt Demoſth. de Cor. p. 133. οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν, et alibi. *Spanh.* Plura alia loca attulit *Eckard.* Obſſ. ex Ariſt. Plut. p. 33. Ita ἔνι Gal. 3,

h) Subint. εἶς. *Münt.*

28. Col. 3, 11. 1. Cor. 6, 5. Hoc Arist. loco vsi sunt multi, vt offenderent, Bezam, qui ad Gal. d. l. dubitabat, an ἔνι vsquam legeretur pro ἔστι *i)*, et Wyssium, qui hanc formam Ionicae dialecto vindicabat, in errore esse versatos. v. Hutchinf. ad Xen. Anab. V. p. 361. Reiz. ad Lucian. T. III. p. 90. Certe multa verba, multae verborum formae ex Ionica dialecto vetere, quae eadem fuit cum Attica vetere, et fons dialectorum quatuor principum, non tam venere in Atticam nouam, quam potius in ea tanquam vestigia et notae originis communis remanserunt. κίνδυνός τις est periculum magnum, ingens, vt Aesch. Socr. 3, 3. δέος τι et Cic. Epp. 7, 1, 13. misericordia *quaedam. Fisch. k).*

349. Pronomen τις iunctum pronominibus τοιοῦτος, τοιόσδε et similibus habet vim part. Lat. *fere*, sed additum pronominibus interrogatiuis, vt h. l. ποῖος, est Lat. *nam.* οἷος a quibusdam *l)* ita explicatur, vt dictum sit pro τοιοῦτος οἷος *tale* periculum, *quale* nunquam auditum est, h. e. longe maximum, et oratio existimetur non integra esse, sed a Blepsidemo interpellari, cupiente genus periculi statim scire. Alii legunt οἷος *m)*; vt positum sit metri causa pro ποῖος. Non male. Certe adiuuatur ista ratio verbis Blepf. λεγ' ἀνύσας (quocum iungi debet ποτε, vt v. 648.) ὅ τι φῄς h. e. *statim, paucis, rem dic n).* Nam ἀνύτειν *perficere, conficere, exsequi*, aliis verbis iunctum indicat celeritatem, et reddi potest, *statim, breuiter, paucis, cito*, vt 413. 975. v. Moeris [p. 62. Pierf.] Viger. p. 350. ed. Herm. Albert. ad Hes. T. I. p. 409. et Obss. philol. ad Ioh. 13, 27. Et ὅ τι φῄς est, *quod dicere vis.* Fisch. *dicere instituisti*, Gir.

---

i) Positum enim semper esse videtur pro ἔνεστι. v. Fisch. Anim. ad Well. I. p. 510.

k) Perperam ille ἐν τῷ πράγμ. retulit eo, quod Chremylus se diuitem fore sperabat. Pertinet ad restitutionem visus. Perplexam Chrem. orationem effecisse, vt Blepsidemus facinus admissum suspicaretur, recte monuit *Münt.*

l) Girardo, etiam Francog. interprete, et Müntero.

m) Ita in recentt. edd. omnibus, cum signo interrog.

n) coeptum absolue sermonem. Münt. cum *Gir.*

350. ἦν μὲν — ἦν δέ. Cod. Doru. vtrobique Εἰ, cui perne adſcriptum ἦν, tum mendoſe κατορθώσομεν. *Hemſt.* τορθοῦν dicuntur maxime imperatores et duces, qui rem ne gerunt; ſed res praeclare geſtae vocantur ἀνδραγαθήματα, non κατορθώματα. v. Phryn. p. 106. et Herodian. 208. H. l. κατορθοῦν eſt, reſtituere Pluto viſum. Opnitur σφάλλεσθαι (Aor. 2. Paſſ. pro Aor. Med.), quod opr. eſt *titubare*, deinde, *male rem gerere, calamitan accipere*, h. l. Pluto viſum reſtituere non poſſe. Infitiui πράττειν et ἐπιτετρίφθαι o) pendent a v. φημί, quod oratione Blepſidemi intelligi debet: *vtemur perpetua licitate* (quatenus Chremylus ſperabat, ſe cum amicis mulatum iri diuitiis, ſi Plutus viſum recepiſſet) — *actum it de nobis, miſerrimi erimus* (quatenus Chremylus pubat, ſe cum amicis ſemper inopem fore, ſi Plutus coecus neret. *Fiſch.*

352. φορτίον eſt *onus*, maxime de oneribus nauium, quibus φόρτος Act. 27, 10. et γόμος 21, 3. quo loco ἀποφορτίζεσθαι τὸν γόμον *merces deponere*, quod in tabula Cet. p. 165. dicitur τὰ φορτία ἐξαιρεῖσθαι, vnde ναῦς φορτηγός, et πλοῖον ἔμφορτον, Diogen. Laert. 1, 31. *nauis oneria.* φορτίον πονηρὸν eſt, *onus graue*, quod eum, quem emit, reddit miſerum; nempe ſpes diuitiarum cum meet ſollicitudine coniuncta p). *Fiſch.*

353. μ' οὐκ ἀρέσκει. Attici pro μοι ἀρέσκει. Sic Veſp. 69. Ach. 188. ac ſimiliter Eurip. Or. 210. οὐ γάρ μ' ἀρέσκει. Immo non apud poëtas ſolum q), ſed etiam ap. Thucyd. 1, 128. οὔτι σε τούτων ἀρέσκει, vbi v. Schol. Euripides vero Heracl. 373. ἐμοὶ ἀρέσκει, et Med. 621. σοὶ δ' ἔσκει, ac ſimiliter Demoſth. adu. Boeot. 1. p. 580. ἀρέ-

o) Pro ſubſtantiuis eos poſitos accipiebat Gir. et explicabat: felicitas — miſeria ſumma — mihi ſemper erit. Ita etiam Munt. quanquam etiam is Inff. pro Praeſentibus accipi poſſe ait. Ad ἐπιτ. idem Munt. ſupplet, *a Ioue.*

p) τουτὶ haec tua ſollicitudo et anxietas. *Gir.*

q) *Bergler.* addit Soph. Ai. 583. οὐ γάρ μ' ἐοίκασι γλῶσσα σου τεθηγμένη, quem locum laudat Schol. ad Plut. 69., Ran. 103. Lyſiſtr. 509., vſitatiorem tamen eſſe ſtructuram cum datiuo exiſtimat. *Fiſcher.* laudat Gregor. Cor. p. 27. *Munt.* Platonis locum affert: οὗς δ' ἂν μὴ ἀρέσκῃ διδασκάλων.

σεις ἐκείνῳ. *Spanh.* Gloſſa in codd. ἐμοί, quod ad ſenſus declarationem valet, ſed quod ad ſyntaxin accuratum non eſt. μ' οὐκ ἀρέσκει eſt pro οὐκ ἀρέσκει με. Verbum hoc cum Accuſ. perſonae ponitur. *Brunck.* Sequentium verborum ſenſus eſt: *etenim repente ſic nimis ditari, et tamen timere, hominis mali eſt et ſcelerati. Fiſch.*

355. πρὸς ἀνδρός. Praepoſitioni ſuperſcripta in codd. gloſſa: περισσόν. Falſum eſt. In eodem errore, a ſcholiaſta reprehenſo, verſatur Gregor. Corinthus de dial. Attica §. 43. vbi meliora docet Koenius [p. 43. ſ.] πρὸς τινὸς εἶναι quidpiam dicitur, *quod partium et officii alicuius eſt, quod alicui conuenit.* v. Theſm. 177. Ran. 540. *Brunck.* Non quidem abundat praepoſitio, ſed tamen poteſt deeſſe, manente eodem ſenſu, quod patet ex Veſp. 1016. τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν ἐστι r). Vide quae notaui ad Ran. 530. Alius etiam eſt vſus huius particulae cum Genit. conſtructae, de quo vid. quae ad Veſp. notaui 644. *Bergl.* Eleganter ad verba πρ. ἀνδρὸς Schol. Doru. adſcripſit, interpretationis cauſa, ἴδιον. Illuſtrauit hanc praep. πρὸς vſum, vt ſignificet, aliquid alicui conuenire, in eum cadere, ei proprium, eo dignum, eſſe, Boſius Anim. ad ſcriptt. quosd. gr. p. 74. ſ. Cf. Anim. ad Weller. III, II. p. 252. ſ. Sic Xen. Anab. 1. p. 13. οὐ γὰρ ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου. οὐδὲν ὑγιὲς εἰργασμένος eſt homo ſacinoroſus, qui aliquid commiſit; nam ὑγιὲς in hac form. eſt i. q. καλὸν et ἀγαθόν. *Fiſch.*

356. Sine particula [δ' — nam vulg. legebatur πῶς δ' οὐδέν] cod. Doru. πῶς οὐδέν, quod mihi non displicet. *Hemſt.* Inutilem particulam mittunt quatuor mei codd. *Brunck.* [qui in textis eam deleuit, ſequuto eum *Inu.*]. Senſus: quomodo *s)* ex eo, quod oſtendi, ſpem meam diteſcendi coniunctam eſſe cum magno periculo, colligis, me aliquid commiſiſſe! Nam intelligitur εἰργασμένου. *Fiſch.* Εἰ ſaepe notat ὅτι, διότι· ſed hoc non ſolet poni a principio orationis ſed praecedente aliquo verbo vel parte ſententiae. Forte pro εἴ τι legendum eſt ἤ τι, vt referatur ad ſeqq. ἤ τι

---

r) Ita ex Thucyd. οὐ πάσης ἥκιστα πόλεως laudat *Münt.*

s) *Gir.* πῶς interpretatur: *quo ſenſu dicis* etc. interpretare tuam mentem et aliquo modo proba.

ργ. ἢ χρυσίον. Quod autem interpres vertit: *si tu furatus es*, id intelligi non potest. *Duck.* At non video, uidni recte dicatur a Blepsidemo: male feciſti, ideoque retuere debes, ſi quid e templo Apollinis fueris furatus, eque deinde poeniteat. *Münt.* aut εἰ explicari poſſe *num*, *n*, aut pro eo legi poſſe εἶτα *ſiccine*, cenſet.

357. ſ. ἐκεῖθεν ἦκεις *inde*, e templo Apollinis *t*), donum *veniſti*, κεκλοφὼς ἀργύριον τι ἢ χρυσίον vno verbo ἱερουλεῖν dicitur Rom. 2, 22. quod in Gloſſ. N. T. Albert. p. 0. explicatur κλέπτειν τὰ ἀναθήματα. Templum Apollinis Pythii (ὁ θεός, vt 32.), a Piſiſtrato exſtructum (v. Meurſ. Ath. Att. 2, 10.) plenum erat donariis aureis et argenteis χρυσ. ἢ ἀργ.). παρὰ cum Genit. perſonae indicat locum, Xen. Cyr. 6, 3, 5. παρ' ὑμῶν e *caſtris*. σοι μεταμέλει τε oeniteat, ſcil. τῆς κλοπῆς. ἔπειτα verti poteſt *nunc*, *nunc emum*. *Fiſch.* Delphis in templo Apollinis erant pluria donaria, quae furtificas et ſacrilegas manus allicere poerant. Ante Herodoti adhuc tempora incredibiles opes lic fuerunt, vt patet ex eius Lib. I. [c. 14.]. Hinc Timo p. Lucian. [c. 42. T. I. p. 154. R.] ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε καὶ ὁ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα. *Bergl.* παρὰ τῆς θεοῦ coll. v. 194. legi voluit *Reisk.*

359. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε. Sic infra 836. et Veſp. 61. Au. 61., vt vel inde liqueat, dictum et cultum Athenis Apollinem Ἀποτρόπαιον (*Auerruncum*) quod docet etiam Demoſth. adu. Midiam p. 332. [c. 15. ed. Spalding.] Ἀπόλλωνι ἀποτροπαίῳ βοῦν θῦσαι *v*). Sic, quod eodem redit, Ἀλεξίκακος Apollo Athenis cultus a Pauſania dicitur lib. I. p. 44. Praeter Apollinem autem cum Iupiter, vt Ἀπότροπος, ſeu *auerruncus*, inuocatur ap. Aeſch. Suppl. 98., tum Iupiter ſimul et Apollo ap. Soph. Aiac. 186. um dii in genere, vt Eurip. Phoen. 589. ὦ θεοὶ γένεσθε ὧνδ' ἀπότροποι κακῶν. Apud Hippocratem vero lib. de Inomniis c. 15. in ſecundis rebus ſupplicandum dicitur Coeſti Cteſio, Mineruae Cteſiae, Apollini; in aduerſis vero οἷς ἀποτροπαίοισι, καὶ Γῇ καὶ Ἡρωσιν, ἀποτρόπαια γενέσθαι

t) Digito illud monſtrari exiſtimat *Münt.*

v) Eumdem locum oraculi Dodonaei ap. Dem. et Ariſtoph. verſus antea citt. laudat etiam *Bergl.*

τὰ καλεπὰ πάντα. A Sophocle autem, vt hoc addam, τροπαῖος pro ἀποτρόπαιος vocatur Iupiter Trachinn. 307. [304. ed. Erfurdt.] Ζεῦ τροπαῖε, vbi Schol. ἀποτρεπτικέ, ἀλεξίκακε. *Spanh.* Eſt vox Chremyli admirantis cum indignatione et negantis, iſtud ſcelus in ſe cadere, *pro! fidem tuam, Apollo Auerrunce.* Implorat fidem Apollinis *x)*, quia Blepſidemus ait, ipſum ſurripuiſſe donaria ex Apoll. templo, Apollinis Ἀποτροπαίου, quia oſtendit et aſſeuerat, ſe abeſſe ab iſto crimine. θεοὶ ἀποτρόπαιοι, ἀλεξίκακοι, ſunt *dii auerrunci*, qui putantur depellere a ciuitatibus et hominibus pericula, mala atque calamitates *y)*. Apollinem Ἀποτρόπαιον cultum eſſe Athenis docuit etiam Weſſel. ad Diod. S. II. p. 252. ἐγὼ μὲν οὔ intell. ἤκω κακλοφῶς etc. *Fiſch.* aut ſimpl. κέκλοφα *Münt.*

360. Παῦσαι φλυαρῶν. Infra Ran. 204. μὴ φλυαρήσῃς ἔχων, et 527. φλυαρήσεις ἔχων, pleonasmo verbi ἔχειν, de quo iam ante, Atticis familiari. Plato in Euthydem. p. 290. ὅτι ἔχων φλυαρεῖς. Hinc Eumoeris MS. [Moer. p. 391. Pierſ. qui ibi cfr.] φλυαρεῖς ἔχων· ἡ προσθήκη τοῦ ἔχων. Vt vero hic παῦσαι φλυαρῶν, ſic Au. §63. παῦσαι σὺ φυσῶν. Quomodo Demoſth. adu. Boeot. I. παῦσαι δὲ ἐμὲ συκοφαντῶν, et Lucian. in Necyomant. p. 325. T. I. [p. 456. Reiz.] παῦσαι μακάριε τραγῳδῶν. *Spanh. Deſine nugari, noli nugari.* Nam φλυαρεῖν dicuntur, qui vel omnino abſurda et inepta dicunt, vt 575., vel copioſa oratione id agunt, vt falſa videantur vera, aut vera falſa eſſe, more Sophiſtarum, vel negant, iureiurando etiam interpoſito id, quod manifeſtum ſit, vt h. l. ὦ γαθ' eſt vox obiurgantis, vt Ter. Eun. 5, 2, 11. *bone vir*, v. 366. ἄνθρωπε. οἶδα σαφῶς *(plane, certo)* nempe te legiſſe ſacrum. *Fiſch.* Cod. Doru. ὦ γαθέ· vt ſaepe ſolet vocales retinere, quas verſus elidi poſtulat: ita ſtatim εἰς ἐμὲ et pro τοιοῦτο multo peius τουτοΐ, reiecto cum ipſa Blepſidemi perſona φεῦ ad initium verſus ſequentis. *Hemſt.*

361. f. ὑπονοεῖν eſt *ſuſpicari*, i. q. ὑποπτεύειν, et εἰς reddi poteſt *de*, i. q. κατά. φεύ *heu! vah!* vox dolentis

---

x) Reuerterat modo ab oraculo Apollinis, vnde hunc deum implorat. *Münt.*

y) Iis opponuntur προστρόπαιοι, nocui et infeſti, παλαμναῖοι. *Gir.*

vel admirantis cum insultatione quadam. ὑγιὲς si refertur ad animum, significat nunc omnes virtutes, nunc certum virtutis genus, vt fidem, integritatem; vt h. l. ὡς οὐδὲν — οὐδενὸς *quam nulla prorsus integritas inuenitur vspiam* h. e. *omnes omnino homines sunt vani et mendaces.* Fuit formula prouerbialis. v. ad Plat. Phaed. 39, 11. ἀτεχνῶς est i. q. τὸ παράπαν Hes. z) οὐδενὸς a) vim Aduerbii loci habet b), *nusquam, nuspiam,* vt αὐτοῦ *ibi* 236. *Fisch.*

363. ἥττονες sequente Genit. rei dicuntur, qui dediti sunt et addicti alicui rei; metaphora ducta ab iis, qui e praelio aut iudicio inferiores discesserunt, qui se hostibus dediderunt, vt ἥττων γαστρὸς etc. Xen. Mem. 1, 5, 1. Itaque τοῦ κέρδους ἥττονες sunt, qui lucro seruiunt, ea faciunt, quae lucri cupiditas fieri iubet, fraudulenti, mendaces. *Fisch.* Idem dicit, sed ex contrario Eurip. in Dan. 85. κρείσσων γὰρ οὐδεὶς χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ. Est autem elegans phrasis: εἰσὶ τοῦ κέρδους ἥττονες, vt Nub. 1080. ἥττων ἐρωτός ἐστι. *Bergl.*

364. Sensus: *nequaquam tu mihi videris sanus esse.* οὔτοι *non, nequaquam,* Gl. vett. vt 64. quo loco etiam Chremylus iurat per Cererem vt agricola. ὑγιαίνειν est *sanae mentis esse.* Nam refertur ad μελαγχολᾷν. *Fisch.*

365. μεθέσηχ' pro μεθέσηκε τῶν τρόπων, οὓς πρότερον εἶχεν. In Vesp. 1448. οἳ μετέσχ ξηρῶν τρόπων. vid. ib. 755. Eqq. 396. κοὐ μεθίσησι τοῦ χρώματος, vbi vid. quae notaui. *Bergl.* μεθεστηκέναι propr. significat, *aliter, alio loco stare;* deinde *migrasse;* denique *defciuisse, defeciisse.* τρόποι οὓς πρότερον εἶχε sunt *integritas, simplicitas;* antea fuit simplex, apertus, verax, nunc est mendax, simulator. Genit. τρόπων pendet a praep. ἀπὸ, quae interdum additur verbo μεθεστηκέναι. Idem in Theophr. Char. 1, 3. est ἕτερον γεγονέναι. *Fisch.* τρόπον cod. Doru. quod recentior ma-

---

z) Perperam *Münt.* explicat: *vere, simpliciter, manifeste.*

a) *Gir.* interpretatur: *nihil cuiusquam rei,* i. e. nulla res. Rectius accipietur ita: nihil (nullum omnino dictum) vllius hominis verum est; nemini prorsus fides haberi potest. Chremylum mentiri putat, quum se sacrilegium commisisse neget.

b) ἥττων εἶναι e Cyrop. 1. 8. addit *Münt.*

nus emendauit. *Hemſt.* Vulgo claudicante verſu εἶχε τρόπων. *Brunck.* repoſuit εἶχεν. *Inu.* ex cod. Rau. recepit ἔχες τῳ. et v. 367. ἔχεις vbi in aliis omnibus libris et ſcriptis et editis eſt ἔχει. Vtroque loco non ſatis intelligitur, quomodo ſecunda perſona cum reliqua oratione conciliari poſſit, certe in hoc verſu non locum habet.

366. ἄνθρωπε. Sic tres Regii. Vocatiuis omnibus ſolebant, qui olim inter codicum lineas gloſſas ſcribebant, ſuperponere ὦ, inepte plerumque, vt hic, vbi ipſa terminatio nominis caſum indicat. In B ſcriptum in textu ἄνθρωπε, et ſuperpoſitum ὦ c). Inde orta diuerſa lectio, quae in impreſſis exſtat: ὦ ἄνθρωπε. *Brunck.*

367. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει. Senſus eſt: *At neque vultu eſt ſatis compoſito et quieto, ſed vagos oculos huc illuc circumfert.* Κατὰ χώραν εἶναι Graecis propr. dicitur de re, quae in loco praeſcripto et debito ſita eſt, neque extra eum ſeſe mouet d). Metaphor. autem ſignificat, *quietum et ſedatum eſſe.* Sic in Hom. Od. 20, 23. phraſin ἐν πείσῃ vetus Enarrator exponit κατὰ χώραν, i. e. animus ipſi quietus fuit, vel, ſeſe continuit nec irae habenas laxauit. Eadem interpretatio τοῦ ἐν πείσῃ (quod obiter hic moneo) reperitur etiam apud Plutarch. in lib. περὶ ἀοργησίας ſub initium; ſed quae ad marginem illic ab alio prius annotata, poſtea locum in ipſo textu importune occupauit. Locus Plutarchi ſic ſe habet [p. 779. f. T. VII. Reisk. p. 423. T. IX. Hutten.] ἔρωτι μὲν γὰρ οὐδ' αὐτῷ πολλάκις ἔχοντι κατὰ χώραν ἐν τῇ Ὁμηρικῇ πείσῃ μένοντα τὸν θυμόν etc. Vbi nemo non videt, verba illa κατὰ χώραν eſſe ſcholium e) et interpretationem τοῦ ἐν πείσῃ et tenorem orationis interpellare. Illis enim ſublatis, ἀκολουθία conſtructionis rectius ſic procedet: ἔχοντι ἐν τῇ Ὁμηρικῇ πείσῃ μένοντα τὸν θυμόν. Heſ. Ἐν πείσῃ, ἐν ἡσυχίᾳ, ἐν

---

c) Eodem modo fuit in cod. Doru. Brunckium etiam Inu. ſequutus eſt.

d) Ita Xenoph. Oecon. 10, 10. (quem locum laudat *Münt.*) περιελθεῖν ἐπισκοπουμένην, εἰ κατὰ χώραν ἔχει ἕκαστα.

e) Ita etiam iudicauit Hutten. p. 424. non tamen laudato Kuſtero. Wyttenbachius T. II. P. II. p. 852. nihil monuit, et πείσει etiam, vt olim in Plut. textis erat, reliquit.

χώρᾳ. Noſt. Ran. 805. ἔξειν κατὰ χώραν, et Eqq. 1351. οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς; *Kuſt.* Τὸ βλέμμα propr. *aſpectus*, deinde *vultus et oculi*, quia vultus in aſpectu dominatur. κατὰ χώραν ἔχειν dicuntur, *quae ſunt in loco ſuo*, neque vagantur; deinde, quae ſedata ſunt et quieta. v. Valck. ad Herodot. p. 340. Senſus h. l.: vultus non ſunt immoti, immo huc illuc vagantur; quod facere ſolent vultus eorum, qui ſibi alicuius facinoris ſunt conſcii *f)*. Nam τὸ βλέμμα eſt Nominat. *g)* et ἔχει abſolute dictum eſt, pro ἔχει ἑαυτό, i. e. ἐστίν, vt τὸ ἀληθὲς ἔχει ὧδε ap. Palaeph. οὐδὲ reſpicit ad 353 — 55. *Fiſch.*

368. ἐπίδηλον legitur in omnibus libris, neque Schol. aliam inuenerat lectionem in ſuo cod. At quum ἐπίδηλον ſit fere *manifeſtum*, et ad τὸ βλέμμα pertineat, videtur ſtructura verborum laborare. Vnde Lamb. Boſius Anim. p. 7. legendum cenſuit: ἐπιδηλοῦν τι πεπανουργηκότα h. e. *ſed* vultus *arguit eum, qui perperam quid fecit.* Quam eius coniecturam *Hemſt.* recte vocat ingenioſam *h)*. At credo non eſſe neceſſariam. Scilicet δῆλον et ἐπίδηλον ſignificaſſe videtur non modo, *quod apertum eſt*, ſed etiam, *quod aliquid manifeſtum facit, declarat.* Ita Plat. Crit. 3. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνί, ὅτι legitur in edd. ante Steph. qui repoſuit δηλοῖ *i)* auctore Cornario, ſine cauſa, opinor, quum multa adiectiua in omnibus linguis, atque etiam graeca, et neutraliter ponantur et actiue. Legitur δῆλα ſic ap. M. Antonin. 2, 15. vbi pro δῆλα Galen. coniecit δηλοῖ. v. nos ad Plat. Crit. 3, 6. p. 178. *k)*. Iam quum

f) Obiicit Blepſidemus Chremylo, quod nunc, verſutior factus quam olim, non ita, vt quondam, placidis ſit oculis, ſed mobilibus, huc illuc circumſpectantibus. *Gir.* add. *Münt.*

g) Nempe ſi ἔχει legitur, neque cum Inu. ἔχεις. Sed aliter tamen etiam vulg. accepit *Hemſt.* cuius haec ſunt verba: „In vtraque Fl. 1525. et 1540. βλ. αὐτοῦ· neque aliter *B. Gel.* quae priorem cum ipſis naeuis plurimum referre ſolet: ſcilicet huius lectionis auctori τὸ βλέμμα caſu primo capiendum videbatur.“ Ergo T. H. in Accuſ. accepit.

h) In adnotatt. ſe de ea coniectura dicturum promiſit, neque omnino probaſſe videtur.

i) Ita etiam Bieſterus in ed. quatuor dial. ſcripſit.

k) Vbi etiam h. l. tractauit. *Fiſch.*

similitudo, quae intercedit alicui rei cum altera, aliquid manifestum faciat, δῆλον et ἐπίδηλον arbitror ita vsurpata esse, vt essent i. q. ὅμοιον, et huius vocabuli constructionem sequerentur. Etenim multorum verborum exquisitae significationis saepe vnum tantum exemplum reperitur in iis libris qui hodie restant *l*). Itaque τὸ βλ. ἐσ. ἐπίδ. τ. πεπ. est, Chremyli vultus similis est vultui hominis, qui aliquid commisit. Nam πανουργεῖν significat 1. omnia aggredi s. imitari, 2. vel *solertem, callidum, esse*, vel, *versutum, vafrum, astutum* esse, 3. *aliquid committere*, vt h. l. (v. Index Palaeph.) et maxime *furari*. v. 877. 1146. *Fisch.*

369. V. Suid. V. Οὐκ οἶδ' ὃ κρώζεις. *Kust.* *Scio quid garrias.* In Lys. 508. τοῦτο μὲν — σαυτῇ κρώξεις. Proprie est cornicum κρώζειν, *crocitare*, in Au. 23. *Bergl.* Prouerbium a *cornicibus* sumtum hic in Schol. dicitur: etsi enim κρώζειν de *coruis* proprie diceretur, vt Nicand. Ther. 406. et Hes. in κρώζειν: idem tamen de *cornicibus* legitur Au. 25. et de grue ib. 713. *Spanh.* *Crocitare, cornicari.* Zenodot. ap. Valck. Lect. Ammon. p. 228. Anon. ibid. p. 231. Gloss. vett. V. κρώζω, Casauboniana p. 60. Io. Bapt. Pius Annotatt. poster. c. 20. T. I. p. 416. s. Thes. Grut. Fabric. ad Sext. Emp. p. 698. et Bibl. Gr. 2, 11, 4. *m*). H. l. vsurpatur de Blepsidemo propterea, quia, quae dicebat, vana erant. Sensus: *probe video, quid sibi velit garrulitas tua n*). *Fisch.* Manus in cod. Doru. prima κρώζει, quod correctum addita interpretatione tali: ἀκαίρως φθέγγῃ καὶ ὀχλεῖς ἡμᾶς ὡς κορώνη. Verum haec aliter interpungit, atque in vulgatis Edd. fieri solet, idem Codex: Σὺ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις, ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος. Ζητεῖς μεταλαβεῖν, supra quod verbum legitur τῆς κλοπῆς. Quod ideo notandum duxi, vt Scholiastae mens planius intelligeretur. *Hemst.*

---

l) Accedit, quod oratio Comicorum vsurpare nonnulla potuit, quae familiari sermoni magis propria essent. Si scriptum esset πεπανουργηκότος, vsitata significatio teneri posset: est manifesto vultus hominis, qui aliquid commisit.

m) add. Sturz. Prol. tert. de voc. anim. p. 11. 12.

n) *Gir.* potius refert eo, quod Blepsidemus, corui instar, praedae inhiat, consentiente, vt videtur, Müntero.

ὡς est, *quasi*, *tanquam*. κεκλοφ. e templo Apollinis. ζητεῖν *velle*, *cupere* vt 296. [v. Eckard. ad h. l. p. 34.] μεταλαβεῖν *partem* furti *auferre*. Omissum autem est voc. κλοπῆς, quod in partic. κεκλοφότος latet, vt Blepsid. quaerere posset τίνος. τὸ δ' ἐστὶν — ἔχον *res se non sic habet, sed aliter*; non furto diues factus sum, sed spero, me alio modo diuitem fore. *Fisch.* Omnes, quas vidi Edd. τόδ' ἐστίν, minus recte. Est autem τό δ' ἐ. pro τοῦτο, vt saepe. *Bergl.* Rescripsit etiam *Heinst.* τό δ' ἐ. *Br.* et *Inu.* τὸ δ' ἐ.

372. κέκλοφας *(furatus es)* quod fit clam, neque praesentibus aliis: ἥρπακας *(rapuisti)* quod fit palam et videntibus aliis. *Fisch.* Ingerit igitur, quod priori est deterius. Non abludit hinc, quod vulgo dicitur in edaciores: Non edis, sed deuoras. *Gir.* Plautus Epid. I, 1, 10. Th. Minus iam furtificus sum atque antehac. Quid ita? Th. Rapio propalam. *Bergl.* Atrocioris arguere eum facinoris monet etiam *Münt.*

κακοδαιμονᾷς. Hoc Aeschylus disiunctim expressit Choëph. 564 δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Et paullo aliter in S. C. Th. 1009. δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ, vbi Schol. μαινόμενοι, ἀλόγως ὁρμῶντες κατ' ἀλλήλους. Nisi forte κακοδαιμονᾷν est verbum desiderii, vt: *cupis esse miser*. ἀγαθὸν ἔοικας οὐδὲν ἐπιθυμεῖν παθεῖν, in Vesp. 1131. Sic φονᾷν Soph. Philoct. 1205. θανάτου ἐπιθυμεῖν auct. Schol. Vid. ad Nub. 183. *Bergl.* Nempe Δαίμονες non solum, sed vna etiam voce κακοδαίμονες sunt nominatim a Graecis, vti a Porphyr. de abstin. l. II. p. 203. [§. 42. p. 182. ed. de Rhoer.] cuiusque ea de re locus a Cyrillo Alex. adducitur adu. Iulian. IV. p. 124. dicti *infesti daemones* s. *mali Genii*, sicut Ἀγαθοδαίμονες *boni ac propitii*. Hinc vt δαιμονᾷν, sicut Aesch. S. C. Th. 1007. δαιμονῶντες *furentes*, seu vt in Schol. λυσσώμενοι, μαινόμενοι· ita κακοδαιμονᾷν hic a Comico dicitur, qui veluti a daemone correptus *intemperiis agitur*. A quo diuersum κακοδαιμονεῖν pro *infelicem ac miserum esse*, et κακοδαίμων passim in his Comici fabulis et alibi, vt ea de re mox, pro *infelice* ac *misero*. Vt hic demum addam, quod Δαίμων ἕτερος, *Daemon alter*, idem nempe qui priori sensu κακοδαίμων, s. *Malus Genius* a Pindaro dicatur Pyth. Od. 3, 62. et in Fragm. Callim. p. 255. ed. Vltrai. [n. 91. p. 461. ed. Ern.] *Spanh.* κακοδαιμονᾷν est *furere*, nam 1. plus hoc verbo significatur, quam verbo μελαγ-

χολᾷν 366. o), 2. coniungitur nonnunquam cum v. μαίνεσθαι vt 501. μανία et κακοδαιμονία. Causa est, quia mali genii credebantur insaniae auctores esse. In N. T. sic vsurpari putatur δαιμόνιον ἔχειν Matth. 11, 18. vbi v. Albert. et Ioh. 7, 20. vbi v. Bosius in Exercitatt., quod cum μαίνεσθαι iungitur Ioh. 10, 20. *Fisch.* E Plut. vit. Pericl. τοῖς δαιμονῶσι περὶ τὰ θεῖα ἢ ταραττομένοις affert Munt.

373. Perperam in impressis οὐδεμὴν excusum. In membr. et in meo diuisim scriptum οὐδὲ μὴν — p) Tres sunt particulae, quae aggregari solent οὐδὲ μὴν — γε. *Brunck.* ἀποστερεῖν inprimis ponitur de iis, qui *deposita* (Laërt. 4, 38.), et *mutuo accepta, commodata*, etiam *debita* non reddunt, cui opponitur ἀποδιδόναι τὰ δάνεια Laërt. 3, 83. (Cf. Grot. ad Matth. 19, 19. et Ind. Theophrast. Char. V. Ἀποστερεῖν.) Atque sic h. l. accipi debet, quia distinguitur a κεκλοφέναι et ἡρπακέναι. Schol. Doru. retulit ad sola deposita. *Fisch.*

374. s. Οὐ δῆτ' ἔγωγ' scil. ἀπεστέρηκα οὐδένα. ὦ Ἡράκλεις est vox admirantis cum irrisione, *papae! φέρε age q). Fisch.* Sola Ed. Ph. Iuntae Ἡράκλης, typorum, opinor, vitio. Cod. Doru. — Ἡράκλεις φέρε ποῖ τίς γε οὖν Τράπ. Nimirum versui succurrendum fuit inserto γε, postquam omissum erat ὦ· quamuis γε, sequente diphthongo, elisionis expers rarioribus exemplis defendi possit, repudianda tamen non videbatur lectio vulgata; in qua quid Kusterum impulerit, vt pro οὖν exhiberet ἂν, haud equidem adsequor. *Hemst.* In Kust. edit. est: ποῖ τις ἂν τράποιτο, casune an illius ex sententia, nescio. Ante eum in impressis omnibus legebatnr π. τ. οὖν τρ. Soloecam formulam

---

o) Hanc gradationem in verbis οὐχ ὑγιαίνειν, μελαγχολᾷν, et κακοδαιμονᾷν animaduertit etiam *Gir.* unde etiam Munt. κακοδ. verti iubet, *intemperiis agitari.* Francog. interpres reddidit: vous êtes endiablé.

p) Ita etiam cod. Doru. Retinuit tamen *Hemst.* οὐδεμήν, quod rarum esset. οὐδὲ μὴν praefert *Fisch.* et μὴν iungit cum ἀλλά, *at vero, sed enim.* Saepe enim monet ἀλλὰ et μὴν interuentu alius particulae separari. *Gir.* et *Münt.* reddunt: *sed annon saltim* (γε).

q) *Gir.* explicat: ipse dic, si habet; posthac certum est nihil divinare.

Hemſterhuſium reuocaſſe ſimulque ignoraſſe eam graecae linguae ingenio aduerſari, profecto miror. A vulgatis nihil discrepant codd. Vide Daweſ. p. 208. *r)* ad v. 438. vbi gemella erat monda. *Brunck.* τρέπεσθαι eſt *ſe, ſuam mentem, orationem, vertere;* itaque ποῖ τ. τράποιτο eſt, aut: quid cui aliud in mentem veniat? aut: quid quis aliud dicat? nempe quam te aliquem defraudaſſe, ita vt ei non reddideris depoſita aut mutuo accepta, ſi neque furatus quidquam es, neque rapuiſti *s)*. *Fiſch.*

376. γάρ. Cod. Doru. δέ· quod etſi minime reiiciendum, particulam tamen per omnes edd. receptam non mutauerim. *Hemſt.* Grammaticis deberi ea mutatio videtur, qui putarunt γὰρ poni h. l. pro δέ. At ante κατηγ. γὰρ omiſſa eſt enuntiatio (quam vultu et geſtu corporis Chremylus expreſſiſſe putandus eſt): *non miror te ita ſtatuere.* κατηγορεῖς *accuſas me*, i. e. ſuſpicaris me ditatum eſſe illicita ratione. τὸ πρᾶγμα μου, nempe, Plutum domi meae eſſe, neque ſperare diuitem fore, ſi viſum ei reſtituero. *Fiſch.*

377. ſſ. Senſus: ego, bone vir, transigam tibi negotium pecunia admodum parua ante, quam reſciſcat ciuitas, ita vt obſtruam os cauſidicorum numulis. ὦ 'τὰν etiam h. l. ironice. τοῦτ' nempe quod tu admiſiſti. ἀπὸ σμικροῦ ſcil. ἀναλώματος *paruo ſumtu*, vt Eqq. 535. ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης, vbi v. Kuſt. et Duck. ad Thuc. p. 558. *Fiſch.* Aeſch. Choëph. 260. ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρσιας *(leui momento)*, Schol. ἀπὸ μικρᾶς αἰτίας. Noſter Eqq. 784. ὡς ἀπὸ μικρῶν εὐνους — γεγένησαι. *Bergl.* ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, impendio 60. talentorum, ex Iſocr. addit *Münt.*

378. διαπράττειν dicitur is, qui rem, negotium alienum transigit, διαπράττεσθαι, de ſingulis, ſuum negotium

---

r) Add. Valck. ad Eur. Hipp. 469. quem laudat etiam Burgeſſ. in App. ad Daw. p. 456. Nullo exemplo *Fiſch.* docuit, optatiuum etiam ſimpliciter ſequi particulam ποῖ, ideoque ποῖ οὖν, *quorum, quo queſo*, ſtare poſſe. *Bergl.* ἐν recepit, et *Inu.* e Berg. quanquam in Rau. erat οὖν.

s) *Gir.* ita interpretatur: quis alias vias promte diteſcendi comminiſcatur? Nam Chremyli opes honeſto modo partas eſſe non ſibi perſuadet Blepſidemus. *Münt.* quam diuinandi viam quisquam ingrediatur.

transigere: de pluribus, rem transigere inter se. Sensus: efficiam ne tibi ob id, quod admisisti, vlla creetur molestia: ἡ πόλις sunt ciues, quod ex πυθέσθαι (cognoscere) patet. *Fisch.*

379. Rhetores non tantum linguam, sed et silentium venale habebant: nota est ἀργυράγχη Demosthenis *t*). Noster Pac. 644. χρυσίῳ — ἐβύουν τὸ στόμα. Theophyl. Simoc. Ep. 17. τὸν λαιμὸν τοῖς δώροις τοῦ Λευκίππου ἐπέβυσεν. In Eqq. 435. quum Cleon dixisset, Isiciarium decem talenta habere male parta, iste τί δῆτα, inquit, βούλει τῶν ταλάντων ἓν λαβὼν σιωπᾷν; *Bergl.* ἐπιβύειν vt simplex βύειν est occludere, obstruere, *obturare*. Cf. Hes. Βεβυσμένῃ, Βύων, et Ἐπιβυσάτωσαν. κέρματα, etiam κερμάτια, sunt *numuli argentei et aerei minuti et vilioris pretii*, vt oboli, chalci, quos mensarii lucello inhiantes permutant numis aureis et argenteis maioribus, qui inde κερματισταὶ dicti sunt. cf. Ioh. 2, 14. s. v. Hemsterh. ad Polluc. p. 1070, 15. et ipse Pollux 7, 170. 9, 87. 89. Prolus. de vit. Lex. N. T. p. 265. s. Deinde omnino *pecunia*, *aes*, vt h. l. v. Gloss. vett. Ex h. l. cognoscitur, oratores obseruasse ciues, qui aliquo casu ditati essent, iisque ita molestos fuisse, vt eos accusarent, certe accusare minarentur. *Fisch.* Citant h. l. Etymol. V. Ἑκατόμβη, Suid. V. Ἐπιβύσας et Eustath. ad Od. IV. p. 1489, 5. *Kust.*

380. Hic et sequ. versus sic vulgo legebantur ante Hemsterh.:

καὶ μὴν φίλος γ' ἂν μοι δοκῇς, νὴ τοὺς θεούς,
τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα.

Bene ille pro δοκῇς e codice δοκεῖς reposuit, et in altero versu γε expunxit *v*). Sed ne sic quidem locus erat persana-

t) Vberius de ea re ad h. l. exposuit *Girard.* Scilicet quum Demosthenes in concione acriter Milesiorum legatis restitisset, eorumque causa in posterum diem esset reiecta, noctu eum adiisse dicuntur legati et pecunia data effecisse, ne contra eos diceret. Postridie Dem. in concionem venit, et se συνάγχην (anginam) pati, neque dicere posse, simulauit. Tum quidam exclamauit, Demosthenem non συνάγχην, sed ἀργυράγχην pati.

v) Cod. Doru. praebet: καὶ μὴν φίλος γάρ μοι δοκεῖς· quam certe lectionem, modo distinctione sola iuuetur, vulgatae praeponendam censeo: καὶ μὴν (φίλος γὰρ) μοὶ δοκεῖς· nisi magis placet: καὶ μὴν (φίλος γάρ μοι) δοκεῖς etc. δοκεῖς quidem planissime

tus; nec satis intelligebat eruditus Batauus, quid sibi vellet Nomin. iste φίλος, quoue nexu cum ceteris orationis partibus cohaereret. In membr. scriptum: καὶ μὴν φίλως γ' ἄν μοι δοκεῖς. In C etiam φίλως cum gloss. προσφιλῶς. In B φίλος superscripto ω. Meus in eo ab impressis differt, quod δοκεῖς habet. In quinto codice hi versus plane scripti, vt eos edidi: καὶ μὴν φίλως γ' α. μ. δ., ν. τ. θ., τρεῖς μν. ἀν., λογ. δ., absente in altero γε x). Aduerbio φίλως superscripta gloss.: εἰρωνικῶς τοῦτο; participio ἀναλώσας, οἰκοθεν; verbo λογίσασθαι, λογαριάσαι ἡμῖν. Ordo est: καὶ μὴν δοκεῖς μοι, νὴ τοὺς θεούς, τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας, φίλως ἂν λογίσασθαι δώδεκα. Faceta manifestaque ironia. Part. ἂν ad λογίσ. pertinet, non vero ad δοκεῖς. In hac constructione saepe peccarunt librarii. Succurrit locus Vesp. 1198. ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς — ἂν ad λέξαι pertinet, cui significationem futuri tribuit: *quidnam tibi videris narraturus?* Ibi male codd. alter δοκῇς, vt hic in duobus scriptum est. Au. 1652. ἦ πῶς ἂν ποτε ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς — i. e. πῶς δοκεῖς ἂν εἶναι *futuram esse* vel *esse* posse y). In altero versu partic. γε nullus agnoscit cod. Si modo fuit in Aldino, imperitiae librarii debetur, putantis hoc tibicine versum indigere. In ἀναλόω natura longa est secunda, quapropter in praeteritis non augetur. v. Valck. ad Phoen. p. 222. Hipparchus ap. Stobaeum p. 229.:

---

verum est; neque ita refingere dubitaui. Praeterea mox post ἀναλώσας part. γε, quae, quamuis infesta metro, cunctas edd. inuaserat, deleui, eoque libentius, quod auctoritatem MS. Arund. firmaret Cod. Doru. Ceterum λογίσασθαι scribas, an λογίσεσθαι, parum interesse puto. *Hemst.* Nempe ex vulg. lect. in ἀναλώσας syllaba secunda corripienda erit, quae tamen longa est 248. Eurip. Suppl. 776. Sin part. expletiuam γε, quae nihil saltem ad sensum facit, induxeris, erit longa, quod potius sequendum duco, praesertim quum Mss. Arund. illam part. non agnoscat. *Kust.* γε etiam delenit *Fisch.* sed parenthesin, quam Hemst. probata lectione cod. Doru. admittit, alienam esse censet ab animo Blepsidis commoto, ipsam autem vrbanitatem postulare, vt legatur ἂν δοκεῖς pro δοκοίης ἄν, *at vero tu ita mihi amicus esse videare.* δοκεῖς igitur recepit *Fisch.*

x) Consentiunt etiam duo Inu. codd. vnde ille similiter vt Br. edidit.

y) Proprie ἂν cum Inf. Praes. etc. non Futuri vim his modis tribuere, etsi latine per fut. exprimi possit, iam docuit, post alios, Matthiae Gramm. Gr. p. 879.

τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος. καὶ μεταβολαὶ
τύχης, ἀνάλωσ', ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

Sic in Regio cod.: perperam Grotius edidit ἀνήλωσ'. *Brunck.* Senſus: ſi pro me tres minas *z)* impenderis rhetoribus, duodecim a me repetieris, amicus [ex ſcript. φίλος] ſcilicet eris mihi. Ironice. *Bergl.* ἀναλίσκειν eſt *erogare*, i. q. ἐξοδιάζειν Sch. cod. Doru. vti ἀνάλωμα ab Heſ. et in Gloſſ. explicatur ἔξοδος, de quo voc. v. Hemſt. ad h. l. *a)* et Proluſſ. de Vit. Lex. N. T. p. 179. ſ. 511. ſ. λογίζεσθαι eſt verbum arithmeticum, 1. *computare*, 2. *imputare, expenſum ferre*, vt h. l. et Theophr. Char. 10. Infinit. pendet ab omiſſa part. ὥστε. *Fiſch.* Verior eſt ſtructura et ſententia Brunck. Voc. φίλος ſ. φίλως reſpicere ad ὦ 'τὰν 377. ſenſit *Gir.*

382. *Video quemdam*, nempe iſtum Chremylum. Dicit autem, ſe animo praeuidere Chremylum ſacrilegii reum, ſupplicem fore iudicibus, ne condemnetur. Sic etiam in Acharnn. Lamachus in ſplendente clypeo, tanquam in ſpeculo, dicit ſe ſenem videre qui reus ſit futurus defertae militiae, et intelligit illum, qui ibi aderat, pacis amantem Dicaeopolin 1158. Sic in Ran. 554. indefinitum τὶς ad certam et definitam perſonam refertur: κακὸν ἥκει τινὶ, nempe Baccho, qui ibi aderat, et 613. ἥκει τῳ κακόν, nempe Xanthiae, quem quaſi digito oſtendebat. Vid. ib. 635. et 671. *Bergl.* Ita certus ſum de iudicio, quod tibi tuisque imminet, vt non dubitem affirmare, me illud iam videre. Mortuo Hercule Euryſtheus liberos eius eſt infectatus; illi igitur tandem ſupplices venerunt ad Athenienſes. Chaerephon tragicus poëta eorum miſeriam poſtea carmine deſcripſit; Pamphilus inſignis pictor, in Stoa, porticu Athenn. expreſſit. Air ergo Blepſidemus, breui fore vt Chremylus cum ſuis ob ſurreptas opes in ius trahantur, et ita miſeri atque ſupplices appareant, vt quondam Heraclidae. *Gir.* Reus non minus quam accuſator ſedebat in ſubſelliis, quae erant ἐπὶ τοῦ βήματος, *in tribunali*. Βῆμα enim eſt *tribunal*, locus editus in quo ius dicitur (et in quem aſcenditur per gradus, vnde nomen accepit, nam

---

z) Hae conſiciunt fere ſummam 64. impp.

a) In not. ad Schol. haec excerpentur.

βῆμα propr. eſt *greſſus*, *paſſus* et *gradus*) et ſella, in qua ſedet is, qui iudicio praeeſt. (Gloſſ. vett.) Priori ſenſu poſitum eſt h. l., poſteriori legitur Matth. 27, 10. Futuro ſecundo Med. a καθέζομαι (καθεδοῦμαι) Attici vſi ſunt pro καθίζω. v. Moeris et Tho. M. V. καθεδεῖται. Phryn. p. 114. Pierſonus edidit καθεδεῖ, quod legitur Ran. 102. *Fiſch.*

383. ἱκετηρίαν ἔχοντα. Quod hic in Schol. dicitur, ſupplicum morem fuiſſe, vt ramos oleae haberent lana (et quidem alba) reuinctos, firmat Aeſchylus, cum iis verſibus, quos ex eius Eumen. huc attulit Biſetus, tum aliis, qui in eius Suppl. leguntur, vt v. 22. Σὺν τοῖς ἱκετῶν ἐγχειριδίοις Ἐριουέπτοισι κλάδοισι b), *cum hisce in ſupplicum manibus lana reuinctis ramis.* Nempe prout ante Stanleium legendum viderant Auratus et Scaliger, pro ἱερο-στεπτοῖσι, vt ex adſcriptis aliquot ad Aeſchylum, qui Scaligeri olim fuerat, mihi vero ab Iſ. Voſſio olim commodatum, notis obſeruare licuit. Id vero, et ex *alba* quidem lana, adſtruitur inſuper alibi in eodem dramate Suppl. 338. λευκοστεφεῖς κλάδους, prout voc. λευκοστεφεῖς ad alium adhuc eiusdem fab. locum, vbi et ſimpliciter occurrit, nempe λευκοστεφεῖς ἱκτηρίας, explicant vett. Critici λευκοῖς ἐρίοις ἐστεμμένας. Id vero a Plutarcho in Theſeo ſimiliter dicitur p. 7. [c. 17. et 21. ed. Leopold.] et cum eadem voce ἱκετηρίας, ſ. per ſyncopen poëtis in his vocc. ἱκτὴρ, ἱκτήριος etc. familiarem, ἱκτηρίας. Quam vocem eodem ſenſu ex Aeſchine tradit Harpocration, cui addi poſſunt Andocides Or. 1. p. 228. et 331. [p. 54. et 56. Reisk.] apud quem dicitur lege cautum Athenis, vt qui ἱκετηρίαν ſ. eiusmodi ſupplicem ramum in myſteriis Eleuſiniis ad aram deponeret, morte continuo mulctaretur. Ap. Dinarch. Or. adu. Demoſth. p. 14. ἱκετηρίαν ἔχοντες καὶ κηρύκια. *Spanh.* Fuit ramus oliuae, lana alba reuinctus, quem manu geſtabant omnino ii, qui pacem peterent ſupplices, vnde *oliua* vocatur *ſupplex* Stat. Theb. 12, 492. c) et ramus ille *ramus oliuae paciferae* Virg. Aen. 8, 116. vbi v. interpp. H. l. ἱκετηρίαν ἔχων dicitur reus, qui iudices ſupplex orat, vt

b) Ita Schütz. et Both. ediderunt, quorum hic verſus aliter diſpeſcuit.

c) H. l. laudauit etiam *Bergl.* indicauerat iam *Gir.*

ipsum suis sententiis absoluant. Neque vero arbitror, reos praetendisse manibus ramos oliuae; immo Chremylo talem ramum tribui, quia Pamphilus videtur Heraclidas pinxisse ita vt ramos oliuae manibus tenerent. Rei vt commouerent misericordiam iudicum, ducere secum in iudicium solebant vxores, liberos, etiam alios necessarios et amicos. v. Vesp. 566. *d)* Plat. Ap. 23. *Fisch.*

385. Quum multa in Scholiis, neque vnius generis, tradantur ad h. l. et alia quidem postremo loco, quae vt in geographiae iuxta et chronologiae leges peccantia, iure redarguit Palmerius *e)*; tum ea expositio, quam retulit Daceria, praeferri debet, quae ad *Pamphilum* pictorem respicit, qui Alcmenam et filios supplices Athenis in porticu depinxerat *f)*. *Spanh. Heraclidae g)* post Herculis excessum extorres errabant, ciuitatibus, quas adirent, eos hospitio prohibentibus, metu Eurysthei, qui exstirpare hanc familiam volens, ne quis exoriretur inde vltor eorum quae Hercules perpessus fuerat, quaquauersum mittebat legatos, pellentibus Heraclidas amicitiam offerens, recipientibus bellum denuncians: illi Athenas etiam confugerant, et supplicum habitu atque ritu ad aram Iouis forensis ibi sederunt. *Heraclidae Pamphili* dicuntur esse opus vel pictoris vel tragici poëtae: si poëta hic intelligitur, fecit ille eiusdem nominis drama cum Euripide, cuius hodie extat tragoedia Heraclidae; si autem pictor, videtur is in Poecila, aut alibi hanc historiam pinxisse, vt Micon bellum Amazonicum, teste Aristoph. Lys. 682. Similiter in Ach. 990. respicit ad tabulam quandam pictam, vbi inerat Amor siue Cupido depictus. Et hoc quoque loco videtur picturam intelligere. *Bergl.*

---

d) Eiusd. fab. 978. addit *Bergl.*

e) Exercitatt. p. 787. ff. cuius verba, a Kust. descripta, in Not. ad Schol. excerpentur.

f) Ita etiam *Brunck.*, qui Meurs. Athen. Att. I, 5. laudat, et *Fisch.*, qui monet, Aristophanem scinisse tabulam illam Pamphili notam esse spectatoribus, non fabulam, censent.

g) Ita dicuntur filii et posteri Herculis, quos Eurystheus, Mycenarum rex, expulit e Peloponneso, quique supplices confugerunt ad Athen. v. Isocr. Paneg. c. 15. *Fisch.* ὁτιοῦν est *quantulumcunque*, *tantillum. Münt.*

386. ὦ κακόδαιμον. Ita paſſim de homine cum *infeli-* ac *miſero*, tum de eo etiam, qui aduerſam id genus rtunam merebatur, ſeu de *improbo* quandoque dicitur. e poſtremo ſenſu v. 425. duo Athenienſes a Paupertate Plutum ab iis receptum vocantur ἀνθρωπαρίω κακοδαίμο-, *homunciones peſſimi:* nempe prout κακοδαίμονες de *alis geniis*, ſicut ἀγαθοδαίμονες de *bonis* ac *propitiis* nt a Graecis dicti. Pro *infortunato* ac *miſero* nihil cre- ius vſu voc. κακοδαίμονος ap. Comicum noſt. et alibi apud raecos; et quidem, quod δαίμων vulgo de τύχῃ ſ. *fortu-* i diceretur; quandoque etiam de *infortunio*, vt Aeſch. erſ. 158. Eurip. Or. 504. Vnde etiam καὶ τρὶς κακοδαίμων citur in hac fabula 852. immo, quod ibidem additur, καὶ τράκις etc. καὶ μυριάκις. Quae vox τρισκακοδαίμων occur- Ran. 19. et Conc. 1090. Immo quomodo κακοδαίμων n ſolum, ſed βαρυδαίμων (valde miſer) inſuper in Conc. ntinuo dicitur, nempe v. 1094. prout poſtrema haec vox). Eurip. itidem legitur Alc. 865. ἦ βαρυδαίμονα μήτηρ μ' εκεν. Vnde βαρυδαιμονεῖν Noſt. Eqq. 555. ſicut κακοδαι- ονεῖν Dinarch. adu. Demoſth. p. 51., a quo diuerſum, vt l v. 381. vidimus, κακοδαιμονᾶν, pro, *intemperiis agi h)*, u a malo genio ſeu daemone corripi. Ita δυσδαίμονα ſeu *ilde infelicem* vocat Comicus Eq. 1247. ac ſimiliter Eu- p. Phoen. 819. Δυσδαίμονες dicti [ap. Aeſch. Perſ. 945. l. Both.] priori ſenſu, pro κακοδαίμονες ſ. *Mali genii*, ui nempe Perſas, profligato a Graecis Xerxis exercitu, in m graues calamitates coniecerant: δυσδαίμονες ἔθετ' ἄελ- τον κακόν. *Spanh.* χρηστούς. Si enim, vt ais, furatus fuis- m, improbus eſſem, nihil darem probis hominibus; nunc ıbem, quia probis hominibus dare conſtitui, patet me robum eſſe; ſi autem ſum probus, furatus non ſum. Bergl. χρηστοὶ ſunt propr. *homines frugi*, deinde *boni*, *robi*, *ſancti*, vt h. l., qui opponuntur τοῖς πονηροῖς Aeſch. ocr. 1, 3. δεξιοὶ *i)* ſunt omnino *apti*, *idonei ad aliquid*;

h) Ita tamen h. l. *Cir.* vocab. interpretatur: vir diris et intem- periis vexate; et *Piſch.* cenſet ſignificare *infamium*, et reſpici ad κακοδαιμονῆς 372. οὐκ nempe, me talem videbis.

i) Recte enim in omnibus edd. vsque ad recentiſſ. legebatur τοὺς δεξιοὺς κ. σ. Quod enim *Inu.* iuſſit e Rau. edi, τοὺς δικαίους κ. σ., metro aduerſatur, ipſo monente, videturque e v. 89. pe- titum eſſe. μόνους antea additum eſſe *Cir.* et Münt. cenſent, vt inde etiam colligatur, ipſum bonum eſſe.

h. l. dicuntur ratione consuetudinis aliorum, *commodi, humani*, qui nullas emittunt voces, quae amicis molestae sint. σώφρονες accipiendi videntur de hominibus non *suspicacibus*. iis, qui non facile suscipiunt suspicionem cuiusuis facinoris de aliis. Nam Chremylus responso hoc declarat, se nihil admisisse, et significat, quamuis obscure, in Blepsidemo esse vitia contraria illis virtutibus, quae indicantur vocabb. χρηστοί, δεξιοί, σώφρονες *k*). πλουτῆσαι ποιήσω idem est quod πλουτιῶ, *ditabo*. *Fisch.*

388. Ἀπαρτὶ [vt olim editum fuit]. Cod. Doru. accentu retracto ἀπάρτι *l*), praelatum a Gataker. A. M. P. c. 17. p. 587. cuius interpretamentum accedit νῦν· verum antecedente versu superscriptum est alieno loco: ἀπηρτισμένως καὶ τελείως, quae nimirum pertinent ad explicandam voculam ἀπαρτὶ, quam omnes Edd. tuentur. *Hemst.* Quod hic in Schol. ἀπαρτὶ per ἀπηρτισμένως, seu *absolute, omnino*, redditur, id a Galeno similiter factum video ad Hippocr. de acuto victu c. 43. vbi ἀπαρτὶ legitur et quod, vt Atticum, ac per voc. ἀπηρτισμένως explicat ibidem Doctor Pergamenus *m*). Immo similiter Hesych., et quidem vt ab Aesch. vsurpatum, ac eadem opera emendandus, tradit: Ἀπαρτὶ (non Ἀπαρτιῶ) *n*), ἀπηρτισμένως. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι. *Spanh.* ἀπάρτι tres codd. In meo glossa, ἀπὸ τοῦ νῦν, in C. νεωστί. In membr. vt vulgo ἀπαρτὶ, sensu diverso, quemque minus probo. *Brunck.* Itaque ἀπάρτι Br. et Inu. ediderunt. *Kusterus* (cumque eo *Münt.*) ad

---

k) Mihi tamen videntur illa vocabb., et propter vsum loquendi, et propter ea quae supra dicta erant, magis vniuerse de *probis, idoneis* s. gnauis et *modestis* hominibus accipienda.

l) Grammatici plerique praecipiunt ἀπάρτι esse, *mox*, *paulo post*, *iam* (vt Matth. 26, 64. vbi Heinf. legi volebat, vt Apoc. 14, 13. ἀπαρτὶ, vt referretur ad verba ναὶ λέγει, contra omnem loquendi vsum), ἀπαρτὶ *omnino*, *prorsus*, *plane*. Iam etsi res ipsa admittit lectionem ἀπάρτι (quam etiam versio Bergl. expressit: *mox*): tamen, quia in plurimis libris est ἀπαρτί, idque confirmare videtur oratio Blepsidemi admirantis οὕτω πάνυ etc. arbitror ἀπαρτὶ legendum esse, hoc sensu: *ego ditissimos reddam*. Cf. Alb. ad Hes. T. I. p. 427. *Fisch.*

m) Add. Erotian. gloss. voc. Hipp. p. 44. Franz. ibique Steph.

n) Legitur ἀπαρτιᾶ etiam in cod. Ven. v. Schow Suppl. ad Hes. p. 109.

nſum parum intereſſe putauit, vtram lectionem ſequa-
ur. Ap. eund. pleraque leguntur, quae ex Hemſt. et
). excerpta ſunt. Addit tantum integrum locum Galeni
. V. p. 65. ed. Baſ. „Τὸ ἀπαρτὶ (ita enim ibi ſcribendum
t pro ἀπάρτι) παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ ἀπηρ-
τμένως εἴρηται."

389. Peſſime cod. Doru. et violata metri lege: Οὕτω
ίνυ κεκλοφὼς — verum ſententia his inter verſus additis
te explicata: ὡς κοινωνεῖν πάντας ποιῆσαι· nec minus op-
rtune v. 386. Οὐκ· ὄψει ἐμὲ οὕτως ἔχοντα. Corruptus
em codex v. 391. Οὐ δῆτα ἐπὶ etc. *Hemſt.* Οἴμοι τῶν
κῶν Friſchlin. recte vertit ſimpliciter: *ah!* Eſt enim vox
lentis et quiritantis, v. Charit. 1, 8. verti etiam poteſt:
! me miſerum! Bergl. perperam reddidit: *vah! tu* iſtis
alis commemorandis *enecas me o).* ἀπολεῖς Fut. recte
rtitur Praeſ. *enecas;* indicatur continuatio. Verba ἀπολ-
ῦναι, ἀποκναίειν, ἀναιρεῖν, κόπτειν, κατακόπτειν, et ſimilia,
que Latina *occidere* (Hor. A. P. 475.) *enecare* (Ter. Eun.
5, 6.) eleganter ponuntur de iis, qui alicui moleſti ſunt,
ui aliquem obtundunt, vt h. l. de eo, qui alteri ita mo-
ſtus eſt, vt ei exprobret ſacrilegium et factum, quod ta-
en non admiſit; ſed poeta legit hoc verbum, vt accom-
odatum eſſet verbis σὺ μὲν οὖν σ. quibus ineſt magna ele-
antia propter antanaclaſin, nam intell. ἀπολεῖς, vt ἀπολ-
ῦναι ἑαυτὸν ſit, *ſibi auctorem eſſe magnae calamitatis p).*
ν vim augendae affirmationis habet. *Fiſch.* Hic aliis-
ue locis elegantius videretur: σὺ μὲν οὖν ἑαυτόν. Inuitis
odd. hoc reponere nolui. *Brunck.*

391. Μοχθηρὸς propr. eſt, vt πόνηρος, *laborioſus*, qui
ɔrpus multis grauibusque laboribus fatigare cogitur, vt
gricolae; deinde *miſer*, *acrumnoſus*, denique *improbus*.
ergl. h. l. vertit o *improbe;* Friſchl. o *ſcelerum caput.*
ortaſſe rectius vertetur: o *miſer*, vt Chremylus Blepſi-
emum putetur ita vocare, quod ipſe habeat Plutum, quo

o) Deterius etiam *Gir.* interpretatur: „*o ſcelera!* Abhorret a furto." Ad Genit. κακῶν Munt. (aliique fere) ſupplent ἕνεκα, vt Apoll. Rhod. l. 2. οἴμοι ἐμῆς ἄτης.

p) *Gir.* ita: non ego te perdo, flagitia tua commemorans, ſed tu teipſum deſtruis, qui ea committis.

Blepſ. careat; quod ex verbis blandis, quibus Bl. deinceps vtitur, colligi poſſe videtur. *Fiſch.*

392. ὁποῖον Codd. omnes [quatuor primum a Br. collati]. In C ſuperſcriptum; ἐρωτηματικόν, ἀντὶ τοῦ ποῖον. Recte. Id quidem, nempe ὁποῖον interrogantis eſſe, negat Daweſius [M. Crit. p. 294. ed. Burgeſſ.] proindeque hic reſcribendum eſſe cenſet ποῖον *q*). Sed fallitur. ὅπως, ὁποῖος, οἷος, ὅστις ap. Comicum aliosque poëtas Atticos centies occurrunt in interrogatione. Eurip. Phoen. 1718. ὁποῖος; ἀλλ' ἦ etc. Bacch. 652. ἥκεις δ' ὁποίαν — λόγου; dixiſſet forte Tragicum ſcripſiſſe ὁ ποῖος, et ἥκεις δὲ ποίαν — Sed nihil ſimile locum habere poteſt in hoc Noſtri verſu Ach. 963. Ὁποῖος οὗτος Λάμαχος τὴν ἔγχελυν *r*); Daweſii emendationem confirmat cod. [quintus] in quo ſcriptum: σὺ Πλοῦτον; ποῖον; ſed librarii eſt allucinatio. *Brunck.* Tamen recte *Inu.* e Rau. recepit ποῖον. Vim artic. in αὐτὸν τὸν θεὸν recte animaduertit Daweſ. l. l. *illum ipſum* deum.

393. καὶ ποῦ 'στιν *vbinam vero eſt?* καὶ in interrogationibus eſt fere index admirationis. v. Raphel. et Bos. ad Marc. 10, 26. ἔνδον intus, domi meae, vt Chrem. ipſe interpretatur, παρ' ἐμοί. v. ad Apol. Socr. 1, 16. Terent. Eun. 4, 6, 9. Heaut. 1, 1, 120. 3, 1, 21. *domi apud me.* Nam παρὰ iunctum Datiuo perſonae, indicat fere locum, in quo is eſt, qui Datiuo exprimitur, vt 394. παρὰ σοί, *domi tuae.* Sic Act. 10, 6. παρὰ Σίμωνι, ſed v. 32. ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος. add. Xen. Mem. 2, 7, 4. coll. f. 2. Theophr. Char. 8, 3. *Fiſch.*

394. Οὐκ ἐς κόρακας. Prouerbialis locutio, ab hoc Comico haud ſemel adhibita, et quidem cum citra aliud verbum, vt h. l., tum vel βάλλ' ἐς κόρακας v. 782., aut ἔρρ' ἐς κόρακας 603. et ἐς κόρακας ἐξῴήσατε Pac. 499. aut ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ Nub. 785. Eqq. 888. pro, *abi in malam rem.* Sic Eqq. 1312. πλεῖτω ἐς κόρακας. *Spanh.* Subauditur verbum aliquod. Alciphr. Ep. I, 17. οὐκ ἐς κόρακας

q) Adſentitur ei Porſon. ad Eur. Phoen. 892. ὁποῖος ſimpliciter interrogare negans et v. 1788. ſcripſit: ὁ ποῖος;

r) Hom. Od. 1, 171. 14, 188. addit *Fiſcher.* qui et ipſe ὁποῖον defendit.

φθαρήσεται; Sophocles Oed. Tyr. 1156. οὐκ εἰς ὄλεθρον; *fugisne hinc in malam rem?* V. Ran. 614. *Bergl.* Intell. ἀπελεύσῃ, ἐξέρησεις, οἰχήσῃ *s*), v. Pac. 499. Vesp. 51. Dicitur etiam ἅπαγ' ἐς κόρακας Theophr. Ch. 25, 31. Nam Attici his in formulis dicunt ἐς, non εἰς. v. Tho. Mag. [p. 370. f. Bern.]. Ap. Terent.: *abi in malam rem, abi, i hinc in malam rem.* Vtuntur iis homines aliis irati. Nam Blepf. putabat, falfum effe, quod a Chrem. iactaretur, et iactari ab eo, vt ipfi aegre faceret. Erat Athenis locus alte effeffus, in quem deiici folebant homines fcelerati, mortis damnati *t*). Hic locus dictus eft βάραθρον (431.) ὄρυγμα (Meurf. Lect. Att. 1, 25.) etiam κόρακες, quia ibi magna erat coruorum frequentia. Attici folent locis imponere nomina rerum, quae in iis funt, vt ἵπποι, κρέας, ἰχθῦς, forum equinum, carnarium, pifcarium, v. Pollux 10, 19. νὴ τοὺς θεούς i. q. φημί 395. πάνυ 393. voce aientis, *recte. Fifch.*

395. Iusiurandum Athenis *per Veftam* haud infolitum, cuius ara et cultus erat in Prytaneo; immo cui ante deos deasue alias libare foliti erant cum Athenienfes tum eorum exemplo (quod alibi vidimus et peculiari quidem de eadem Dea diatriba *v*)) alii etiam Graeci. Immo quod a Cyro in Perfide factum docet Xenophon Cyrop. 7, 20. ac Romae fimiliter Cicero de N. Deor. 2, 27. *Spanh.* Per Ἑστίαν intelligitur non Veſta, Saturni mater, cuius fimulacrum erat Athenis in Prytaneo, v. Meurf. Ath. Att. 1, 8.: fed Saturni filia, virgo, quae credebatur effe praefes ignis et aedium, et colebatur ad focum (v. Schol.), vnde et *focus* et *domus* vocatur ἑστία. Obteftatur autem Blepfidemus Chremylum et orat per Veftam, domus cuftodem, quia hic aiebat Plutum effe domi fuae. *Fifch.* Iusiurandum hoc per Veftam fanctius aliis fuiffe, quod numen illud inprimis magnum fuerit (v. Paufan. V, 14, 5.), contendit *Gir.*

---

s) ὑπάγεις *Münt.* fuppleri vult, πορεύσῃ aut tale quid *Girard.*, qui plura de form. hac, eiusque origine, disputat.

t) Etiam cadauera eorum, de quibus fupplicium fumtum erat. v. Köpke über die Gerichtsverf. d. Athen. p. 727.

v) Legitur *Ezech. Spanhemii* Diatr. de Veſta et Veſtalibus, in Graeuii Thef. Antt. Rom. T. V. p. 659. ff. ibidemque etiam p. 619. ff. *Iufii Lipfii* Comm. de Veſta et Veſtalibus.

Tanta veneratione Veſtam proſequebantur, ut hominem ſacra ei non facientem, ἀνέστιον haberent. *Münt.*

396. νὴ τὸν Ποσειδῶ. Sic Acharn. 559. et ὦ Πόσειδον Equ. 144. citra additum aliud Numen. Quomodo alioquin per Iouem Neptunumque ac Mineruam Draconis lege iuſſi ſunt olim iurare Athenienſes; prout id in ineditis ad Hom. Il. Scholiis, olim If. Voſſii, adnotaſſe memini, ſed qua de re opportunius dicetur ad Nub. 1236. *Spanh.* Ποσειδῦ Attice pro Ποσειδᾶνα vt 988. Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα. v. Herodi. Philet. p. 439. et Koen. ad Greg. p. 71. Iurat autem Chremylus per Neptunum, vt Deum maximum a Ioue, per quem iurare verebatur, quia ſciebat, Iovem orbaſſe Plutum oculis, ne aedes proborum intraret, et quia Plutus eum rogarat, vt omnia ageret Ioue clam. *Fiſch.*

τὸν θαλάττιον. Ita cod. Doru. quod cauſa non erat, cur ſpernerem: nusquam enim, ni fallor, θάλασσα vel θαλάσσιος apud Ariſtoph. Superſcriptum παίζει ἐνταῦθα. *Hemſt.* θαλάττιον cod. meus. Tres Regii, vt vulgo, neglecto Atticiſmi *x)* idiomate, θαλάσσιον *y)*. *Brunck.* Hic non ſatis apparet, cur Blepſidemus ſcire cupiat, vtrum Chremylus per Neptunum θαλάσσιον iurauerit, an vero per Neptunum alio nomine vocatum, in Nub. 83. autem perſpicuum eſt, cur Strepſiades nolit Philonidem filium iurare per Neptunum ἵππιον *z)*· nam dicit: οὗτος γὰρ ὁ θεὸς αἴτιός μοι τῶν κακῶν. Niſi forte propterea id rogauit, quia, ſi conſtet eum per θαλάσσιον iuraſſe, concludi poſſit, Plutum ſiue Opes illas fuiſſe mari aduectas. Neptunus autem θαλάσσιος in Lyſ. 403. dicitur ἁλιπός, Thesm. 329. πόντιος. Aliud etiam habet Neptunus cognomen Ἀσφάλειος Acharn. 682. *a)*. *Bergl.* His addit *Fiſch.* ὁ Κυνάδης, ὁ Ἐλάτης (v. Meurſ. Ath. Att. 2, 13.), vt *Girard.* Γαιοῦχον. Cae-

---

x) Recentioris nempe, quo Ariſt. eſt vſus.

y) Haec forma vocab. communis eſt in ceteris libris. v. Greg. Cor. p. 10. et ibi Koen. *Fiſch.*

z) Hunc etiam ad ſeq. verſum adfert *Kuſt.*

a) Perperam igitur Münt. cenſet τὸν θαλ. idem eſſe ac ſi dixiſſet Ποσειδῶνα, et Chremylum iocoſe reſpondere quaſi amicum putauerit τὸν Ποσ. a θαλασσίῳ diſtinguere.

terum Chremylum ridentem reſpondere, *εἰ δ' ἐστιν κ. τ. λ.* monet *Fiſch.* Nam ſciuiſſe eum, Neptunum variis quidem cognominibus gaudere, ſed eſſe tamen vnum eumdemque deum.

397. *τὸν ἕτερον.* Sic *vterque Neptunus* ap. Catull. Epigr. 32. [31, 3.] vbi If. Voſſius *vtrumque Nept.* explicat de *mari interno* et *externo* ſ. *mari mediterraneo* et *Oceano*, haud repugnat tamen, ſi quis malit intelligere Neptunum, quatenus *mari.* aut quatenus *lacubus* praeeſt: quomodo Nymphae aliae *limneades* ſ. *paluſtres* ſunt dictae, aliae *marinae*, ipſe vero Ἐπιλίμνιος Ποσειδῶν. Quae poſtrema certa ſententia potior eſt habenda, immo quam adſtruunt ipſa Catulli verba, vbi *inſularum*, tam in *liquentibus ſtagnis*, quam in *mari vaſto* meminit, quas *fert*, ſ. ſuſtentat, protegit, *vterque Neptunus b).* Apud Ariſtidem quidem Palinod. in Smyrn. p. 47. T. I. inuocatur Ποσειδῶν, ὃς ἀμφότερα εἴληχας, κινεῖν τε καὶ σώζειν, nempe prout priori ſenſu *κινητὴρ γᾶς* Pind. Iſthm. 6, 32. et alibi Σεισίχθων eſt dictus, poſteriori autem Γαιάοχος. Priori forte ſententiae de vtroque Neptuno, ceu maris interni vel externi rectore, fauere vtcunque poſſet, quod ap. Eurip. Hipp. 744. legitur: *ἵν' ὁ Ποντομέδων πορφυρέας λίμνης Ναύταις οὐκ ἐξ' ὁδὸν νέμει, vbi Ponti rector purpurei ſtagni viam nautis non conceſſit amplius;* vt nempe e mari interno ſ. mediterraneo Oceanum ingrediantur, et in eo navigent. *Spanh.*

398. *εἶτα* habet hoc quoque loco vim augendae interrogationis, ita vt ſimul ſignificet admirationem cum indignatione quadam coniunctam. *Οὐ διαπέμπεις non mittis*, ſcil. Plutum. Attici delectantur vſu verborum a praep. *διὰ* compoſitorum pro ſimplicibus. *πρὸς ἡμᾶς in noſtras domos. Fiſch.*

399. *οὐκ ἐ. πω* [pro *οὔπω*]. In Eqq. 838. paullo aliter: *οὐκ, ὦ γαθοὶ ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ. ἐν τούτῳ.* Soph. Antig. 39. *εἰ τάδ' ἐν τούτοις. Bergl.* Senſus: *res nondum eo rediit, vt eum mittere poſſim. Fiſch.* qui *ἐν τούτῳ* rectius refert

---

b) Lacus et mare per Neptunum *ἐπιθαλάσσιον* et *ἐπιλίμνιον* intelligi cenſet etiam Vulp. ad Cat. l. l. Et Spanhemium ibid. laudat Doeringius.

ad verba *διαπέμπειν πρὸς τοὺς φίλους*, quam Girard. ad ſequentia *ἐν τῷ μεταδ.*

400. *Οὐ τῷ μεταδ.* Scilicet *οὐ τὰ πράγματά ἐστιν ἐν τ. μ.* *Gir.* *Res nondum eo rediit, vt nobis quoque Plutum tradas? Fiſch.* In hac, ita explicata, ſtructura, deſiderat Hotibius Lect. Ariſt. p. 15. Ariſtophanis facilitatem, et ambiguitatem quamdam ineſſe exiſtimat. Itaque ſcribi mauult: *οὗ τῳ μεταδ.* ſcil. *φῄς*, verbis non ad Chremyli orationem, ſed ad praecedentia *τί φῄς*; relatis. Amicus quidam eius coniecit: *οὔπω μεταδοῦναι*, vt ſimiliter *φῄς* ſubintelligatur; quod tamen minus neceſſarium atque etiam durius videtur. Verum *τῳ* (*τινι*), poſtquam praeceſſerat *πρὸς ἡμᾶς τοὺς φίλους*, aeque displicet, et dicendi celeritas facile excuſare potuit, quod *ἐν* ante *τῷ μετ.*, quod bene reſpondet pronomini *τούτῳ*, omiſſum eſt. Videtur autem ea loquendi ratio familiaris ſermonis conſuetudini egregie reſpondere.

μὰ Δία. Hic rurſus per ſe negat *μά*. Vid. ad Thesm. 748. Ran. 951. *Brunck.* Intell. *οὐ. πρῶτα* eſt i. q. *πρῶτον, prius, ante. Fiſch.* Interrumpitur poſt hoc voc. oratio a Blepſidemo cupido rem cognoſcendi.

401. *νὼ c)* i. q. *ἡμᾶς*, vt 969. id. quod *ἡμεῖς*. Moeris et Heſ. h. v. Ad ſeq. *βλέψαι* repetendum: *δεῖ ποιῆσαι νῷ. Fiſch.*

402. *ὥσπερ πρότερον* e tribus codd. Regiis edidit *Brunckius*, eumque ſequutus eſt *Inu.* Olim redundante ſyllaba legebatur *ὥσπερ τοπρότερον*, quod quum metro aduerſari intelligeret Bentleius, reponi iuſſit *ὡς τὸ πρ.* et ita dedit Hemſt., qui tamen et ipſe monuit, ſcribi etiam *ὥσπερ πρ.* poſſe. Tum *ἐνί γε τῳ* iam edidit Hemſt. quum in Doru. eſſet ſuperſcriptum *τινι*, atque ita etiam *Brunck.* ex A. B. pro vulg. *τῷ*. Ita Thesm. 430. *μιᾷ γε τῳ τέχνῃ* quem locum attulit *Br.* et ante eum *Bergl.* qui reddit *aliquo modo*, quum *Gir.* explicet; *vno ac perſimili modo, Münt. pari ratione, Fiſch.* autem rectius, *quocumque id fiat modo.*

---

c) Brunck. et *Inu.* ſine iota ſubſcr. ediderunt *νῶ*, alii *νῷ*.

403. γὰρ h. l. habet vim augendae interrogationis, ita vt indicet admirationem magnam: *verene coecus eſt. Fiſch.*

404. Οὐκ ἐτός. V. Etym. V. Ἐτός, qui locum hunc ibi citat. *Kuſt.* Ἐτὸς hic pro ἐτῶς vt in Schol. dicitur, et quomodo ap. Heſ. ſimiliter ἐτός, μάτην, ac inde idem mox ἐτώσια, μάταια: nempe ap. Apoll. Rhod. 1, 895. ἐτώσια γηρώσκοντας, vbi ſimiliter ἐτώσια pro ἐτωσίως dicitur. Male vero hic in Schol. οὐκ ἐτὸς per οὐκ ἀληθῶς inter alia redditur, et ita cum voc. ἐτεῶς confunditur; ἐτεὸς enim Graecis i. q. ἀληθής, et ἐτεῶς, *vere*; aliud vero ἐτός, quam ἐτῶς, *fruſtra, temere. Spanh.* Mihi ita videtur de hoc vocab. Proprie puto eſſe Adiectiuum, quod ſignificat *verum* (v. Etym. M. in Ἐτὸς et Heſ. V. Ἐτά), ſed deinde per ἀντίφρασιν, *vanum*. Iam Adiectiua ſaepe ponuntur pro Adverbiis (Suidas adeo ἐτῶς legit, V. Ἐτῶς add. Alb. ad Heſ. T. II. p. 811.): et quia homines vani omnia, quae dicunt et faciunt, dicunt et faciunt temere, patet cur Grammatici interpretentur ματαίως *d*), ἀλόγως. H. l. οὐκ ἐτὸς — ἦλθεν eſt, *non vanus, temerarius*, h. e. temere, ſine cauſa, nunquam venit domum meam, ſcil. quia coecus fuit, eamque inuenire non potuit. Altera interpretatio, quam Schol. attulit, vt ἐτὸς eſſet ἀληθῶς, paulo durior videtur: *non ratione adductus, nunquam venit in aedes meas* h. e. non propterea, quod nollet me, vt indignum, diuitem reddere. *Fiſch.*

405. ἢν θεοὶ θέλωσιν idem eſt quod σὺν θεοῖς Eurip. Phoen. 637. Xen Cyr. 2, 4, 20. *cum dis volentibus* Cic. Off. 1, 12. extr. *Fiſch.*

406. *e*) ἰατρὸς h. l. eſt *medicus, qui manu medetur, medicus ocularius*. Nam medicina tum diducta erat in partes tres: διαιτητικήν, quae *victu*, φαρμακευτικὴν quae *medicamentis*, χειρουργικὴν quae *manu* medetur, v. Celſ. praef. lib. 1. ἐχρῆν *oportet*, ſed poëta poſuit imperfectum, quia Blepſ. verebatur, vt Chremylus *arceſſeret* medicum. add.

---

d) Etiam Photius et Zonaras I. p. 816. interpretantur μάτην.

e) Etiam h. l. pro vulg. οὐκοῦν vel vt Kuſt. et Bergl. Οὐκ οὖν (poſita in fine verſus interr. nota) *Brunck.* et *Inu.* repoſuerunt Οὔκουν.

967. et nos ad Plat. Apol. 1, 5. Qui medicum arcessit, is eum introducit in domum et cubiculum, in quo est aegrotus. *Fisch.*

407. τὶς ὄῆτ' etc. *quis, quaeso, medicus ocularius est Athenis*, nempe qui in arte sua excellat. Chremylus addit statim causam. *Fisch.*

408. *Nemo est qui medicis honorem habeat;* qua voce Athenienſibus auaritia exprobratur *f)*. οὐδὲν εἶναι dicitur res, quae vilis, parua, tenuis, neque digna est, quae colatur atque exerceatur, quae iacet; vnde ἡ τέχνη οὐδέν ἐστιν valet: nemo est, qui artem manu medendi magnopere teneat et sequatur *g)*. *Fisch.* Deficit ars, vbi illi merces sua non est. *Brunck.* Notandus est hic locus, ex quo apparet, medicos Athenis tempore Aristoph. exiguo in pretio habitos fuisse. *Kust.* Dignus obseruatione hic locus, quo illud in genere adstruitur, quod honor seu praemium alat artes; tum quod ea Comici aetate haud magno in pretio habiti sint Athenis Medicorum filii. Exstat quidem hodie inter Hippocratis opera Decretum Athenienſium, quo ob depulsam eius opera ab illis pestem et scriptos de arte medica libros, magnis mysteriis eum initiandum, donatum praeterea corona aurea, ac vt victum per omnem vitam haberet in Prytaneo statuunt Athenienses *h)*. Apud eos caeteroquin lege cautum docet Hygin. fab. 324. *i)* ne quis seruus aut femina artem medicinam discceret, et ab iis dein decretum, vt id ingenuis feminis etiam liceret. Vt vel inde liqueat, inter praeclaras artes dignam liberalibus ingeniis medicinam olim ab Athenn. habitam. *Spanh.*

---

f) Taxari h. l. et medicos qui propter imperitiam nullo loco et numero habendi sint, et ciues, quod doctos homines praemiis non ornent, docet *Girard.*

g) Aut potius: et ars medendi nulla est. οὔτε — οὔτε h. l. est: *et — et.*

h) Nunc, esse haec fabulis adnumeranda, et librum qui Hippocrati tribuitur, περὶ τέχνης, non minus, quam decretum illud inter spuria reponendum esse constat. v. Ackermann. in Fabricii B. Gr. ed. Harl. II. p. 512. et 593. Sprengel. Gesch. d. Arzneyk. I. 371. f.

i) fab. 274. p. 388. f. ed. van Staveren. Add. Petiti Leg. Att. p. 387. f. ed. Wess.

409. f. σκοπῶμεν *videbimus* an forte inueniamus medicum ocularium. οὐκ ἔστιν nempe ἰατρὸς ἐν τῇ πόλει. μὰ Δι' ἀλλ' *immo*. πάλαι *dudum*, de temporis ſpatio admodum breui; nam Chremylus paulo ante domum venerat cum Pluto e templo Apollinis. ὅπερ παρεσκευαζόμην int. ποιῆσαι, *in animo habebam, decreueram, facere*. Nam qui decernit aliquid facere, is ſe ad id faciendum parat, vt Xen. Cyrop. 7, 2, 2. *Fiſch.*

411. Εἰς Ἀσκληπιοῦ ſc. τὸ ἱερόν, vt v. 621. *k*). Erat enim Athenis Aeſculapii templum, de quo vid. Meurſ. Athen. Att. I, 7. Κατακλίνειν *l*), quod fere dicitur de iis, qui alios *iubent accumbere* (v. Luc. 9, 14. Ael. V. H. 8, 7.) h. l. eſt, *iubere aliquem incubare* in fano Aeſculapii, ad accipiendum reſponſum, de quo incubationis genere ſcripſit ſeparatim *Henr. Meibomius m*). Nam aegroti ſolebant dormire in fano Aeſculapii, ad accipienda reſponſa, quibus admonerentur, quid fieri oporteret, vt valetudinem recuperarent, incubantes pellibus ſtratis (vnde ἐγκατακλίνειν 621.) et tum dicebantur ἐγκοιμᾶσθαι (*incubare* Virg. Aen. 7, 88. [vbi cfr. de la Cerda et Heyn.] Plaut. Curc. 1, 1, 61.) ita vt κατακλίνειν ſit ποιεῖν ἐγκοιμᾶσθαι. *Fiſch.*

412. πολὺ μὲν οὖν ſcil. κράτιστόν ἐστι, *longe vero optimum eſt*, nam οὖν auget affirmationem, vt 390. 437. νυν *n*) vt ap. Hom. eſt i. q. δή, v. Hoogeu. Doct. part. h. v. et διατρίβειν, i. q. βραδύνειν, μέλλειν, *ceſſare, cunctari*. ἄγνω

---

k) Similiter Veſp. 122. κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ. *Borgl.* εἰς pro ἐν poni monet *Münt.*

l) κατακλινεῖν eſt in al. edd. vt Kuſt. Hemſt. Fiſch. κατακλίνειν non monitis lectoribus dederunt Br. et Inu. Futurum adhibitum putabat Fiſch. vt actionis continuatio indicaretur.

m) Ed. 1659. Vernaculo ſermone nuper ea de re ſcripſerunt *F. A. Wolfius* (Beitrag zur Geſchichte des Somnambulismus aus dem Alterthum, in ſ. Vermiſchten Schr. und Aufſätz. p. 582. ff.) et *Kinderlingius* (Der Somnambulismus unſerer Zeit in Vergleichung geſtellt mit der Incubation oder dem Tempelſchlaf und Weiſſagungstraum der alten Heiden, Lipſ. 1788. 8.). Add. *Sprengel.* Pragmat. Geſch. d. Arzneyk. I. p. 201. ff.

n) Cod. Doru. μὴ νῦν, et ſtatim σκεῦδε νῦν, inuitis vett. Grammaticis. *Hemſt.* διάτριβε ſcil. χρόνον. *Münt.*

πρ. ἔν γέ τι o) eſt, propera id facere, vt Plutum incubare iubeas in fano Aeſculapii.

414. καὶ μὴν β. *(atqui)* Inu. e Rau. cod. repoſuit pro vulg. καὶ δὴ *et vero, et iam*, quod h. l. vbi nihil, quod aut ex ſuperioribus colligitur aut iis opponitur, ſed oſtenditur iam abiturum eſſe Chremylum, vt Plutum deducat in fanum Aeſculapii, verius videtur.

415. Chremylo et Blepſidemo p) (v. 620.) Plutum deducere inſtituentibus in Aeſc. templum, ſuperuenit Πενία, *Paupertas* (nam Πτωχεία eſt *Egeſtas*, *Mendicitas*), exprobrat iis temeritatem ita, vt aiat, ſemet exiſtere hominibus parentem et auctorem omnium bonorum, qua tamen eius oratione non mouentur ſenes. *Fiſch.* Conſpectu eius, horrido fortaſſis q), territi Chremylus et Blepſidemus fugam paraſſe videntur, vnde intell. 419. Incipit hinc vulgo Actus ſecundi ſcena quarta (ap. Francog. interpr. tertia).

ὦ θερμὸν ἔργον. Citat Suidas V. Θερμόν. *Kuſt.* Aelian. Epiſt. 15. τάχα που καὶ τὶ θερμὸν δράσεις καὶ νεανικὸν ἔργον, vbi vide quae ego notaui et quae ad Alciph. Ep. 37. r). Similis locus eſt Eurip. Med. 1123. ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη. De voc. θερμὸς v. etiam ad Veſp. 922. notata. *Bergl.* θερμὸς propr. eſt *calidus*, tropice *temerarius*, *audax*, *inconſideratus*, quia homines animi feruidi ſunt fere audaces, vnde ἔργον θερμὸν eſt *facinus praeceps*, *inconſideratum*, vt Lat. conſilia *calida* dicuntur temeraria. v. Cic. Off. 1, 24. ἔργον ἀνόσιον eſt facinus *nefarium*, *impium*, quod legibus naturae et diuinis repugnat (v. Plat. Eu-

o) Perperam Reiskius coniecit: εὖ γέ τι. Intell. vnum quoddam, quod ad viſum Pluto reddendum faciat. *Gir.* interpretatur: rem vnam aliquam, vel medicum huc vocato, vel ad Aeſculapium ducito. Ita et *Münt.*

p) Nondum tamen illi domum ingreſſi eſſe aut Plutum eduxiſſe iam cum Gir. putandi ſunt; nam etiam, quae ſequuntur, ante domum aguntur.

q) Facie arida et macilenta, ſordido cultu, oculis torue et prae iracundia ſurſum deorſum ſe circumagentibus prodiiſſe Peniam *Gir.* monet.

r) Lib. I. p. 224. ed. Wagner. vbi tamen Bergl. non niſi notam ad h. l. Ariſt. laudat.

thyphr.) et *παράνομον, iniuſtum, illicitum*, quod repugnat legibus humanis. Nam Chremylus et Blepſidemus id agebant, vt Paupertas, ſi Plutus oculorum lumina recepiſſet, eiiceretur ex urbe, quum tamen *leges* et diuinae et humanae velint pauperes mixtos eſſe diuitibus. *Fiſch.*

416. f. Deminutiuum *ἀνθρωπαρίω (homunculi;* dicitur etiam *ἀνθρώπια* et *ἀνθρωπίσκοι*) politum eſt contemtus et eleuationis cauſa, ita vt ſimul commiſeratio quaedam indicetur. *κακοδαίμονα miſeri* [*Gir.* inconſultiſſimi, furiis et malo genio perciti]. *ποῖ, ποῖ quorſum* ſc. *φευδετον, tenditis. Fiſch.*

φεύγετον. F. Ed. B. Iuntae et B. Gel. *τί φεύγετ'*. Cum ceteris, quas ſequimur, conſpirat cod. Doru. *Hemſt.* Etſi *φεύγετ'* nec metri nec *linguae* legibus aduerſatur, tamen ſyllaba *ον* facile potuit negligi, cum ſequatur *οὐ*, et idem numerus *μενεῖτον* ſtatim poſt legitur. *Φεύγειν* eſt *feſtinare* (lauſen); nam qui fugit, feſtinat *s*), aut int. *με, fugere*, vt Paupertas putetur exiſtimaſſe, Chremylum et Blepſidemum ipſam fugere, *μένειν conſiſtere, reſiſtere*, vt 440. coll. 444. *Fiſch.* Ἡράκλεις. *Hercules, te inuoco;* vt *ἀλεξίκακον* et monſtrorum domitorem. v. Plaut. Moſtell. II, 2, 94. *Brunck.* Lat. *mehercle;* et h. l. quidem vox aientis, idem declarans, quod *μενοῦμεν*· ſed debet *εἰρωνικῶς* accipi. *Fiſch.* Rectius, opinor, *Gir.* (cumque eo *Münt.*) putat, Chremylum conſpectu Peniae, tanquam oſtento, perterrefactum Herculis, *ἀποτροπαίου* et monſtrorum domitoris, opem imploraſſe (vt Brunck.), ſed alteram tamen etiam explicationem attingit.

418. Cod. Doru. Ἐγὼ *μὲν* [pro eo, quod in omnibus edd. eſt *ἐγὼ γὰρ*] recte, vt reſpondeat *σὺ δὲ* v. 422. At nec altera lectio repudianda eſt, quum Paupertas continuet orationem, ita vt non videatur audiiſſe vocem Chremyli, id quod accidit hominibus commotis, atque adeo cauſam afferat, cur ſenes reſiſtere iuſſerit. Formula *ἐξολῶ* (i. q. *ἀπολῶ*) *κακοὺς κακῶς* (cf. 65. et 68.) vtuntur ii, qui oſtendunt, ſe a ſceleſtis velle poenas meritas ſumere, v.

---

s) Hanc explicationem Fiſch. debet Girardo, qui reddit, quid ita properatis, vt fugere videamini? Citato gradu ad deſtinata perficienda domum properaſſe conſet *Münt.*

Matth. 21, 41. Chrem. et Blepſ. dicuntur κακοί, quia volebant Pluto reſtituto Paupertatem domibus eiicere. *Fiſch.*

419. τόλμημα τολμᾶτον. Ita etiam Eccl. 106. Pac. 93. V. ſupra ad 10. *Spanh.* et *Bergl.* τόλμημα *auſio*, *auſus*, Gl. vett., *facinus audax*. Nomina iunguntur verbis, a quibus ducta ſunt *t)*, ita vt aut omnino nihil ſignificent, ſi eorum notio ſimplex eſt, vt λῆρον λῃρεῖν 517. aut ſimplicem ſibi notionem ſubiectam habeant, nempe ſi per ſe ſunt duplici poteſtate praedita, vt h. l. τόλμημα. *Fiſch.*

Οὐκ ἀνασχετὸν *non ferendum*, vt Eqq. 1303. Conc. 935. De qua locutione notat Ariſtoteles Rhetor. 3, 11. [p. 357. T. IV. ed. Buhl.] οἷον „ἀνάσχετος οὐκ ἀνάσχετος“ ὁμωνυμίαν ἀπέφηνεν, ἀλλὰ προσηκόντως, εἰ αἰεὶ δίς. Acharn. vero 295. ἀλλ' ἀνάσχοισθ', ὦ γαθοί. οὐκ ἀνασχήσομαι. Ad quem locum in Schol. dicitur τὸ ἀνασχήσομαι peregrinum videri, legi tamen ἀνέξομαι ap. Demoſt. adu. Timocr. Verum opportunius addidiſſent hic illius Oratoris locum de Cor. p. 134. [c. 5. ed. Harles.] μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, vnde illud ap. Ariſtoph. in futuro ἀνασχήσομαι confirmatur, a praeſente caeteroquin parum vſitato, ἀνασχέω. *Spanh.* τόλμημα τολμᾶν οὐκ ἀνασχετὸν eſt, facinus audere, aggredi, non ferendum ſ. indigniſſimum. *Fiſch.*

420. ἀλλ' οἷον, h. e. τοιοῦτο οἷον ſc. ἐτόλμησε οὐδεὶς — ἄνθρωπος, eſt, *plane nouum, prorſus inauditum et incognitum.* ἀπολώλατον, *periiſtis, actum eſt.* Nam Paupertas loquitur de re futura, vt praeterita, vt oſtendat, certiſſime eam futuram eſſe. *Fiſch.*

422. ὠχρά. Talem faciem tribuit perſonae Paupertatis, qualis ſolet eſſe pauperum et famelicorum. Sic *pallida mors* ap. Hor., quia mortui tales ſunt. *Bergl.* ὠχρὸς eſt *pallidus*, vnde ὠχριᾶν Nubb. 103. *pallere*, ſed ὠρακιᾶν Ran. 484. et alibi, *deliquium animi pati*, quod alii dicunt λειποψυχεῖν. v. Tho. M. V. Ὠχρός. Pauperes fere fame laborant, quae pallidos reddit. *Fiſch.*

δοκεῖς. Non tantum *videtur* pallida eſſe, ſed reuera talis eſt. Interim tamen ita vſurpant Graeci hoc verbum quandoque. Ita Soph. Oed. Tyr. 410. εἰ δὲ μὴ δόκεις γέ-

t) Attice haec fieri cenſet *Gi.*, alii ab Hebraismo repetunt.

ρων εἶναι. Nam Oedipus non putabat Tireſiam, quocum loquebatur, ſenem eſſe, ſed ſciebat. *Bergl.* Per vrbanitatem et modeſtiam Atticam δοκεῖν εἶναι dictum eſt pro εἶ. v. Steph. ad Xen. Cyrop. 1, 1, 1. et Index Theophr. h. v. *Fiſch.*

423. Ἐρινύες de Furiis iam ap. Hom. dictae, vt Il. 15, 204. et ap. Aeſchylum in Prometheo, S. C. Theb., Agamemn., Choëphoris v): licet illa, quae earum nomine appellatur, et vbi illae praecipuas agunt partes, non Ἐρινύων, ſed altero Εὐμενίδων nomine inſigniatur. *Spanh.* Reſpicit poëta ad Aeſchyli Eumenides. Nam ibi introducitur chorus 50. Furiarum; quarum adſpectus tam terribilis fuit, vt infantes animo deficerent et grauidae abortum paterentur, vt eſt apud illum, qui vitam Aeſchyli ſcripſit; vnde Iulius Pollux L. IV. c. 15. ſcribit, lege lata, ab illo tempore chorum eſſe ad minorem numerum redactum. Hunc locum Polluc. citauerat etiam Stanl. ad vit. Aeſch. Coniicit autem Blepſidemus, Paupertatem eſſe Tragicam Furiam x) ex lurido, tetro et terribili eius adſpectu. *Bergl.* Nomen a verbo ἐρινύειν, quod idem eſt ac ὀργίζεσθαι, ductum dicitur y). v. Pauſan. 8, 25. p. 649. ed. Kuhn. et Heſ. Feruntur eſſe ſpeculatrices et vindices ſcelerum cum his in terris tum apud inferos, vnde etiam Ποιναὶ dicuntur (v. Aeſch. Socr. in Axioch. 21. etſi ibi ab Ἐρινῦσι diſtinguantur, v. Ind. Aeſch. h. v.) vt per ἀντίφρασιν Εὐμενίδες. Nominantur tres, Alecto, Tiſiphone, Megaera. v. Apollod. Bibl. myth. 1. p. 5. f. [ed. Heyn. ſec.]. ἐκ τραγῳδίας h. e. eſt vna de quinquaginta illis furiis tragoedia Aeſchyli. Vnde 424. μανικόν τι βλέπειν dicuntur. Cf. Cic. p. Roſc. Am. c. 24. *Fiſch.*

---

v) Cf. librum *C. A. Böttigeri:* die Furienmaske im Trauerſpiele und auf den Bildwerken der alten Griechen, eine archäol. Unterſuchung. Weim. 1801. 8. vbi p. 50. ſſ. etiam hic locus illuſtratur, et facibus armatas fuiſſe tragicas Erinnyas oſtenditur. Add. *I. F. Meyer* Comm. de diis ac deabus δάδουχοις p. 25. ſſ.

x) Tragicae Erinnyes vocantur a Propert. El. 2, 20, 29. ad q. l. vidd. Paſſerat. et Kuinoel. et Mitſcherlich. ad Hor. Od. 1, 4, 16.

y) ἀπὸ τῆς ἔριδος, a rixa et contentione, dictas putat *Gir.* qui de Furiis laudat loca Virg. Aen. VII, 335. ſſ. aliaque.

424. γε τοι z) ſunt Lat. partt. *certe quidem*, et vtuntur illis ii, qui ſigna, indicia, argumenta, cauſas alicuius rei afferunt. v. 147. et 1042. Cf. Deuar. de part. ling. graec. p. 95. f. [ed. ſec. Reusmann.] et Hoogeu. Doctr. part. gr. [p. 126. f. ed. ſec. Schütz, f. Operis maioris T. I. p. 240. qui vterque hunc locum laudat]. βλέπειν cum Accuſatiuis et Subſtantiuorum (328.) et Adiectiuorum neutrius generis, quae vim Aduerbiorum habent, valet *vultum habere*, (ausſehen); μανικὸν eſt *homini inſano conueniens* (Gloſſ. vett.), et βλέπειν μαν. *habere vultum hominis furibundi*. τραγῳδικὸς eſt *tragicus*, is qui actoris, cantoris tragici perſonam ſuscipere poteſt, et τραγῳδικὸν *id, quod actori tragico conuenit*, et βλέπειν τραγ. *habere vultum triſtem*. Et quum τι adiectiuis additum vim eorum augeat, βλ. μαν. τι a) κ. τρ. eſt, *habere vultum hominis inſigniter inſani et terribiliter triſtis*. *Fiſch.*

425. Ἀλλὰ γάρ, *at enim, atqui*, obiectioni inſeruit. Male Schol. cenſere, γάρ redundare, docet Deuar. p. 19. qui orationem plenam eſſe oſtendit: ἀλλ' οὐκ ἐστὶν Ἐρινύς· τὸ γὰρ ἔχει δᾷδας. Δᾷδες b) ſunt *faces, taedae ardentes* (Cic. Legg. 1, 14.), quae Aeſch. Axioch. 21. dicuntur λαμπάδες. Furiis enim tribuuntur faces, quibus vrantur ſceleratí homines (v. Ind. Aeſch. V. Λαμπάς), quo quidem commento apparet declaratos eſſe angores et dolores animi, quos conſcientia male factorum parit. *Fiſch.* Contritum illud de facibus, quibus armatae dicebantur Furiae, vnde de iis Seneca Agam. 759. *Fert laeua ſemuſtas* faces, et Valerius Flaccus 4, 393. *Cum facibus — Tiſiphonem vidit.* Immo prout in antiquis et inſignibus quibusdam numis, qualem vulgauit *Seguinus* ſel. Num. p. 180. et nos olim duos e gaza Gallorum Regia ad Iulian. Caeſ. lingua Gallorum vernacula editos, p. 54. in quibus tres illae *Erinnyes* depinguntur, quarum vna ex iis laeua, vt de iis dicto iam loco Seneca, facem, alia vero vtraque

---

z) Reliquit in textis Inu. γε τοι, etſi e not. patet, eum e cod. Rau. μέντοι, non recte, ſcribi voluiſſe.

a) Perperam in ed. Fiſch. τε, quod non adnotaſſen, niſi ita et ap. Deuar. legeretur. γοργὸν βλέπουσιν ex Ael. V. H. 2, 44. adfert *Münt.*

b) Contr. pro δαΐδες. *Gir.* et *Münt.*

anu facem tenet c). *Spanh.* Furiae *atram cruentis anibus amplexae facem*, vt loquitur Seneca [Med. 16.] rebant, πυρὶ δάπτῳ λαμπάδι τερπόμεναι Aeſch. Eum. 1044. upertas ergo non eſt Erinnys, quum non habeat tae- am, nec timendam igitur putat eſſe, ſed male multan- um dicit. *Bergl.* οὐκοῦν κλαύσεται *ergo verberabitur d)*, il. quia terrere nos vultu truci conatur. Quia Attici riptores ſic ſemper vtuntur Fut. Med. (v. v. 572.), colli- i inde recte poſſe puto, κλαίειν proprie habuiſſe vim acti- am, *lacrymas mouere, flere iubere*, vt κατακλαίειν Plat. haed. 66. vbi vid. *Fiſch.* His verbis dictis Chremy- um et Blepſidemum ſecuros acceſſiſſe ad Peniam monet *Girard.*

426. πανδοκευτρίαν e). Similiter hoc voc. Ran. 114. Veſp. 35. vbi Schol. πανδοκευτρία, ἡ πάντας δεχομένη, quod *auponae* quosuis promiſcue admittenti conſentaneum. ic Aeſch. Choëph. 660. δόμοισι πανδόκοις ξένων, *aedibus uosuis hoſpites accipientibus*, et de cymba Charontis S. . Theb. 865. τὰν ἀνάλιον, πάνδοκον, quomodo ap. Ly- ophr. 655. Ἅιδης πανδοκεύς, vti ille νεκροδέγμονος vocabulo libi ab Aeſch. dicitur, Prom. 152. *Spanh.* Cod. Doru. πανδοχεύτριαν. Ea eſt ſcribendi ratio ſerioris aeui, praeter Grammaticorum mentem, qui Atticae dialecti leges condi- derunt, ſaepe a librariis adoptata. Contra πανδόκος et πανδοκεῖον e Mſſ. Par. in Suida Kuſterus reſtituit, vbi Edd. praeferebant πανδόχος et πανδοχεῖον. Quamuis rariſſimum occurrat voc. πανδοκεύτρια, monuit tamen Thomas [p. 676. ed. Bern.], non minus hoc vocabulum, quam πανδοκεύς f), ignandum eſſe διὰ τοῦ κ, καὶ οὐ διὰ τοῦ χ. Idem praece- ptum eodem auctore valet in ξενοδόκος. *Hemſt.* πανδοκεύτρια eſt *copa*, *caupona*, mulier quae cauponariam exer- cet; ſed quia copae erant eaedem fere lenae, πανδ. dicta eſt etiam lena, femina, quae mulieres quaeſtuarias proſti-

---

c) Add. *Raſche* Lex. numism. II, I. p. 811. 1223. f. V. p. 1602. Suppl. T. II. p. 1129.

d) *infortunium feret.* Ita *flebit* Hor. Sat. II, 1, 46. *Münt.*

e) Ita Brunck. et Inu. Aliae edd. πανδοκεύτριαν.

f) Add. Phrynich. p. 134. et Fiſch. ad Theophr. 6, 2. Palaeph. 46, 2.

tuit, vt h. l. id quod res ipsa declarat. Hoc vitae genus apud Athenn. contemtum fuisse, satis patet e Theophr. char. 6, 2. *Fisch.* Hoc mulierum genus clamosum est et modo cum suis et domesticis, modo cum aliis, rixatur. *Gir.*

427. Λεκιθόπωλιν. Mirum est, Lucianum inter reliquas voces vel barbaras vel κακοζήλως formatas et hanc Lexiphani suo tribuere, p. 822. ed. Amst. quum Atticos ea vsos fuisse, vel ex h. l. Arist. constare possit *g*). *Kust.* Cod. Doru. λεκυθόπολιν. Manus emendatrix ο in ω vertit. Adiecta interpretatio eum in modum est scripta, vt discernere non liceat, vtrum ὀσπριοπῶλις sit an mendose ὀσπριοπῶλησαν pro ὀσπριοπωλήσασαν. *Hemst.* Quinque Codd. λεκυθόπωλιν. In Lys. 562. Regiorum alter habet etiam λέκυθον, duo alii recte λέκιθον. V. Foësii Oecon. Hippocr. hoc voc. *Brunck.* Λεκιθόπωλις vulgo traditur esse, *mulier quae ova vendit.* Nam ἡ λέκιθος s. λέκυθος est *vitellus*, pars ovi lutea, v. Gloss. vett. At primo docendum erat, λέκιθον poni de ovo, deinde ova Athenis vendita esse a mulieribus. Puto igitur λεκιθόπωλιν esse *mulierem*, quae vendit pisa omninoque legumina. Nam λέκιθος significauit *pisa*, (Erbsen) quia referunt colore vitellos, deinde legumina quaeuis (ὄσπρια), et ex Lys. 561. intelligitur, legumina Athenis vendita esse ab aniculis. Nam λέκιθον ibi esse *legumina*, non *ova*, oratio reliqua docet *h*). Non confundi hoc nomen debet cum voc. λεκιτοπώλης, quod seruarunt Gloss. vett., et quo significatur *scrutarius* vt *scruta* dicta sunt λέκιτος. *Fisch.*

428. ἐνέκραγες. Cod. Doru. ἐκέκραγες. Accentu vitium prodit: scribendum enim fuerat ἐκεκράγεις, quod tolerari quodammodo potuisset, sed nihil certius lectione, quae vulgatur. *Hemst.* ἐγκράζειν τινὶ propr. est *inclamare alicui* (einen anschreyen), quod facere solent, qui aliquid vendunt, atque etiam lenae et leguminariae. Sed h. l. est, *conuiciis et maledictis infectari*, quomodo Latini quoque vsurparunt v. *inclamare*, auctore Festo. *Fisch.* οὐδὲν ἠδικ. *nulla in re* laesa. *Münt.*

---

g) Cf. Reitz. ad loc. Luc. c. 3. T. II. p. 325.

h) Vtramque vocabuli explicationem attulit etiam *Gir.* et ex eo *Münt.*

429. Ἀληθες; Ita omnes edd. priſtinae; recte. Nuper ed. Kuſt.] Ἀληθες· ſine interrogatione. *Bergl.* Eſt vox identis et indignantis: *nihilne laeſa?* nam reſpicit ad ba οὐδὲν ἠδικημένη. *Fiſch.* qui non recte in multis aliis ris ἀληθὲς legi monet.

οὐ γὰρ *non vero, nonne?* Indignatio mirabunda adiur his verbis. δεινότατα δρᾷν eſt, *indigniſſima neque o modo ferenda facere*, ſumma iniuria afficere; nam ies dicuntur feciſſe (δεδράκατον) quod facere *conſtituent*, nempe viſum reſtituere Pluto, qui diuites redderet nnes bonos. Hinc addit Paupertas ζητοῦντες (h. e. βουλόμενοι, vt 434.) etc. me ex *omnibus* Athenn. aedibus exire. Nam χώρα eſt omnino locus, igitur h. l. domus cium bonorum; nam in malorum aedibus habitauerat Plus. *Fiſch.*

431. σοὶ τὸ βάρ. Hunc verborum ordinem Edd. tent. Cod. Doru. [et Rau.] τὸ βάραθρον σοὶ γίνεται· dubis, vtrum alteri ſit praeferendum. *Hemſt.* Pro οὐκοῦν— ται (poſito poſt hoc v. puncto) vt vulgo legebatur *i)*, unck. et Inu. ediderunt: οὔκουν — γίγνεται; et intergatio huic loco maiorem addit vim.

Τὸ βάραθρον. v. Valeſ. ad Harpocr. V. Βάραθρον. *uſt.* Athenienſium mos fuit, rerum atrocitatem mollio- nomine lenire, vt quum carcerem appellabant οἴκημα, *mum.* Ab ea vrbanitate Chremylus adeo abeſt, vt non lum velit δεσμωτήριον Peniae relictum, ſed Βάραθρον, qui cus erat Athenis in mirandam depreſſus altitudinem, in uem deturbabantur, qui immanibus flagitiis erant infaes *k*). *Gir. Locus profundiſſimus.* Athenienſes in ſſam quandam, ipſis Βάραθρον dictam, iniiciebant, vt acedaemonii in puteum; illuc ab vtrisque Darii legati erunt coniecti, quum veniſſent ad petendam aquam et rram. Herodotus [VII, 133. vbi v. Valcken.]. Vbi nondus eſt Euſtathii error, qui ſcribit, hoc paſſos eſſe Xers legatos. Ariſtophanes barathri mentionem facit infra

---

i) potes igitur commorari et habitare in barathro, reddit *Fiſch.*

k) Poſtea tamen, ea poena abrogata, βάραθρον dictum eſt de carcere omnino. v. Mitford. Hiſt. Gr. T. II. p. 128. verſ. german.

1110. Nub. 1452. Ran. 576. Eqq. 1356. Apud Theoph Simocattam Epist. 64. ἴθι πρὸς βάραθρον idem est quod εἰ ὄλεθρον. *Bergl.* Vorago illa, puteo similis, in quam prae cipitabantur morte damnati, dicta etiam est ὄρυγμα, v. Ti maeus gloss. Plat. [p. 60. ed. Ruhnk.] Harpocr. [p. 96 Blanc.]. Carnifex inde appellatus est ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι, e ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι. v. Meurs. Lect. Att. 1, 25. Itaqu verba Chremyli ostendunt, se agere cum muliere scelestissi ma, quae digna sit, vt in barathrum amandetur. ὑπόλοι πος est i. q. λοιπός, *reliquus, residuus.* Nam ὑπὸ in mul tis verbis compositis vi omni caret, vt in ὑπεναντίος et aliis *Fisch.*

432. Florentinam Edd. secutae B. Iunt. BG. G. et A [etiam Kust. et Bergl.] interserunt ἐχρῆν σ' αὐτίκα. In A Ph. Iunt. B. Crat. deest pronomen, haud sane necessarium quibus, quum Cod. Doru. adsentiatur, expungendum cen sui. In eodem scripto libro: Ἀλλ' εἴ τις εἶ, de quo, si i vetustioribus membranis inueniatur, cogitari potest. *Hemsi* Pronomen omissum est in tribus codd. vt in duabus prima riis edd., insertum fuit ab Ant. Fracino: λέγειν ἐχρῆν σ αὐτίκα. Nos codicem B. sequimur, vbi pronomen eamden quam hic sedem temet (λέγειν σ' ἐχρῆν αὐτ.) *Brunck.* [It etiam Inu. edidit. Fisch. Hemsterhusium sequutus est. αὐτίκα μάλα est *continuo*, vt 437. et ἐχρῆν scriptum, no χρὴ, quia Chremylus verebatur, vt Paupertas diceret, qua esset. *Fisch.*

433. σφώ. Plerique edd. scripserunt σφῴ. vid. 437 Cf. Hermann. de emend. gr. gramm. I. p. 37. Est i. q ὑμᾶς.

δοῦναι δίκην est Lat. *dare poenas.* Fisch.

434. ἀνθ' ὧν est *propterea quod l)*, qua formula vsu Luc. 1, 20. cf. LXX. 2. Sam. 3, 30. aliisque locis. ἐνθέν δε *m) Athenis.* ἀφανίζειν est omnino, tollere aliquid

---

l) Dictum esse pro ἀντὶ ἐκείνων, δι' ὧν, monuit *Gir.* Ex Luciar [dial. Mort. 22, 1. I. p. 423.] ἀνθ' ὧν — διεπορθμευσάμην lau dat *Münt.*

m) ἐνθένδ'. Primum ex spatio inter θ et δ non alia videtur fuiss cod. Doru. scriptura, sed literis euanidis recentior manu

conſpectu, vt non appareat *n)*, aut omnino, aut certe tale, quale fuit. Hinc *necare; exterminare; euertere; perdere; deformare.* v. Albert. Kypk. et Krebs. ad Matth. 6, 16. H. l. i. q. ἐκβαλεῖν v. 429. *Fiſch.*

435. ſ. Duos hos verſus citat Pollux 7, 194. ἡ ἐκ τῶν γειτόνων. Proprie, *ex vicinis*, i. e. *vicina*, vel in vicinia habitans. Sic enim Attici loqui ſolent. Syneſius Encom. Caluit. ſub initium: Οὐ δεινὸν εἰ ταῖς ἐκ τῶν γειτόνων (vicinis mulieribus) etc. Scholiaſtes Comici noſtri Ran. 1379. Γυνή τις ἐκ γειτόνων οὖσα. Quum vero ſimpliciter dicitur ἐκ γειτόνων, absque articulo ὁ, ἡ, τὸ, aduerbialiter capitur, et ſignificat *in vicinia*. Antiphanes ap. Athen. XIII. p. 572. Ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινός. Philoſtrat. Icon. II. p. 824. Ὅρα καὶ τὴν ἀράχνην ὑφαίνουσαν ἐκ γειτόνων. Heliodor. Aethiop. I. p. 34. πίνει δὲ ἐνταῦθα ἐκ γειτόνων. Idem L. V. p. 240. ἐκ γειτόνων οἰκοῦντα. Lucianus in Symposſ. vel Lapithis p. 644. ed. Amſt. pro eo dixit ἐν γειτόνων οἰκῶν: quam phraſin etiam reperio apud Max. Tyr. diſſ. X. circa fin. κᾆν ἐν γειτόνων ἰδῇ φυτὸν καλόν. Vtrumque ergo dicebatur ἐν γειτόνων et ἐκ γειτόνων. *Kuſt.* Nicoſtratus ap. Athen. XV. p. 700. ὁ κάπηλος οὐκ τῶν γειτόνων κ. τ. λ. Plenius Alciphron Ep. II, 2. ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν, ad quem locum vide quae notaui. *Bergl.* κάπηλος propr. eſt is, qui, quae vendit, emit *o)* vel ab αὐτοπώλῃ vel ab ἐμπόρῳ, vt κάπηλος ἀσπίδων Pac. 446. v. Salmaſ. Obſeru. Iur. A. p. 94. ſ. ſed maxime dicitur ita is, qui vinum aliunde emtum vendit, *caupo*, vnde καπηλὶς eſt *copa*. *Fiſch.* Ex Schol. ſententia eſt ancilla mulieris, quae vinum venale habet. Cuius generis feminae vt ornatu ſunt inculto, ita moribus agreſtibus. *Girard.*

436. In Thesm. 354. κεἴ τις κάπηλος ἢ καπηλὶς τοῦ χοὸς ἢ τῶν κοτυλῶν τὸ νόμισμα διαλυμαίνεται. Ran. 59. ἵμερός με διαλυμαίνεται. *Bergl.* κοτύλη eſt menſura liquido-

---

ſuppoſuit ἐνθάδ', quod etſi abſurdum non ſit, a priſtina lectione nihil eſt, cur digrediamur. *Hemſt.*

n) Ita ap. Ael. V. H. 3, 43. 4, 6. Etiam h. l. eſt e conſpectu *auferre*. *Münt.*

o) Propola Latinis dicitur. *Gir.* add. *Münt.*

rum ea, quae fere *hemina* vocatur *p)*, capiens sextarium dimidium. διαλυμαίνεσθαι, i. q. ſimplex λυμαίνεσθαι, et omnia eiusdem originis vocabula dicuntur propr. de apris, leonibus, lupis, locuſtis *agros* et *ſegetes* deuaſtantibus et ǒues rapientibus. v. Ael. V. H. 4, 5. Zoſim. 1, 57. Xen. Oecon. 5, 6. Albert. ad Act. App. 8, 3. Deinde transfertur ad eos omnes, qui aliquid *laedunt, perdunt, euertunt.* v. Zoſim. 2, 39. init. Iſocr. Nicocl. p. 68. vbi conſtruitur cum Dat., Paneg. p. 148. vbi iungitur Accuſatiuo vt h. l. Equidem h. l. malim ita accipere, vt Blepſidemus queratur, mulierculam ſibi vendere vinum, non purum ſed fucatum, vt με διαλ. ſit, fucatum vinum mihi vendit, atque valetudinem meam perdit. Nam caupones ita fallunt emtores, vt iis vendat vinum adulteratum. Vnde trop. καπηλεύειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ 2 Cor. 2, 17. quod 4, 2. δολοῦν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. *Fiſch.* Pronomen με omittit cod. Doru. laeſo verſu. *Hemſt.*

437. Senſus: *immo ego ſum Paupertas, quae vobiscum habito multos annos.* ξυνοικῶ dicit, quia Chremylus et Blepſidemus erant pauperes, vt Paupertas videretur habitare in eorum aedibus. *Fiſch.* Sic fere Alciphron Ep. I, 20. τοὺς δὲ τῷ λιμῷ συνοικίζετε *alios autem fame date in contubernium.* (Poteſt etiam eſſe metaphora a coniugio. Gloſſae: σύνοικος, ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. *coniux;* ibidem: συνοικίζω, *marito.* Ibidem tamen etiam: σύνοικος, ὁ ἅμα οἰκῶν, *cohabitator.*) Apud eundem Alciphr. Ep. 1, 8. μένειν δὲ Πενίᾳ συζῶντα χαλεπὸν καὶ οὐ φορητόν. Licebit etiam dicere: μετὰ Πενίας συνεῖναι. v. infra 504. *Bergl.* σφῶν *q)* Cod. Vat. σφῶιν antiquo ſcribendi more, cod. Doru. σφῶν; alibi tamen aliter; vide ad 54. 218. 467. Paulo ante σφῷ cunctae Edd. ſi *B. Gel.* exceperis, cui ac-

---

p) Rhemnius Fannius ap. Priſcianum: At cotylae, quas, ſi placeat, dixiſſe licebit Heminas, recipit geminas ſextarius vnus. Conqueritur Blepſidemus, vel quod minore menſura, vel quod vino corrupto, puta diluto, euaneſcente vel acceſcente deceptus ſit. Poſterius probabilius videtur. *Gir.* De variis voc. κοτύλη ſignificatt. Athen. lib. XI. laudat *Münt.* De menſura hac cf. Romé de l' Isle Metrologg. Tabb. ex verſ. Groſſii p. 81.

q) Haec ſcriptura etiam a Br. et Inu. ſeruata eſt. Cf. Dawes. M. Crit. p. 238. 465. (vbi docetur ſcripturam σφῶιν Atticam non eſſe). Regi σφῷν a σὺν in ξυνοικῶ, monet *Münt.*

cedit cod. Doru. Vetant ſane Grammatici iota ſubſcribi; ego rationem vetuſtam ſequi malui. *Hemſt.*

438. Ἄναξ Ἀπολλον. Sic paſſim et quaſi proprio illo nomine inuocatur Apollo: adeo etiam vt vno illo voc. ſubinde deſignetur, quod iam olim adductis variis ex Hom., Soph., exemplis ad Iuliani Caeſares monui; etſi alii quoque Dii promiſcue, ſed additis, vt plurimum, conſuetis eorum nominibus, niſi vbi de *Dioſcuris* ſermo, ſunt appellati *r)*. Immo vbi Ἄνακτα, quod minus forte obuium, non de *Apolline* ſolum, ſed et de eius *ſacerdote* ſeu *vate* quoque dictum, ex Hom. ſimiliter ac Soph. ibidem attigi, vt de *Apolline* et *Tireſia*, eius vate, apud poſtremum Ἄνακτ' ἄνακτι etc. Oed. Tyr. 202. et vbi Schol.: Ἄνακτα λέγει τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν Τειρεσίαν· immo prout eodem nomine ab ipſo rege Oedipo compellatur idem Tireſias 312. σωτῆρά τ', ὦναξ, μόνον ἐξευρίσκομεν. Orpheum quoque ἄνακτα, non tamen vt *vatem*, ſed vt *magiſtrum* ab Eurip. dictum, quod viderat iam ad Horatium Dan. Heinſius, alibi ad eosdem Caeſares p. 377., et, vbi alia quaedam ſimul de hoc vocab. ἄνακτος, dixeram. Obuia caeteroquin ap. Hom. ſolita Heroum appellatio, Ἄναξ ἀνδρῶν. *Spanh.* Dii omnes dicuntur ἄνακτες, quia imperant hominibus, ſed inprimis Caſtor et Pollux, quorum etiam templum appellatur Ἀνάκειον, et Apollo ap. Hom. ſaepe ſimpliciter Ἄναξ appellatur. Blepſidemus Apollinem inuocat, quia erat in Diis Auerruncis (359.) et iungit ei reliquos Deos, vt Ioui v. 1. Auerſatur enim Paupertatem. *Fiſch.*

ποῖ τις φύγῃ *s)*; Eurip. Oreſt. 581. (590.) ποῖ τις οὖν τ' ἂν φύγοι; *Bergl. Quo quis fugerit?* h. e. non poſſum manere; quam vocem Blepſidemus putandus eſt ita emiſiſſe, vt continuo inſtituerit non tam abire, quam aufugere *t)*. *Fiſch.* Metro vim attulit Fracinus in F. ποῖ τις οὖν

---

r) Copioſa et erudita eſt *Clem. Biagi* diſſertatio de voce ἄναξ in Monumentis Graecis ex muſeo Iac. Nanii ab ipſo illuſtratis (Rom. 1785. 4.) p. 161 — 190. vbi oſtenditur hoc voc. antiquitus idem ſignificaſſe quod σωτήρ, et omnibus diis commune fuiſſe, Apollini inprimis vſitatum, tum et vatibus atque regibus.

s) Legebatur olim φύγει.

t) Itaque etiam verba, quae in Br. et Inu. praefiguntur huic

φύγοι: sequuntur Edd. *Bcn. Iuntae* et *B. Gel.*, in ceteris abest οὖν, probante cod. Doru. *Hemst.* Codd., vt impressi, φύγοι. In C superscriptum ἄν. Scilicet significare voluit auctor, part. ἄν hic requiri, quod partim verum, partim falsum. Requiritur illa quidem cum optatiuo, sed omitti non potest. Scriptum oportuit vel ποῖ τις ἂν φύγοι, vel ποῖ τις φύγῃ. Prius quum metrum non admittat, alterum a poëta esse certo certius est. V. Dawesium [Misc. Crit. p. 206. *v*)] Quod hic contra modorum rationem vitium ex Daw. obseruatione sublatum fuit, saepe in libris occurrit ab editoribus non animaduersum, cuiusmodi tamen plurima e codd. emendari possent. In Posidippi Epigr. XVI. *x*) perperam post alios edidimus ποίαν τις βιότοιο τάμοι τρίβον; quod etiam soloecum est. In Regio Stobaei cod. ad linguae normam scriptum est: ποίαν τ. β. τάμῃ τρ. Supra 374. vbi legebatur: ποῖ τις οὖν τράποιτο; obseruare poteram, alibi similem culpam commisisse librarios. In Ran. 488. οὔκουν ἕτερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ, vbi itidem ἄν, quod reposui, mutatum fuerat in οὖν contra linguae indolem. *Brunck.*

439. *Heus tu! quid agis?* οὗτος sic ponitur, vt interiectio, ita vt saepe praemittatur ὦ. vid. 927. Nubb. 220. Plato Symp. I. 30. Timaeus Gl. Plat. et Hes. ὦ οὗτος· ὦ σύ. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 154. *y*). Indignationis magnitudo Chremylum iussit Blepsidemum nominare δειλότατον θηρίον, vt Blepsidemum Paupertatem 443. ζῷον, vt apud nos *Thier. Fisch.* Ferae hominum conspectum refugiunt; quo autem sunt iuniores, eo sunt et formidolosiores. *Gir.* In deminutiuo θηρίον vim aliquam quaerunt

---

versui φεύγει — ἔτι, quaeque in aliis edd. desunt, postponi potius debebant; nam non statim audito Pauperiatis nomine, sed his dictis fugit, etsi illud παρεπιγραφὴ in cod. Doru. confirmat. Tertiam personam hic poni pro prima, recte monuit *Gir.* Ita enim indef. τις de certo homine dicitur.

v) Vbi ostenditur, optatiuum cum ποῖ, πόθεν, ποῦ, πῇς, vel qualibet alia interrog. particula coniunctum ἄν postulare adiectum, subiunctiuum illud respuere.

x) Recepit ibi iam in texta τάμῃ Iacobsius Anthol. T. II. p. 50.

y) In Eqq. 240. οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς; Verba ὦ δειλ. σὺ θηρίον totidem literis in Auu. 86. *Bergl.*

Gir. et *Eckard.* Obſſ. p. 34. ſ. qui poſtremus θηρίον ſingulatim *viperam* denotare monuit.

440. παραμένειν fere de ſeruis fidelibus ponitur, qui manent neque aufugiunt, et refertur ad ἀποδιδράσκειν, etiam φεύγειν· h. l. i. q. μένειν et σῆναι (441.). *Fiſch.* πάντων negationem auget. Ita affirmatius dicitur μάλιστα πάντων. Latini ſic dicunt: *vbique gentium, locorum* etc. vel *nusquam gentium. Girard.*

441. ἀλλὰ obiectioni inſeruit, *vero, at. Fiſch.* ἄνδρε δύο. Sic recte, vt impreſſi, membranae. Perperam in tribus aliis δύω. V. not. ad Ran. 1405. Omnes φεύγομεν: in membr. ſuperſcriptum ω, indicium var. lect. φεύγωμεν: ſed praua illa eſt. *Brunck.* Sola *B. Gel.* φεύγοιμεν. Cod. Doru. φεύγωμεν. *Hemſt.*

442. ſ. Ante verba Πενία γάρ ἐσιν intell. *recte vero fugimus*, quae verba Blepſidemus putandus eſt expreſſiſſe geſtu aliquo, vt particulae γὰρ ſua conſtet poteſtas. Chremylus vocatur πόνηρος, quia erat agricola, ideoque laborioſus et miſer. οὐδαμοῦ z) eſt *nusquam; πέφυκε eſt natura;* et ἐξώλης hoc quidem loco i. q. ὀλέθριος *pernicioſus, exitialis*, et Paupertas vocatur animal vnum omnium perniciosiſſimum, nempe hominibus, quia eos priuat omni voluptatum et gaudiorum genere, quia eos laborioſiſſimos eſſe cogit. *Fiſch.* Figura dicendi non inelegans eſt, qua, quod beſtiarum eſt, homini tribuitur. Sic legas: *Pater huius bipedum nequiſſimus.* Huc accedunt et illa: Ὅ τόκος τί θηρίον; *vſura quaenam bellua eſt? Gir.* ἐξωλέστερον, *perditius, profligatius, foedius nullum animal fieri poteſt.* In Pac. 1073. ἐξώλης ἀπόλοιτο. *Bergl.*

444. σῆθι eſt, *reſiſte, mane;* et verba ἀντιβολῶ σε interponuntur ita, vt interdum omittatur Pronomen a) (vid. 103.), ſicut a Latinis, *obſecro te, obſecro, quaeſo, ſodes. Fiſch.*

---

z) Conſpirant Edd. In cod. Doru. tamen οὐδαμῶς· Stephanus in Theſ. II. p. 1539. A. οὐδαμῶς cum Genitiuo pro *nusquam* ex Luciano adferri ſcribit, vbi quis fortaſſe ſuſpicetur reponendum οὐδαμοῦ· nos dicemus opportuniore loco. In Doru. integre ſcriptum: πένης. *Hemſt.*

a) Pronomen metro neceſſarium omiſit cod. Doru. *Hemſt.*

445. ff. Sensus: *at, mihi crede, rem faciemus omnium longe indigniſſimam, ſi deum* (Plutum) *ſolum relinquemus, et fugiemus aliquo, huius metu capti, ita vt nec repugnare audeamus.* λέγω h. l. idem eſt, quod εὖ ἴσθι, εὖ ἴσθ' ὅτι. Etiam in N. T. ita legitur λέγω ὑμῖν, λέγω ὑμῖν ὅτι, v. Matth. 11, 22. 24. φημὶ Iuſtin. Apol. 1, 14. Dicitur autem *facinus omnium omnino longe indigniſſimum*, ratione Pluti, ratione ipſorum ſenum, et ratione Apollinis. *Fiſch.* Pro δεινότατον cod. Doru. et quintus Br. δειλότατον, quod nec adſpernatur *Hemſt.* et altero haud deterius eſſe cenſet *Brunck.* qui gallice reddit: nous ferons l' action du monde la plus lache. Cod. Doru. παρὰ πολὺ *b)* diuiſim ſcribit, exponens κατὰ vt cod. Caſſ. Thucyd. 1, 29. monente *Hemſt.*

447. ſ. ἔρημος eſt *ſolus*, ab omnibus deſertus *c)*. Pro φευξούμεθα in libris quibusdam editis exſtat φευξούμεθον *d)*, quae ſcriptura deberi videtur Grammaticis. Nam primo Pluralis et Dualis ſaepe coniunguntur, v. Aeſch. Socr. 2, 2, 1. ἐντυχέτην παριόντες, vbi nos v. Deinde Codd. omnes legunt φευξούμεθα· denique etiam v. 448. eſt διαμαχούμεθα. τηνδὶ *Paupertatem;* nam pronomen poſitum eſt δεικτικῶς. διαμαχούμεθα eſt forma Attica, vt μαχοῦμαι 1077. et διαμάχεσθαι eſt i. q. ſimplex μάχεσθαι *repugnare, reſiſtere*, Paupertati, ne Plutum exigat domo. *Fiſch.*

449. ποίοις ὅπλοισιν. Ita pro vulg. ποίοισιν ὅπλοις reſcribendum eſſe docuit Daweſ. M. Crit. p. 197. quod prima in ὅπλον, ex lege ſupra ad 166. propoſita, breuis eſt. Eum tacite ſequuti ſunt *Br.* et *Inu. Kuſter.* ſolus Οἵοισιν, ſed perperam, iudice *Hemſt.*, edidit.

πεποιθότες. Ex Edd. ita legunt A. Fl. Bened. Iuntae et B. Crat., in ceteris [etiam Kuſt.] eſt πεποιθότε· prioribus adiunxit me cod. Doru. auctoritas. *Hemſt.* Sed iam

---

b) In compoſitis παμπολὺ et ἁπάντων vehementiae maioris quid ineſſe monet *Gir.*

c) Conſtruitur etiam cum Genit. vt Iſocr. ἔρημος βοηθείας. *Münt.*

d) Ita F. B. *Gel.* Ed. B. *Iunt.*, quod vt improbum non fit, nulla tamen eſt ratio, quare repudiemus veterem lectionem. Cod. Doru. licet deprauatus: — ἀπολιπόντε· ποῖ φευξόμεθα. Τηνδί, δεδιότε· μὴ δὲ etc. *Hemſt.*

te eum πεποιθότες edidit *Bergl.* (qui ita omnes priſtinas Edd. habere contendit) et ſequuti eum ſunt *Fiſch. Br. Inu.* „Nam quod Euſtath. ad Il. I, 29. p. 47. Rom. de promiſcuo vſu Pluralis et Dualis ap. Hom. praecepit, id etiam de aliis poëtis et ſcriptoribus praeceptum putari debet" inquit *Fiſch.*

δυνάμει. Nam pauperes fere nec corporis robore nec fortitudine pollent. Ὅπλα ſunt Lat. et *tela*, quibus vtimur ad vim aliis inferendam, et *arma*, quibus vtimur ad defendendos aliorum impetus, maximeque haec: quo in numero praeter gladium et galeam eſt θώραξ, *lorica*, munimentum pectoris, et ἀσπὶς *clypeus*, qui formam orbicularem habet: qui ab Aqu. Hoſ. II, 8. et aliis ſimpliciter ὅπλον vocatur. Senſus v. 450. ſ.: *quam enim loricam, quem clypeum, nos non coëgit oppignerare ſceleratiſſima? Fiſch.* Blepſidemus dicturus erat: ποῖον θ. — οὐ τιτρώσκει (non frangit ac retundit); ridicule autem et praeter exſpectationem dixit: οὐκ ἐνεχ. τίθησι *non dat in pignus*, i. e. nos dare facit, mutata verbi ſignificatione et ab aliquo translata actione. Homer. [Il. I, 143.] ἀναβήσομεν Χρυσηΐδα, i. e. conſcendere faciamus. Simul praeſenti τίθησι vtitur potius, quam praeterito τέθεικε, vt monſtret, pauperibus eſſe continuam oppignerandi neceſſitatem. *Girard.*

450. ποίαν ἀσπίδα. Sic optime primariae Edd. In A, C, θώρακα, καὶ ποίαν ἀσπίδα. In B. θώρακα ἢ ποίαν ἀ. Meus ποίαν δ' ἀσπ., quae lectio eſt poſterioris Florentinae *e)*. Metro quidem non repugnat, ſed frigida eſt. Multum vigoris orationi decedit, ſi quauis particula membra connectantur. Hoc non ſenſiſſe Hemſterhuſium! *Brunck.*

451. Ἐνέχυρον τίθησιν. Vnde vere colligit Schol., non plurali ſolum numero Attice dici ἐνέχυρα. Nempe quod tradit alioquin Tho. Magiſter *f)*, ἐνέχυρα dici ab Atticis, ἐνέχυρον vero communi Graecorum lingua. De quo ſilet

---

e) Ita, inſerta part. δ', *Hemſt.* edidit auctoritate cod. Doru., edd. Fl., Phil. Iuntae et Sig. Gelenii, quum in Ald. et ceteris ea part. omiſſa eſſet.

f) P. 308. ſ. Bern. ad q. l. refutarunt hanc ſententiam a Thoma e Phryn. p. 160. deriuatam Stoeber. et Hemſt.

vtique Eumoeris Mſ. in dictionibus Att. *g)*. Et quanquam voc. ἐνέχυρα numero Plur. ſaepe occurrat ap. Oratores Atticos, vt Antiph. Orat. XIV. p. 125. ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα, et Or. XVI. p. 149. ac Demoſth. aliquoties adu. Euerg. p. 639. 640.: tamen ab eodem alibi etiam numero Singulari dicitur, nempe adu. Timoth. ferme ab initio p. 657. [p. 1185. T. II. Reisk.] οὔτε γὰρ ἐπ' ἐνεχύρῳ, οὔτε μετὰ μαρτύρων ἔδωκε. Adde adu. Dionyſod. p. 699. οὔτε τὸ ἐνέχυρον καθίστησιν εἰς τὸ ἐμφανές. Verbi vero inde ducti ἐνεχυράσασθαι *(pignus capere)* mentio fit aliquoties apud Comicum, vt Nub. 35. Conc. 563. Pro ἐνέχυρον vero vel ἐνέχυρα et ἐνεχυράζομαι a LXX. Senioribus ἐνεχύρασμα et ἐνεχυράζω dictum Exod. 22, 26. Ἐνεχύρασμα vero de *pignoris captione* a Platone dicitur de Legg. XII. p. 949. quo vocab. etiam vtitur Demoſth. et duobus quidem locis adu. Euerg. p. 648. quod non monerem, niſi id praeteritum a priſcis et recentibus Atticarum ac Graecarum vocum collectoribus viderem. *Spanh. Pignori ponit.* In Eccleſ. 751. ἐνέχυρα ϑήσων. Vno verbo ἐνεχυράζεσθαι, Nub. 240. et alibi. *Bergl. Pignori opponere, oppignerare.* v. Salmaſ. de modo vſurr. p. 550. ſſ. Paupertas facere dicitur id, quod pauperes facere cogit. Conſequutioni verborum ποῖον ϑώρακα — οὐκ ἐνέχ. τ. ſimilis eſt haec ap. Theophr. Char. 8, 5. ποίᾳ γὰρ οὐ τοῖς — ποίῳ δὲ μέρει ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν. Paupertas dicitur ἡ μιαρωτάτη *ſpurciſſima*, h. e. ſceleratiſſima, ſceleſtiſſima, quia gregales ſuos cogit leges violare. Nam legibus Athenn. videtur fuiſſe vetitum (v. Schol. et Meurſ. Them. Att. 1, 9.) *oppignerare arma. Fiſch.*

452 τροπαῖον, vel τρόπαιον, quae eſt recentiorum Atticorum ſcriptura, propr. eſt *monumentum* victi et profligati hoſtis, victoriae monumentum. Ap. Romanos erat palus, cui affixa erant arma, lorica, galea, clypeus; apud Graecos columna lapidea *h)* cum titulo. v. Diod. S. 13, 24. et ibi Weſſel., item Potter. ad Lycophr. 1328. *Fiſch.*

---

g) Iam Stoeber. ad Tho. M. l. l. animaduertit, Spanhemium aut minus integro Moeridis codice eſſe vſum, aut minus diligenter. Nam leguntur haec ap. Moer. V. Ῥύσιον p. 357. Pierſ. qui cfr.

h) ligneane, addit *Gir.* qui monet dictum eſſe τροπαῖον, διὰ τὸ ἐπὶ τῇ τροπῇ τῶν ἐχθρῶν γεγενῆσθαι. Prodiit nuper (1808.) *Stanisl. Knolle a Knoll* de tropaeis Diſſertatio, 8.

ἂν στήσαιτο *i)*. Sic Suidas V. Τρόπαια rectius legit. Vtitur autem hac phrasi Noster etiam Thesm. 703. *Kust.* Correxi olim ἂν στήσ. Sane τὸ ἂν necessarium est; et praeterea numerus et phrasis elegantior. Postea idem apud Suidam reperi. *Bentl.* Quamuis ap. Suid. legatur ἄν σ., tamen contra edd. fidem nihil temere mutandum: Eurip. Phoen. 575. Τρόπαια πῶς ἀνασήσεις δορός *k)*; qua de re postea 1209. vtitur v. ὀρθῶσαι. Edd. a nobis collatae ἀνασήσαιτο. Eurip. in Androm. 762. τροπαῖον αὐτοῦ στήσομαι, πρέσβυς περ ὤν, *tropaeum erigam de ipso, quamuis senex.* Phrasi autem hac uti Comicum in Thesm. iam notauerat Schol. ad h. Plut. loc., nempe 707. Est et alius locus in Eqq. 517. νίκης ἔστησε τρόπαια. *Bergl.* Neque ego in partem Kust. et Bentl. non inclinassem, si auspicio membranae cuiusdam veteris adiuta foret. Nunc religio fuit, obniti codici Doru. cunctarum edd. scripturam confirmanti. Verum est, requiri vim potentialem, quam part. ἄν orationi conciliat, vt 462. saepe tamen hoc in casu omitti solere constat. Fateor etiam, esse frequentissima στῆσαι et στήσασθαι τροπαῖον, vt in illo Teletis Stob. p. 19. v. 28., quod huc adprime quadrat: κἂν τάδε δρᾷς, ῥᾳδίως στήσεις τρόπαιον κατὰ πενίας, sed neque ἀνασῆσαι vel ἀνασήσασθαι τρόπαιον optimorum scriptt. vsus respuit, Eurip. Phoen. 575. *Hemst.* Leges consequunt. temporum et rei ipsius natura, legi iubent ἄν σ. Nam, an sic ἄν possit et addi et omitti, vt Hemst. praecipit, dubito. Sed στῆσαι et στήσασθαι τρ. differunt inter se sic, vt illud ponatur de eo, qui tropaeum *erigit* et *statuit*, erigi et statui iubet, victori nomine victoris; hoc de ipso victore, qui sibi erigit, sibi erigendum curat, tropaeum. Et quia tropaeum erigit victor, στήσασθαι τρ. h. l. est, *victorem esse. Fisch.* Perspicue et distincte scriptum est in meo et in B. ἂν στήσ. Soloeca est aliarum edd. lectio, versumque minus numerosum reddit τρ. ἀνασήσαιτο. In Thesm. 696. στήσεσθε — τροπαῖον. Saepe ex proprietatis sermonis et metricarum legum ignoratione particulam ἄν vim suam natiuam exserentem, verbis simplicibus, tanquam

---

i) Ita Kust. edidit primus pro vulg. ἀνασήσαιτο, eumque Br. et Inu. sequuti sunt.

k) Sed ibi etiam (v. 581.) Porson. edidit: ἆρα στήσεις propterea, quod Eurip. aetate ἀνασῆσαι fuerit, *deiectum erigere.* Idem etiam h. l. syntaxin postulare ἂν σ. monuit.

praepositionem adnexuerunt librarii cum sententiae vel metri detrimento. Vid. not. ad Lyſ. 912. et ad Eurip. Phoen. 514. Re conſideratius penſitata nullum mihi ſupereſt dubium, quin deprauata fuerit eodem modo lectio in Lyſ. 384. ibique ſcripſerit poëta: ἄρδω σ', ὅπως ἂν βλασάνῃς. *Brunck.*

τροπῶν. Alludit ad voc. τροπαῖον. Talia multa ſunt ap. Noſtrum et ap. Plaut. vt *Poeni poenas ſufferant* in Ciſtellaria [I, 3, 54.]. Senſus: Solus iſte deus [Plutus] profligabit huius mores, i. e. ipſammet ita moratam *l)*, et victor tropaeum eriget. *Bergl.* Intelligitur *iniquitas* Paupertatis, quod homines miſeros reddit et leges violare cogit, et οἶδα ὅτι μόνος οὗτος ὁ θεὸς etc. *m)* eſt, ſcio, *confido*, *Plutum victurum eſſe Paupertatem*, ita vt eam exigat ex omnium Athenn., bonorum ſcilicet et proborum, aedibus, vt nusquam appareat amplius. *Fiſch.*

454. γρύζειν eſt verbum factitium formatum e voce et ſono ſuum γρῦ (v. ad v. 17.) vt Lat. *grunnire* (noſt. grunzen), nam dicitur etiam γρυλλίζειν, v. Zenodot. περὶ φωνῶν ζώων ap. Valck. Anim. ad Ammon. 4, 18. p. 229. et Anon. ib. p. 231. *n)*. Deinde vſurpatur de iis, qui ſummiſſe loquuntur et os ad loquendum aperiunt, ita vt reſpondeat Lat. *hiſcere* (noſt. *mucken*, *muchſen*, Cic. Phil. 2, 43. *aut omnino hiſcere audebis?* quae ſunt verba Ariſt. γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον;) et *mutire*, (Ter. Andr. 3, 2, 25. ſ. Veſp. 739. σιγᾷ κοὐδὲν γρύζει *o)*. Heſ. γρύζειν· φθέγγεσθαι, λέγειν. Melius Schol. Doru. ποσῶς (*aliquatenus* Gloſſ. vett.) φθέγγεσθαι. *Fiſch.*

Καθάρματε. κάθαρμα ductum eſt a v. καθαίρειν, quod omnino valet, *rem*, *perſonam*, *locum*, *a ſordibus purgare*, *mundare*, ſingulatim *luſtrare*, *expiare*, aqua, ſulphure, igni, catulo, porcello, ſquilla; quod etiam περικα-

---

l) *Mores* interdum ap. Com. Lat. dici de ipſo homine, moribus quibusdam praedito monet *Gir.*

m) Hanc verborum ſtructuram etiam *Münt.* explanauit.

n) Add. *Sturz.* Prol. II. de voc. anim. p. 11.

o) Praeter h. l. *Bergl.* ex Iſaeo de Cironis hered. [p. 212. T. VII.] Reisk. affert: οὐκ ἐτόλμησε γρύξαι τὸ παράπαν οὐδέν.

θαίρειν dicitur, quia res illae portabantur et ducebantur circa perſonas, loca. v. Theophr. Char. 16, 3. et ibi Caſaub. Hinc καθάρματα ſunt ea omnia, quae vel ad *mundandum* vel ad *expiandum* adhibentur; ſingulatim ap. Athenn., primo, *porcelli*, qui immolabantur ad expiandam concionem (dicebantur etiam καθάρσια, v. Harpocr. h. v.); deinde homines *ignobiles*, inutiles, ſceleroſi *p)*, qui alebantur publice, et graſſante peſtilentia aliove quodam morbo grauiore ducebantur in locum editum, vt inde in mare praecipitarentur *q)* ad expiandam ciuitatem et depellendas calamitates publicas (aliis verbis dicebantur δημόσιοι et φαρμακοί); denique *homines viles*, *abiecti*, *ſceſerati*, quiuis alii: *ita* vt is, in quem quis inueheretur, diceretur κάθαρμα, vt h. l. v. Bos. Exercitt. ad 1 Cor. 4, 13. *Fiſch. r)*. Infra Acharn. 44. ἐντὸς ἧττε τοῦ καθάρματος vbi vox illa ſumitur pro *loco luſtrato* ſ. expiato, hic vero pro *piaculis* ſ. *victimis*, velut *porcellorum*, quibus locus ad habendam concionem luſtrari conſueuerat. Sic Aeſch. Choëph. 196. καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας. *Spanh.*

455. ἐπ' αὐτοφώρῳ. Locutio fori Attici de iis, qui in ipſo facto ſ. delicto erant deprehenſi. Eurip. Ion. 1214. ἐπ' αὐτοφώρῳ — ἔλοι. Et ſic apud oratores Atticos frequens, Antiph. Or. I. p. 18. Or. XIV. p. 419. ac Demoſth. vt adu. Steph. I. p. 631. et 632. adu. Boeot. I. p. 579. quae loca Hellenismi Theſauris, quod equidem ſciam, indicta, obiter hic indicaſſe ſufficiat. *Spanh.* Proprie vſurpatur de iis, qui in ipſo *furto s)* deprehenduntur, deinde de omnibus, qui in quouis alio facinore deprehenduntur, vt adulterio, Ioh. 8, 4. v. Heſ. h. v. H. l. Chremylus et Blepſidemus dicuntur ἐπ' αὐτ. δεινὰ *t)* δρῶντ' εἰλημμένω (in ipſo facinore nefario deprehenſi), quia in animo habebant, Pluto reſti-

---

p) κάθαρμα pro καθαρτήριος, *piacularis*, vt Lat. ſcelus, pernicies pro ſceleſto et pernicioſo. *Girard.*

q) Additis verbis: περίψημα ἡμῶν γενοῦ. *Gir.*

r) Eadem fere et plura de huius voc. vario vſu expoſuit *Eckard.* p. 35 — 37.

s) A φὰρ, *fur*, fit αὐτόφωρος, κατάφωρος, manifeſtus fur, in furto ipſo deprehenſus. *Fiſch.*

t) δεινὰ *nefanda*, *indigna*. *Münt.*

tuere viſum, quo Paupertas ex aedibus bonorum eiiceretur. εἰλημμένῳ dictum eſt pro κατειλημμένῳ vt Gell. N. A. II, 18. *manifeſto furto prenſus. Fiſch.*

456. ὦ κάκιστ' ἀπολουμένη h. e. *ſceleſtiſſima*, digna quae miſerrime pereas, vt 713. *Fiſch.*

λοιδορεῖ. Eſt ſecunda perſona Sing. Attica pro λοιδορῇ, a λοιδορέομαι. Editio Geneu. hic habet λοιδορεῖς, ſed male. Nam λοιδορεῖ non ſolum habent omnes, quas vidi, Edd. vett., ſed etiam, quod notandum, Datiuus hic ſequitur, cum quo λοιδορεῖσθαι iungi ſolet *v)*, vti λοιδορεῖν cum Accuſ. (v. ad Schol.) *Kuſt.* Ita Aldina. Iuntae autem et Farrei et Brubachii λοιδορεῖς. *Bergl.* λοιδορεῖς Fl. *Ph. Iuntae*, B. *Crat.* G., in quibus ignoratio conſuetudinis Atticae peperit hunc errorem: contra formam Atticam mutauit in communem librarius cod. Doru. λοιδορῇ. *Hemſt.* Cf. ad Plat. Euthyphr. 19, 4. οὐδ' ὁτιοῦν eſt, vt 385. *nequicquam*, nullo modo, ne tantillum quidem; Xen. Cyr. 6, 1, 16. *Fiſch.*

458. Οὐδὲν γὰρ, *nihil vero;* nam γὰρ etiam h. l. eſt particula aduerſantis et indignantis (noſt. *denn*). In cod. Doru. ad initium verſ. adſcripta erant verba τί φατέ; quae tamen intelligi nullo modo poſſunt, et, ſi intelligi poſſent, tamen γὰρ non fieret coniunctio cauſalis, intercedente ipſo verborum ingenio et ordine, qui hanc Paupertatis vocem interrogatiue accipi iubet. ὦ πρὸς θεῶν. ὦ ſeparari debet a vv. πρὸς θεῶν. Quum Chremylus dixiſſet ὦ κακ. ἀπολουμένη, Paupertas iſto conuicio commota volebat regerere in ſenes ſimile conuicium: coepit igitur exclamare: ὦ, ſed indignationis vehementia impedit, ne ipſum conuicium addat, vnde in Sch. Doru. ad ὦ adſcriptum eſt: ἄνδρες.

---

v) Medium, non Paſſiuum, vt male Schol. praecipit, ponitur vel de pluribus, *iurgio, conuiciis inter ſe contendere*, vel de ſingulis, *conuiciis proſcindere, conuicia ingerere;* Actiuum (cum Acc. ſtructum) eſt *conuiciis inceſſere aliquem.* v. Act. 23, 4. f. Moſchopul. περὶ σχεδῶν p. 179. (Par. 1545. 4.) et Kuſter. de Verb. Med. 1, 42. f. ἡμῖν pertinet ad vtrumque verbum. *Fiſch.* Dubitabat enim *Gir.* vtrum ad λοιδ. an ad προσελθοῦσα pertineret. Si ad λοιδ., προσελθοῦσα vacare, aut conſtructionem eſſe ſimilem Latinae: ficcine me venis iniuria affectum? cur me venis caeſum? pro, cur caedis? Alii, auct. *Münt.* ἡμῖν ad προσελθ. tantum referunt.

S cedit obteſtatio πρὸς τῶν θεῶν. Caeterum non neſcio, Ariſt. ipſum, et alios ſcriptores pro πρ. τ. θ. dicere ὦ τῶν θεῶν. vid. 1177. Xen. Cyr. 6, 2, 7. *Fiſch.*

Conſenſus cod. Doru. retinuit me, ne a Fl. [in qua ιζετον eſt] discederem: nam in A. Ed. *Phil. Iuntae*, Ed. 3. ad marg. Gen. a Kuſt. laudata, et B. *Crat.* legitur ιζετε· illam ceterae ſequuntur. *Hemſt.* νομίζετε poëta ſ. pſiſſe mihi videtur, vt conſuleret auribus, quibus mo- a eſt repetitio eiusdem ſyllabae triplex, quod ſecus eſt 464. Et recte tamen ſequitur πειρωμένω, vt 447. ſ.: at- e verisimilius eſt νομίζετον exſtitiſſe ex νομίζετε quam con- . *Fiſch.* Itaque recte illud ex vtroque ſuo cod. recepit l. — ἀδικεῖν cum duobus conſtruitur Accuſatiuis, vt moſth.: πάνθ' ὅσα ἠδίκησέ με. Legitur etiam ap. Ariſtot. lit. 5. ἀδικῶ σε εἰς τοῦτο, et Plat. de Leg. ἀδικῶ τοῦτο πε- σε. *Münt.*

460. In omnibus libris [etiam cod. Doru.] legitur ne diſtinctione] τί οὖν ἀδικοῦμεν τοῦτό σε — At non du- o aſſentiri Hemſterhuſio, qui verba ita diſtinguenda cen- t: τί οὖν; ἀδικοῦμεν τ. σ. x). Certe oratio ſic reperie- r conuenientior Chremyli expoſtulantis perſonae. In τοτο intell. κατά, vt Sch. Doru. bene admonuit. *Fiſch.*

461. In priore verſu inconcinni ſunt numeri [vulg. im ſcripturae: πορίζομεν ἀγαθόν], etſi ſcanſio conſtet: in ſteriore [vbi olim legebatur: τί δ' ἄν γ' ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύ- ιθ'; Ὅ τι;] etiam ſcanſio vacillat. Lego:

Εἰ π. ἀ. ἀγαθὸν (vel ἀγαθὰ vt verſus fiat numero- ſior) πορ.

Τί δῆτ' ἂν ὑμεῖς ἀγαθὸν etc.

lox in v. 464. adde γε, et lege: τί γ' ἂν νομίζετον y). Bentl. Ego v. 461. vnam praeterea voculam interponi non oleſte ferrem: εἰ π. ἀνθρ. ἀγαθόν τι πορίζομεν, quo pacto umerorum gratiae nullum damnum infertur: ſi proximi erſus initium conſulas, libentius, credo, opinioni meae

---

x) Ita etiam Br. et Inu. ediderunt. Hemſterhuſio aliquando etiam praeplacuit: τί οὖν ἀδικεῖ μὲν τοῦτο σε etc. neque tamen repugnat, ſi quis vulgatae lectioni patrocinetur.

y) In hoc nemo obſequutus eſt Bentleio, quanquam τί γ' ἄν — 471. 485. et alibi.

subscribes. In v. 462. Bentleii emendationem adsciscere non dubitassem, nisi lectio percommoda, quam praeferendam duxi [τί δ' ἂν ποθ' ὑμεῖς —] in cod. Doru. totidem literis exstaret. In fine versus sola B. *Gel.* ὅτι fine vlla interpunctione sequentibus adnectit: perfime; neque tamen sic non est scriptum in cod. Doru. *Hemst.* ἀγαθὸν πορ. recte Bentleius *z*). Cod. meus immodulate, vt vulgo, πο ἀγ. Peius alii omnes: membran. [vt codd. Inu.] ἐκπορίζ μεν ἀγ. C. ἐκπορίζοιμεν ἀγαθόν. B. ἀνθρώποισιν ἐκπορίζομ ἀγαθόν. In v. 462. concinnior est emendatio Bentleii coc Oxill. scriptura *a*). In IV. codd. [vt in duobus Inu.] δ' ἂν ὑμεῖς — δῆτ' mutatum fuit in δ'. *Brunck.* Claudic aperte v. 462. [ex vulg. scr.] Videtur leg. γε ὑμεῖς *b*) v γὰρ ὑμεῖς. Nam prima in ὑμεῖς longa est. vid. 419. Hon Il. 1, 18. 260. 2, 74. *Duck.* πορίζειν ἀγαθὸν dicitur i qui *alteri* comparat et affert bonum, vt is, qui *fibim* boni alicuius auctor est, πορίζεσθαι ἀγ. v. Kuster. V. Mec 1, 20. *Fisch.* V. infra v. 506. In Au. 460. ὃ γὰρ ἂν c τύχῃς μοι ἀγαθὸν πορίσας, κοινὸν ἔσαι. Infra 1137. πορίσ ἄρτον. Acharn. 385. πορίζεις τριβάς. *Bergl.* ἐξεύροι Opt. valet: excogitare et comminisci possetis. *Gir.*

465. Ἐργάσασθαι. Cod. Doru. ἐργάζεσθαι addito in terpretamento ποιήσεσθαι pro ποιήσειν quasi ἐργάσεσθαι le gisset: tum ἀνθρώποις. In ὅτι idem, quod modo, vitiur in eadem ed. fuit admissum. *Hemst.* ἀνθρώποις e Rat (Borg. ἀνθρώποισιν) recepit *Inu.* non recte. Struitur Attici ἐργάζεσθαι cum dupl. Accus. v. supra 73. Retinendur ergo ἀνθρώπους est, quod praeterea in omnibus aliis Codc legitur. ἂν cum ἐργάσασθαι iungendum esse, atque ean particulam infinitiuis eamdem vim tribuere, quam alib optatiuis, docuit Dawes. M. Crit. p. 83.

---

z) Quod etiam Br. et Inu. receperunt. „Tamen videndum erit inquit Fisch., annon poëta maluerit negligere leges metri iambici, quae tribrachyn in quinta sede non ferunt, quam orationis grauitatem minuere, quae videtur voc. ἀγαθὸν vltimum locum flagitare."

a) Eam in ordinem recepit *Fisch.* (etiam *Münt.*) sed *Brunck* et *Inu.* ediderunt: τί δῆτ' ἂν ὑ.

b) Hiatu non ferendo. Neque γὰρ ita post ἂν recte poni potest

466. *εἰ τοῦτο δρᾷν*. Paupertas dixerat: quodnam maius ılum patrare poteritis, quam ſi me eiiciatis? Senes re- ondent: illud maximum malum fore, ſi non fuerint me- ores vt eam eiicerent. Similiter fere Plaut. Aulul. IV, 4, . *Facisne iniuriam mihi, an non?* Alter reſpondet: ıcio, *quia non pendes, maximam. Bergl. τοῦτο* nempe. βάλλειν *σε ἐκ τῆς Ἑλλάδος. Ἑλλὰς* (463.) accipi poteſt de henis, non de Attica, multo minus de vniuerſa Graecia. ım etiam Ἕλληνες ſunt ſaepe Athenienſes. v. Ephorus ap. acrob. 5, 18. p. 506. et nos ad Theophr. proœm. 1. Ad *ἐπι- θοίμεθα* intell. *δρᾷν. ſi propoſitum deſtituerimus. Fiſch.*

467. *σφῶν*· Cod. Doru. *σφῶιν*, ſupra ſcriptum *ἡμῖν* (*ὑμῖν*) *ἰζησις. Hemſt.* Librarii enim valde inconſtantes fuiſſe periuntur in ſcribendo hoc vocabulo. Nunc enim ſcri- erunt *σφῶϊν* vt Doru. h. l. et 563. et 437. Vatic., nunc *ῶν*, nunc *σφῷν*, quae poſtrema ſcriptura, Moeride aliisque rammaticis auctoribus, recta eſt. *Λόγον δοῦναι περὶ τούτου τοῦ* eſt, *docere hoc ipſum*, nempe verum eſſe, quod dixi, hil Graecis perniciolius accidere poſſe meo exilio. Nam i *rationem reddit*, docet, et *αὐτοῦ* recte referri poteſt ad *ύτου*, quum haec pronominum disiunctio nec in ſoluta ıtione noua ſit. v. Plat. Phaed. 66. *Fiſch. δοῦναι λόγον* ūſtrat *Eckard.* p. 38.

468. *τοπρῶτον* c). Cod. Doru. liquide praefert *Τὸν πρῶ- ν*· neſcio ſane, an receptae lectioni anteponatur, certe hil habet, quare deterius exiſtimari debeat. Senſus qui- em orietur paulo diuerſus, ſed optime vniuerſae orationi ngruens: *Equidem ea de re cauſae dicendae partes ncedere vobis primas volo:* neque refert, quoquo mo- o cum Schol. recent. ceperis *αὐτοῦ*. Quaſi pactum con- eniſſet, Chremylus primus v. 489. cauſam agere et ſuam Pluti ingreditur. *Hemſt. τὸ πρ.* eſt *ante, prius*, quam ſtituatis Pluto lumina reddere, meque exilio multare. *iſch. αὐτοῦ*. Quamquam ita in omnibus Codd. Brunck. gitur, tamen ille ex ingenio repoſuit *αὐτή*· Nam „ſiue τοῦ loci, ſiue temporis ſit aduerbium ineptum eſt“ *d)*

c) Ita Br. et Inu. Aliae Edd. *τὸ πρῶτον*.

d) In cod. eius C ſuperſcr. gloſſ. *τοπικὸν, ἢ μᾶλλον χρονικόν.* In quinto autem cod. ſerius ab eo collato legitur: *ἐνταῦθα, ἢ τὸ τούτου καὶ τὸ αὐτοῦ ἐκ τοῦ παραλλήλου.*

ait. Reuocatum eſt αὐτοῦ ab Inu., recte, opinor. Ia
Gir. vidit, cum τούτου iungi poſſe, praeſtare tamen put
accipi vt aduerbium loci, *hic;* „antequam hinc digredia
ne putetis me multum laboraſſe in exquirendis rationibu
quibus veſtra dicta refellam." Etiam *Wakefield* S. Cr
I. p. 75. tuetur αὐτοῦ, ſed explicat: *ipſo in loco.*

Κἂν μὲν ἀποφήνω *e)*. Notet hic lector φιλέλλην figura
Atticam, ſiue σχῆμα ἀναπόδοτον, vt Grammatici vocar
Deeſt hic enim ἀπόδοσις, quae reſpondeat priori memb
vsque ad ζῶντ. ὑμᾶς, quippe poſt quae verba lector exſp
ctabat tale quid: *res ſalua eſt*, vel *res bene ſe habet*, v
cauſa mea melior eſt, vel ſimile quid. Solent autem A
tici hoc ellipſeos genere vti poſt εἰ μέν, vel ἐὰν μέν, cui
poſteriore membro reſpondet ἐὰν δέ, *ſin autem.* Huiusm
di ellipſis occurrit etiam in loco illo Homer. Il. I, 135. *f*
Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι — Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν etc. Euſtathi
recte ad illum locum: Χωλεύει ἡ σύνταξις καὶ μένουσα ἐκκρ
μὴς οὐκ ἀπήρτισαι. λείπει γὰρ τὸ ἐφησυχάσω, ἢ παύσομαι,
τοιοῦτόν τι. Deinde inter alia exempla, quibus vſum el
pſeos huius probat, et hunc locum Comici noſtri adduc
Sed quoniam res eſt obſeruatu digna, ipſa eius verba h
proferre non grauabor: Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα σχήμα
ἐλλείψεως παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὡς παρὰ τῷ Κωμικῷ· Ἐὰν μ
ἀποφήνω πάντων αἰτίαν ἐμέ· Εἰ δὲ μή, ποιεῖτε ὅπερ ἂν δοκ
ὑμῖν. Καὶ Μένανδρος ὁ Κωμικός· Εἰ μὲν δή τινα πόρον ἔχει
εἰ δὲ μὴ νενόηκ' ἐγώ. Πλάτων ὁ Κωμικός *g)*· Εἰ μέν σοι τ
θάλασσαν ἀποδώσει ἑκών· εἰ δὲ μή, πάντα ταῦτα συντριακν
ἀπολέσω. Καὶ Σοφοκλῆς· Εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μ
λέγε. Exemplis his addi poteſt illud Comici noſtri Thesm
543. εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς etc. Plato in Sym
p. 320. ed. Lugd. *h)* ἐάν μεν σοι ἐθέλῃ ἀπνευσὶ ἔχοντι πολ
χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ· εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀνακογχυλίασ
Anonymus ap. Athen. VIII, 15. p. 360. εἰ μέν τι δώσει

---

e) Al. edd. ἀποφήνω.

f) Cf. ibi Heyn. in Not. et in Suppl.

g) Hos verſus Wakefield. S. Crit. IV. p. 76. vbi hanc ellipſ
apodoſeos illuſtrat, ita disponit:

εἰ μὲν σὺ τ. θ. ἀποδώσεις ἑκών·
εἰ μή, πάντα σ. ἀ.

h) cap. 11. ad q. l. cfrr. Fiſch. et Wolf.

εἰ δὲ μή, οὐκ ἐάσομεν. Hippocrates quoque hac figura non raro vſus eſt, vt pluribus exemplis demonſtrat Caſaubonus ad Athen. L. V. c. 2. fin. Caeterum ellipſis haec eo magis notanda eſt, quod, qui eam ignorant, facile exiſtimare poſſint, apodoſin illam incuria librariorum apud ſcriptores forte omiſſam eſſe: quod ipſum me aliquando per errorem putaſſe non diffitebor. *Kuſt.* Relinquitur auditori cogitandum contrarium voluntati ſenum (qui eiicere Paupertatem volebant) fieri debere, ſi demonſtrauerit, ſe bonorum cauſam eſſe (h. e. non eiiciendam eſſe). Eſt ergo figura ellipſeos, ita ſupplenda: ἐάσατε *i)*. Exempla talis ellipſeos affert Schol. ad h. l. Sic ap. Antiph. περὶ χορευτοῦ [T. VII. p. 777. Reisk.] εἰ μὲν αὐτῷ ἐρωτῶντι τἀληθῆ δοκοῖεν λέγειν· εἰ δὲ μή, ἕτοιμοι ταῖεν διδόναι βασανίζειν. Subauditur: *certa res erit*, aut ſimile quid. Ariſtides in Panathen. εἰ μὲν δέχεσθε ἐπὶ τούτοις· εἰ δὲ μή, σκοπεῖτε, μὴ ὑμᾶς μειζόνων, ἢ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποστερήσητε. Subintell. *bene vobis erit*, aut ſimile quid *k)*. *Bergl.* ἀποφαίνειν eſt *oſtendere, docere, vincere*, quod 474. ἀποδεῖξαι, vt Hom. Od. 3, 173. ſ. φαίνειν et δεικνύειν ſunt ſynonyma et Il. 2, 309. φαίνειν explicatur verbis εἶναι φόως δε. δι' ἐμὲ eſt *meo beneficio*, vt 143. v. Deuar. p. 114. ſ. Poſt ζῶντας (quod Partic., ita vt οὖσαν, pro Infin. ponitur) ὑμᾶς deeſt apodoſis, quod fere ſemper fit in enunciationibus hypotheticis, exemplo Hebrr. 1. Sam. 12, 14.: nam vox, vultus, geſtus, tali in oratione verborum vices ſuſtinent: Grammatici vocant ἀνανταπόδοτον, v. Schol. h. l. Koen. ad Greg. Cor. p. 19. ſ. V. D. Obſeruu. miſc. Vol. III. p. 145. ſ. et Proluſio noſtra de ſcientia litt. Gr. interiore p. 124. ff. [inter Eius Proluſiones V. in varios locos N. T. L. 1779. 8.] *Fiſch.* Figura ἀποσιώπησις, vt Thesm. 536. Omiſſam ſententiae partem bene ſupplet gloſſa in meo codice: παύσασθε τῆς ἐπιχειρήσεως *l)*. In C ἐάσατε δηλονότι· quod in verſione ſequi debueram: *ab incepto deſiſtite. Brunck.*

---

i) Aut etiam: μή μ' ἐμβάλλετον. *Münt.*

k) Copioſius de locutionibus conditionalibus ellipticis diſputarunt Lamb. Boſius eiusque editores, de Ell. p. 803. ff. ed. Schäf.

l) Eadem in Doru., niſi quod ἐγχειρήσεως habet.

471. ὅ τι ἂν ὑμῖν. Sic quatuor codd. bene. Vulgo ὅ τι γ' ἂν — *Brunck.* quem *Inu.* ſequutus eſt. In Doru. ὅ τι ἂν ὑ. δοκεῖ. Wakefield. h. l. ex Euſtath. ὅπερ ἂν ὑ. δ. legi iuſſit. Senſus auctore Fiſch.: *reſtituite Pluto viſum et me exilio multate.* Mox, vtrum, vt vulg. legatur τοῦτ' ἐσ., an cum *Inu.* e Rau. ταυτὶ σ. perinde eſſe videtur. Reſpicit ad antecedd.: te nobis auctorem eſſe bonorum omnium, et nos per te viuere.

473. ſ. διδάσκεσθαι eſt, *doceri ſe iubere*, vel *docendum curare*, h. e. diſcere, audire, animaduertere, attendere. ῥᾳδίως cohaeret cum Inf. ἀποδείξειν, vt πάνυ cum ῥᾳδίως. ἅπαντα m) eſt *omnino*, et ἁμαρτάνειν, quod propr. ad τυγχάνειν refertur, valet, *errare*, *in errore verſari*. φῂς h. e. *putas, ſperas:* et Pronomen omiſſum eſt, quia Infinit. et verbum finitum ad eamdem perſonam pertinent, vt 59. 241., quod tamen non ſemper fit. vid. 473. ſ. οἱ δίκαιοι ſunt, certe h. l., iidem, qui alibi dicuntur οἱ ἀγαθοὶ et χρηστοί, *boni*. *Fiſch.* Deprauate cod. Doru. (474.) ἅπαντ' ἁμαρτά σ' ἀποδείξω ἐγώ· recentior manus expleuit ἁμαρτάνοντα· vetuſta librarii ipſius vltimae verbi ἀποδείξω literae puncto, vt delendam indicaret, ſubnotatae adpoſuit εἰν· etſi non obſtet concurſus vocalium, quin ferri poſſit ἀποδείξω ἐγώ, nulla tamen eſt cauſa, praeſertim ſine plurium membranarum conſenſu, cur ſcriptura vulgaris repellatur. *Hemſt.*

476. Hic verſus, vti et ſeqq. 478. et 483. in Mſ. Vatic. Vrb. rectius praefixam habent perſonam Chremyli, vti v. 484. perſonam Blepſidemi. *Kuſt.* Omnes Edd. verſus 476. 478. et καλῶς λέγεις 481. Blepſidemo tribuunt, Chremylo liber Vaticanus, cui ſuffragatur Doru. Cod. Horum auctoritati eo magis obtemperandum putaui, quod, quam accommodate Chremyli perſonae dicta conueniunt, tam aliena ſunt a Blepſidemo; qui ſimul atque Paupertatem agnouit, tantum animo terrorem conceperat, vt ad fugam ſe bona fide pararet. Quis igitur exiſtimet eam animi orationisque conſtantiam, qualis in iſtis verſibus apparet, in timidiſſimum hominem potuiſſe cadere? qui Chremyli fortioris exemplo vix aliquantulum recreatus, v. demum 483. inuiſae Paupertati, ne non penitus extincta omni ſe metu

m) Pro καθ' ἅπαντα. *Münt.*

liberaret, viginti mortes decreuit: quamquam de hoc etiam verſu dubitationem iniiciat idem liber Vat., eum Chremylo mutatis perſonis, Blepſidemo ſequentem adſignans. Sed hic mihi viſa fuit potior Edd. ratio conſenſu cod. Doru. ſuffulta: finge tibi quaſi in ſcena Blepſidemum haec pauitantem eloqui, cui ſedatior Chremylus et maioris animi ſenex iocando reſpondet: qua quidem in parte a Kuſt. diſſidemus. Habet autem cod. Doru. iſti verſui adſcriptum: ὦ Χρέμυλε, vt ad Chremylum a Blepſidemo ſermonem dirigi ſignificet. *Hemſt.* Hic verſus in quatuor codd. Chremylo tributus. Verſum 478. tribuant Blepſidemo A, C, duo alii Chremylo. In v. 477. B, C, πρὶν ἂν μάθοις. V. 481. verba καλῶς λέγεις eiusdem perſonae debent eſſe, cuius fuit praecedens quaeſtio: τί δῆτα — in tribus codd. Chremylo tributa ſunt. *Brunck.* [qui 476. Chremylo, 478. ſ. Blepſidemo, 480. ſ. et καλ. λ. 481. Chremylo, 483. Blepſ., 484. Chremylo adſcripſit; ſed *Inu.* v. 476. rurſus Blepſid. perſonam appoſuit e Rau. (vti olim appoſita legebatur), in reliquis autem cum Br. conſentit.

ὦ τύμπανα, id eſt, o *fuſtes*, vel *baculi:* a τύπτειν. V. Gatak. in Aduerſ. Miſc. Poſth. c. 46., vbi de v. τύμπανον et verbo ipſi cognato τυμπανίζεσθαι prolixe et docte agit. De genere autem ſuppliicii apud vett., quod τυμπάνῳ infligebatur, non parum diſſentiunt ſcriptores. *Kuſt.* Non ſollicito. Nam et Suidas ſic laudat. Suauius tamen eſſet: ὦ τύμπαν', ὦ κύφωνες. *Bentl.* τύμπανα. Quae de ſupplicio reorum a Graecis dici ſolent, vt hic in Schol., de *fuſtibus*, quibus ii ad mortem vt plurimum caedebantur. Hinc de Eleazari, ſcribae Hieroſol., Antiochi Epiphanis miniſtrorum iuſſu, martyrio, quod ſuillis carnibus nollet pollui 2 Macc. 6, 19. αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε, *ſponte ad fuſtuarium proceſſit*, ad q. l. Grotius, inter caetera e Schol. ad h. l. verbis, τύμπανον explicat de *fidiculis*, per quas humana pellis, vt bubula ἐν τυμπάνῳ, extendebatur. Quo referri poteſt Luciani locus, vbi de mortuis, qui in Charontis cymba ad alteram Inferorum ripam erant transvehendi, dicitur in Cataplo p. 427. vlt. ed. Amſt. [c. 6. p. 627. T. I. Reiz.] λέγω δὴ τοὺς ἐκ τυμπάνου, καὶ τοὺς ἀνασκολοπισμένους, iuxta interpretem, *fuſtibus, inquam caeſos* (ſeu *fidiculis in tympano diſtentos*) *et cruci affixos.* Hinc Hebr. XI, 35. ἀπετυμπανίσθησαν, *diſtenti ſunt*, iuxta veterem interpretem. Vnde ἀποτυμπανίζειν et ἀποτυμπα-

νίζεσθαι ap. ſcriptt. Atticos non ſolum pro *torquere*, aut *torqueri* in genere, et quidem ad mortem, quod vidit ad eum locum Grotius, ſed etiam nominatim, vt hoc addam, pro *capite amputari* dicitur. Praeter indicatos a Grotio priori ſignificatu auctores, addi poteſt Demoſth. Phil. IV. p. 86. Ioſeph. c. Apion. I. p. 1045. et Plutarch. in Galba p. 1056., vbi ἀποτυμπανίσαι et ἀπετυμπανίσθη *ad mortem cruciare* vel *cruciari* indicat: poſteriori autem ſenſu ἀποτυμπανισθῆναι dixit Euphorion ap. Athen. IV. p. 154. quod ex Euſtath. monuit ibi Caſaub., et ſuperiora ibidem verba καὶ κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει aperte innuunt. Quomodo etiam ἀποτυμπανίζειν reddit alio Athen. loco V. p. 214. interpres; vbi alioquin opus non erat, vt ſimul ibi iunctis pluribus et diuerſis huius verbi ſignificationibus vteretur, nempe: *fidiculis distentos, ac fuſtibus et virgis caeſos, ſecuri percuſſos*, pro vna illa voce, quae ibi legitur: ἀπετυμπάνιζον. *Spanh. n)*. Per τύμπανα intelliguntur non *equulei*, h. e. ſtipites ita conſtructi, quibus illigati rei, membris expanſis, distenderentur, toroque corpore verberibus paterent, ſed *fuſtes*, quibus caedebantur, vt alii rei, ita etiam ii, qui falſum dixiſſent teſtimonium: quod conuenit in h. l. nam Paupertas Chremylo videbatur falſa dicere. v. Polyb. 6, 35. qui hoc genus poenae vocat ξυλοκοπίαν, Lat. *fuſtuarium*. Illuſtrant hoc nomen et verbum τυμπανίζεσθαι praeter interpp. N. T. ad Hebr. 11. 35., Iungermann. in not. ad Magii lib. de Equuleo p. 273 — 288. (Amſt. 1699. 12.), Gataker. (a Kuſt. laud.), Hemſt. ad Poll. p. 897, 84. Eſſe autem τύμπανα h. l. *fuſtes*, colligi poteſt ex eo, quod adiunguntur κύφωνες, quae erant *vincula lignea*, quibus colla maleficorum ita illigabantur et conſtringebantur, vt erigere ſe non poſſent (vnde nomen accepere; quae poena dicebatur κυφωνισμός·) et tum caedebantur *fuſtibus*. v. Heſ. h. v. et intpp. Aliis verbis

---

n) Recte I. A. Erneſtius Lectt. acadd. in ep. ad Hebr. (ed. Dindorf. p. 987.) haec a Spanh. tradita, perturbatiora eſſe monuit. Sed ita pleraeque obſeruationes Spanh. ſunt comparatae. Scilicet τύμπανον alii interpretantur machinam, conuexam et incuruam, ad quam deuincti fuerint plagis afficiendi, vt ictui magis paterent, alii fuſtem ipſum. Cf. Dindorf. l. l. p. 989. ff. qui plures laudauit de v. τύμπανον et ἀποτυμπανίζειν. Et quum Schol. h. l. βάκλα interpretatus ſit, Bergl. laudat Gloſſ. vett. βακλίον, *bacillum*, βάκλον fuſtis.

dicuntur κυνάγχαι et καλιαὶ et κλοιοί o). *Fiſch.* Voc. κύφων de κλοιῷ explicant hic Schol., vti etiam Heſ., ſeu *cataſta*, qua collo inſerta vinciebantur rei ac flagris itidem caeſi, vt e Cratino ap. Polluc. X. c. 40. liquet: ἐν τῷ κυφῶνι τὸν αὐχένα ἔχων. Sic ap. Athen. VIII. p. 351. de Stratonico: ἰδὼν δὲ ἐν τῷ κυφῶνι δεδεμένους δύο. *Spanh.* ἀρήγειν eſt i. q. βοηθεῖν, Heſ., *ſuccurrere*, *opitulari*. Vtitur autem Chremylus iſto verbo p), vt oſtendat Paupertatem eſſe feminam facinoroſam et dignam quae afficiatur κυφωνισμῷ et *fuſtuario*, quo ad ſanitatem redeat. *Fiſch.* Cod. Doru. ἀρήξατε, addita interpretatione βοηθήσατε· manus emendatrix ſuccurrerat, α in ε mutando. Natam eſſe labem probabile mihi videtur ex eo, quod in veteri membrana οὐκ ἀρήξετε; fuerat expoſitum ἀρήξατε, βοηθήσατε. *Hemſt.*

477. ὀλολυγμαίειν eſt *lamentari*, *quiritari*, h. e. aliorum opem implorare vel ſuo vel alterius nomine, id quod faciunt ii, qui vel patiuntur indigna, vel audiunt non ferenda, vt h. l. Chremylus; et qui hoc faciunt, ſolent plerumque clamare, vnde additum: καὶ βοᾷν. Senſus: non debes clamare, me inſanam eſſe, priusquam rem omnem cognoueris. *Fiſch.*

478. Καὶ in interrogationibus exprimit fere admirationem, vt Marc. 10, 26. vbi v. Raphel. ἰοὺ, ἰού eſt vox gementis et dolentis vel ſuam (855.) vel alterius ſortem, vt h. l. nam natura repetere homines iſtiusmodi voces cogit. τοιαῦτ' ἀκούων, nempe, homines viuere Paupertatis beneficio (458. ff. 474.). εὖ φρονῶν *ſanus*, *ſapiens*. *Fiſch.* Subint. μὴ βοάτω *Muet.* Siue potius: μὴ βοάσει.

480. δῆτα pronomini interrogatiuo hanc addit vim, vt exprimi lat. poſſit et debeat *nam*, *tandem*, *quaeſo*, v. Denar. p. 144. Hoogeu. c. 15. §. 12. p. 216. Δίκη eſt omnino cauſa, et publica et priuata, ſed ſaepe refertur ad γραφήν ita, vt haec ſit *publica*, δίκη *priuata* cauſa. Iam Chremyli et Blepſidemi cauſa erat *publica*, pertinens ad

o) Gloſſae: Κλοιός, *Boia*. Chremylus v. 606. Paupertatem abire iubet ἐς τὸν κύφωνα. *Bergl.*

p) Facetam eſſe proſopopoeiam, cuius ſenſus ſit: *in cruciatum Penіae non adhibebimini?* animaduertit *Cir.*

omnes homines. τίμημα vocab. forenſe, eſt 1. aeſtimatio litis ſ. cauſae, 2. in cauſis priuatis *mulcta*, in publicis, *poena*, *ſupplicium*, vt h. l. Scilicet *accuſator* et *petitor* in formula petitionis et accuſationis aeſtimabat, quam mulctam quamue poenam meruiſſet reus, ſi cauſa cecidiſſet, et contra, niſi mulcta et poena legibus iam eſſet definita. (v. Salmaſ. Obſſ. Iur. Att. et Rom. c. 8. nos ad Plat. Apol. Socr. 11, 3. *q*)) Hoc dicebatur τίμημα ἐπιγράφειν τῇ δίκῃ, h. e. *litem aeſtimare*, mulcta vel poena. *Fiſch.* Verba fori Attici de actore, qui ſcripto edito declarat, quae poena aut mulcta reo irrogari debeat, vbi cauſa is cadit, quod vt h. l. τίμημα ἐπιγράφειν, aut alias ἐπιγράφεσθαι dicitur. Quod inter alia, in αἰκίας δίκῃ ſ. in *actione verberum* locum habuit, vt e Conc. 659. liquet, et in Schol. ad eum locum iisdem verbis, quibus ap. Harpocr. V. Αἰκία tangitur. Τίμημα nempe Atticis, praeter alia, de *mulcta* in iudiciis priuatis et de *poena capitali* in publicis dicitur, quo reſpicit Pollux VIII, 6, 52. Ita pro *mulcta* ap. Demoſth. c. Aphob. initio fere Orat. III. p. 513. διὰ τὸ μέγεθος τοῦ τιμήματος τῆς δίκης, ἣν ὤφλεν, vnde etiam τιμητὸς δίκη dicta ibi *mulcta pecuniaria*, haud erat lege conſtituta *r*), ſed quae a iudicibus aeſtimari debuit. τίμημα vero de *poena capitis* ap. Lyſiam Or. 1. p. 14. τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, quae τίμησις ab Antiph. dicitur Or. XIV. p. 92. *Spanh.* Solebant in iudiciis poenam definire, quae maneret eum, qui victus foret. Sic in ridiculo duorum canum iudicio Veſp. 901. *Bergl.* V. Sam. Petitum de Legibus Att. p. 336. [p. 424. ſ. ed. Weſſ.] qui locum hunc Comici illuſtrat. *Kuſt.*

481. ἐάν γ' ἁλῷς *ſi quidem cauſa cecideris*, ſi victa fueris; nam ἁλῶναι proprie eſt, *ſiuiſſe ſe capi*, a Praeſ. ἅλωμι, pro quo ἁλίσκω dicitur, ſed Aor. 2. Act. in verbis in μι deſinentibus habet vim Mediam, h. e. *captum eſſe*, *victum eſſe*, et eſt verbum bellicum, vt alia huius generis translatum ad forum, *inferiorem diſceſſiſſe e iudicio*.

---

q) Add. *Matthiae* in diſſ. II. de iud. Athenn. Miſcell. philol. Vol. I. P. III. p. 272. ſ. Parum recte et perſpicue de poena *quae a litigantibus* ſtatuebatur, dixit *Girard.*

r) Contra, Matthiae l. l. p. 273. ſtatuit, in cauſis priuatis mulctam lege fuiſſe conſtitutam.

Eiusdem modi verbum eſt ἡττᾶσθαι· nam ἡττᾶσθε contractum eſt ex ἡττάησθε *s)*· quod refertur propr. ad v. νικᾶν valetque *vinci, victum discedere;* in foro, *cauſa cadere, perdere litem.* Theophr. char. 1, 1. ἡττᾶσθαι ſimpliciter, ſed 11, 2. ἡττᾶσθαι δίκην. καλῶς λέγεις eſt vox aſſentientis et approbantis alterius orationem, *recte.* παθεῖν referendum eſt ad *poenam corporis*, ad *mortem* (v. Plat. Apol. 26. init. ibique nos), vt ἀποτῖται ad *mulctam* pertinet. Senſus: ſi vos litem perdideritis, eamdem vos poenam pendere debetis, qua mihi litem aeſtimaueritis. *Fiſch.*

482. ἐὰν ἡττ. Sic codd. [etiam Doru.] et vett. edd. In recentioribus [quae ex Porto hoc hauſerunt, teſte Hemſt.] metro claudicante, ἄν. Illud iam repoſuerat Hemſterhuſius. *Brunck.* Reiskius quoque aut γ' ἐὰν ἡττ. aut κᾆν ἡττ. reponi iuſſerat. αὐτὸ, ἐὰν cum Schol. vel α. γ' ἐὰν cum Scalig. legi etiam voluit Ducker.

483. Senſus: *putasne, quaeſo, ſatis eſſe, ſi litem aeſtimauerimus viginti mortibus*, i. e. hoc ſupplicio, vt victa moriatur vicies, viginti mortis generibus afficiatur. Εἴκοσι θάνατοι cadunt in eum, qui non ſemel ſed vicies necatur, vt Plat. Apol. Socr. 17. πολλάκις τεθνάναι, et Aeſch. Socr. 3, 12. ἡ ἀπότευξις θανάτων μυρίων χείρων h. e. grauior quam mors ſexcenties repetita, i. e. longe acerbiſſima. Ex quo intelligitur, formam illam loquendi tum Atticis fuiſſe admodum familiarem, quum dicere vellent, aliquem ob inſignem improbitatem dignum eſſe, qui variis mortis generibus afficeretur, vt Sen. de Clem. 1, 18. *mille mortibus dignus. Fiſch.*

484. ταύτῃ γε h. e. Paupertati quidem, nempe ἱκανοὶ ἔστονται, i. e. ἀρκέσουσιν εἴκοσι θάνατοι. δύο μόνω ſc. θανάτω, et ἀποχρήσουσιν eſt ἐξαρκέσετον (v. Heſ. in ἀπόχρη): vtrique noſtrum vnum mortis genus ſufficiet *t*). *Fiſch.* Cod. Doru. -νῶν· ἡμῖν, συνίζησις, v. ad 467. et H. Steph. p. 13. Tract. de Orthogr., quem Adnot. in Schol. praefixit. *Hemſt.*

---

s) Id non probabile neque neceſſarium eſt.

t) Lepide ita corrigit Plepſidemi orationem Chremylus.

485. οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντ' i. e. *effugere non poteritis, quin hoc patiamini,* scil. mortem *v*). πράττειν enim hic poni pro πάσχειν vel ἀποθανεῖν, recte ad h. l. monet vetus Schol. Simili sensu vox ea capitur Eurip. Or. 537. θυγάτηρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἔπραξεν ἔνδικα *x*), *filia mea mortua passa est iusta,* vel *filia mea occisa meritam luit poenam.* Idem Herc. Fur. 727. πρευδόκα δὲ, δρῶν κακῶς, κακόν τι πράξειν. Nam et hic πράττειν manifesto ponitur pro πάσχειν. Sic ἐργάζεσθαι ap. eundem Tragicum Hippol. 794. vbi μῶν — εἴργασαι νέον; κατ' εὐφημισμὸν dictum est pro, μῶν ἀπέθανε; v. Nos supra ad 311. *Kust. Non poteritis effugere, quin morte mulctemini.* Eurip. Or. 930. Οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν θνήσκοντες, ἢ γυναιξὶ δουλεύειν χρεών; qui locus valde est similis Aristophaneo. *Bergl.* πράττειν poni pro πάσχειν insuper mihi adstruere liceat ex iis, quae ad Aeschylum meum pridem eam in rem notaueram, et luculento quidem antiquissimi illius ac Ἀττικωτάτου Tragici testimonio. Nempe Agam. 1295. vbi a Cassandra dicitur: Ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἴλιον πόλιν Πράξασαν, ὡς ἔπραξεν Troiam *passam* ea quae *passa* est, seu, *excisam* prout est *excisa;* non, vt ibi Stanleius: *agentem, sicut egerit,* vbi de patriae suae calamitate et excidio est Cassandrae sermo. Immo quod ex alio adhuc huius Comici loco, et quem similiter non adsequutus est interpres, liquebit Ran. 761. τί δὲ πολλὰ πράττων; *etiamne* (*laetaris* nempe) *vbi graui calamitate premeris?* non, vt absurde vertitur, *quum es curiosus;* quod ibidem docere poterant Scholia. Sic Eurip. Androm. 462. καὶ σὺ γὰρ πράξειας ἄν, *quia et tu potes in aduersam fortunam* (de qua in superiore versu fit mentio) *incidere.* Sic πρᾶξις pro *calamitate* Aesch. Prom. 694. πέφρικ' εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς, vbi male rursus per negotium voc. πρᾶξις reddit interpres. Quo sensu idem voc. adhibuerat quoque Sophocles Trach. 215. *y*). Τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὑτοῦ σκοπῶν Πρᾶξιν κ. τ. λ. *suam respiciens miseriam.* In quibus duobus locis πρᾶξις ab Atticis scriptt.

---

v) φθάνειν in Opt. praecedente negatione et part. ἂν est Lat. *non effugere quin,* vt Lucian. οὐκ ἂν φθάνοις ὠνησάμενος. *Munt.*

x) Hunc loc. laudat etiam *Bergl.* et Schol. ibi, atque Barnesii indicem secundum in Eurip. iubet conferri.

y) Immo 152. f. ed. Erfurdt. f. 155. al.

pro δυσπραγία, vti ea vox ap. Heſ. legitur ſ. δυσπραξία vt Aeſch. Prom. 965. τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν, *meam miſeriam.* Sic πράττειν pro ἀποθανεῖν Soph. Oed. Col. 1779. ἔπραξεν οὖν, ἔπραξεν, οἷον ἤθελε. Frequentius vero iidem Tragici vſi eam in rem (pro, *mori* vel *interfici*) verbo compoſito διαπράττω vel διαπράττομαι, vt Aeſch. Choëph. 880. οὐχ ὡς ἀρῆξαι ἀνδρὶ διαπεπραγμένῳ, vbi Schol. διαπεπρ. τῷ σφαγέντι, vt ei. dram. v. 1008. συγερῷ θανάτῳ διεπράχθης, et Perſ. 517. διαπεπραγμένου στρατοῦ (*caeſi exercitus*). Alia in hoc verbo exempla ſuppeditabit Euripides Ion. 353. Hel. 864. et 1193. atque alibi. Notum autem Atticis ſimplicia pro compoſitis paſſim vſurpari. Sic ἐργάζομαι eodem ſenſu quo πράττειν pro *pati* ſumi alicubi ab Eurip., obſervat Kuſterus, pro quo alibi apud eumdem Tragicum, vt alios vett. auctores mittam, adhibentur verba compoſita διεργάζομαι, vt Heracl. 175. vel ἐξεργάζομαι vt Hel. 1004. aut κατεργάζομαι in eod. dram. 106. Mitto alium adhuc et peculiarem vſum apud Atticos verbi πράττειν pro, *prodere*, vt Thuc. 4, 110. et Schol. ib. *Spanh.* τοῦτο πράττειν eſt, *necari ſe ſinere*, *iubere*. Nam τοῦτο pertinet ad verba Chremyli νῷν δὲ δύ' etc. φθάνειν propr. eſt *anteuertere*, *occupare*, vt 685. 1103. ſed verbis aliis iunctum habet vim Aduerbiorum *prius*, *ſtatim*, *continuo*, vt h. l., vbi ſenſus: *quin vos ſtatim necari vos iubetis:* cui loco ſimiles loci ſunt v. 875. 1134. Xen. Mem. 2, 3, 11. 3, 11, 1. Cebet. tab. 5. Scilicet Paupertas, emiſit iſtam vocem, quia putabat, veritatem ab ipſa ſtare, quia confidebat, ſe ſuperiorem diſceſſuram eſſe, ita vt appareret, ipſam eſſe hominibus omnium bonorum parentem z). *Fiſch.* Non obſcurum eſt, Scholiaſten legiſſe πράττοντες· ex quo ſimul conſequitur, talem in eius libro integri verſus exſtitiſſe ſcripturam: οὐκ ἂν φθ. τοῦτο πράττοντες· τί γ' ἄν — Senſum quemadmodum intellexerit, expendemus in Adnotationibus. Lectionem impreſſam tuetur cod. Doru., niſi quod in eo ſit mendoſe: Ἔχει et ἀντιπεῖν, addito, ἡνίκα ἡττηθῇ· vnde liquet, in quam mentem verſuum iſtorum ab eo percepta fuerit ſententia. Neque tamen eo minus intricatum in hisce quiddam obſeruare mihi videor; non

z) φθάνοιτε e Rau. edidit *Inu.* pro vulg. φθάνοιτον quae ſane illius ſcripturae correctio videri poteſt, facta ab eo qui Dualem Part. cum verbo plurali recte coniungi non poſſe exiſtimaret.

quod me moueat ἂν geminatum in eodem orationis membro (ſaepius enim id fieri ſolere, conſtat, et pluribus exemplis docuit H. Steph. App. de D. A. p. 187.) ſed quod verba ſic videntur fuiſſe componenda, vt altera pars aeque ſpectaret ad Chremylum et Blepſidemum, atque prior: hoc autem conſequemur, ſi leui manu reſingere liceat: — ἢ τί γὰρ Ἔχοιτον ἂν δικ. ἀ. ἔτι; *Hemſt.* At nec vulg. lectio verba illa alio quam ad Chr. et Bl. referri patitur. Nam *quid habuerit quis, quod opponere mihi recte poſſit?* in tali orationis contextu idem eſt quod: *aut habetis vos,* habet alteruter veſtrum, *quod afferatis, ad defendendam cauſam veſtram?* vnde etiam Chorus iubet ſenes contra dicere, et Chremylus inſtituit cauſam dicere, adiuuante Blepſidemo. *Fiſch.* Vulgo poſt ἔτι poſitum erat punctum, vnde Bergl. reddidit: *alioquin aliquis habebit a)* etc. addidit autem hanc notam: „poteſt etiam interrogatiue accipi: *an quidquam quis iam habet, in quo mihi contradicere iure poſſit?* Siue ita: *Aut, quid iuſti poſſit aliquis habere, quod mihi opponat contradicendo?* Ita autem Ed. Iuntae, Farr. et Brub. ἢ τί γ' ἂν. Sola Aldina, ἢ τί γ' ἂν, quod iam non eſt interrogatiuum." In recentt. edd. omnibus (praeter Munt.) legitur interr. nota, et Hemſt. coniecturam *Brunck.* ne memorauit quidem.

486. Part. ἂν ſaepe in vno eodemque orationis membro geminatur, vt ab aliis ſcriptt. Atticis, ita maxime a Plat., Xen. et Ariſtoph. v. Gregor. de Dial. p. 18. ibique Koen. et nos ad Plat. Apol. 24, 2. ἀντειπεῖν vſurpatur, maxime in foro et iudiciis, de reo, accuſatoris argumenta refellente, aut de accuſatore reo reſpondente. v. Luc. 21, 15. Act. 4, 14. δίκαιον dicitur *quidquid valet ad defendendam et confirmandam cauſam, adiumentum cauſae, argumentum, ratio.* Sic τὰ δίκαια Xen. Cyr. 3, 1, 8. Theophr. Char. 17, 3. et *iuſta* Ter. Phorm. 2, 1, 50. *praeſidia* Cic. Or. 2, 76. *Fiſch.*

487. Actus ſecundi ſcena quinta vulgo hic conſtituitur, ſed a Francog. interprete hoc non factum eſt, immo

---

a) Praeeunte Girardo, qui et ipſe ambiguitatem interpunctionis animaduertit. Alterum ἂν (cum ἔχοι iungendum) idem monet eſſe δυνητικόν, alterum παραπληρωματικόν.

continuatur superior scena. Praefixum vulgo: *Τετράμετροι καταληκτικοί, Ἀναπαιστικοί. Ἀριστοφάνειοι b).*

χρῆν pro *χρή*. Nam agricolae senes, qui constituunt chorum, verebantur, vt Chremylus id faceret. v. v. 406. et ad Plat. Apol. 1, 5. *ὑμᾶς* Chremylum et Blepsidemum. *λέγειν σοφόν τι* est, *afferre rationes solerter admodum et acute excogitatas*, *ἐν τοῖς λόγοις ἀντιλέγειν oppugnare* orationem alterius *rationibus*, *contra disputare*. Sensus: iam vero oportet vos istam oppugnare rationibus docte et solerter excogitatis, vt vincatis (eam omnium malorum hominibus esse parentem). In libris scriptis [etiam Doru.] et editis est *ἀντιλέγοντες*, vt cohaereat cum *νικήσετε*. sed schol. legit *ἀντιλέγοντας*, quod penderet a *χρῆν*. Quae scripturae varietas ipsum loci sensum non mutat. *Fisch.* In vulg. tamen scriptura faciliorem esse orationis cursum monet *Hemst.*

488. *μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν.* Male Frischlinus: *neque quicquam admiscete iocosum.* Sensus est: *acriter ei obsistite minimeque ei cedite.* *ἐνδιδόναι* vel *ἐνδοῦναι* proprie significat, *tradere*, *porrigere*, *praebere;* vt *ἐνδοῦναι ἀφορμὰς* Eurip. Hec. 1239. *praebere occasionem* vel *facultatem aliquid faciendi*, *ἐνδοῦναι λαβὴν ansam praebere* etc. quarum et similium phrasium exempla Lexica vulgata suppeditabunt. Deinde *ἐνδοῦναι* saepissime est, *remissiorem se praebere*, vel *cedere*, vt *ἐνδοῦναι τῇ ἡδονῇ*, vel, *πρὸς ἡδονήν, voluptati cedere*, s. *succumbere c);* cuius significationis metaphoricae nondum vllus, quod sciam, Lexicographorum claram et perspicuam rationem reddidit. Dico igitur, huic loquendi generi subesse ellipsin, subintelligique debere *μαλακόν τι* vel *μαλθακόν τι*, vt integra phrasis sit *d)*, *ἐνδιδόναι τινὶ μαλακόν τι*, i. e. proprie, *molle quid*

b) De quo metri genere Fisch. laudat Hephaest. de Metr. p. 25. f. Eum emendauit Hermann. de Metris p. 297. f.

c) Vt ap. Caes. b. Gall. 2, 8, 3. verba *non inferiores esse*, Metaphrastes gr. vertit: *οὐκ ἐνδιδόναι.* Timaeus Cl. Plat. [p. 101. vbi v. Ruhnk.] *ἐνδοῦναι· πρoδοῦναι, παραδοῦναι, ἢ καὶ εἴξαι.* Cf. Reiz. ad Luc. p. 765. T. I. *Fisch.*

d) Probauit hanc a Kust. sumtam ellipsin Leisner. ad Bos. de Ell. p. 265. sed recte monuit Schaefer. simpliciorem esse rationem, vt, vbi absolute *ἐνδιδόναι* ponitur, subintelligatur *ἑαυτόν.*

et remiſſum alicui praebere, quaſi dicas, *molliorem et remiſſiorem anſam alicui praebere*, vel, quod idem eſt, *ſe ipſum mollem et remiſſum alicui praebere.* Id autem qui facit, alteri cedit, nec cum eo pertinaciter contendit. Integra phraſis praeter h. l. occurrit etiam Eur. Hel. 515. ἢν δ' ἐνδιδῷ τι μαλθακόν, i. e. ſin autem humanum et mitem ſe mihi praebuerit. Item Herodot. Thalia [Lib. III.] c. 105. *c)* τὰς δὲ θηλέας ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν, *minime lentas ſe praebere*, ſed contento curſu ſemper pergere. *Kuſt.* Futurum ἐνδώσετε habet vim Imperatiui, *non cedite. Fiſch.*

489. Ordo verborum eſt: ἔγωγε οἶμαι γνῶναι, τοῦτο φανερὸν εἶναι πᾶσιν ὁμοίως, h. e. *equidem videor cognouiſſe, conſtare aeque omnibus. Bergl.* et *Fiſch.*

490. δίκαιόν ἐστι *aequum eſt*, vt Eph. 6, 1. οἱ χρηστοὶ τῶν ἀνθρώπων *f)* ſunt propr. *homines frugi, vtiles*, deinde *probi, ſancti*, qui v. 495. dicuntur οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων. εὖ πράττειν eſt, *florere opibus et diuitiis g)*; nam opponitur formulae κακῶς πράττειν 504. quae refertur ad v. πλουτεῖν 502. *Fiſch.* Similis ſententia ap. Eurip. Hec. 890. πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε Ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ καὶ πόλει· τὸν μὲν κακὸν Κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν. Apud eundem in Ione extat haec diuina ſententia drama concludens: ὅτῳ δ' ἐλαύνεται συμφοραῖς οἶκος, σέβοντα δαίμονας θαῤῥεῖν χρεών· εἰς τέλος γὰρ οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων· οἱ κακοὶ δ', ὥσπερ πεφύκασ', οὐποτ' εὖ πράξειαν ἄν. *Bergl.*

491. Solenne poëtis Atticis, vt ἄθεοι dicantur de magno aliquo ſcelere conuicti, et quos inde dii grauiter puniunt: quod poſtremum ad Soph. Oed. Tyr. 676. monent veteres Critici. Sic Oreſtem matricidam et inde a Furiis exagitatum Aeſchylus Eumen. 151. ἄθεον ἄνδρα vocat, de Clytaemneſtra vero, eius matre, mariti homicida, ipſe

---

c) vbi cf. Valcken. qui Elsner. in Sched. Crit. p. 9. f. laudauit. Ex Thucyd. (vbi ἐνδιδόναι ſimpl. poſitum frequenter occurrit) *Blunt.* laudat: ὡς εἶδεν αὐτοὺς ἐνδόντας, οὐκέτ' ὑπέμειναν.

f) De Genit. hoc partitiuo monuit Girard. et ex Latino vſu dicendi illuſtrauit.

g) Omnino valet, *felicem, beatum eſſe.* v. *Eckard.* Obſſ. p. 38.

reſtes de ſe apud eumdem Choëph. 805. *κακὴν γυναῖκα καὶ ἄθεον κατακτανών*. Sic de eadem ad Electram eius filiam oph. Electr. 23. *ἀθεωτάτης μητρὸς ſceleſtiſſimae matris*; similiter de vxore Deianira, a qua letale vulnus acceerat maritus Hercules ad Hylium, vtriusque filium ap. oph. Trach. 1055. *μήτηρ ἄθεος*. Quo ſenſu alioquin *δύσεος γυνὴ* de eadem Clytaemneſtra Aeſch. Choëph. 44. et ibi *δύσθεος πατὴρ* de Atreo Agam. 1598. Mitto iam quae e vocc. *ἄθεος* et *ἀθεότης* a gentilibus de Chriſtianis eorumue religione olim dicta, eoque nomine a Iuſtino Mart., thenag., Clem. Alex. aliisque irriſa olim et exploſa priem ad Iuliani Caeſares monui *h*). *Spanh.* *ἄθεοι* ſunt rimum ii, qui deum eſſe negant, qui vim numenque dinum tollunt; deinde impii aduerſus deum; ſcelerati, *σεβεῖς*. v. Elsner. ad Eph. 2, 12. Opponuntur enim iis, *τὰ θεῖα σέβοντες*, h. e. *εὐσεβεῖς* religioſi, pii aduerſus deum. *ούτων τἀναντία* h. e. *κακῶς πράττειν*, *pauperes*, *inopes eſſe*. *ήπου* additur, vt Lat. *ſcilicet*, *nimirum*, *credo*, vt 497. 19. 523. *Fiſch.*

492. *μόλις* eſt *vix*, *vix tandem*. *ὥς τε γενέσθαι* cohaet cum *τοῦτ' ἐπιθυμοῦντες*, et *τε i*) eſt particula *παραπληρωματική*, ita vt *ὥς τε* idem ſit quod *ὡς*, vt *οἷον* et *οἷόν τε* ditur, quae eſt Schol. obſeruatio. *Fiſch.*

493. Discrimen inter *βούλευμα conſilium priuatum* t *βούλημα conſilium publicum*, hic in Schol. tangitur, t firmatur continuo Sophoclis auctoritate, apud quem in riſcis eius codd. reperiatur: *Βούλημα ὡς ἐν Ἀργείοις*, non *βούλευμα k*). Infra quidem Auu. 163. *Τὴ μέγ' ἐνοῷ βού-*

h) Add. *F. Gu. Sturz.* Obſeruatio philol. de nomine *ἄθεος* in Commentar. Soc. phil. Lipſ. Vol. II. P. I. p. 64—72., multo illa vberior. Girard. exiſtimat, *ἀθέων*, qui tamen generali voc. *πονηροὶ* comprehendebantur, ſeparatim eſſe mentionem factam propter Socratem, qui peſſime apud Athenn. audiuerit, quod patrios deos contemneret. Parum probabiliter. Erant certe alii tum rectius *ἄθεοι* dicti, vt Diagoras Melius.

i) Nimirum ſcriptum olim in Kuſt. Bergl. Hemſt. Fiſch. etc. *ὥς τε* (ſeparatim), ſed Br. et Inu. *ὥστε* dederunt. Recte, et *ἐπ. ὥστε τοῦτο γ.* dictum eſt pro *ἐπιθ. τοῦτο γενέσθαι*. *μόλις εὕρ.* cum *βούλημα* etc. iungendum eſt.

k) Aiac. 44. vbi etiam Musgrau. habet *βούλημα*, ſed Brunck. *βούλευμα*.

λευμ' ἐν ὀρνίθων γένει, vbi *βούλευμα* non de priuato sed d *publico* Auium *consilio* dicitur. Quam caeteroquin vo cem pro *priuatorum consiliis* s. *cogitationibus* adhibui Aeſch. Prom. 1014. τῶν φρενοπλήκτων βουλεύματα, et ipſ Sophocles Oed. Tyr. 44. 455. τὰς ξυμφορὰς τῶν βουλευμά των conſiliorum euentus prudentibus quam maxime re ſpondere. Ap. Pollucem vero l. VI. c. 38. p. 179. inte priuata crimina *βούλησις φόνου consilium caedis*, et paull poſt *βούλημα* et *βούλευμα* promiſcue referuntur, nullo in ter ea voce. discrimine. Alibi δίκη καὶ γραφὴ βουλεύσεω *actio et crimen inſidiarum*: prout *βουλεύειν* pro *inſidiar* (ἐπιβουλεύειν) a Iuliano dicitur Orat. 1. p. 26. Adde, pro miſcue alibi ab Ariſtophane ſumi *βούλημα* et *βούλευμα* vtrumque nempe de *priuatis conſiliis*, prius Aun. 994 τίς ἰδέα βουλήματος; poſterius Nubb. 1023. δεινῶν δὲ σο βουλευμάτων ἔοικε δεῖν. *βουλεία* autem infra Thesm. 816. non de *conſilio*, vt ibi interpres, ſed de *conſiliarii* s. *ſe natoris munere* dicitur, vt *βουλευτὴς* de *ſenatore* paſſim, et *βουλεύειν ſenatorem eſſe*, de Socrate Xen. Mem. 1, 1. [§. 18. 1, 2. 35.] ſeu *ſuffragium ferre* in iudiciis et con cionibus, vt apud oratores Atticos. Andocid. Or. 1. p. 209. εἰπεῖν δὲ ἐν τῷ δήμῳ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς, οὐδὲ βουλεῦσαι. Demoſth. adu. Eubulid. p. 707. *βουλεύων, ὦ ἄνδρες δικασταί, et quum ſenator eſſet* etc. Inde, inquam, *βούλευμα* potius, quam *βούλημα*, de *conſilio publico* dicendum videretur. *Spanh.* Differentia illorum vocabb., quam Schol. ſtatuit, ſaepe negligitur. *βούλημα* eſt ratio, qua quid effici poteſt, h. l. qua boni et probi fieri poſſunt diuites, mali et improbi pauperes. Chremylus vocat *καλὸν honeſtam* rationem, quia legibus naturae conſentanea eſſe videtur, *γενναῖον gene roſam*, *fortem*, vel quia declarat humanitatem, bonis et malis tribuere ſortem dignam, vel quia index eſt forti tudinis; (nam Iupiter Plutum orbarat oculorum lumini bus, quae ei reddere non carebat periculo; *γενναῖος* autem refertur ad *δειλὸς* idemque eſt quod *ἀνδρεῖος*, fortis; v. Ind. Aeſch. Socr.); *χρήσιμον εἰς ἅπαν ἔργον* (*omnino vtilem*, vt 2 Tim. 2, 14. *εἰς οὐδὲν χρήσιμον*), quia diuitiae bonorum impulſurae erant malos, vt et ipſi amplecterentur virtutis ſtudia, eaque res vtilis futura erat vitae hominum omni. *Fiſch.*

494. s. *περινοσεῖν oberrare*, eſt, ſaepius regredi illuc vbi antea fueras (cf. 121.) ὡς (h. e. *πρὸς*) *τοὺς ἀγαθοὺς in*

les bonorum, vid. 89. 97. Act. App. 11, 3. et 12. De ma Fut. βαδιεῖται ad v. 90. et Moeris V. Βαδιοῦμαι. ἀποψει *inde*, ex eorum aedibus, *discedet*.

496. f. Senſus: et *tum* Plutus, ſi coeperit intrare norum, non item malorum domos, ſi mali viderint, dias eſſe virtutis praemia, omnes malos reddet bonos et s, atque etiam diuites, vt opinor *l)*. Verba τά τε θεῖα . cohaerent cum vv. χρηστοὺς ποιήσει, opponunturque ἀοις. Actiuum σίβειν eandem vim habet, quam Medium on Paſſiuum, vt Schol. et Stephanus perperam tradunt) βεσθαι *m)* apud ſcriptt. poſteriorum temporum. Verba πλουτ. δήπου, quae et ipſa ad χρηστοὺς pertinent, in patheſi poſita exiſtimanda ſunt. *Fiſch.*

498. τούτου. Manus prima dederat in cod. Doru. τοῦ- adiecta inter verſus explicatione τὸ πρᾶγμα· abſonam metro contrariam lectionem alius deinde correxit. *mſt.* καί τοι *atqui, iam vero.* Eſt enim h. l. illa partia et *illatiua* (colligit enim Chremylus aliquid ex antea tis) et *aduerſatiua* (nam oratio Chremyli aduerſatur orani Paupertatis). Senſus: nihil reperiri et excogitari vlmodo poteſt melius et hominibus vtilius eo, vt omnes nt et ſint boni et pii atque adeo diuites. Vtitur autem remylus interrogatione, eaque graui, quo magis oſten-, rem veriſſimam eſſe et certiſſimam. *Fiſch.*

499. Οὔ τις ἐγὼ *n)* — Reuocaui ed. *Ald.* lectionem, qua et ſenſus et numeri egregie procedunt; eamdem inent, quae fere nusquam ab illa deflectunt, ed. *Ph.* *nt.* et *B. Crat.* item *Farr.*, magnum addit momentum ri Vat. Vrb. fides. Portus, quem L. Bat. atque Amſt. nor ſequi ſolent, et Kuſter. poſt Οὔτις part. ἄν ſubiecent, quam tamen Kuſt. eſſe delendam monuit *o)*. Ve-

---

l) Eodem modo ſenſum expoſuit etiam *Bergl.* add. *Girard.*

n) Cf. Eckard. Obſſ. p. 39.

o) Blepſidemus Paupertatis, quam interrogari a Chremylo putauit, reſponſioni praeuertit. *Münt.*

m) *Bergl.* deleuit, et in Ald. Iunt. Farr. Brub. deeſſe, ipſe etiam monuit. *Ducker.* autem ita interpunxit: οὔτις ἄν.

rum in Fl. Ed. *Ben. Iunt.* et *B. Gel.* ſcriptura non parum diuerſa proſtat: Οὐδεὶς ἂν ἐγώ σοι τούτου μάρτυς. μὴ ταύτην γ' ἀνερώτα *p)*. Facinus agnoſco *Fracini*, qui, quum in vetuſto volumine eiusmodi lectionem offendiſſet, qua lem exhibet cod. Doru. Οὐδεὶς ἂν ἐγώ σοι τοῦτο (vitioſe pro τούτου) μάρτυς. μηδὲν ταύτην ἀνερ., legi metricae ſatis conſuitum putauit, ſi pro μηδὲν ſcriberet μὴ, neque, numeratis ſolum pedibus, animaduertit eo pacto ſe verſus Ariſtophanei caeſuram iugulaſſe. Potuiſſet commodius, ſi vllis quicquam mutandi foret neceſſitas, expulſo σοὶ, Οὐδεὶς ἂν ἐγὼ τούτου μάρτυς· μ. τ. γ' ἀ. *Hemſt.* Eius textum ſequutus eſt *Br.*, ſed contra metri leges *Inu.* e duobus ſuis codd. dedit: Οὐδείς. ἐγὼ σοι τ. μ.· μηδὲν τ. γ' ἀ.

τούτου, nempe, nihil ſalutarius hominibus eſſe, quam vt omnes fiant boni, atque diuites. μάρτυς. Nam Chremylus loquitur, vt reus (480. ff.) qui teſtes producere debebat. ἀνερωτᾶν i. q. ἐρωτᾶν v. Schol. et Proluſſ. de Vit. Lex. N. T. p. 123. ſ. *q)*. *Fiſch.*

500. ſ. ὡς *r)* — διάκειται, *vti nunc nobis hominibus vita eſt*, h. e. ita viuere, vti nunc viuimus. μανίαν eſt *inſania*, veſania, et quum ἔτι μᾶλλον (immo, vel potius) corrigat atque adeo augeat orationem, apparet, κακοδαιμονίαν h. l. non eſſe *miſeriam*, vt Friſchl. vertit, ſed *furorem*, vt recte interpretatus eſt Bergl. *s)*. Sic κακοδαιμονᾷ

[vt iam in Kuſt. ed. interpunctum] ἐγώ σοι τούτου μάρτυς· μηδὲ ταύτην γ' ἀνερώτα. Non conſtare autem verſum monet, quum ante τούτου duo abſolui pedes debeant. Quum autem lectionem vett. edd. ignoraret, coniecit ſcribendum eſſe: οὐδεὶ (quod in aliis eſſe notat Gir.) ἂν. ἐγὼ τούτου — vel οὐτις. ἐγὼ σοι τ. Prior coniectura ipſi magis probatur, quum repetitio part. ἂν non incongrua ſit.

p) Eamdem ſcript. ex Flor. et Baſ. aſſert Kuſt., ſed γ' ante ἀνερ omittit.

q) In loco ſimili Ran. 1038. occurrit verbum ſimplex: μὴ τοῦτο ἐρώτα. *Bergl.* Scripturam μάρτυς, non μάρτυρ, illuſtrat *Eckard* p. 40.

r) Rectam hanc ſignificationem part. ὡς *(vt)* dicit *Gir.*

s) Fortaſſe μανίαν dicit *inſaniam*, quae hominibus quandoque accidit e vitio corporis, κακοδαιμονίαν quae a malo genio homini infertur. *Gir.* [Ita ſuperſtitio illius aetatis etiam interpretationem vett. ſcriptt. corrupit.]

372. poſtponebatur verbo μελαγχολᾶν v. 366. γὰρ referri debet ad orationem Chremyli v. 498. *Fiſch.* Heſych. κακοδαιμονίαν, ἀτυχίαν, et quae proinde opponitur εὐδαιμονίᾳ, *felicitati.* Antiphon Or. XIV. p. 127. ἠλλάξαντο μὲν γὰρ πολλῆς εὐδαιμονίας πολλὴν κακοδαιμονίαν. Δαίμων nempe (de quo iam ad 396.) i. q. τύχη, *fortuna, ſors*, inde κακοδαίμων, βαρυδαίμων, δυσδαίμων de *infortunato* ac *miſero*, et κακοδαιμονεῖν, βαρυδαιμονεῖν pro, *infelicem* eſſe ac *miſerum. Spanh.*

503. αὐτὰ intelligendum relinquit χρήματα, quod nomen abſtruſum euolui debet ex praeced. πλουτοῦσι, de quo loquendi more alibi dicemus amplius. Sed quia perraro apud Comicos α neutrorum pluralium, etiamſi duplex conſona ſequatur, produci ſolet, conſiderandum eſt, an praeferri conueniat αὐτόν, cui facillime ſulcrum ex eodem illo v. πλουτοῦσι ſupponas, πλοῦτον. *Hemſt.* Coniectura mihi videtur, quia poëta alterum numerum et genus praetuliſſe cenſendus eſt, ne tot conſonantes concurrerent, neue idem ſonus ο repeteretur *t)*. Pronomina autem ſaepe ita ponuntur, vt referri debeant ad nomina, quae cogitentur, vel qua originem vel qua poteſtatem, in vno quodam eorum verborum quae praecedunt, v. ad Aeſch. Socr. 2, 1. Ita Ioh. Euang. 8, 44. αὐτοῦ intell. ψεύδους e voc. ψεύστης. Gal. 2, 2. αὐτοῖς ξυλλέγεσθαι (Med.) dicuntur qui ſibi aliquid colligunt. *Fiſch.* ἀδίκως. Infra 755. οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι. *Bergl.*

504. πράττειν κακῶς eſt 1. aduerſa fortuna vti, miſerum eſſe, 2. *inopem, pauperem* eſſe, carere rebus ad vitam neceſſariis. Idem declaratur verbo πεινᾶν, nam qui victu caret, eſurit. cf. Luc. 1, 53. 6, 25. μετὰ — σύνεσιν *tantum, vt plurimum, verſantur. Fiſch.* In cunctis Edd. fuit πεινῶσι, primus Kuſterus, vt verſui labanti ſubueniret, recte dedit πεινῶσιν· literam h. l. neceſſariam comprobat cod. Doru. *Hemſt.* Sequuti ſunt Br. et Inu.

505. f. [Vulg. ſcriptura fuit: Οὐκοῦν εἶναί φημ', ἢ παύσει ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος, Ὁδόν, ἥν τιν' ἰὼν τοῖς ἀν-

t) Sermo magis reſpicit ſententiam quam verba. πλουτοῦσι enim idem eſt ac ſi dixiſſet: χρήματα συλλέγουσι. *Duck.* πολλὰ pro αὐτὰ coniecit *Reiskius.*

ἀνθρώποις ἀγαθὸν ἂν μεῖζω παρίσειεν.] Ordo eſt: φημὶ εἶναι ὁδὸν ἣ παύσει ταῦτα, ἤν τινα ὁ Πλοῦτος ἰὼν πορίσ. ἂν μείζω ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις v). Demoſth. c. Timocr. [p. 701. extr. T. I. R.] εἰ κατορθώσειεν ἐκεῖνος, ἣν ἐπ' ἐμ' ἦλθεν, ὁδόν. Noſter Lyſ. 834. ἣν ὀρθὴν, ἥνπερ ἐρχῃ, τὴν ὁδόν. In iſtis locis via ſignificat *rationem* et *modum agendi*. *Bergl.* Nullus in vtroque verſu, quod iure quis miretur, edd. eſt diſſenſus, ne codex quidem Doru. quidquam innouat, niſi quod ibi pro ταῦτ' ſeparatis voculis inueniam τ' αὖτ'. Illud etiam vt intelligatur, quo ſpectet παύσει, ſuperſcriptum: τοῦ εὐτυχεῖν τοὺς κακούς. Quum numeri pedesque modulate ſatis decurrant, quid aliud ex Scholl. vno, qui verſum κακόμετρον, ἐν ἐνίοις δὲ ἄμετρον praedicat x), colligendum exiſtimes, quam vett. membranas, eas certe quas ille tractauerat, inter ſe diſcordes multum ab hodierna lectione abiiſſe? in qua ipſa adeo non explanate connectitur orationis ſeries, vt ab emendatione petendum eſſe remedium ſtatuerit *Bentleius*, hunc in modum refingens: „Οὔκουν εἶναι φημ' (ἣ παύσει ταῦτ' ἦν βλ. π. ὁ Πλ.) Ὁδόν, ἥντιν' ἰὼν etc. *Non eſt igitur via alia, quam quis infiſtens maiora bona mortalibus acquirat: quae quidem via finem his rebus ſtatuet, ſiquidem Plutus viſum receperit.* Οὔκουν negatiuum: οὐκοῦν affirmatiuum.“ Quod vt minime diffiteor ingenioſe cogitatum, ſic fraudi tamen mihi fore non ſpero, ſi quid in mentem attentius rem contemplanti venerit, aperiam. Haud aliter videtur hic Chremylus dicta concluſiſſe, quam ſupra 498. fecerat, quod operam dandam eſſe ſuadet, vt iſtis pari ſententiae tenore praeſens locus proxime reſpondeat. Multum vero intereſt, primae verſus particulae quis accentus imponatur: vtrum οὐκοῦν an οὔκουν efferendum ſit, dubitatum fuiſſe, ex Schol. patet. Vulgatum ſi teneas, non video, quid aliud extundi poſſit, quam: Οὐκοῦν — Ὁδὸν ἥν τις ἰὼν, vbi nihil eſt immutatum, niſi molliendae ſtructurae gratia τις pro τιν', quorſum, opinor,

---

v) Ita etiam *Girard.*: quaeſita nobis eſt via, quae iniquam hanc rerum diſtributionem corrigat et emendet, quam ingreſſus Plutus, ſi videre illi dabitur, multo maiora hominibus afferet bona, quam quae nunc ſunt.

x) Scholiaſtes ille, qui ait κακόμετρον hunc verſum eſſe, videtur ex eorum numero eſſe, quos perſtringit Schol. alius in fine notae. *Duck.*

tendunt vnus et alter Schol.; nam vt ἰὼν ad Plutum referatur, me quidem iudice prorsus alienum est y). Ex his autem sensus orietur fere talis: igitur hanc esse solam aio, si visum tandem recuperet Plutus, quae vitae miserabilis aerumnas finiat, viam; quam quis ingressus hominibus bona maiora contulerit: in quibus, etiam si μείζω acceperis vel maiora, quam quorum ante compotes erant, vel, quod durius, pro μέγιστα, quiddam ita dissipatum animaduertimus ac male cohaerens, vt ab Arist. ingenio limatissimo proficisci potuisse vix credibile videatur. Idcirco cur non experiamur, an paulo liberiore mutandi licentia et sensus Comico dignior obtineri possit et superioribus congruentior? Οὔκουν εἶναί φαμεν, ἢ παύσαι ταυτ', ἢ 'ν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος, Ὁδὸν, ἥντιν' ἰὼν τις ἀνθρ. etc. *Equidem nullum hic, quae prauam humanae vitae perturbationem componat, aliam esse viam, quam si visum tandem recipiat Plutus; quamque aliquis ingressus commodis homines maioribus afficiat.* Priscorum librorum Οὔκουν calculo Bentleii nititur: παύσαι scribendum duxi, vt cum πορίσεις melius quadraret; parum apud me valebit, qui vel sic παύσει potuisse retineri contendet: non alia mihi causa fuit, cur separarem ἢ 'ν, i. e. ἢ ἦν, idque eo magis, quod intellectum ἄλλην, item μείζω, talem medicinam paene flagitarent. Iam porro nihil est facilius, praesertim vbi subiungatur ἀνθρώποις, quam τις conuerti in τοῖς, quod, vt semel irrepsit, part. τε, ne metro noceret, loco cedere fuit coacta. Longe tamen abest, vt eam emendationem, qualicumque specie se commendet, pro vera venditare ausim. Sic enim suspicor, imo ferme exploratum habeo, aliam editionis Pluti primae, secundae aliam ac diuersam fuisse lectionem: vtramque Scholiastae veteres, prout quisque ad Plutum

y) Ita etiam *Ducker.* censuit. „Ait enim (verba Duck. sunt) Chremylus, vnam esse rationem finem faciendi his rebus, si Plutus visum recipiat. Iam vero Plutus ipse eam rationem inire non volebat, nec poterat, sed senes qui cum Penia ea de re litigant. In ἥντινα autem subaudiendum τις (quam viam si quis ingressus fuerit) docent etiam Scholia meliora.“ Recte Duckerum vituperat *Brunt.* Nam Plutus visum recuperare volebat. Francog. interpres reddit: Je conclus donc que si Plutus peut voir un jour, il y a un moyen d' arrêter ces désordres. Et si cela est une fois, il en reviendra à tous les hommes un très grand bien.

vel priorem vel alterum interpolatum commentarios adornabat, explicuerunt: poſtmodum et Scholia ſunt commixta et vtriusque Pluti lectio confuſa peperit Edd. noſtrarum corruptelam; quam ſi quis funditus ſe amoturum putet, nihil agat, niſi integriores veterum adnotationes alicunde fuerint erutae. *Hemſt.* [qui ad Schol. de Scholl. lectt. egit.] IV. mei codd. exhibent οὐκοῦν, non οὔκουν: et v. ſeq. ſuperſcripta textus verbis ὁδ. ἥντ. ἰὼν gloſſa in C. μέθοδον ἥντιν' ἐλθὼν ὁ Πλοῦτος, vnde liquet, non aliter iſta veteribus ac nobis intellecta eſſe. *Brunck.* Mihi omnia ſana et integre eſſe videntur, modo legatur οὐκοῦν et poſt ὁδὸν ponatur coli nota. Ordo eſt: *igitur aio, puto, eſſe rationem, quae huic malo* (nempe quod boni ſunt inopes) *mederi poſſit, ſcilicet hanc, ſi Plutus tandem receperit viſum; quam qui adhibuerit*, qui Pluto viſum reſtituerit, *is comparauerit hominibus*, vitae hominum, *maiora bona et commoda.* Nam quia Plutus tantum bonos ditaturus erat, Chremylus recte ſperare poterat, numerum bonorum poſthac maiorem fore. *Fiſch.* Ex Rau. libri ſcriptura, quam *Inu.* in ordinem recepit: οὐκοῦν ἐ. φ., εἰ παῦσαι τ., ἣν βλέψας π. ὁ Πλ., Ὁδὸν ἥντιν' ἰὼν, τ. ἀ. ἀγάθ' ἂν μ. π., commodus ſenſus exſculpi nequit, certe non is, quem *Inu.* intulit. παῦσαι videtur pro Inf. (loco Med. παύσασθαι) habuiſſe et ſubintellexiſſe θέλομεν aut ſimile quid; ſed quid tum fiet verbis εἶναι φημ'; Vulgata certe quidem, etiam ſi ἰὼν ad Plutum referatur, multo meliorem et faciliorem fundit ſenſum. Fortaſſis ipſa perturbatior oratio ingenio Chremyli magis conuenit. *Hotibius* p. 16. coniecit: „Οὐκ οὖν εἶναι φημ' ἂν πᾶσιν ταῦτ', ἣν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος, Ὁδὸν ἥν τιν' etc. h. e. Non igitur haec futura eſſe omnino arbitror, ſi videat aliquando Plutus, quam viam ingreſſus maioribus homines bonis ſit affecturus. Πᾶσιν, παντάπασιν, πάντως. v. Musgrau. ad Soph. Oed. T. 40. Prius ἂν forte abfuerit Scholiaſtarum exemplaribus vel πᾶσι inuenerunt boni viri pro πᾶσιν: inde ἀμετρίας poſtulatio. Nam ſimilium quidem, qualia ſunt ἂν et ἦ, πᾶσιν et παύσει inter ſe commutatione nihil eſſe frequentius, quis neſcit?“ At βλέπειν de Pluto non eſſe poteſt, niſi *recuperare viſum*, nec facile πᾶσιν in tali oratione ſimpliciter erit *omnino*, et oratio non facilius decurrit, ſententia autem tenuior eſt. Fortaſſis plus in toto loco difficultatis quaeſitum eſt, quam vere ineſt.

507. ſ. Chremylus et Blepſidemus (δύο πρεσβύτα) dicuntur πάντων ἀνθρώπων ῥᾷστα ἀναπεισθέντε οὐχ ὑγιαίνειν h. e.

qui ſe omnium hominum facillime eo redigi paſſi ſunt, vt infanirent, h. e. longe infaniſſimi, quia optimum et hominum rationibus vtiliſſimum id eſſe putant, quod iis perniciosiſſimum eſt. Vnde Paupertas, vt oſtendat ſtultitiae ſenum magnitudinem, vocat eos *ξυνθιασώτα τοῦ ληρεῖν καὶ παραπαίειν*, h. e. *deliros*, ſodales deſipientiae et delirationis. Nam *ληρεῖν* eſt *nugari, delirare*, maximeque de ſenibus dicitur (Zoſ. 4, 18, 4.), et *παραπαίειν* propr. valet *male, perperam ferire, caedere*, in caedendo *aberrare;* (nam *παρὰ* in multis verbis compoſitis valet, *male, perperam*, vt *παραβαίνειν praeuaricari*, ſulcos prauos neque rectos ducere, *παραγινώσκειν male ſtatuere*, Xen. Mem. 1, 1, 17. *z)*) deinde transfertur ad eos qui *deſipiunt*, a Plat. Symp. 2. coniungitur cum *μαίνομαι*. Add. Heſ. h. v. *a)*. Iam poëta *τὸ ληρεῖν* et *τὸ παραπαίειν* facit quaſi deas. Nam *ξυνθιασώτης* ductum eſt a voc. *θίασος*, quo ſignificatur *ſodalitas*. ſodalitium, collegium eorum, qui coeunt, vt certum quemdam deum, Bacchum, Herculem, Apollinem, diebus ſtatis et certis, colant, ei ſacrificent, et peracto ſacrificio vna epulentur *b)*; ſodales dicuntur ab Atticis *θιασῶται*, a reliquis Graecis *θιασῖται*. v. Harpocr. [p. 192. Blanc.] Moeris [p. 186. Pierſ.] Salmaſ. Obſſ. ad I. A. p. 146. Dalius diſſert. ad Marm. ant. 9, 1. Albert. ad Heſ. p. 1717. T. I. *Fiſch.* *Θίασος* Graecis propr. coetus ad deorum cultum inſtitutus. Ita Harpocr. h. v. Athenaeus VIII. p. 362. *τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον· καὶ γὰρ αὐτοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς φασι.* Hinc *θιασεύεται ψυχὰν ſanctam reddit animam* Eurip. Bacch. 75. Bacchici vero coe-

---

z) De iis, qui fides male pulſant, primum dici putat *Gir.*

a) In Pac. 90. *ὦ δέσποτ' ἄναξ, ὡς παραπαίεις.* Paullo poſt: *τί πέτει; τί μάτην οὐχ ὑγιαίνεις;* Aeſch. Prometh. 1054. *τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν; quid enim abeſt a delirio? Bergl.* Ad haec duo loca, quae et ipſe laudat, addit *Spanh.* e Lucian. Necyom. p. 342. *ἀλλ' ἢ παραπαίεις.* Cf. et *Münt.*

b) Similiter Veſp. 727. *ὦ τῆς ἡλικίας ἡμῖν τῆς αὐτῆς συνθιασῶτα. Θίασος coetus* f. *chorus*, plerumque ſacrorum cauſa collectus, vſitate, Bacchi; Eurip. Bacch. 56. Bacchus dicit: *θίασος ἐμὸς γυναῖκες*, v. 115. *Βρόμιος, ὅτις ἄγει θιάσους εἰς ὄρος.* Hinc *θιασώτης ſocius* talis; Ran. 329. *Ἴακχε ἱερὸν — ὁσίους ἐς θιασώτας. Bergl.* Add. Böttiger. Archaeol. Muſ. I. p. 92. vbi voc. *θίασος* (de vociferantibus Cybeles et Bacchi ſodalitatibus vſurpatum) a *θειάζειν* deriuatur.

tus ſ. dei illius ſequaces θίασοι ſunt potiſſimum appellati, vt Eurip. Bacch. 532. queritur Bacchantium chorus, quod Dirce a ſe repellat στεφανηφόρους θιάσους et in Theocrito Idyll. Λῆναὶ ἢ Βάκχαι inſcripto [Id. 26. v. 2.] τρεῖς θίασοι ἐς ὄρος etc. Virg. Ecl. V, 20. *thiaſos inducere Baccho*, Aen. VIII, 580. attonitae Bacchi matres *Inſultant thiaſis*. Demoſth. vbi de Dionyſiis ſ. Bacchi apud Athenn. feſto agitur, de Cor. p. 183. [c. 79. p. 509. ed. Harles. vbi v. Taylor.] τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων. Vnde θιασῶται et συνθιασῶται vt h. l. appellati, e quibus coetus ille Bacchicus conſtaret, vt ap. Eurip. ab eodem bacchantium choro dicitur: τὸν ἐμὸν — θιασώταν etc. Tum in genere deinde de quouis ſodalium coetu, vt Ran. 723. Vnde ap. Athen. l. l. θίασος de ἐράνῳ ſ. *coetu*, qui pecunia collatitia ad epulas conueniebat: καλεῖται δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἔρανος καὶ θίασος καὶ συνιόντες ἐρανισαὶ καὶ συνθιασῶται. Vt hoc addam θιάσους vocari ab Iſaeo coetus in honorem Herculis inſtitutos Or. VIII. p. 541. καὶ εἰς τοὺς θιάσους τοῦ Ἡρακλέους ἐκεῖνον εἰσήγαγεν. Quo reſpicit antiqua inſcriptio Spon. Miſcell. p. 343. ac Wheler. p. 54. eruditae peregrinationis ſocios, quae a Synodo Tyriorum, quorum tutelare numen erat Hercules, et in qua quum τῶν θιασιτῶν et Ἀρχιθιασιτῶν, tum nominatim Ἀρχιθιασίτου, qui foret illius Synodi praeſes, fit mentio. Nempe θιασῖται et ἀρχιθιασῖται Graecis dicti qui Atticis θιασῶται, vt hic apud Comicum, et ἀρχιθιασῶται, vt docet Eumoeris Mſ. [Moeris l. l.] *Spanh.*

509. Cod. Doru. οὔ φημι᾽ ἄν γε λυσιτελεῖν· quo pacto corripienda foret verbi λυσιτελεῖν ſyllaba prima, quod non fieri memini, nec dicam, ſi dactylum in illam ſedem intrudas, numerorum ſuauitati non parum decedere. *Hemſt.* οὔ φημι eſt *nego*, v. Ind. Palaeph. V. φημί. λυσιτελεῖν propr. eſt *ſoluere*, *pendere vectigalia*, deinde omnino, *prodeſſe*, *conducere*. *Fiſch. c)*.

510. Cod. Doru. βλέψει et διανέμει ἔτ᾽ ἴσον· ſed αυε prioribus literis euanidis inſcripſerat manus recentior: vtrumque legitima verſus menſura reſpuit: verum priſcam probamque lectionem teſtatur adiecta interpretatio: διαμερίσειε πᾶσιν· vnde perſpicue patet, quod in ipſo contextu

---

c) In al. edd., praeter Br. et Inu., ſcribitur σφῷν.

reperitur, flagitium esse librarii. In Ed. tamen *A.* et *Ph. Iunt.* διανέμειε· ex Fl. reliquae correctius. Omnes Edd. circumflectunt ἴσον, excepta Kusteriana, [etiam Br. et Inu.] cui accedit cod. Doru. *Hemst.* διανείμειε τ' ἴσον ἑαυτὸν legitur numeris pessimis. Legendum διανείμειέν τ' ἴσον αὐτόν *d).* ἴσος Atticum, non ἶσος. Cf. 1133. Ran. 697. *Hotib.* διανέμειν ἴσον ἑαυτὸν de Pluto est, *homines omnes aeque diuites reddere.* Nam διανέμειν dicitur, qui aliquid distribuit inter alios ita vt ipse nullam accipiat partem, sed διανέμεσθαι ponitur vel de pluribus, *aliquid distribuere inter se*, vel de singulis, *aliquid distribuere aliis ita vt ipse partem accipias tuam. Fisch.* Si omnes fiant diuites, ea res non conducet societati humanae. Euripides ex contrario dixit, si omnes sint pauperes, non posse consistere societatem humanam, in Aeolo ap. Stob. Serm. 121. [fr. VI. coll. fragmm. Eurip. Musgr.] Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ; Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά· Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥσθ' ἕχειν καλῶς. Ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένητ', ὁ πλουσίος Δίδωσ'· ἃ δὲ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα, Τοῖσιν πένησι χρώμενοι ζητοῦμεθα. Cur ζητούμεθα scripserim pro vulg. τιμώμεθα *e)*, vid. nott. ad Thesm. 161. Apparet autem Euripidem φιλοσοφικώτερον formasse hoc *axioma: bona et mala non possunt seorsum esse.* Ita Chrysippus ap. Gell. N. A. 6. 1. Nihil est prorsus, inquit, imperitius, nihil insubidius illis, qui opinantur, bona esse potuisse, si non essent itidem mala. Hinc illud: ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. Haec istorum opinio est. *Bergl.*

511. οὔτε τέχνην — σοφίαν. Notum est illud Theocr. Id. 21. ἃ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Theophylactus Simoc. argumentum epist. X. ex h. l. sumsit, vnde pauca excerpam: λυσιτελῶς λιμώττει χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπειον γένος, Σωσίπατρε· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τέχνωι τῷ βίῳ εἰσήχθησαν καὶ πόλεις ᾠκίσθησαν. mox: πάσης εὐκοσμίας ἐστέρητο ἂν τὸ ἐπίγειον διαίτημα, εἰ μὴ χρυσὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλων ἐπιδεεῖς ἐτεκτήνατο· οὐ γὰρ ἂν πλωτὴρ ἐναυτίλλετο, οὐχ ὁδοί-

d) Ita iam, eadem de causa, quod anapaestus dactylo in vulg. male subiicitur, emendauerat *Porson.* praef. ad IV. Trag. Eur. p. LIX. ed. sec. Lipsi.

e) Musgrau. legendum coniecit: ζητῶν π. χ. ζητούμεθα.

πορος ἐνεπορεύετο, οὐκ ἀροτῆρα βοῦν οἱ γεωργοῦντες ἐκέκτητο. Ex Polyido Euripidis [fr. 5. v. 3. Musgr.]: πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές. Vide Lucian. in Timone, vbi comitem Paupertati dat Sapientiam. *Bergl.* Editionum eſt nulla quae praeferat οὔτε σοφίαν· nemini conſpectam fuiſſe miror prauitatem verſus claudicantis: quem iuſtis pedibus inſtruxi adiutore cod. Doru. *f)* in quo ſcribitur locus: Οὔτε τέχνην ἂν τις τ. ἀ. οὔτ' ἂν σοφίαν μελετώη· poſtremo verbo additur interpretatio μάθῃ vel μάθοι, ſupra σοφίαν notatum eſt συνίζησις. Iam quorſum pertineat ilia συνίζησις, perquam obſcurum videtur: auguror hoc ſcholion ab exemplari fluxiſſe, vbi ſcriptum fuerat perinde atque in vulgg. Edd.: Οὔτε τέχνην ἂν τις *g)* τ. ἀ. οὔτε σοφίαν μελετῴη· quamquam is verſus ſit immodulatus et caeſura carens, pedes tamen metiri nequeas, niſi φιαν per ſynizeſin in vnam ſyllabam cogatur. *Hemſt.* τέχνη pertinet ad *artes ſellularias* et *ſordidas* maxime (513. f.) earumque cognitionem et exercitationem, σοφία declarat earum *ſcientiam*, et *facultatem* et doctrinam. μελετᾷν eſt h. l. *curare*, h. e. addiſcere, exercere. *Fiſch.*

512. ἀμφοῖν τούτοιν *h)* *artium ſcientia et tractatione*, quae dicuntur ἀφανισθῆναι, quatenus a nemine neque diſcuntur neque tractantur, et Datiuus ὑμῖν ſpectat eo, quod auctoribus Chremylo et Blepſidemo futura eſt artium contemtio. ἐθελήσει χαλκεύειν eſt i. q. χαλκεύσει. vid. 518. Nam verba ἐθέλειν et βούλεσθαι ſaepe aliis verbis iunguntur ſic, vt periphraſin faciant, nempe quum quis id, quod Infinitiuo alterius verbi indicatur, ſponte neque inuitus facere intelligitur *i)*. v. Gataker. ad Antonin. 10, 8. p. 293. add. v. 528. *Fiſch.*

513. Χαλκεύς propr. quidem eſt *faber aerarius* (cf. ad 163.), deinde quiuis alius artifex, qui metalla conflat,

---

f) Edidit enim: οὔτε τέχνην ἐν τῶν ἀνθρώπων, οὔτ' ἂν σοφίαν μελετᾷη — Ita etiam Brunck. dedit (quamquam eius codd. non fauiſſe videntur) et Inu. (cuius cod. Borg., exhibens: οὔτε σοφίαν μελετῷ κ' ἂν eo ducere videtur.)

g) Hoc pron. τις non reperi in edd. vulgg.

h) Perperam in ed. Fiſch. expreſſum: ἀμφοῖν γ' ὑμῖν —

i) Ergo tamen non eſt mera periphraſis.

tractat, atque inde aliquid fabricatur. Hesf. h. v. In Hom. Od. 3, 432. coll. 435. *aurifex* vocatur χαλκεύς, et LXX. 2. Parr. 24, 12. habent χαλκεῖς σιδήρου καὶ χαλκοῦ. Vnde χαλκεύειν poteſt accipi, vt verbum formae, *fabrum aerarium eſſe*, ſed etiam vt verbum generis, *fabrum ferrarium, aurarium, argentarium* eſſe. ναυπηγεῖν *naues fabricari, fabrum naualem* (Gloſſ. vett.) *eſſe.* ἁπτεῖν *ſartorem, veſtiarium, eſſe*, vnde acus dicitur ἁφίς. τροχοποιεῖν *vehicula, carpenta facere, fabrum vehicularium, carpentarium, carrucarium eſſe. Fiſch.* Pro τροχοποιεῖν in priore Pluto, quem intemeratum habuiſſe videtur Pollux, erat ζυγοποιεῖν, quod ille ex Ariſt. Pluto citat VII, 115. *Brunck.*

514. σκυτοτομεῖν *coriarium eſſe.* v. ad 162. πλινθουργεῖν *latercs ducere et coquere, laterarium eſſe.* Gloſſ. vett. V. Πλινθουργός. πλύνειν *k) fulloniam artem exercere*, v. ad 166. *Fiſch.*

σκυτοδεψεῖν habent omnes Edd., nec variant Mſſ. [etiam Rau. et Borg.] quamuis lectioni huic metrum aperte repugnet. Nam ſyllaba prima in σκῦτος omnibusque inde deriuatis et compoſitis, tum apud reliquos poëtas *l)*, tum apud Comicum noſtrum ſemper longa eſt. Vnus tamen vel alter, praeter hunc apud Noſtrum occurrit locus, in quo prima huius voc. ſyllaba videtur eſſe breuis: ſed quae mendo laborant, et leuiſſima correctione in integrum reſtitui poſſunt. Nam quod Pac. 1223. ſecundum priores Edd. in fine iambici verſus legitur ϑώρακος σκύτος, a mala manu eſt pro ϑ. κύτος, vt ibi repoſuimus, non ſolum ſenſus et metri gratia, ſed etiam ſequuti auctoritatem Mſ. Vatic. Pal. In Veſp. 641. pro βλέπειν σκύτη, transpoſitis tantum verbis ſcribendum eſt, σκύτη βλέπειν: qua ratione et ſyllaba prima v. σκύτη erit longa, et verſus recte ſe habebit. Maiorem difficultatem habere videtur locus Au. 490., vbi

---

k) Propr. lauare, de veſtimentis, vt λούειν de corpore, νίπτειν de manibus. *Münt.*

l) Fiſch. attulit Theocr. Id. 25, 142. vbi prior voc. σκύτος ſyllaba breuis ſit. Sed et ibi ex nonn. edd. antt. Brunckius reposuit σκύλος, probantibus eam ſcripturam Toupio et Valcken., vti h. l. Kuſteri emendationes comprobauit Weſſeling. ad Diod. S. I. p. 189.

σκυτοδέψαι legitur in verſu anapaeſtico, in quo vox illa locum habere nequit, niſi primam habeat breuem. Sed et illi et huic loco eadem adhibenda eſt medicina, et hic quidem ſcribi debet σκυλοδεψεῖν, illic σκυλοδέψαι: vt me monuit Rich. Bentleius. Nam 1. quod ad ſenſum attinet, σκυλοδέψης idem ſignificat quod σκυτοδέψης, et σκύλον aeque ac σκῦτος notat δέρμα, i. e. *pellem* vel *corium*. Heſ. Σκύλον, δέρμα, κώδιον. Euſtath. ad Il. N. p. 952, 5. ed. Rom. Σκύλον τὸ δέρμα λέγεται, ἀφ' οὗ ἴσως τὸ σκυλεύειν. Hinc σκυλοδέψης vel σκυλόδεψος i. q. σκυτοδέψης. Photius Lex. mſ. [p. 387. ed. Herm.]: σκυλόδεψος *m*), ὁ τὰ κώδια ἐργαζόμενος. Heſych. σκυλοδέψιος (potius σκυλόδεψος vel σκυλοδέψης), ὁ τὰς βύρσας βυρσεύων. Euſtath. ad Od. M. p. 1710. 16. Ἐξ αὐτοῦ καὶ σκυλοδέψης καὶ σκυλόδεψος, ὁ τὰ δέρματα δέφων, ſcribe δεψῶν. Praeterea voc. σκυλοδέψης pro σκυτοδέψης vſus eſt ipſe Comicus noſter Eccl. 420. vbi prima ſyllaba breuis eſt, quod emendationem ante dictam ſatis confirmat. Neque obſtat, quod ſyllaba prima voc. σκύλον ſaepe apud poëtas producatur, vt Eur. Phoen. 577. Cycl. 9. Electr. 7. et 897. Nam reſponderi poteſt, id ita ſe habere, quum σκῦλον *ſpolium* notat, ſecus autem, quum *corium* vel *pellem* ſignificat. Certe vox illa poſteriore ſenſu corripitur in Fragm. Callim. *n*) ap. Suid. V. κατηναρισμένας· — τὸ δὲ σκύλος ἀνδρὶ καλύπτρᾳ γιγνόμενον νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα. Vel ſimpliter etiam dici poteſt, ſyllabam primam voc. σκύλον eſſe ancipitem, quod et in multis aliis vocabb. obtinere conſtat. Non mirum autem eſt, librarios σκυλοδέψης mutaſſe in σκυτοδέψης, non ſolum propter ſoni et ſcripturae affinitatem, ſed etiam quia vox σκυλοδ. rarius occurrit quam σκυτοδ., cuius generis voces librarios notioribus ſaepe permutare conſtat. *Kuſt.* Auctoritati *Bentl. Kuſterique*, rationibus optimis munitae, non inuitus ceſſi metro ſubſeruiendum ratus, ideoque magis, quod perquam incommode cadat σκυτοτομεῖν et σκυτοδεψεῖν, eodem in verſu, variata ſyllabae quantitate. Hic autem nemo mihi ob-

m) Albert. ad Heſ. manuſt: σκυλοδέψας. — Eſt igitur σκυλοδεψεῖν, monente *Fiſch.*, *pelles*, *coria*, *ſubigere*, *ſubactarium eſſe*, quod 167, dicebatur βυρσοδεψεῖν.

n) Fragm. Bentl. Call. 142, 1. p. 498. T. I. Ern. vbi vulgo eſt σκύλον, ſed exquiſitiorem formam σκύλος probat etiam Valck. ad Call. Fragm. p. 298.

ducet illud Homeri vulgatiſſimum: Ἄρες, Ἄρες. *Hemſt.* σκυτοδεψεῖν eſt in A. B. In C, D (et quinto etiam cod., ſerius collato) gloſſa genuinae vocis locum inuaſit, βυρσοδεψεῖν. Vera lectio eſt σκυλοδεψεῖν, quam ex Bentl. Kuſterique ſententia iam repoſuerat Hemſt. In σκῦτος prima longa eſt, in σκύλον breuis. Conc. 432. et 420. v. not. ad Thesm. 56. *Brunck.*

515. ἀρότρεις ἐήξας. Herodotus in Euterpe [L. 2. c. 14.]: οὔτε ἀρότρῳ ἀναξήηγύντες αὔλακας ἔχουσι πόνους. *Bergl.* Δάπεδον γῆς *ſolum terrae* per periphr. dicitur pro γῆ, et δ. γ. ἀρότροις ῥῆξαι eſt, *ſcindere. proſcindere terram aratris.* καρπὸν Δηοῦς (Cereris, v. Heſ. V. Δημὼ) θερίσασθαι o) *ſegetem metere.* Differt enim Actiuum θερίζειν (pro quo Attici dicunt ἀμᾶν, v. Moeris h. v.) a Med. θερίζεσθαι ſic, vt hoc ſit, *ſuas* ſegetes, illud *alienas*, metere. Senſus eſt: nemo colet agrum; agricultura iacebit. Forma loquendi eſt paullo remotior ab oratione comica p). v. Schol. vet. *Fiſch.*

516. ἦν — merito ex edd. vett. reuocauit Kuſter., quum Portus dediſſet ἤ, eaque lectio reperiatur non ſolum in Lugd. et Amſt., ſed in ipſo etiam cod. Doru. vbi tamen alia manus ν adpinxit. *Hemſt.* Ἀργὸς (*deſes, otioſus*) opponitur ἐργάτῃ, vt ἐργάζεσθαι verbo ἀργεῖν. v. Xen. Mem. 1, 2, 57. τούτων πάντων, artes ante commemoratas. Verba ἦν — ἀμελοῦσιν omitti poterant, ſaluo ſenſu, et vero debebant e legibus ſtructurae orationis. Nam verba v. 512. ἀμφοῖν — ἄφαι. continent eamdem ſententiam et conſtituunt primam periodi partem. Vnde fuerunt, auctore Schol., qui verba ἦν ἐξῇ κ. τ. λ. ſeiungerent a ſuperioribus et ante ἦν intelligerent σκοπεῖτε. At fieri ſolet in ſermone quotidiano, vt in fine orationis repetatur eius initium verbis aliis iisque fere magis perſpicuis, poſt longas maxime interpoſitiones. v. Plat. Apol. 16. init. Xen. Cyrop. 1, 1, 3. Herodot. 1, 101. Suet. Tib. 18. vbi verba *tunc praeter*

o) Pro θερίσασθαι ſimpliciter. Vocat ſegetem *factum* Cereris, quia Ceres agriculturam docuit. Ouid. [Met. V, 341. ff.] Prima Ceres etc. Appellari videtur Δημὼ, παρὰ τὸ δήω, quod eſt ἀμάω, quia frumentum inuenit. *Girard.*

p) Videtur Noſter Tragici quemdam locum ante oculos habuiſſe.

communicauit Erneſtio ſuſpecta erant, ſine cauſa *q*). *Fiſch.*

517. ſ. λῆρον λῃρεῖς. Atticum, pro λῃρεῖς ſolum. *Gir.* v. Greg. Cor. de Dial. p. 5. ſ. et ſupra ad v. 10. *deliras, nugaris; nugae!* qua voce vtuntur ii, qui oſtendunt, alterum ea dicere, quorum non ſit habenda ratio, vana, futilia. καταλέγειν eſt *recenſere, enumerare r*). μοχθήσουσιν *s*) *laborabunt, facient:* μοχθεῖν vt πονεῖν ponitur de iis, qui graues labores perferunt. vid. 525. *Fiſch.* πόθεν ἕξεις *vnde*, a quo, *accipies?*

519. ὠνησόμεθ' ἀργυρίου ὀπτόν. Qui nempe ſerui dicti inde ab Atticis ἀργυρώνητοι. item νεώνητοι *recens emti*, vt Eqq. 2. Nullos vero olim ἀργυρωνήτους ſ. *pecunia emtos ſeruos* fuiſſe apud Graecos, tradidiſſe Timaeum refert Athenaeus VI. p. 264., ſed quod a Polybio refutari tradit p. 272. Quamquam non de quibusuis ſeruis in genere, nec proinde bello captis, ſed de ἀργυρωνήτοις ſ. *pecunia emtis*, egerat in adductis Timaei verbis Athenaeus. Idem vero p. 267. aliorum auctorum loca adduxerat, qui in genere nullum ſeruorum vſum fuiſſe olim apud Graecos teſtabantur *t*). *Spanh.* ἀργύριον eſt *pecunia, numi*, vid. ad 131. et de ὠνεῖσθαι ad v. 7. πρῶτον abſolute poſitum eſt, vt non ſequatur εἶτα, vt πρῶτον ἅπάντων 522. id quod fere fit in ſermonibus quotidianis, vt oratio ab vna re transeat ad aliam prius, quam attulerit omnia ad illam rem pertinentia, et vt ordinis particulas reliquas omittat. *Fiſch.* Pro τίς πρῶτον πωλήσει *v*); nam, vt quandoque vendantur ſerui, compellit inopia, cui tum nullus erit locus. *Gir.*

---

q) Tuitus ea etiam eſt F. A. Wolfius.

r) ἡμῖν. ἧμιν A. et B. *Crat.* ἡμῶν ſola B. *Gel. Hemſi.*

s) Ita pro μοχθήσουσι vt olim legebatur, metri cauſa ſcribendum eſſe docuit *Duck.* receperunt recentt. Edd. praeeunte Hemſt. Cod. Doru. μοχθοῦσιν, adſcripto κοπιῶσιν, quam lectionem refutat metrum, obſeruante *Hemſi.*

t) At vid. *I. F. Reitsmeieri* liber: Geſchichte und Zuſtand der Sclaverey und Leibeigenſchaft in Griechenland, Berl. 1789. p. 26. ſ.

v) Atticam hanc periphraſin verbi per participium et v. εἶναι factam illuſtrat Eckard. Obſſ. p. 40. ſ.

520. Pro ἔχῃ cod. Doru. ἔχει. *Hemſt.* κερδαίνειν βουλόμενος eſt *quaeſtus, lucri, cupidus.* ἔμπορος eſt propr. Lat. *mercator*, is, qui mare traiicit, et e terris alienis petit merces, quas vendat in ſuis. Hor. I. Od. 1, 15. 17. *Fiſch.*

521. Adiicitur hic verſus in Schol. ad Eurip. Phoen. 1416. τὸ Θεσσαλὸν εἰσήγαγε σόφισμα, vt fallax et infidum Theſſalorum *x)* genus inde inter alia comprobetur. Quo reſpexit etiam Athenaeus I. p. 11., quum tamen iidem a Simonide agreſtieres aut magis imperiti dicantur, quam vt eos velit decipere: iuxta Plut. de aud. poët. p. 15. *y)*. Verum hic non agitur de *infidis* aut *agreſtibus Theſſalis*, aut vero de eorum *petulantia* et *luxuria*, quam de iis tangit Plato in Critia p. 53. T. I. neque vno loco Athenaeus VI. p. 460. XII. p. 527. ſed de iis velut *inſignibus plagiariis ac mancipiorum venditoribus* ſ. ἀνδραποδισταῖς, quam in rem huius Comici locum tangit ad Il. B. p. 331. Euſtathius. Πενέσται vero dicti, quod ex Athen. VI. p. 265. et aliunde conſtat, apud Theſſalos *ſerui*, de quibus Veſp. 1261. Μόνος μόνοισι τοῖς Πενέσταις ξυνῆν τῶν Θετταλῶν. Neque vero e Theſſalia adeo ab his mercatoribus Theſſalis divenditos Athenienſibus ſeruos licet ſtatuere, quam e Caria, Lydia, Phrygia, vicinisque Thracibus *z)*, vnde Athenas olim vulgo adducti ſerui ἀργυρώνητοι ſ. ἀνδράποδα, et quorum propolas ἀνδραποδιστὰς hoc et ſeq. verſu vocat Comicus. Et de *Caribus* quidem id dicitur Au. 767. de *Phrygibus* ab Hermippo Comico Athen. III. p. 108. Ipſi vero *Theſſali* a libertate, qua iidem prae aliis vicinis gentibus gauderent, olim commendati. Quam in rem exſtat inſignis ap. Eurip. locus Alceſt. 675. ſſ. *a)* vbi a Phere dicitur:

---

x) Theſſali omnino feruntur fuiſſe *leues, perfidi* et fraudulenti. v. Plat. Criton. 15, 11. et Kuhn. ad Polluc. 7, 112. p. 768. *Fiſch.*

y) Cap. 1. p. 4. ed. Krebs. vbi cf. *Krebs.* not. p. 110.

z) Cf. *C. G. Heynii* Comm. e quibus terris mancipia in Graecorum et Romanorum fora aducta fuerint, Opuſcc. Acadd. III. p. 120. ſſ., quamquam ibi magis de ſeriore aetate agitur.

a) Ad quem locum cfr. eſt *G. A. Wagner* (in ed. Alceſtidis Eurip. 1800. 8.) p. 150. f.

Ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς; πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα,
Κακοῖς ἐλαύνων ἀργυρώνητον σέθεν;
Οὐκ οἶσθα Θεσσαλόν με κἀπὸ Θεσσαλοῦ
Πατρὸς γεγῶτα γνησίως ἐλευθέρου.

A Barbaris in genere ad Graecos delata fuisse primum ἀνδράποδα tangit in Midiana Demosthenes p. 331. Galenus vero de medendi methodo lib. I.: Γέται καὶ Τίβιοι καὶ Φρύγες καὶ Θρᾷκες ἀργυρώνητοι. Hinc *Thraces* quod attinet, Θρᾷττα s. *Threissa* pro ancilla Thesm. 300. immo prout alias non *Thessali* quidem, sed *Thraces* ab Herode Atheniensi redimere seruos dicuntur Antiphont. Or. XIV. p. 98. Ὁ δὲ Ἡρῴδης ἀνδράποδα Θρᾳξὶν ἀνθρώποις ἀπολύσων· dein: καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ λυσόμενοι. In genere vero e Ponticis regionibus magnum seruorum numerum Graecis subministratum refert Polybius IV, 38. Athenas certe inuectam esse quotannis ingentem seruorum ἀργυρωνήτων e dictis illis regionibus multitudinem, inde liquet, quod in ea vrbe quadraginta seruorum myriadas a Demetrio Phalereo recensitas refert Athen. VI. p. 272., qui nempe, vt de iis paullo post, vinctis pedibus in metallorum fodinis exercerentur. *Spanh.*

παρὰ πλείσων. Sine variatione seruant scripti vulgatique typis libri, quibus accedit Schol. Eur. Phoen. l. l. Invidiose dictum existima, quasi Thessalia plena eiusmodi hominum *b)*, qui Athenis, si deprehensi forent, morte plectebantur *c)*. Auctor epist. crit. de Not. Bentl. in Phaedrum *d)* p. 78. emendatione certissima reponendum censet παρ' ἀπίσων· „ἀπιστίας, inquit, nomine infames fuisse Thessalos docet Scholiastes, quod Eruditi tamen nonnulli animaduertunt, quia non dicitur in Scholio ad haec verba παρὰ πλείσων, sed in eo quod proxime praecedit." Non equidem diffiteor, iam diu ante, quam haec legissem, in eamdem me coniecturam incidisse, Scholiastae verbis inductum, a quo sane probabile videbatur in exemplari fuit

b) Plagiariis referta quondam Thessalia erat. v. Eustath. ad Il. δ. p. 692, 26. Rom. *Fisch.* Add. *Gir.* h. l.

c) v. Xenoph. Apol. 25. *Fisch.*

d) Epistola critica ad eruditissimum Virum H. B. S. E. I. in qua omnes doctiss. Bentleii in Phaedrum Notae atque Emendationes expenduntur. Lond. 1726. 4.

Pluti prioris an secundi inuentam fuisse lectionem istam: iures tamen offendebat ingratus syllabarum in exitu simi-lium casus, et a concinnitate, quae in Comici nostri nu-meris enitere solet, valde abhorrens. Quare propius etiam ad scripturam vulgarem conabar: *παρ' ἁπλήστων ἀνδραποδι-στῶν*, quod quidem epitheton non vereor, ne quis apte Thessalis conuenire neget, praesertim *ἀνδραποδισταῖς e)*, qui vitam lucris postponebant. Nunc tamen in ea sum senten-tia, nihil absurdi nos esse facturos, si receptae lectioni ad-haereamus. *Hemst.*

ἀνδραποδισταὶ hic dicuntur *plagiarii*, siue, qui homi-nes liberos fraude in seruitutem redactos exteris pro seruis vendunt, quo nomine olim Thessali infames habebantur. V. Suid. V. Ἀνδραποδίζω et Eustath. ad Il. B. p. 337. qui ad locum hunc Comici respexerunt. Cf. etiam Vales. ad Harpocr. V. Ἀνδραποδιστής *f)*. *Kust.* Sunt vel ii, qui ho-mines liberos rapiunt eosque vendunt pro seruis, vel ser-vos, quos aliis vendant. Ipsum *plagii* crimen dicitur *ἀν-δραπόδισις*. *Fisch.*

522. Tres negationes exstare in hoc versu monuit iam vir doctus *g)*. Duas videas Nub. 73. *ἀλλ' οὐκ ἐπεί-θετο τοῖς ἐμοῖς οὐδὲν λόγοις*. *Spanh.* *δήπου, vt opinor, sci-licet*, referri debet ad verba *οὐδ' ἔσαι. κατὰ — λέγεις·* si Plutus omnino omnes reddiderit aeque diuites. *Fisch.* *λόγον* Eckard. Obss. ex Arist. Plut. p. 42. explicat *modum, rationem;* immo est: *ex iis quae tu dixisti.*

524. *κινδυνεύων h) περὶ τῆς ψυχῆς cum vitae*, capitis, *periculo*. Nam *ψυχὴ* est *vita* (vt in multis locis N. T. ad

---

e) Notio verborum *ἅπιστοι* et *ἄπλητοι* iam continetur notione voc. *ἀνδραποδισταί*, ita vt sint frigida epitheta, quod in voc. *πλείστων* non cadit. *Fisch.*

f) Vocabulum ductum *ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδίδοσθαι, ἀνδράποδον* au-tem dicitur *ὁ ποὺς ἐν ἀνδράσιν*, quod, quemadmodum pes corpo-ri subiicitur, ita et seruus domino. *Gir.* Vanum esse poste-rius facile patet.

g) *Girardus*, qui pro duabus positas existimat. *Fisch.* vertit: *At nec erit primo vllus omnino plagiarius.* Proprie est: at primum omnium non erit vllus, qui lucri causa seruos addu-cat, ne plagiarius quidem.

h) Cod. Rau. lectio *κινδυνεύειν* satis refutatur eo, quod *ποιῆσαι* cum *ἐθελήσει* cohaeret.

modum Hebr. *Nepheſch*) v. Markland. ad Lyſ. p. 546. *i*). τοῦτο referendum eſt ad v. ἀνδραποδίζεσθαι, quod latet in verbis οὐδ' ἐξαι ἀνδραπ. 522. Caeterum ex his verbis Paupertatis intelligitur, etiam in aliis ciuitatibus plagiarios multatos eſſe morte, ſi quidem deprehenſi eſſent. *Fiſch.*

525. ἀροῦν eſt verbum Atticum, Moeride et Tho. Mag. auctoribus, pro quo Graeci reliqui dicunt ἀροτριᾶν (*arare*). Et σκάπτειν *fodere* (Luc. 16, 3.) ei adiungitur, vt Terent. Heaut. I, 1, 17. *in fundo — fodere aut arare.* Quum autem haec ſint verba formarum, μοχθεῖν verbum generis (id quod manifeſtum eſt ex voc. τἄλλα, vid. 518. coll. 513. ſſ.) nemo non videt μοχθεῖν reſpondere, vt πονεῖν (vid. v. 234.) verbo *laborare* (Ter. Heaut. 1, 1, 86.), opus ruſticum facere, atque errare Arnaldum Animaduu. p. 19., qui *praecipit*, πόνον eſſe *laborem manuum*, μόχθον *laborem aerumnoſum. Fiſch.*

526. Τρίβειν βίοτον πολὺ ὀδυνηρότερον eſt, vitam agere multo miſeriorem et aerumnoſiorem. τρίβειν ponitur ſic vel de iis, qui vitam trahunt in laboribus et aerumnis, vel de iis, qui vitam perdunt ſtudio rerum leuium et vanarum. *Fiſch.* Sophocl. Electr. [602.] τλήμων Ὀρέστης δυστυχῆ τρίβει βίον. Noſt. Pac. 589. ὁπόσοι γεωργικὸν βίον τρίβομεν. V. nott. ad v. 924. *Bergl.* τοῦ νῦν. Münt. ſupplet καιροῦ, ſed poteſt facilius βιότου repeti.

Ἐς κεφαλήν σοι. Subintellige τρέποιτο. Sic Acharn. 833. ἐς τὴν κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί. Et Nub. 40. Ἐς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται *k*). Erat autem haec formula inter veteres admodum frequens quum ſignificare volebant, ſe malum aliquod omen vel ſignum oblatum reſpuere et abominari. Exiſtimabant enim ſe minas ominis alicuius effugere poſſe, ſi malum, quod oſtendebatur, *in capita inimicorum*, quae ſunt verba Senecae in Conſol. ad Marciam [c. 9. §. 3], *aut ipſius intempeſtiui monitoris* (vt hic) *abire* iuberent *l*). *Kuſt.* Quia male ominabatur

i) Copioſius hunc voc. ψυχὴ ſignificatum illuſtrauit Eckard. p. 42. ſ.

k) Add. Muret. Var. Lect. XII, 4. Elsner. ad Act. App. 18, 6. et *Eckard.* Obſſ. p. 44.

l) Prouerbium olim fuiſſe apud ruſticos, quo imprecabantur, vt

Paupertas, optat ſenex, vt in caput illius id omen conuertatur. Sic Pac. 1064. ἐς κεφαλήν σοι ſc. τρέποιτο. Videtur autem haec formula petita ex Aegyptiorum ſacris, qui boum, quos immolaſſent, capita praecidentes, illis mala imprecabantur, deinde vendebant alienigenis vel in Nilum abiiciebant, teſte Herodoto in Euterpe [II. c. 39.]; formula autem imprecationis erat haec: εἴ τι μέλλοι ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συμπάσῃ κακὸν γενέσθαι, ἐς κεφαλὴν ταύτην τρέπεσθαι. Vſurpatur etiam haec formula citra imprecationem, vt Nub. 40. Phalaris Epiſt. 100 [128. ed. Lennep.] οὐκ ἐν λόγοις βουλησόμεθα μόνον, ἀλλ' ἐν ἔργοις δυνησόμεθα, ἅπερ εἰς ἡμᾶς ὡρέξω, ἐξαμαρτάνειν, εἰς κεφαλὴν σοί τε καὶ τῷ σῷ γένει τρέψαι. Imprecationis formulam Virg. ita effert: Di capiti ipſius generique reſeruent, Aen. VIII. [484.] item: Quod Di prius omen in ipſum Conuertant — Aen. II. [191.] *Bergl.* Terentius Hec. 3, 1, 54. ita dixit: *Capiti illorum!* Cic. ad Diu. 8. ep. Coel. 1, 9. Tibull. 1, 2, 12. vbi vid. Brukhuſius. *Fiſch.*

527. ἔξεις *poteris*, quam vim hoc verbum habet, quoties ei adiuncti ſunt Infinitiui aliorum verborum, vt Lat. *habere m).* κλίνη eſt lectus, ſuper quo ita quieſcimus, vt *reclines* cubemus. Nam καταδαρθάνειν propr. eſt, *obdormiſcere*, dormitare; certe Plat. Phaed. 16. τὸ καθεύδειν dicitur naſci e τῷ καταδαρθάνειν· deinde *dormire*, κοιμηθῆναι, Heſ. Nam quod Schol. et ex eo Suidas praecipiunt, καταδαρθεῖν propr. eſſe τὸ ἐν δέρμασι κοιμηθῆναι, valde vereor, vt auctoritate ſcriptorum vett. confirmari poſſit. Singularem κλίνῃ ſequitur verbum plurale ἔσονται, quia Singularis ille quaſi collectiuus eſt *n).* *Fiſch.*

528. Οὔτε τάπησιν recte Mſ. Arundell. [et Doru.] et ed. Ald. [etiam Fl. *Ph. Iunt.*, B. *Crat. Kuſt. Bergl.*

---

malum in auctorem mali recideret, ex Platone intelligi poteſt: εἰ μὴ, inquit, ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν, σοὶ ἐς κεφαλήν. *Gir.*

m) Vid. ad h. l. *Eckard.* p. 44. ſ. Locum e Xen. Cyrop. l. V. addit Münt.

n) Itaque vana eſt Reiskii coniectura: κλίνης (h. e. κλίναις), etſi non improbata Müntero.

Hemſt.] At Edd. Flor. Baſ. et Geneu. οὔτ' ἐν τάπησιν o); inuito metro, quod particulam ἐν (ex praecedentibus intelligendam) reſpuit. Si vero τὸ ἐν retinere velis, pro τάπησιν reſcribendum erit δάπισιν p), prout h. l. legit Suid. V. Δάπιδας. Significat autem δάπις i. q. τάπης, eaque voce vſus eſt Comicus Veſp. 674., vbi Schol. obiter monet, quaedam exemplaria Ariſt. in h. l. pro τάπησιν olim habuiſſe δάπισιν, quod lectionem Suidae confirmat. *Kuſter.* Brunckius et Inu., quamquam illius codd. non fauent, huius duo codd. quid habeant, non monitum eſt, ediderunt οὔτ' ἐν δάπισιν. Forma haec, monente Br., etiam Conc. 840. occurrit.

Ex h. l. *tapetibus* ſeu ſtragulis textilibus et picti operis vſus eo tempore Athenienſes licet colligere q); adeo vt non Perſarum ſolum ille vel Barbarorum luxus fuerit, vt ab Argiuorum rege, Agamemnone, Aeſch. Agam. 391. aut ab Agathocle Cyziceno Athen. XII. p. 515. et alibi traditur. Eum vero iam apud Graecos, et apud Athenn. quidem inductum e Platone tum philoſopho, ex eius nempe Politico, tum e Comico refert alibi II. p. 118. [T. I. p. 183. Schweigh. vbi v. Schweighäuſer. T. I. p. 335. Anim.] idem Athenaeus, additque: ἥρμοσε δ' ἡ τῶν ποικίλων ὑφή, μάλιστα ἐντέχνων περὶ αὐτὰ γενομένων Ἀπεσᾶ καὶ Ἑλικῶνος, τῶν Κυπρίων. ὑφάνται δ' ἦσαν ἔνδοξοι — Ita ἁλιπορφύροις τάπησι *marina purpura tinctis tapetibus* ap. Anacr. Od. XI. r) et quales fuiſſe Mileſios vel Sardianos e Theocrito Id. XV. s) et Athenaeo haud vno loco liquet. Τάπητες vero non ſolum, ſed cum τάπιδες, vt Athen. XIV. p. 515. [T. IV. p. 414, 1. Schweigh.] tum δάπιδες, praeter adductum e Veſp. locum, Conc. 835. (δαπίδων et δάπιδος Nicand. Ther. 323.) ſunt iidem dicti. *Spanh.* τάπης fuit *ſtragulum* textile (ſequitur enim τὶς ὑφαίνειν h. e. *texe-*

o) Etiam quinque codd. Brunck. exhibent, οὔτ' ἐν τάπησι.

p) Etiam *Hemſt.* praefert ſcripturam οὔτ' ἐν δάπισιν, Thomas Mag. tamen V. Τάπητες praetulit ſcripturam τάπης.

q) Cf. I. F. Reitemeier Geſch. des Luxus der Athenienſer (Gött. 1782. 8.) p. 95. f.

r) Od. VIII, 2. ad q. l. cfr. Fiſcher.

s) V. 125. vbi vid. Valcken. in Comm. ad Adon. p. 406.

re t), ἐθελήσει) ex altera parte *villoſum*, quod a Latt. et *tapetum* dicitur, et *tapete* et *tapes*, quum ἀμφιτάπης ſit ſtragulum textile, ex vtraque parte villoſum. v. Ammon. [p. 133. ed. Valck.] et Tho. Mag. [p. 833. Bern.] *v)*. Vtebantur etiam tonſis, neque villoſis ſtragulis, iisque fere pictis vel acu vel pectine: quae dicuntur ψιλαὶ ποικίλαι, etiam Βαβυλωνικαί, et ψιλοὶ πολύμιτοι, v. Proluſſ. de verſſ. Gr. Litt. Hebr. magiſtris (L. 1772.) p. 88. Incubuiſſe autem veteres tapetibus, e multis ſcriptt. vett. vtriusque linguae locis manifeſtum eſt. v. Virg. Aen. 9, 325. ſ. et ibi intpp.

χρυσίου ὄντος. Quaedam Edd. male: χρυσίου γ' ὄντος. Metrum enim particulam expletiuam γ' hic non patitur, quae proinde recte deeſt in Mſ. Vatic. Vrb. *x)*. *Kuſt.* Fl. et quae veſtigiis eius inſiſtunt edd. χρ. γ' ὄ. Merito γ' expunxit Kuſt. duces ſequutus cod. Vat. et A. quibus adiungo cod. Doru. Fl. *Ph. Iunt.* B. *Crat.* et *Farr. Hemſt.*

529. μύροισιν. Quod in cunctis edd. aberat, recte verſui fulciendo ν adfixit Kuſterus: conſentiunt Suidas in Στακτοῖς et cod. Doru. *y)*. *Hemſt.* Στακτὴ *oleum* ſ. *vnguentum*, *myrrha*, σακτὸν vero quoduis oleum ſ. vnguentum liquidum. σακτὴ γάρ, vt ait Theophraſt. de odorib. p. 446. καλεῖται διὰ τὸ μικρὸν σάζειν. Omnia vero μύρα fuiſſe compoſita, idem tradit p. 446. vnde etiam μύροις μυρίσαι hic legitur, vt Conc. 1109. μεμύρισμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασι. Vnde Plinius l. 13. c. 1. *iuuitque luxuria ea omnia miſcere et e cunctis vnum odorem facere: ita reperta ſunt vnguenta.* Adde quod μύρα *vnguenta*, quaſi μύῤῥα dicta tradit Athenaeus XV. p. 688. quomodo myrrha ſ. σμύρνα ab Atticis dicatur, ab Hebr. autem voc. מר de-

---

t) ἐφαίνειν non ſolum eſt texere, ſed etiam terminare, et quaecumque quomodocumque artem iuuant textrinam, facere. *Gir.*

v) Lecti tapetibus ſternuntur vel ad ornatum lecti et domus, vel ad frigus arcendum. Frigori depellendo aptiores erant ἀμφιτάπητες ſ. ἀμφίμαλλοι. *Gir.*

x) Licentia, quae maxime in Ariſtoph. anapaeſtico conſpicitur, eſt ea, qua vocalis longa vel diphthongus ante vocalem corripitur, vt χρυσίου ὄντος. *Porſon.* praef. ad Eurip. p. LXIII.

y) Oſtendit etiam *Duck.*, legendum eſſe μύρισιν.

ducendum vidit ibi Caſaubonus. *Spanh.* Archeſtratus ap Athen. l. III. [p. 101. Caſ. T. I. p. 394. Schweigh.] καὶ σακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε. Heſych. Σταχτὸν διϋλισμένον, *percolatum.* Gloſſae: σακτή, *Gutta. Bergl.* μύρα ſunt vnguenta, quae fiunt ex oleis variis et odoribus, atque conſtant *ſucco* (oleis) et *corpore* (odoribus). v. Plin. H. N. 13, 1. qui eſt locus de vnguentis claſſicus. Μῦρα σακτὰ eſſe arbitror *vnguenta ſtillaticia* ſ. *ſtillatiua*, h. e. liquida, quae conſtent tantum ſucco, atque *fundantur*, quae opponantur *vnguentis ſpiſſis*, quae conſtent ſucco et corpore, ideoque *linantur*. μυρίσαι *z)* igitur eſt i. q. ἀλείφειν, *vngere. delibare*, v. Marc. 14, 8. coll. v. 3. quum χρίειν ſit *linere.* Ex h. l. patet, Athenis ſponſos conſueuiſſe, die nuptiali, *corpus* h. e. caput et collum, ſupercilia et capillos, vnguentis liquidis perfricare; qua de re nihil habet Eſchenbachius de Vnctionibus Gentilium, p. 466. ſ. *Fiſch.*

νύμφη dicitur a Grr. ſcrr. vel *noua nupta*, ſponſa, vt h. l. cf. Heſ., vel νυος, vt Eurip. Phoen. 138. Sed in N. T. legitur etiam de *nuru.* v. ad Matth. 10, 35. Et νύμφην ἄγεσθαι, non ἄγειν, eſt, ſponſam, nouam nuptam, domum ducere. v. Kuſter. V. Med. 1, 28. et Intpp. Tho. M. p. 6. ſ. At apud Diod. S. 18, 23. tamen legitur ἦγε τὴν Νίκαιαν, vbi v. Weſſeling. p. 276. *Fiſch.* Vnguenta *a)* pretioſa, ſicut floridas, de quibus mox, et variegatas veſtes, in nuptiis olim ac ſolemni ſponſarum domum deductarum pompa, vt apud alias gentes, ſic apud Graecos etiam et Athenn. obtinuiſſe, hinc etiam diſcimus. Ita e receptis illis apud gentes moribus, Chriſti ſponſae non ſolum vnguentis delibutae fragrans odor a ſponſo commendatur ab initio Cantici Cant. καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα· ſed ſimiliter 4, 10. καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. Ita vnctas, et oleo quidem e myrrha, vt h. l., Regum Perſarum ſponſas, antequam ad eos deducerentur, notum ex hiſtoria Eſther. 1, 12. et 13. prout a Ruth etiam factum 3, 3. antequam prodiret ea-

---

z) Formam dicendi μυρίσαι μύροις ſimilibus illuſtrauit Eckard. p. 45. ſ.

a) De variis vnguentorum generibus, et vſu (quem Solon exſecratus fuerit, Spartani repudiauerint) nonnulla, ſed aliena ab h. l. adſert *Gir.*

dem ad viri conſpectum, qui eam vxorem duceret. Ad quem morem, quod viderunt alii, reſpexit Ezechiel 16, 9. vbi inter alia, quibus eccleſiam Iſraelitarum, velut dilectam ſponſam ſuam a ſe exornatam tradit, *oleo* quoque a ſe *vnctam* memorat. Neque vero *ſponſam* ſolum, ſed omnes etiam eius paranymphos vnguentis, pro recepto caeteroquin in ſolemnibus quibuscunque pompis vel conuiuiis apud veteres more delibutos aliunde ſat conſtat. Ita *vnguentatus maritus* dicitur Catull. Epithal. Iuliae et Manlii LXI, 142. et circa initium eiusdem carminis [v. 6. 7.] ad Hymenaeum: *cinge tempora floribus ſuaueolentis amaraci.* Adde, quod in genere apud Athenn. ſummo in pretio habita olim fuiſſe vnguenta, et quod iis perfuſi continuo fuerint, ab Athen. traditur XV. p. 691. *Spanh.* Recte ſingularem νύμφην cum verbo plurali iungi oſtendit Porſon. in Add. ad Eurip. Med. 1022. p. 508.

530. V. Suid. V. Βαπτά, qui locum hunc citat. δαπάναις ἱματίων poſitum eſt pro, *ſumtuoſis veſtibus b)*, de quo genere loquendi plura notauit Hor. Vitringa in Specim. animaduerſſ. ad Ioh. Vorſtium de Hebr. N. T. c. 3. extr. *c)*. *Kuſt.* Βαπτὰ ἱμάτια ſunt ποικίλα, *veſtes verſicolores*, a βάπτειν, quod ſaepe eſt i. q. ποικίλλειν. v. Salmaſ. ad Vopiſci Carin. c. 20. p. 852. Vopiſci Aurelian. c. 46. p. 560. Trebell. Poll. XXX. tyrann. c. 30. p. 328. vbi et h. l. laudat. Verſicolores autem veſtes quum non liceret Athenis geſtare niſi meretricibus, tamen ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγυρέσι etiam viris conceſſas fuiſſe, patet ex iis, quae leguntur apud eumdem ad Aurelian. p. 560. *Duck.* ἱματία βαπτὰ ποικιλόμορφα ſunt *pallia florida*, variis coloribus picta, texta filis varii coloris, quae etiam ἀνθηρά, ἀνθινα, ποικίλα nominantur (v. ad v. 1200.), quae ars ab Alexandrinis inventa dicitur. v. Salmaſ. ad Scr. H. A. p. 318. Gerebant huiusmodi veſtes feminae opulentae et meretrices, etiam

---

b) ſumtuoſis, pretioſis palliis. Nam ἱμάτια ſunt *pallia*, et Abſtractum habet vim Concreti, vt 268. χρυσὸς ἑτῶν, quam formam loquendi lingua graeca debet hebraicae. *Piſch.* Senſus loci eſt: non licebit vobis amplius veſtes geſtare variegatas, pretioſis coloribus (eamque ob rem magna impenſa) tinctas. βαπτὸς eſt *colore infectus*, vt Ael. V. H. 7, 9. et ποικιλόμ. i. q. ποικίλος in Ael. V. H. 8, 7. 12, 1. *Münt.*

c) Alia et plura exempla attulit *Eckard.* Obſſ. p. 46. ſ.

viri in pompis (v. Ferrar. R. Veſt. 1, 3, 22. (atque adeo ſponſi *d)*, die nuptiali, id quod hic locus docet. *Fiſch.* Veterum Athenn. in veſtitu morem, vt *variegatis infectisque purpura veſtibus* vterentur, tangit Athenaeus XII. p. 512., vbi de magnificentia Athenn., qui Perſas ad Marathonem deuicerant: ἀλουργῆ μὲν γὰρ ἠμπίσχοντο ἱμάτια, ποικίλους δὲ ὑπέδυνον χιτῶνας· quibus addit aureas circa frontem, quae eorum crinibus erant inſertae, cicadas. Quae totidem fere verbis, vt inde ea deſumſiſſe vere notet Perizonius, tradit Aelianus V. H. IV, 22. *Tinctarum* et *variegatarum* (βαπτῶν καὶ ποικίλων) *veſtium* vſus, ceu barbarici luxus, non graecanici, eſt deinceps habitus, vnde ab Eurip. de Paride Iph. Aul. 73. Ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ χρυσῷ τε λαμπρός, βαρβάρῳ χλιδήματι. Ac ſimiliter in Troad. 991. ὃν εἰσιδοῦσα (Helena) βαρβάροις ἐσθήμασι etc. *Tinctas* vero *veſtes* de purpureis dici, quiuis facile intelligit, et quam pretioſa βάμματα *Mileſia* tum fuerint vel *Sardiana*, aliunde liquet; de poſteriori quidem dictum Acharn. 112. et Pac. 1138. βάμμα Σαρδιανικόν. De *Mileſia tinctura*, pretioſisque ad tingendum in ea vrbe, et e purpura quidem, lanis notum illud Virg. Georg. 3, 306. Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur etc. Ac dicti iam ante e Mileto Theocr. Id. 15, 125. πορφύρεοι τάπητες. Vnde quum eadem vrbs eſſet colonia Athenienſium *e)* eorumue ea aetate, ſicut aliae illius in Aſia continentis vrbes vicinaeque inſulae, tributaria, haud mirum, ſi et inde infectae purpura veſtes eſſent Athenienſibus familiares. Haec autem omnia in nuptiali pompa locum habuiſſe, vel hic Comici locus docet. Adde, *ſtrata purpurea* in foro Athenis occaſione nuptialis Iphicratis conuiuii adhibita, iuxta Anaxandridem ap. Athen. IV. p. 131. Vnde de eiusmodi *purpurea* et *variegata veſte* intelligenda videtur nuptialis veſtis, quam depoſcit Hercules Au. 1694. Γαμικὴν χλανίδα διδότω τὶς δεῦρο μοι. Sic de nuptiali veſte a Medea Iaſoni data Valerius Flacc. 8, 251. Ipſa ſuas illi croceo

d) Immo ſponſae, nam ad νύμφην referenda eſſe verba κεσμῆσαι δαπ. ἰμ. β. monet Toupius Emendd. in Suid. I. p. 98. Ox.

e) Miletum antiquam Cretenſes condiderant, nouam Iones qui ex Attica venerant. Ea a Perſis deleta a. 496. a. Chr. mox reſtaurata eſt et Graecis colonis frequentata. v. F. G. Rambach Comm. de Mileto eiusque coloniis. Hal. 1790. 4.

ſubtemine veſtes Induit. Ita ſponſae Aegyptiae ap. Achill. Tat. l. 2. p. 75. [c. 11.] ἐσθῆτα δὲ τὸ πᾶν μὲν πορφυρᾶν. Ad quem ritum *variegatarum*, quibus ſponſae amictae erant, *veſtium* reſpicit Ezechiel loco antea laudato, vbi de ſponſa Iſraelitica a ſe ornata loquens addit: XVI, 10. καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα. Quod aemulatus quoque eſt Euagrius, vbi de eccleſia tamquam dei ſponſa ait Hiſt. Eccl. I, 4. ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένης καὶ πεποικιλμένης *amictu aurato et variegato induta.* Addo quod extra nuptialem feſtiuitatem βαπτῶν ac ποικίλων veſtium vſus apud Athenn. meretricibus, lenonibus, bacchantibus aliisque id genus relictus fuerit, quod ad Iuliani Caeſares monui. Quem morem *variegatarum* in nuptiis *veſtium* apud Latinos olim obtinuiſſe obſeruat Dionyſ. Halic. III. p. 157. *Spanh.*

531. τί πλέον πλουτεῖν ἐστι. Nota hic elegantem phraſin Atticorum, quam interpres Lat. non ſatis bene expreſſit. Senſus enim eſt: *quid proſunt diuitiae*, vel *quem vſum praeſtant diuitiae, ſi* etc. Galli hoc melius ſic exprimerent: *Quel avantage eſt ce pour vous d' être richef)* etc. Conſtructio videtur ἀνακόλουθος propter ſequentem Accuſ. ἀποροῦντας. Sequi enim potius debebat Dat. ἀποροῦσι, quia Graeci dicere ſolent: τί πλέον ἐστι σοι etc. Eurip. Hel. 329. τί σοι πλέον γένοιτ' ἄν. Niſi quis dicere velit, Accuſatiuum abſolutum, vt Technici vocant, hic poſitum eſſe pro Genit. cuius conſtructionis exempla fateor non raro occurrere. V. Periz. ad Ael. V. H. 2, 13. num. 10. *Kuſt.*

καί τοι *at vero, atqui.* τί πλέον ἐστιν g) *quid prodeſt?* Xen. Cyr. 5, 5, 10. extr. τί ἐμοὶ πλέον; vid. Muretus Varr. 12, 13. Valken. Diatr. in fragm. Eurip. p. 150. qui coniicit ἀποροῦντι, quod huic formulae fere Datiuus perſonae addatur: immo ἀποροῦσι· nam agit P. cum Chrem. et Blepſ. At Codd. vett. [plerique] abdicunt,

---

f) Francog. interpres in Brumoci Th. Gr. ſenſum magis expreſſit: Si vous êtes donc privés de ces choſes, de quoi vous ſervira tout votre bien?

g) Omnes Edd. ἐστι· tum ſyllaba, quae produci debebat, breuis erat. Proximo verſu cod. Doru. itidem ἐστι, quod in cunctis Edd. recte habet ν adpoſitum. *Hemſt.* qui h. l. primus ἐστιν edidit.

et cur non licuerit poëtae vti Accuſatiuo qui cohaereat cum v. πλουτεῖν, intellecto pron. ὑμᾶς *h)*; cf. Hoogeu. ad Vig. 3, 10, 7. *Fiſch.* τούτων πάντων ἀποροῦσι optime Regius B. [quod etiam in texta a Br. receptum eſt]. In membr. πάντων τούτων ἀπορροῦντα· in meo, vt vulgo, ἀπορροῦντας. Deprauatiſſima in C lectio, quae gloſſae ortum debet: πλουτεῖν ἐστι πάντων ἀπορῇ τις. Datiuum e graeci ſermonis vſu praefert hic etiam Valcken., cuius iudicio non minus tribuiſſem auctoritatis, quam veteri chartae. Phocylidis verſus ap. Stob., quos e Floril. Grotii p. 355. raptim deſcriptos in Anal. Vet. Poët. Gr. intuli T. I. p. 78. ſic exhibendi erant *i)*:

Καὶ τόδε Φωκυλίδου· τί πλέον, γένος εὐγενὲς εἶναι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἔπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ;

Brunck. Veterem lectionem πάντων τούτων ἀπορροῦντας e ſuis codd. reuocauit *Inu.* Et potuit ea, quam Br. recepit, ſcriptura e correctione antiqui Grammatici exiſtere, cui vulgata aut difficilior aut minus recta videretur.

532. Vt ἀπορεῖν eſt *non habere, carere*, ita εὔπορα ſunt *ea, quorum facilis et magna eſt copia*, ita vt παρ' ἐμοῦ etc. ſit: *haec omnia* (lecti, tapetes, vnguenta, pallia pretioſa) *a me facile vobis contingunt, haec facile nanciſci poteſtis meo beneficio. Fiſch.* Euripides in Alexandra [fr. XV, 3. f.]: Πενία δὲ δύσηνον μὲν ἀλλ' ὅμως τρέφει Μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια. *Bergl.*

533. χειροτέχνην. Veſp. 1233. ἐφύτευσας ἔτι χειροτεχνικωτάτους. Soph. Trach. 1018. τίς ὁ χειροτέχνης ἰατρείας; Haud mirum, quod Medicum *manuum artificio* deſcribat Tragicus, quum *chirurgos* olim eosdem fuiſſe ac *medicos* ſit aliunde notum. Medicos primitus chirurgiam quoque exercuiſſe, neque diſtinctum a medicina nomen habuiſſe, et inde legi ap. Hippocr. χειρισμὸν, χειρίσιν, χείρισμα monuit Daniel Clericus, Ioannis frater, Reip. Geneuenſis Senator et eruditiſſimus Medicus, numorum etiam vett. ſtudio et peritia laudandus, Hiſtoire de la Med. L. III. c. 28. Quod vel Hippocratis Tractatus de Fracturis et de Articulis, et quae de officio Medici ab initio prio-

h) ἀνθρώπους intelligi vult *Gir.*

i) Non emendauit Iacobſius T. I. p. 54. Anthol.

ris Tractatus disserit, abunde euincunt. *Spanh.* χειροτέχνης est *opifex*, vt 617. qui ab Aesch. Socr. 3, 11. χειρωναπτικοὶ dicuntur, ab Herodot. et aliis χειρώνακτες, v. Foës. Oecon. Hippocr. V. χειρώνακτες. ἐπαναγκ. κάθημαι idem est quod ἐπαναγκάζω, sed vsus est poëta periphrasi *k)* propter verba ὥσπερ δέσποινα. Nam *dominae* sedent, serui et ancillae stant. *Fisch.*

534. χρεία idem est quod ἔνδειᾳ *indigentia*, vt οἱ ἐν χρείᾳ ὄντες dicuntur *egeni*, πενία cadit in pauperes (non mendicos, πτωχούς), quales sunt opifices. ζητεῖν ὅπ. βίον ἕξει est, *quaerere victum*, quaerere viam, qua inueniat res ad viuendum necessarias, τὰ ἐπιτήδεια. *Fisch.*

535. ff. Sensus: tu enim quid potueris hominibus afferre boni, nisi pustularum e balneo multitudinem, et puerorum esurientium anicularumque voces et gemitus, pediculorum item et culicum et pulicum copiam innumerabilem: qui cum bombo stridunt circa caput, et dormientibus ita molesti sunt, vt eos excitent et quamuis esurientes tamen surgere iubeant. Partic. γὰρ posita est pro δὲ vel τοί· aut dicendum est ante ista verba Chremyli omissam esse integram enunciationem: *nihil dicis, vana iactas.* Sic certe sensisse videtur Schol. cod. Doru. Similis locus est 912. *Fisch.*

φώδων. Carent Edd. et cod. Doru. ι subnotato, quod tamen in hoc voc. requiri docet Etym. M. in Φώς, φῳδός, vbi hic Aristoph. locus adfertur *l)*. v. Foës. Oecon. Hipp. h. v. [p. 671.] et H. Stephan. Ind. Thes. V. Φωγνύω. *Hemst.* De *tuberibus* s. *pustulis* potius, quibus pauperes e balneis egressi, ob vestium penuriam et inclementiam aëris infestabantur, hic agi, in Schol. adnotatur. Hesych. vt hodie apud eum legitur: Φῶγος *m)* φωΐδες, τὰ πρὸς πυρὸς ἐν σώματι γενόμενα ἐκ φυσήματος· οἱ δὲ τὰς φλυκταίνας.

---

k) Etiam *Gir.* censet κάθημαι auctoritatem eius imperantis exprimere.

l) Praeter Etym. Suidam V. φώδων laudat *Kust.* Scripturam φώδων seruarunt Br. et Inu.

m) φῶδες scribendum esse, plerique VV. DD. in ed. Albert T. II. p. 1535, 3. (vbi etiam πρὸ πυρὸς est) viderunt. Fisch. laudans hoc glossema scripsit ἐκφυσήματα.

Idem: *χειράδας, ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας· ἔνιοι δὲ φωῖδας. Φῶδε* nempe vel *φωΐδες* a *φώζω n)*, vnde ap. Athen. XIV. p. 647. de placentae genere *πυραμίδος* dictae, *γίνεσθαι γὰρ τοῦτον ἐκ πυρῶν πεφωσμένων (e tritico tosto)*. Quo referas etiam *τὸ φωκτὸν* apud eumdem Athen. III. p. 126. *τὸ κρίμνον οὕτω φωκτὸν γινόμενον δυσοιδεῖ. Φῶγος* vero ap. Hesych. similiter a *φώγειν, torrere*, quomodo Epicharmus Athen. II. p. 56. ait: *φασήλους φῶγε ἁδέως*, vt ex Eustath. vidit ibi Casaub. A *φῶγος* emersit Lat. *focus*, Gallis *foyer:* quin Epicharmi locus firmat omnino et illustrat id, quod de eo voc. tangit in Etymol. Vossius. *Spanh.* *Φὼς* est vitium in corpore, praecipue in pedibus, ab ardore ignis contractum. Deriuatur a *φῶς ignis*, vnde *φώγω* et *φωγνύω vro.* Genitiuus est *φῳδός*, vnde Genit. plur. *φῳδῶν*, vt *χειρῶν* debebat *τονίζεσθαι·* sed hoc discedit a regula, teste Etymologo o) et accentuatur vt *παίδων* et pauca alia. Dicit autem haec Chremylus, quia et ipse habebat eiusmodi *φῳδας*, vt coniicere licebit e nott. ad 784. *Bergl.* Sunt *pustulae p)*; *vesiculae*, vi ignis excitatae. Eustath. ad Il. *ρ*, p. 1123. Rom. *ἀποκαύματα*, et ad Il. *ν*, p. 962. *αἱ ἀπὸ φλογὸς φλύκταιναι.* Lex. Cyrill. in Matthaei Anecd. T. I. p. 23. *φωΐδας· τὰ φλογίσματα q). Fisch.*

ἐκ βαλανείου r). Pauperes ad caminos balneorum accedere solebant, si frigerent. Infra 953. vbi v. quae no-

---

n) A *φάω* (*φαέω*) *luceo*, potius repetit Scheidius in Lennep. Etym. L. Gr. II. p. 1086.

o) Ex quo pleraque habet Zonaras Lex. T. II. p. 1836.

p) rubentes maculae omnibus inductae ex nimia ignis propinquitate, quas pauperes, dum ad ignem quam proxime possunt, accedunt, sibi contrahunt. *Gir.*

q) Ita etiam Zonaras Lex. T. II. p. 1837. Addendi autem sunt Erotian. Lex. Hipp. p. 388. et Galenus Expos. Voc. Hipp. p. 594. ed. Franz.

r) Subint. *γιγνομένων*. Hiberno tempore, quibus balneum intrare per pecuniam non licebat, saltem hoc impetrabant, vt ad ignem balneo subiectum quandoque accederent, vel prunas inde domum referrent. Nam qui in balneo sunt, non facile sibi eiusmodi *φῶδας* contrahunt. *Gir.* In conclauibus quibus balnea circumdabantur, quaeque inde calefiebant, pauperes per hiemem vixisse Francog. interpres notat.

taui. *Bergl.* Homines egeni, hiemis tempore, Athenis confugiebant in balnea publica, vt se ab iniuria frigoris defenderent, et in iis dormiebant. v. 903. f. *Fisch.*

536. ὑποπεινᾷν est omnino, *esurire*. Nam ὑπὸ in multis verbis compositis vi omni caret, vt ὑπόλοιπος 431. *Fisch.*

κολοσυρτόν. Hanc lectionem non solum agnoscunt Mff. et Edd. omnes, sed etiam vetus Schol. et Etym. M. V. Γράψιον. Mirum tamen neminem interpretum obseruasse manifestam ἀνακολουθίαν constructionis. Quum enim Genit. φῴδων praecesserit, oportebat subiungi κολοσυρτοῦ, quippe quod voc. aeque ac φῴδων a praeced. πλὴν pendet: licet Schol. secus sentiat et τὸ πλὴν ad κολοσυρτὸν referat. Nam non video, quomodo κολοσ. et φῴδ. per sensum iungi possint, quum φῴς significet *vesiculam* s. *pustulam* ex calore ignis ortam, κολοσυρτὸς vero *strepitum* s. *tumultum*. Deinde quae sequuntur per τελείαν στιγμὴν separanda sunt a praecedd. et legenda: Φθειρῶν δ' ἀρ. etc. Sic enim secundum grammaticam constructionem verba ordinanda sunt: οὐδὲ λέγω σοι ἀριθμὸν φθειρῶν etc. *Kust.* Recte reponis quidem κολοσυρτόν, vt nos olim. At quum versu sequ. etiam ἀριθμοῦ subsituis *s)*, non probo factum. Sic enim distinguo: καὶ γρ. κολοσυρτοῦ· Φθ. τ' ἀριθμὸν etc. vbi ordo est: οὐδὲ λέγω σοι ἀριθμὸν φθ. — ὑπὸ τοῦ πλήθους. *Bentl.* Debebat dixisse κολοσυρτοῦ et in proximo versu ἀριθμοῦ *t)*, sed ad vitandam multitudinem genitiuorum dixit κολοσυρτὸν et ἀριθμόν, idque non absurde; nam Genit. φῴδων ad πλὴν refertur, Accusatiui κολ. et ἀρ. ad πορίσαι hoc modo: σὺ γὰρ ἂν τε δύναιο πλὴν κολοσυρτὸν πορίσαι παιδαρίων; Vt hic κολοσ. παιδ., ita Vesp. 664. Ἀθηναίων κολοσυρτόν, et 671. σύρφακα, et in Lysistr. 170. Ἀσαναίων ῥυάχετον dixit. *Bergl.* Quicquid moliantur eruditissimi Viri, mutandum κολοσυρτὸν non est: compone cum Schol. *v)*

---

s) Hoc autem Kusterus non fecit.

t) Nimirum vulgo post κολοσυρτὸν comma positum erat, et verba οὐδὲ λέγω σοι ὑπὸ τοῦ πλ. parentheseos notis inclusa, vt ἀριθμ. cum praecedd. arcte cohaereret. Br. et Inu. post κολοσ. interr. notam reposuerunt, vt sequentia nouam constituant sententiam.

v) Qui πλὴν ait h. l. significare εἰ μὴ, *nisi*: fine causa; nam part. πλὴν sequitur non tantum Genitiuus, sed omnino omnis casus,

πλὴν κολοσυρτὸν φῴδων — καὶ παιδ. — καὶ γρ., facete haec tria genera eumdem ordinem occupant et a voc. κολοσυρτὸν pendent: post πλὴν vero non Genit. solum, sed et qui praecesserat casus haud raro subsequi solet, vt ex Deuario notum. Illud autem non temere improbauerim, quod post κολοσυρτὸν maiorem interpunctionem collocandam statuant; quo pacto placet Kusteri Φθειρῶν δ' ἀρ. pro τ'. Sed aliquantum dubites, an rectius transferatur ad praeced. versum post βκλαιείου, vt inter se cohaereant καὶ οὐδὲ λέγω σοι κολοσυρτὸν ἀριθμόν τε Φθ. etc. atque hoc mihi verosimillimum fere videtur. *Hemst.* κολοσυρτὸς propr. est, auctore Schol., sonus, strepitus, quem edunt virgulta, sarmenta, cremia, quum humi trahuntur. Nam κόλα dicuntur, Etym. M. aliisque Grammaticis [etiam Zonara Lex. II. p. 1229.] auctt., τὰ ῥύγανα. Quae Schol. ratio praestare videtur rationi eorum, vt Etym. M. et Suidae, qui tradunt κολοσυρτὸν propr. esse, τὸν ὑπὸ τῶν κόλων συρόμενον κόνιν. Neque enim sic satis potest intelligi, qui factum sit, vt κολοσ. diceretur de *tumultu* et *strepitu*, quae est secunda vocab. potestas *x)*, vnde a Grammaticis explicatur ταραχή, θόρυβος, συρφετός, ὄχλος. Ita legitur Il. μ, 147. ν, 272. et h. l. de *tumultu* et *strepitu*, quem faciunt voces et gemitus anicularum et puellorum furientium. Sed quia notioni tumultus et strepitus inest notio *copiae* et *multitudinis*, Aristophanes recte dicere potuit πλὴν φῴδων ἐκ βκλ. — κολοσυρτὸν (praestat enim hunc verborum ordinem amplecti, quam dicere, φῴδων pendere a πλήν, et ἀνακολουθίαν loco inesse), ita vt aut κολοσ. sit *copia*, multitudo *y)* (neque enim nouum est, pluribus nominibus et

---

qui praecedit, vt iam Deuarius monuit p. 318. [add. Hoogeu. Doctr. part. gr. II. p. 1061. f. ex ed. Schütz. p. 526.] Sic v. 106. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως πλὴν ἐγώ. Quia igitur h. l. praecedit quartus casus, recte idem iungitur particulae πλήν. [cf. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 563.] *Fisch.* qui verborum structuram ab Hemst. propositam sequitur.

x) Infra Vespp. 660. τῶν Ἀθηναίων κολοσυρτὸν *Athenn. strepitum.* In Scholiis Mss. olim Vossianis ad Hom. Il. N, 472. κολοσυρτός· ὁ μέγας θόρυβος. κόλον γὰρ τὸ μέγα. *Spanh.* Ita etiam Schol. Ven. B. ibi. Add. Heyn. ad Il. XII, 147.

y) Interpres: *voces gemebundas.* Sane κολασ. *strepitum* notat, sed non video, quomodo is tribui possit *pusillis.* Malo κολοσ.

verbis iungi vnum nomen et verbum, quod proprie quidem accommodatum sit tantum ei nomini, cui proxime additum est, sed cuius tamen notio tam late pateat, vt etiam ad reliqua referri possit, v. Gronou. ad Sen. de Ira 3, 3. Graeu. ad Flor. 3, 21, 26.), aut κολοσ. φῴδων, sit *strepitus*, quem faciunt voces eorum, quorum in corpore pustulae sunt excitatae: vt id quod hominibus tribuendum erat, tribuatur rei, quae est eius causa. *Fisch.*

537. f. Φθεῖρες sunt *pediculi*, vnde φθειρίασις *morbus pedicularis*, quam Gloss. vett. vocant *pediculationem*. Κώνωπες sunt omnino *culices*, singulatim *culices vinarii*, Matth. 23, 24. v. Vorst. de Adagg. N. T. c. 3. ψύλλαι sunt *pulices*, nam Attici dicunt ψύλλα, non ψύλλος, v. Moeris [p. 418.] Phrynich. p. 146. Schol. tamen antiquus auctor est, Dores dixisse τὸν ψύλλον. Seruata lectione φθειρῶν τ' ἀριθμὸν z) quae pendet a πλὴν, verba οὐδὲ λέγω σ. ὑ. τ. πλ. posita putari debent in parenthesi, sic: *hos* (nempe pediculos etc.) *tibi enumerare nequeo prae multitudine*, nam ὑπὸ est, *prae*, *propter*, vt 289. 1006. At fortassis praestat cum Kust. legere φθ. δ' ἀρ. ita vt post κολοσ. ponatur nota coli. Syllaba media voc. ἀριθμὸν breuis est. *Fisch.* A vocab. κωνώπων pendent, quae in seqq. sunt, hoc modo: κωνώπων, αἳ βομβ. a) περὶ τ. κ. ἀνιῶσιν, ἐπεγείρουσαι. Imitatus autem est Comicus locum Aesch. Agam. 900. ἐν δ' ὀνείρασιν λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην ῥιπαῖσι θωΰσσοντος. Nemo autem putet αἳ βομβ. ad proximum ψυλλῶν referendum esse, quia cum isto conueniat genere, non cum κωνώπων b)· nam hic est enallage quaedam generis, per quam αἳ β. conuenit genere cum synonymo κωνώ-

---

referre ad omnia praecedentia et exponere *turbam, multitudinem*, ex Hes. qui inter alias eius significatt. habet ὄχλος, συρφετός. *Duck.*

z) Cod. Doru. mendose ἀριθμῶν, quod vel ex adiecta interpretatione πλῆθος patet. *Hemst.*

a) Omisso αἳ cod. Doru. βο βοῦσαι cum gloss. βοῶσαι· sed multo deterius sequ. versu πεινήσεις, quod alia manus in πεινήσεις refinxit. *Hemst.*

b) Ad κώνωπας tantum refert *Gir.* sed habuisse poëtam putat rationem proximi vocabuli, quod ad syntaxin verborum, non ad sensum spectabat.

πων, nempe ἐμπίδων c), vt apud Hom. [Od. XII, 74.] νι φέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε — τὸ μὲν οὔ ποτε. Nam et ibi τ μὲν refertur ad νέφος, non quasi id praecessisset, sed qui synonymum est vocab. νεφέλη. *Bergl.* Qui ita statuunt absunt ab errore quorumdam Grammaticorum, [v. Suid. quos notauit Schol. vetus, qui ex h. l. collegerunt Attico dixisse etiam τὰς κώνωπας. At non opus esse puto istis ambagibus. Nam 1. si Aristophanes verba αἱ β. referri voluisset tantum ad culices, non video quidni scripserit potius οἱ βομβοῦντες etc. 2. etsi βομβεῖν h. l. cadit et cadere potest in culices (est enim *bombire, stridere cum bombo*, edere sonum raucum neque admodum acutum, qualem *apes* edunt, quibus propr. βομβεῖν et βόμβος tribuuntur, v. Etym. M. in βομβηδόν, Anonym. ap. Valck. Anim. ad Ammon. p. 231 d), sed sonus culicum similis est quodammodo sono apicularum): tamen, quum κώνωπες et ipsi proprie dicantur σφικᾶν e) (Anon. l. d. κώνωψ σφικᾶ), dubitari non potest, quin verbum βομβεῖν a Chremylo per iocum recte transferri potuerit etiam ad pulices et pediculos, vt copia eorum singularis significaretur. Idem valet de verbis περὶ τὴν κεφαλήν· nam culices petunt proprie caput. ἀνιᾶν est *molestum esse. Fisch.*

539. ἐπεγείρειν i. q. simplex ἐγείρειν 541. Vtrumque valet *auertere somnos* (nicht schlafen lassen), vt Hor. I. Sat. 5, 14. *mali culices*, ranaeque palustres *Auertunt somnos f).* Neque ἐπανίσασθαι differt a simplici ἀνίσασθαι. Moeris [p. 18.] Ἀνίσω, Ἀττικῶς· ἀνίσασο, Ἑλληνικῶς. Hic quoque locus ostendit, ἀνίσασθαι non semper poni de eo, qui surgit e lecto, in quo cubuerit quamuis adhuc vigilans, sed saepe de eo qui surgit e lecto, in quo dormiens cubuerit. v. Abresch. Lect. Aristaen. p. 148. et 339. *Fisch.*

---

c) Nam ἐμπίδες sunt *muscae*, Gl. vett. *Fisch.*

d) Cf. Sturz. Prol. tertia de vocibus animalium, p. 6. qui βομβεῖν etiam de culicibus dici ex Eustath. ostendit p. 14., hoc loco omisso.

e) Siue σφυκᾶν, v. Sturz. l. l. p. 14.

f) Prosopopoeiam in φράζουσαι animaduertit *Münt.*

540. Infinitiuus ἔχειν *g)* pendet a verbis σὺ πορ. τί δύ-ιο ἀγαθὸν πλὴν 535. Et quam ἱμάτιον ſit *pallium inte-rum*, apparet ῥάκος eſſe *pallium lacerum* et *detritum*. Heſ. h. v. et Intpp. Matth. 9, 16. *Fiſch.* ἀντὶ eſſe *pro*, *co*, *vice*, docet *Eckard.* p. 47. idemque p. 48. vocab. κος illuſtrat.

541. Στιβάς eſt *ſtratum* e frondibus teneris, ſtramibus, graminibus, foliis, culmis, calamis: *torus*. Heſ. v. στιβὰς σχοίνων *ſtratum iunceum*, e iuncis factum *h)*. am vocabula materiae ponuntur in Genit. κόρεις ſunt ci-ices. Gloſſ. vett. κορίδες· *cimices*. Et eleganter tri-itur ſtrato cimicibus pleno, quod proprie tribuendum at cimicibus *i)*, ἢ εὖδ. ἐγείρει. *Fiſch.* Eupolis ap. Athen. . [T. III. p. 468. Schweigh.] τοιόνδε ταῶν ὃς τοὺς εὕδοντας γείρει. *Bergl.*

542. Φορμὸς per ψιάθον ſ. *ſtoream* hic in Schol. red-tur *k)* et ſimiliter Schol. Thuc. 2, 75. ad φορμηδόν (ſtorea-m inſtar)· ψιαθῶδες· φορμὸς γὰρ ψίαθος. Hinc Protago-s φορμοφόρος ſtorearum, ſ. vilium ſtragulorum baiulus then. VIII. p. 354. vt ad eum vidit Caſaub. Apud Pau-niam vero de vili nautarum geſtamine X. p. 666. [c. 29. . III. p. 254. ed. Fac.] ὁ δὲ Ἑλπήνωρ ἀμπέχεται φορμόν τι ἐσθῆτος, σύνηθες τοῖς ναύταις φόρημα. *Spanh.* φορμὸς nnino dicuntur *crates vimineae* omnis generis, quidquid xtum eſt e iunco, vlua paluſtri, ſparto, omninoque vi-inibus, velut quali, corbes, tegetes: ſingulatim ita dici-r *teges*, vel *ſtragulum ſcirpeum*, *ſtorea*, *matta*, in qua

g) Cod. Doru. ἔχει, cuius vitii cauſa eſt manifeſta, quamquam verſu abhinc ſecundo melius ἔχειν retineat: mox σχίνων pro σχοίνων, quas voces ſaepiſſime permutari eamque rem ipſi Plinio impoſuiſſe monuit H. Steph. in Theſ. III. p. 1200. Hic vero ſiue lentiſco ſiue ſcillae nullus eſt locus: inde tamen ortum exiſtimo, vt στιβάδα exponeret συναγωγήν, ſatis abſurde. *Hemſt.*

h) Culcitra iuncea dormientem magis frangit quam reficit. *Gir.* Additur igitur σχοίνων ad miſeriam magis declarandam. *Münt.*

i) Opponit hoc μύροις κακτοῖς, quorum meminerat Penia. *Gir.*

k) Cod. Doru. ψιάθιον. Ita Schol. Thuc. ad 2, 75. 4, 48. v. Moſchopul. περὶ σχεδῶν p. 43. et inprimis Du Cang. Gl. M. et I. Gr. in V. ψιάθιον. *Hemſt.*

dormire solebant homines tenues, quae ab Atticis etia
χαμεύνιον dicitur, a reliquis Graecis φίλαθος. v. Moeris
408. Pierſ. *l)* σαπρὸν propr. eſt *putre*, deinde, quidqu
eſt eiusmodi, vt non poſſit praeſtare vſum eum, ad que
comparatum eſt. v. Intpp. Matth. 7, 17. Itaque φορμ
σαπρὸς eſt *florea*, aut *lacera* neque integra, aut *impur*
Cf. Heſ. V. Σαπρόν. Infra 814. πινακίσκοι σαπροί. προσκ
φάλαιον eſt *ceruical*, puluinus qui ſupponitur capiti,
Marc. 4, 38. et Theophr. char. 25, 2. apud quem tame
2, 5. προσκεφάλαια dicuntur *puluini*, ano ſuppoſiti. *Fiſc*
Ad hunc locum reſpexit Suidas V. Προσκεφάλαιον. *Kuſt.*

543. εὐμεγέθης eſt *praegrandis*. Nam εὖ in verb
compoſitis ſaepe eſt i. q. πάνυ, μάλα *m)*. σιτεῖσθαι Me
eſt *cibum capere, veſci, epulari:* nam σιτεῖν vt σιτίζε
eſt *cibum praebere, alere;* σῖτα enim eſt frumentum,
bus e frumento confectus, cibus omnis generis. De vari
panum, ἄρτων, ap. vett. generibus v. Athenaeus 3, 2
30. *Fiſch.*

544. μαλάχη (haec enim ſcriptura Attica eſt; reliq
Graeci ſcribunt μολόχη *n)*, v. Moeris [p. 263.], eſt *malu*
eaque *ſylueſtris*, ἀγρία· eſt enim etiam *ſatiua*, κηπευομ
νη, quam *malopen* vocari auctor eſt Plin. H. N. 20, 2
qui eſt locus de malua claſſicus, quocum conferri poſſu
Stapel. ad Theophr. Hiſt. plant. 7, 8. p. 824. f. et Caſ

---

l) Pro τάπητος errore vulgari cod. Doru. τάπιτες, ſed interpr
tationis vice adſcriptum habet πευκίνου, vt 528. πευκίεις. Vtra
que ſcribendi formam vſurparunt Graeci recentiores; i
propius ab origine abeſt, quam Meurſio minime perſpecta
cognoſcere licet ex Du Cangii Gl. in Ἐπιύχιον· ibi profert
ex Gloſſ. Mſſ. ad Ariſt. Plut. τάπητι, ἐπευχίοις. *Hemſt.* Scil
cet Chriſtiani pro τάπης dixerunt ἐπεύχιον, quia tapetes ſubſte
ni ſolebant iis, qui preces ad deum funderent. *Fiſch.*

m) Pauperum hoc eſſe, vt terram pro lecto, lapidem pro pu
vino habeant, interdum tamen et alios neceſſitate coactos c
piti ſuppoſuiſſe lapides, docet Eckard. p. 48.

n) μολόχη a Doribus in communem vſum venit: πραΰτεροι μο
χης ex Epicharmo notat Athen. II. p. 58. E. ſimul adfirma
tamquam rarius aliquid et obſeruatu dignum, in *Antipha*
exemplaribus multis eamdem a ſe repertam fuiſſe ſcriptura
hinc *veſtis molochina.* v. Du Cangii Gl. M. et I. Gr. in
λόχα. *Hemſt.*

Bauhinus in *Πίνακι* Theatri Botanici p. 314. f. *πτόρθος* eſt vel *ramus*, de arboribus Od. ξ, 127. vel *germen*, cauliculus, de plantis, vt h. l. v. Heſych. *μαλάχης πτόρθοι* igitur ſunt maluae cauliculi ſ. ſurculi, vt Hor. I. Od. 31, 15. ſ. *me paſcunt — leues maluae*. Fuit cibus hominum tenuium et pauperum, id quod hic locus ſatis docet. *μᾶζα* (ſic enim Attici ſcripſerunt, non *μάζα*, v. Moeris p. 258.) fuit genus quoddam *pultis*, confectae e farina hordei toſti, ſubacta aqua (v. Cyrop. 6, 2, 11.) etiam lacte et oleo. Schol. Ariſt. ad Pac. 1. Heſ. h. v. Athenaeus XIV. p. 663. vocat *τροφὴν δημοτικὴν καὶ κοινήν*. v. Foëſius Oecon. Hipp. h. v. *Fiſch.*

φυλλεῖ' ἰσχν. Tam MSS. quam praecedentes Edd. pro *φυλλεῖ'* hic habent *φύλλ'*, non ſine manifeſto detrimento verſus o). Metrum enim claudicat ob ſyllabae vnius defectum. Quare non dubitaui ex ingenio reſcribere *φυλλεῖ'*; praeſertim quum et ſenſus lectioni huic mirifice faueat. Loquitur enim Comicus hic de foliis olerum hortenſium, quae *φυλλεῖα* Graeci appellant. Noſter Acharn. 468. *ἰσχνά μοι φυλλεῖα δός*, i. e. *folia olerum*, docente vet. Schol. qui et hunc ipſum locum illic adduxit, procul dubio vt doceret, Comicum voc. *φυλλεῖα* in Pluto etiam vſum eſſe. Sed nec illic locum hunc intemeratum reliquerant inepti homines, quippe qui in verbis Schol. itidem pro *φυλλεῖα* ſubſtituerant *φύλλα*· prorſus contra mentem illius. Quare et ibi locum hunc a nobis emendatum inueniat lector. *Küſt.* Verſus emendationem Kuſtero praeripuit *Chriſt. Waſius* in Senar. p) p. 239. qui poſito Ariſtoph. verſu, „Prius, inquit, fegmentum dimetrum procedit inoffenſum: in capite ſequentis ineſt debilitas: audacter lege *φυλλεῖ' ἰ. ῥ.* Quum vero *vitium verſui iampridem inolitum* ex eo concludit, quod Schol. ad Acharn. 468. locum afferat *perinde*, atque hodie legitur *in Pluto*

---

o) Hoc *Ducker.* etiam animaduertit, quum duae priores ſyllabae in *μαλάχη* breues ſint, vt Heſiod. [Ἔργ. 41.] Itaque ipſe etiam coniecit *φυλλεῖ'*, quam emendationem ex Acharn. 468. et Schol. eius loci hauſit, qui etſi ex h. l. *φύλλ'* laudat, tamen aperte demonſtrat *φυλλεῖ'* legendum eſſe h. l. vt ibi. Add. Theſ. Steph.

p) *Chriſti. Waſii* ſenarius ſiue de Legibus et Licentia veterum poëtarum, Oxon. 1687. 4.

ſyllaba defectus, Kuſtero minus fuit perſpicax, qui recte animaduertit, omnino fieri non poſſe, vt aliter legerit is Schol., atque ipſe in Comico reſtituit. *Hemſt. q).* φυλλεῖα non differunt a φύλλοις *r)*· certe Heſych. φύλλιον· πέταλον. Hoc tamen loco intelligi debere videntur *folia derepta et reiecta*, ita vt φ. ῥαφ. ſint *folia raphanorum* eaque defecta. ἰσχνῶν dictum puto pro ἰσχνά, vt hoc Adiect. pertineat non ad ipſos raphanos, verum ad eorum folia. φυλλεῖα ἰσχνὰ ſunt *folia floccida, marcida*, μεμαραμμένα καὶ εὐτελῆ Suid. et Schol. Acharn. Nam ἰσχνὸν dicitur, quidquid eſt *tenue, exile, gracile:* huiusmodi autem ſunt folia flaccida; et Heſ. ἰσχνὸς interpretatur per ξηρός. Notatur igitur Paupertas a Chremylo triplici nomine, quod homines edere cogit φυλλεῖα, et φυλλεῖα ἰσχνά, et φ. ἰ. ῥαφανίδων. ῥαφανὶς eſt *raphanus;* caeteri Graeci vocant ῥάφανον, quum ῥάφανος Atticis ſit braſſica, κράμβη, v. Thom. Mag. p. 776. ſ. Bern. et Pollux 1, 247. Singulatim ita appellatur *radix ſylueſtris*, raphanus ſylueſter. Gloſſ. vett. ῥαφανίδες *Armoracia.* Fuit autem εὐτελὲς σφόδρα ἔδεσμα, v. Athen. 2, 16. p. 57. Vnde elucet magnitudo βδελυρίας eius, quem Theophr. char. 11, 5. oſtendit numerare et in tabulas referre raphanos ſemeſos. *Fiſch.*

545. θράνους. Pollux X, 48. locum hunc citans legit θράνου, a recto θράνος, ου, ὁ. *s). Kuſt.* Recte ap. Poll. ita legitur. Eſt enim θράνος maſcul., vt apparet e Poll. οἱ θράνοι et e Schol. Ariſt. ad Nub. vbi θράνους dicit. Nouiſſimus editor Pollucis bene cenſet e Poll. emendandum Ariſt. locum, ſed hoc iam ante eum obſeruauerat H. Steph. Theſ. et in Lex. Conſtantini quoque ita hic locus laudatur. Apud Suidam tamen vitioſe, vt hic, θράνους. *Duck.* Genuinum puto θράνου Attico more, quod ſuggerit Poll. *Hemſt.* Repoſuit *Brunck.* θράνου e Polluce, *Inu.*, cui aequius videbatur Pollucem e tot codd. Ariſt. emendari (etſi

---

q) Kuſt. et Hemſt. ſequuti ſunt omnes recentt. Edd.

r) Secus ſtatuere videntur vett. Grammatici. Cf. Zonar. Lex. II. 1832. Et Schol. Ach. 468. cuius verba Suid. deſcripſit, ipſo Fiſch. laudante, φυλλεῖα explicat τὰ ἀπολειπόμενα τῶν λαχάνων.

s) Vti Attici dixerunt κώπης, ου et ους. *Fiſch.*

Pollux videri poteſt antiquiores et meliores libros habuiſſe), reuocauit antiquum. In Brunck. cod. gloſſema adſcriptum fuit θρόνου, in C. ὑποποδίου, quod verum eſt, iudice Br. v. Ran. 121.

Non ad proximum σιτεῖσθαι referenda ſunt, quae hic ſequuntur (nam nihil eorum comedi poteſt), ſed ad ἔχειν v. 540. *Bergl.* θρόνος auctore Schol. eſt *ſcabellum* (θρῆνυς ap. Hom.), v. etiam Heſ. Suid. Etym. M. At h. l. *ſellam* intelligi arbitror *t)*. Nam 1. ipſa Chremyli oratio oſtendit, eum loqui de ſella, qua vſi ſint homines diuites, 2. Pollux l. l. ait, θρόνους ſibi videri eſſe δίφρους *v)*. δίφρος autem legitur ſaepe de ſella curuli magiſtratuum Rom., 3. non abdicit origo vocab. a verbo θρῆσαι vel θρήσασθαι h. e. *ſedere*, vnde etiam θρόνος *ſolium* ductum eſt. *Fiſch.*

σάμινον. In Lyſiſt. 196. Θάσιον οἶνον σαμινίον. Ran. 22. Liber Pater ſe dixit υἱὸν Σταμνίου, quod vinum ἐν σάμνοις ſ. amphoris reconderetur. Hinc Conc. IIII. τὰ Θάσι' ἀμφορείδια. Thaſium nempe vinum, ſ. in Thaſo inſula proueniens, inter praeſtantiſſima olim habitum iuxta Chium, Lesbium (et quidem vetus) e teſtimoniis Comicorum vett. ap. Athen. I. p. 29. liquet, Aeliano praeterea V. H. XIV, 31. adde infra 1022. εἰ Θάσιον ἐνέχεις. Quomodo obuii etiamnum Thaſiorum numi, in quibus hinc Bacchus depingitur, hedera redimitus, et, quod minus obuium, barbatus; illinc Quadrigae, ad pedes amphora *x)* ſ. Θάσιον σαμνίον, ſed de his forte ad Lyſiſtratam. *Spanh.* σάμνος, quod h. l. maſculinum eſt, quum ſit fere femininum (Hebr. 9, 4.), veteres Grammatici interpretantur per ἀμφορεύς v. Moeris [p. 44. ibique Sallier.] et Tho. M. [p. 44.] Fuit igitur *vas*, fere *vinarium*, fictile (diota), quod capit ſextarios 36., vel auctore Feſto 48., vtrinque anſatum. Lectio κεραμίου, quam Schol. in quibusdam codd. exſtitiſſe animaduertit, nata videtur e gloſſ. Nam κεράμιον eſt *am-*

t) Perperam *Münt.* cenſet, parum referre, vtrum ſella an ſcabellum intelligatur. Recte Francog. int. au lieu de ſiège.

v) καὶ εἰ θρόνοι δὲ δίφροι ἂν εἶναι δοκοῖεν, Poll. X, 48.

x) Cf. *Eckhel.* Doctr. Num vett. II. p. 53. f. *Mionnet* deſcr. des médailles antiques I. p. 454. f.

phora, *quadrantal*, Gl. vett. κεφαλὴ *y)* est *operculum*, quod propr. πῶμα appellatur, vt Hom. Od. γ, 392. κρήδεμνον, quo propr. velamen capitis significatur, Schol. min. explicat per πῶμα. Eust. per τὸ σκέπασμα. Sensus: *pro sella operculum fractae diotae z)*. Med. κατεαγότος habet vim Passiui *a)*. μάκτρα est *vas ligneum*, in quo subigitur farina *b)*, quod etiam Latinis *mactra* vel *magis* nominatur, a verbo μάττειν. Plato Phaed. 47. vocat κάρδοπον. Cf. Hes. *Fisch.*

546. πιθάκνης. Infra Eqq. 789. populum Athenn. dicit Comicus οἰκοῦντα ἐν ταῖσι πιθάκναισιν. Πιθάκνη nempe τοῦ πίθου deminutiuum, de *doliolis*, ab Atticis dictum. Hesych. Πιθάκναι καὶ πιθάκνια, οἱ μικροὶ πίθοι καὶ σιπύαι, non, vt ibi hactenus σιπήαι, sed vt dicitur ad Equ. 1294. ἀπὸ σιπύης, *a penu*. Quomodo Μεγαρικὰ πιθάκνια vocantur ab Eubulo ap. Athen. I. p. 28. apud quem XI. p. 483. Lacones dicuntur bibere soliti ἐν πιθάκναις. Eadem voce vsus Demosth. adu. Onetor. I. p. 527. [p. 871. T. II. Reisk.] Eumoeris vero ined. in dict. Att. [Moeris p. 392. Piers.] Φιδάκνη, Ἀττικῶς *c)*, πιθάκνη, Ἑλληνικῶς. Vnde forte pro πιθ. legendum hic foret φιδάκνης. *Spanh.* Etym. M. μικρὸν πιθάριον, et similiter Suid. Phauor. Schol. vet. et Doru., et auctore Suid. et Moer. (vbi vidd. Sallier. et Piers.) scribi debebat φιδάκνης. Vsurpatur autem, exemplo aliorum Deminutiuorum, vt Primitiuum. πλευρὰ de *dolio* est costa, latus (eine Daube). ἐξόωγυῖαν habet vim passiuam, vt antea κατεαγότος, *dolioli costam, eamque diffissam d)*: quod ipsum verbum declarat intelligi dolium

---

y) κεφαλὴν omnino de extremitate dici, e Demosth. ostendit *Münt.*

z) Quam incommodum sit eo, loco sellae, vti, vberius iusto exposuit *Girard.*

a) Ita κατεαγῶς τῆς κεφαλῆς ap. Herodian. Philet. p. 448. Piers.

b) Non recte Francog. int. reddidit: *mortier*, quamquam verum est, frumenti grana olim contusa esse. v. Heyn. Opusc. Acad. p. 367. sed μάκτρα non de mortario dicitur.

c) Adduntur ibi verba: πίθος μέγας καὶ σύσσομος, quae verba Spanh. omisit. Sed Piers. emendat: πίθος Μεγαρικὸς σ.

d) Ita vt per rimas facile aqua cum farina dilabi possit. ἐξόωγ. pro ἐξῆγυῖαν a v. ῥήγνυμι. *Münt.*

ligneum, non fictile. Verbis ἆρα — οὖσαν vtitur Chremylus vt derideat Paupertatem, quae 468. f. se auctorem bonorum dixerat. *Fisch.*

547. Legendum [pro olim vulg. αἰτίαν] αἴτιον. Versus hoc efflagitat. Saepe autem occurrit ἡ αἴτιος. *Bentl.* Verum est eiusmodi accusatiuos sequente vocali saepissime produci, vt 469. neque tamen aliquando non corripiuntur: simillimum huic exemplum Nub. 329. καὶ σκιὰν εἶναι. *Hemst.* Sed huius etiam loci deprauata ferebatur lectio, certissime a nobis emendata. *Brunck.* [qui, vt Inu., reposuit αἴτιον.] Mirificus error ab init. versus apparet in cod. Doru. Verbo Ἀποφαίνω adscriptum habet ἀποδεικνύουσα, quasi ἀποφάνουσαι in Arist. legeretur: αἰτίαν tamen explicat πρόξενον· συνίζησις. Sed stupor librarii ἀποδεικνύουσαι videtur exarasse pro ἀποδεικνύω σε. *Hemst.*

548. τὸν τῶν πτωχῶν δ' ὑπ. Reuocaui lectionem hanc Ald. *e) Ph. Iunt.* B. *Crat.* Farr. nec secus olim legebatur in Suid. V. Ὑπεκρούσω. Consentit cod. Doru. addita interpretatione vltimi verbi ἐδήλωσας. Postquam primum in Ed. Fl. non sine detrimento versus τὸν fuit omissum, eumdem errorem plures repetierunt: *Portus* tamen: τὸν πτωχῶν δ' ὑ. metro nihil adiuto, cui succurrit quidem *Kusterus*, τὸν δὲ πτωχῶν ὑπεκρ. *f)*, sed nihil est causae, cur a proba vet. scriptura recedamus. *Hemst.* Articulum vtrumque (τὸν τῶν) exhibent tres codd. edd. que primariae. Alterum in nescio qua recentiore typographi culpa omissum ex illis reuocare noluit Kust. futilemque coniecturam praetulit τὸν δὲ πτ. Cautiores fuere Hemst. et Bergl. Geminam admisit culpam librarius cod. C, in quo alter etiam articulus omissus: ἐ/ρ. τῶν πτωχῶν δ' ὑπ. Glossa verbo superscripta: αἰνιγματωδῶς ἀπήχησας· in meo ὠνείδισας. Quod autem Pollux IX, 139. *g)* huc respiciens ἐπεκρούσω legisse

---

e) Quam etiam *Bentl.* assensu probauit, et restituit ante Hemst. *Berglerus*, et *Duckerus* praetulit Kusteri emendationi ad Suid. locum propositae, atque ita (τὸν τῶν πτ.) etiam H. Steph. et Lex. Const. exhibere monuit.

f) Sic metri gratia rescribendum duxi pro, τῶν πτ. δ' ὑ. vt quaedam ex prioribus Edd. habent. Vel scribi etiam potest: τὸν τ. πτ. δ' ὑ. vt habet Ald. et Suid. V. Ὑπεκρ. *Kust.*

g) Verba Poll. sunt: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι

videatur, id forte librariorum errori imputandum, quibus familiare, praepositiones ἐπὶ et ὑπὸ in verbis compositis commutare, quod nobis obseruatum ad Ran. 366. et 874. *Brunck.* Scholiastes ὑπεκρούσω exponit ἐφθέγξω, ἀνεκρούσω, dicitque metaphoram esse sumtam a cithara vel aliis instrumentis musicis, quae κρούεσθαι apud Grr. dicuntur, sed frigide. Verius enim est, τὸ ὑποκρούεσθαι hic significare *verbis incessere, reprehendere, vituperare*, quo sensu occurrit Acharn. 38. *Kust. exagitare, inuehi.* Metaphora ducta ab iis, qui pulsant fides et neruos siue manu, siue plectro. Illustrari potest vsu verbi ἐπιπλήττειν de iis, qui alios obiurgant et increpant. Nam verba factorum et orationis non raro vices permutant suas, quia verba et facta coniuncta sunt. *βίον vitae rationem*, quatenus continetur ratione victus et cultus corporis, omninoque iis, quae cadunt in hominem, qua animantem rationalem; sed quatenus homo animam ducit, edit, bibit, dormit etc., dicitur ζῆν. v. Ammon. V. *Bios.* Verba τὸν ἐμὸν βίον pertinent omnino ad vitam pauperum. Nam πένητες sunt *pauperes*, πτωχοὶ *egeni, mendici*, quae quomodo inter se differant, ex h. l. et 552 — 54. plane potest cognosci. Nam πτωχὸς ductum est a v. πτώσσειν *h)*, h. e. ἐπαιτεῖν, v. Odyss. XVIII, 362. sed πένης a πένεσθαι, h. e. ἐνεργεῖν, quia victum quaerit labore. *Fisch.*

549. Οὐκοῦν. Deuarius de part. l. Gr. p. 111. legi iubet οὔκουν — ἀδελφήν; *nonne igitur* etc. At repugnat, opinor, part. δήπου, quae in interrogationibus sic locum non habet. vid. v. 587. *i)*. ἀδελφὴν *sororem*, aut omnino, *similem*, id quod v. 550. et vsus voc. ἀδελφὸς (Plat. Phaed. 57, 37.) docet. *Fisch.* τῆς πτωχείας πενίαν. Hunc ordinem tuentur Suid. in Πενία, cod. Doru. A. Ed. Ph. Iunt. B. Crat. G. K. Mutauerat Fracinus in Fl. τῆς πενίας πτωχείαν· se-

---

ἐπὶ τῷ νουθετῆσαι κέχρηται. Non potuit sane ad alium locum Pluti respexisse, quam ad hunc. *Kust.* Vulgatum ὑπεκρ. retinendum esse etiam *Duck.* vidit.

h) Perperam *Gir.* ad v. 552. derivat ab ἐκπεπτωκέναι, *excidisse diuitiis.* Non tamen vbique πτωχοὺς dici *mendicos*, sed interdum etiam *pauperes*, monet Eckard. p. 49.

i) Itaque recte Br. et Inu. οὐκοῦν retinuerunt, sed in ed. Inu. non debebat post ἀδελφὴν interr. nota, sed punctum poni.

quuti ſunt *Bened. Iunta* et *Gelenius*, male: nam ita corrumpi legitimam Ariſt. verſus caeſuram manifeſtum eſt. Praeterea cod. Doru. ἀδελφόν. *Hemſt.*

550. Vos, inquit, *paupertatem* eſſe ſororem *mendicitatis* dicitis, qui res multum diſſimiles putatis inter ſe eſſe ſimiles; nam ſic et Dionyſium tyrannum Siciliae putabitis eſſe ſimilem Thraſybulo, qui victis XXX. tyrannis Athenienſibus libertatem reſtituit. *Sic paruis componere magna k) ſoletis. Bergl.* Cunctis Edd. inuitis hic quoque Kuſterus adſpiratam induxit: Ὑμεῖς χ' οἵπερ· quod malo more fieri notatum eſt ad 260. In cod. Doru. neſcio quid mendi fuerat adſperſum. Manus certe recentior refinxiſſe videbatur γ' εἵπερ *l)*. Sed deterius ibi totus hicce verſus laborat hunc in modum perſcriptus: Ὑμεῖς γ' (τοῦτο φατέ) εἵπερ, vel οἵπερ, Θρασυβούλῳ Διονύσιον (συνίζησις) φατ' εἶναι ὅμοιον *m)*· in quibus Ariſtophanei metri rationes conturbari facile patet. καὶ ante Θρασυβ. Edd. nulla praetermiſit, neque vlla coniuncte φατ' εἶναι praefert: alterutra ſolum vox in libris impreſſis exſtat, in Fl. quidem, Ed. *Ben. Iunt.* et B. *Gel.* Διονύσιον φαθ' ὅμοιον· quam accentus ponendi formam in vltimo verbo veteres Attici probant, perinde atque ἑρῆμος, ἑτοῖμος, vt docent Etym. in Γελοῖος, pluribusque locis Euſtathius: ceterae multo melius, Ald. duce, Διονύσιον εἶναι ὅμοιον, cui ſcripturae norma verſus ſuffragatur. *Hemſt.* Dionyſius I. oppreſſit libertatem Syracuſanorum omninoque Siculorum,

---

k) Imo notat Paupertas ſtultitiam ſenum, qui res prorſus diſſimiles aiant eſſe ſimiles. *Fiſch.* Palmerius in Exercc. p. 789. cuius verba Kuſt. repetiit, putat, rideri comparationem ab adulatore quodam tyrannorum factam inter Dionyſium et Thraſybulum, qui minime pares fuerint. „Nam Dion., quo tempore hoc drama prodiit, inquit, iam in tyrannum atrociſſimum euaſerat. Itaque hoc drama non prodiit Diocle archonte, vt quidam dixerunt: ſed id decernunt de primo quodam Pluto."

l) Etiam in verbis Didymi ap. Schol. *Hemſt.* ſubodoratus eſt veſtigium variae lectionis: Ὑμεῖς γ' εἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ — quam non adſpernandam dicit.

m) φατ' εἶ. δ. etiam ex Rau. affert Inu. Vnde intelligitur nec illum codicem interpretamentis carere. Et ad ὑμεῖς et ad εἶναι ſubintelligendum eſt φατέ.

v. Iuſtin. 20, 1. ſed Thraſybulus Athenas, a XXX. tyrannis ſeruitute oppreſſas, in libertatem vindicauit. v. Corn. Nep. Thraſyb. 5. ſſ. *Fiſch.*

551. ὑμός. Vitioſe cod. Doru. ὁ 'μός. Ed. *Ben. Iunt.* ὁ ἐμός, quod neſcio cur Kuſt. adoptauerit contra reliquas Edd. Idem tamen, vt erat metri callentiſſimus, recte ſcripſit πέπονθεν, et ſtatim ἐστιν, quum in omnibus, etiam Doru., indignante verſu ν deficeret. Mox ſolemni vitio μέλλει Doru. pro μέλλει. *Hemſt.* τοῦτο *n)* πέπονθε βίος. Elegans Atticismus. Latine vertere poſſis: *Non ſic mea comparata eſt vita.* Attici enim qualemcumque rei alicuius proprietatem vel naturam per v. πάσχειν exprimere ſolent. Sic Nub. 234. πάσχει δὲ τοῦτο τὰ κάρδαμα, *haec enim eſt natura naſturtii.* Plura exempla paſſim occurrunt. *Kuſt. Vita pauperum non eſt talis, neutiquam; neque talis futura eſt qualem tu eam eſſe demonſtraſti. Fiſch.* τοῦτο πάσχει Attice ſignificat: *hoc ei accidit;* vt Plat. Polit. I, 1. κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθειν. Aelian. V. H. 8, 12. οὐ μόνος τοῦτο ἔπαθε Δημοσθένης. Ita etiam XIII, 42. *Münt.*

552. ſ. μηδὲν ἔχειν eſt *inopem, egenum eſſe*, vid. 1180. Palaeph. 3, 6. et 1. Cor. 11, 22. vt ἔχειν τι eſt, *diuitem eſſe*, Aeſch. Socr. 2, 13. φειδόμενον *parcum, diligentem*, τοῖς ἔργοις προσέχοντα *laborioſum*, i. q. μοχθήσαντα 556. Nam ἔργα pertinent ad agricolas et opifices. *Fiſch.* In Ran. 1387. προσέχουσ' ἔτυχον ἐμαυτῆς ἔργοισι, *intenta eram operi meo. Bergl.* τὸν νοῦν ad προσεχ. ſubintelligit *Münt.*

554. περιγίγνεσθαι duo hic ſignificare in Schol dicitur, νικᾶν *vincere*, et περιττεύειν *ſuperabundare*, vt h. l. Atticis certe ſcriptoribus eſt illud vtroque ſenſu familiare, vt e Plat. Demoſth. Xenoph. obiter ad h. l. notaueram, ſed quod a Lexicorum conditoribus iam occupatum video. Addam ſolum, quod vt hic pro *ſuperabundare o)*, ita Veſp.

---

n) Reiskius ſcribi maluit ταὐτὸ (ſcil. ὃ πέπονθεν ἡ πτωχεία, vel ὁ βίος τῆς πτωχείας.

o) Supereſſe, reſtare (Gl. vett.) quam verbi vim notauit etiam Thom. M. p. 706. add. Heſ. in περιγίνεται. Refertur enim ad ὑπολείπειν, *deeſſe. Fiſch.*

598. pro *vincere* legitur: πρωκτὸς λουτροῦ περιγινόμενος proverbii vice, de iis qui suo ipsorum damno vincunt. *Spanh.*

555. V. Suid. V. Μακαρίταν. *Kust.* Ap. Aesch. Pers. 635. de Dario mortuo: μακαρίτας ἰσοδαίμων βασιλεύς, vbi Schol.: μακαρίτης, ὁ τεθνεώς, μακάριος ὁ ζῶν. Ap. Stob. Serm. 120. sub Aeschyli nomine: πᾶς γὰρ λέγει τις· ὁ μακαρίτης οἴχεται. Comicus noster, quoniam pauperes paucis vitae commoditatibus fruuntur, eorum vitam, quasi non esset vita, dixit βίον μακαρίτην, quod de mortuis dici solet. *Bergl.* Scilicet μακαρίτης dicitur εὐφήμως, vt ait Suidas, *mortuus p)*; v. Hes. Iam quum pauperes, vt mortui, careant propemodum omnibus vitae commodis, vt videantur non viuere, Chremylus eorum vitam vocat μακαρίτην β. *vitam mortuam, non vitalem, miseram.* Sed μακαρίτην etiam dictum videri potest pro μακάριον, quod accipiatur ironice, *quam beatam*, h. e. quam miseram, *narras vitam!* Haec interpretatio, quam etiam Schol. attulit, praeferenda alteri videtur ob ea, quae Paupertas v. 557. respondet. ὦ Δάματερ *ita me Ceres amet!* Loquitur Chremylus agricola. *Fisch.* Deprauate Doru. litteris inuersis, ὦ δάματερ· διὰ μέσου· sed plane absurdum, quod praebet in fine vers. sequ. μὴ δὲ ἀφῆναι. Illud μὴ δὲ sic separatum in vett. Edd. itidem inuenitur. *Hemst.*

556. καταλείψει μηδὲ ταφῆναι. Prouerbium est Graecorum: *ne quidem reliquit, vnde sepeliri posset*, i. e. admodum pauper decessit. Prouerbio hoc etiam vsus est noster Eccles. 587. *Kust.* ταφῆναι, *vt funus ei curari possit.* Senum chorus in Acharn. 691. dicit, se illa etiam pecunia multari, qua sibi loculum debuisset emere; quod est extremae paupertatis signum. *Bergl.* Infinit. pendet a part. ὥστε, quae intelligi debet, ita vt καταλείπειν μηδὲ ταφῆναι sit, *nec relinquere qui efferatur*, vt loquitur Corn. Nepos [Aristid. 3, 2.]. Nam θάπτειν et *sepelire* omnino est, ex oculis viuentium tollere corpus et deferre in locum vbi putrescat. v. Cuper. Obseruatt. 1, 7. Wessel. ad Diod. S. T. I. p. 223.

---

p) Ita Latin. voc. *felix* pro mortuo vsurpant, vt Hor. I. Serm. 9, 27. *Münt.*

557. σκώπτειν et κωμῳδεῖν h. l. differre inter se non videntur *q)*: vtrumque est *cauillari et iocari, risu cauillari.* Nam 1. vtrique verbo opponitur vnum σπουδάζειν *serio loqui r)*, ad quod Xen. Memm. 1, 3, 7. refertur et παίζειν et ἐπισκώπτειν (cf. de v. σκώπτειν et σκῶμμα ad 316.), 2. Timaeus Gl. Plat. [p. 171. ed. sec. Ruhnk.] κωμῳδεῖν interpretatur σκώπτειν· nam in comoediis cauillationes et ioci, liberales illiberalesque, vigent, 3. res ipsa hoc ostendit. Nam Chremylus paupertatis vocem calumniatur, ita vt inde colligat, pauperes non relinquere vnde efferantur eorumque vitam iocans nominat beatam.

558. γιγνώσκων. Sic membr. Impressi γινώσκων. *Brunck.* βελτίονες τὴν γνώμην sunt *meliores ingenio et animo et moribus. Fisch.* τοῦ Πλ. *quam Plutus. Münt.*

559. ἰδέαν. Gl. μορφήν. Thomas M. [p. 464. f.] σημείωσαι δὲ, ὡς οὐδεὶς τῶν δοκιμωτάτων ἰδέαν ἐπὶ ἀνθρώπου λέγει, ἀλλὰ εἶδος καὶ ὄψιν. Ex hoc Comici exemplo falsi arguitur *s)*. *Brunck.* Ita etiam censuit Albertus Obss. sacr. ad Matth. 28, 3. [atque etiam *Ducker.* ad h. l.]. Mihi vero Thomas praecipere videtur, *os et vultum hominis* recte dici εἶδος (Ioh. 5, 37.) et ὄψιν (Ioh. 11, 44.) non item ἰδέαν. Itaque hic locus, vbi ἰδέα est *facies*, tota corporis forma, eius praecepto non repugnat, quo ille non cum Trill. putandus est petiisse scriptores N. T., nam solus Matthaeus 28, 3. ἰδέαν posuit de ore et vultu, non hominis, sed angeli, et expressisse videtur, מראה, vt Theodot. Dan. 1, 18. 15. vbi LXX. habent ὄψις. *Fisch.*

παρὰ τῷ. Ald. lectionem, quam sequuti fuerunt *Phil. Iunta*, *Cratander* et *Farreus*, *Kustero* probante, repraesentaui. *Fracinus*, quid metro fieret securus, scripturam prauam, cuius et Scholiastes ab eo vulgatus meminit, παρ' αὐτῷ μὲν γὰρ ποδαλγοῦντες *t)*, vnde hauserit, non repe-

---

q) Girard. distinxit ita, vt κωμ. esset iocari, facetias dicere, σκώπτειν dicteria mordacia iacere.

r) Eo significatu σπουδάζειν legitur etiam Aelian. V. H. 3, 2. *Münt.*

s) Confutarunt Grammaticum iam Triller. et Oudend.

t) Versus [ex hac lect.] tribus vitiis laborat. Primum, quod

rio: nam cod. Doru. recte, si mutatam literae sedem excipiens: παρὰ τῷ (τούτῳ) μὲν γὰρ ποδαργῶντες· plerosque tamen editores in eumdem errorem traxit. Mirum est, Stephanum (Thes. III. p. 507.), qui de metri lege cogitabat, hoc exigere censens vt legamus: παρ' αὐτῷ γὰρ (nimirum Pluto) ποδαγρῶντες· παρ' αὐτῷ sine nota praetermisisse. *Hemst.* ποδαγρῶντες recte Ald. At ed. Flor. Bas. et Geneu. ποδαλγοῦντες: quod metrum respuit. Scholiastes (non ille verus et antiquus, sed recentior aliquis) vtramque lectionem agnoscit: quarum alteram, ποδαλγοῦντες, dum sine censura dimittit, oscitantiam suam et imperitiam prodit. *Kust.* ποδαγρῶντες sunt *podagrici*, ii, qui podagrae morbo laborant; is autem est pedum dolor, aut alterius aut vtriusque, cum punctionibus, incipiens a vestigio aut plantae cauitate, et saepius a maiore digito. v. Aurelian. de morb. chronn. 5, 2. παρὰ τῷ explicandum puto: *ibi vbi Plutus est*, *in domibus diuitum*; quum παρὰ Datiuo personae iunctum fere locum significet, vbi illa est. *Fisch.*

560. γαστρώδεις sunt *ventriosi*, *ventrosi*, qui magnum et prominulum habent ventrem. Hes. et Phauor. γαστροειδής· προγάστωρ ἢ γαστροποιῶν· sed legendum videtur γαστρώδης et γαστροπίων. παχύκνημοι sunt *crassipedes* (quod fuit cognomen familiae Romanae), ii, quibus sunt crura crassa. κνήμη, crus, continetur duabus partibus, quarum altera ἀντικνήμιον *tibia* (784.), altera γαστροκνήμιον *sura* (Poll. 2, 190.). πίονες ἀσελγῶς sunt *supra modum v)*, *praeter modum*, *obesi*, et respicitur simul ad luxuriam, qua opulenti fere obesitatem nimiam contrahunt. Nam ἀσελγὴς propr. est *petulans*, *insolens*, *lasciuus*, *libidinosus*, *luxuriosus*;

---

sede quinta est iambus παρ' αὐτῷ, deinde, quod abundat altera part. μὲν vel γάρ· postremo, quod ποδαλγ. metrum respuit. Forte: παρ' αὐτῷ γὰρ ποδαγρῶντες, quod postremum v. lectum in quibusdam testatur Schol. Stephanus in Thes. V. ποδαγράω notat, ποδαλγ. inuito metro legi, et μὲν omittit, existimans forte παρ' produci ob liquidam. *Duck.* In cod. Borg. vera et falsa commixta: παρ' αὐτῷ μὲν γὰρ ποδαγρῶντες. Diuites praefertim et τρυφερούς hoc morbo tentari, vnde *locuples podagra* Iuuen. Sat. 13., animaduertit Steph. l. l. Ita etiam *Gir.*

v) Ita ἀσελγῶς explicant *Kust.*, (qui praeter alios Hes. V. Κριὸς ἀσελγόκερως conferri iubet) et *Brunck.* qui et *immodice* reddit, et Hes. V. ἀσελγὴς Suid. V. ἀσέλγεια laudat, gloss. autem affert sui cod. λικπαρὸν ἀτόπως, cod. C. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, λίαν πίονες.

ductum enim putatur a Σίλγη, Pisidiae oppido, cuius ciues dicuntur fuisse egregie modesti, continentes, temperantes *x)*. Strab. XII. p. 570. Cas.; 2. omnino *magnus, ingens*, et ἀσελγῶς *inprimis y)*. v. Hes. [locc. a Kust. et Br. laudd.] Pollux I, 121. *Fisch.*

561. παρ' ἐμοὶ *ibi vbi ego sum*, in domibus pauperam. ἰσχνοὶ sunt *macri*, tenues, graciles, nam referuntur ad πακχυκν. et πίονας ἀσελγῶς· sed σφηκώδεις referuntur ad γαστρώδεις, ita, vt intelligantur *homines, qui habent ventrem tenuem*, depressum, contractum, strigosum *z)*. v. Schol. et Etym. M. h. v. quos descripsit Suid. h. v. Stephanus recte ait, σφηκώδης id. esse quod σφηκοειδής· vnde intelligitur, Adiectiua in ώδης desinentia etiam similitudinem indicare. Iam vero vespae et crabrones iis, a quibus irritantur, admodum molesti sunt (v. Aesch. dial. 2, 1.): vnde additur τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροὶ *a)* inimicis, aduersariis, infensi, molesti. ἀνιαρὸς i. q. λυπηρὸς, μοχθηρὸς Hes. Ex his autem, quae dicta sunt, apparet, τὸ σφηκῶδες pertinere ad tenuitatem et gracilitatem ventris. *Fisch.* Infra Vesp. 224. τὸ τῶν γερόντων — σφηκιᾷ, vbi v. Schol. Supra 311. σφηκίσκον de *acuto ligno* dictum vidimus. Adde quod Athen. VII. p. 307. σφῆνες quidam pisces dicuntur appellati, ὅτι λιγαροί, quod *graciles* forent, vbi σφηνεὺς et σφηκεύς, a *cunei* aut a *vesparum* similitudine idem significare dicuntur a Casaub. Anim. p. 536. quod ibi Nicomachi Geraseni testimonio illustratur, *de scalenis numeris*, qui a figura haud dissimili σφηνίσκοι et σφηκίσκοι promiscue sunt dicti. *Spanh.*

562. ὑπὸ *b)* τοῦ λιμοῦ est, *propter famem*, fame, victus penuria; *haud scio enim an tu iis gracilitatem et*

---

x) Alii admodum flagitiose eos vixisse tradunt, vt α sit intensivum. Suid. et *Münt.*

y) Ita ἄτιμον ἀσελγῆ, *magnum ventum*, affert *Gir.*

z) Quibus, vt vespis (σφηξὶ) corpus est gracile. *Gir.*

a) Nub. 1161. σωτὴρ δόμοις, ἐχθροῖς ἀνιαρός. *Bergl.* Quomodo macilenti possint hostibus debellandis aptiores et consilio et corpore dici, paullo argutius expositit *Girardus*, breuius *Münt.*

b) Ita olim legebatur; nam Inu. e suis libris edidit ἀπὸ, quod exquisitius est.

tenuitatem compares fame. Fisch. Cod. Doru. λοιμοῦ, male insuper omittens αὐτοῖς. *Hemst.*

563. f. *Iam vero de virtute vobis exponam et docebo, modestiam habitare mecum, sed Plutum esse iniuriosum et insolentem.* σωφροσύνη propr. tribuitur iis, qui sunt *sana mente*, et opponitur μανίᾳ; deinde ponitur nunc, vt vocab. *generis*, ita vt omnia virtutis genera significet, nunc vt verbum *formae*, vt certam quamdam virtutem indicet. Itaque semper consulenda est orationis series, et videndum de quo sermo sit, et quae virtus in quoque sita esse debeat. [Cf. *Meiners* de vocc. σοφία, φρόνησις et σωφροσύνη in Commentatt. Soc. Gött. T. XV. p. 137. ff.] H. l. σωφρ. puto esse omnino *virtutem*, et ob 558. ff. et quia 564. laudatur genus virtutis. περαίνειν propr. est *finire*, *conficere*, deinde *aliquid e sumtis colligere*, *concludere*, denique omnino *exponere*, *docere* (648.). Intelligi Grammatici volunt λόγον, sine causa; sed sic intelligitur, quomodo in cod. Vatic. venerit λόγον pro σοφῶν c). ἀνακιδάσκειν idem est quod simplex διδάσκειν. κοσμιότης h. l. est *modestia*, quae cadit in eum, qui neminem vlla afficit iniuria. Nam opponitur ei ὑβρίζειν d), quod vt nomen ὕβρις, vsurpatur de iis, qui iniuria aliis afficiunt, siue verbis, siue re ipsa (cf. 565. 568. 569. f.). Nam κόσμιοι omnino appellantur qui imperant cupiditatibus corporis et voluptatibus. v. Periz. ad Ael. V. H. 14, 7. p. 938. *Fisch.*

565. κλέπτειν. Nam pauperes facile furantur. Eurip. Electr. 375. ἀλλ' ἔχει νόσον πενία, διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν. *Bergl.* γοῦν est *certe quidem*, *vtique*; nam ponitur *fere*, quum exemplum alicuius rei argumentumue affertur. v. Deuar. p. 97. Totus locus ironice accipi debet. *Fisch.* ἐστιν deest codici Doru. qui versus initio additum habet εἰρωνικῶς. In A. Fl. *Ph. Iunt.* et B. *Crat.* ἐστι· post Fl. melius in ceteris ἐστιν metri fulciendi causa. *Hemst.*

---

c) Scilicet λόγον, quod pro σοφ. ex cod. Vat. Kusterus adnotauit, adscriptum inter versus ad περανῶ, vt intelligi illud significaretur, deinde per errorem alienam sedem tenuit. Cod. Doru. vt plerumque σοφῶν. *Hemst.*

d) Pro vulgg. τοῦ πλούτου δ' ἐστιν ὑβρίζειν, quae et sensu et numero recta sunt, *Inu.* e Rau. edidit: τ. πλούτου ἐστὶν δ' ἐνυβρίζειν, vt ου ἐς coalescant in vnam syllabam. Debebat certe scribi: τ. πλούτου 'στιν δ' ἐν. At dubito an hic ἐνυβρίζειν non recte ponatur, et δ' suo loco non positum sit.

566. [Vulgo olim lectum eſt: Νὴ τὸν Δί', εἴ γε δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστι; Ita etiam cod. Borg.] Verſus non recte procedit, qui ſic melius ſcribetur: Νὴ Δία γ' εἰ δεῖ γε λαθ. α. etc. Sic enim metro ſaltem conſuletur. Quod autem ad ſenſum attinet, is mihi obſcurus videtur aut ſaltem frigidus et Ariſt. noſtro parum dignus. *Kuſt.* Stolidiſſimi cuiusdam homuncionis emblema; quod, vnde malum pedem tulit, eo eſt ablegandum. Ne veſtigium quidem metri vllum; nullus ſenſus. Quomodo κόσμιον, quod later? quid hic ſibi vult: δεῖ λαθεῖν; *Bentl. e).* De ſenſu iudicium paene nimis ſeuerum quatenus mitigari conueniat, alias expendemus: metri ratio ſine dubio vitiata. Propiorem emendandi viam aperiet lectio cod. Doru. νὴ τὸν δ' εἴγε λαθεῖν αὐτόν. δεῖ πῶς οὐ κόσμιον ἐστίν· quae ſi parumper adiuuetur, verſus, vt opinor, exiſtet ſaltem tolerabilis, nec prorſus abiiciendus: Νὴ τὸν Δία γ', εἴγε λαθ. αὐτὸν δεῖ, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστι; αὐτὸν intellige τὸν κλέπτην, quod nomen a praecedente verbo κλέπτειν huc deriuandum eſt, figura non ignota. Iſocr. Panath. p. 273. A. τῆς δὲ ἡμετέρας ἔτι βασιλευομένης· ἐφ' ὧν (βασιλέων) καὶ πόλεμοι πλεῖστοι — συνέβησαν. Ex hoc orationis formandae more Callim. locum H. in Dian. 128. in quo lapſi fuerant interpretes, recte H. Stephanus explicuit, vid. Not. ad 503. In Ariſtoph. tamen, quia res non videtur ab omni parte liquida, veterem ſcripturam, etſi mendae manifeſtam loco mouere non ſuſtinui. *Hemſt.* Numeros huius verſus re-

---

e) Fiſcherus defendit verſum his argumentis: 1. legi eum in omnibus Codd., 2. metro ſuccurri poſſe Kuſteri aut Hemſt. coniectura probata; 3. fieri potuiſſe, vt Ariſt. reſpiceret ad mores Laconum omninoque vett. Graecorum. Nam vt Lacedaemone e Lycurgi inſtituto, pueris et adoleſcentibus furari licebat (Xen. de rep. Lac. 2. p. 535. f. Leuncl.): ita apud Graecos antiquos laudi ducebatur latrocinari (Thuc. 1, 5.): praeſertim quum non ipſe loquatur, ſed Blepſidemum loquentem induxerit. δεῖ accipi poteſt pro πρέπει. Heſ. Ita fere etiam tuitus eſt locum *Münt.* qui de furtis ap. Lacedd. licitis laudat, praeter Xen., Plut. in Lyc. et Gell. N. A. XI, 18., ſenſumque ita reddit: *nonne hoc, ita me Iupiter amet, elegans et modeſtum eſt habendum, ſi fur tam caute aliquid ſuppilare cogatur, vt latere debeat?* h. e. vt ipſi cauendum ſit, ne in facinore ipſo deprehendatur? Ita etiam ſenſum expreſſit Francog. int. comment cela ne ſeroit – il pas modeſte, puisqu' on ne s' en vante jamais?

ſtitutos vides *f)* e membr., in quibus ne vna inuerſa litera ſic ſcriptus eſt, vt eum exhibeo, vtque emendari poſſe monuerat Hemſt. Nec obſcura nec frigida eſt ſententia. Iocus eſt, quales ſunt apud Comicum infiniti, ex ambigua ſignificatione voc. κόσμιος petitus, quod *modeſtum hominem*, *rem decoram* ſignificat; tum etiam *hominem comem*, *aliis non grauem*, *rem bene ordinatam*. Sane quiſ clam et latenter aliquid facit, ideo κόσμιος dici poteſt, quod aliorum tranquillitati officere non videatur, ſpeciemque praebeat hominis εὐτάκτου, compoſiti. *Brunck. g)*. Non ſufficiunt haec *Wakefieldo* Silu. Crit. III, p. 135. et iocum eſſe longe frigidiſſimum, neque eum ſatis apparere, neque ſales Ariſtophaneos ſapere, cenſet. Itaque in re deplorata, vt ait, has ſatis audaces coniecturas propoſuit: Νὴ τὸν Δία γ', ἐν Λακεδαιμονίοις δὴ πῶς οὐ κόσμιόν ἐστι;

Apud antiquiſſimos Graecorum praedari non fuiſſe turpe, teſtatur Thucydides Lib. I. [c. 5. T. I. p. 14. f. Gottl.] ἥρπαζον καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο, οὐκ ἔχοντος πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον· δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινες καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν καὶ οἱ etc. Dum autem dicit: εἴ γε δεῖ λαθεῖν, ſine dubio reſpicit ad morem Lacedd. apud quos furari licebat, ſi quis modo eſſet tam ὀξύχειρ, vt non deprehenderetur. V. Xen. in Anab. et de rep. Laced. *Bergl.*

567. Elegans locus aduerſus δημαγωγοὺς vel oratores Athenn. quos Comicus noſter aeque ac philoſophos, quavis data occaſione vellicare et perſtringere ſolet. *Kuſt.* Demagogos quorum conſiliis gerebatur resp., ſaepe notat. Huic autem ſimillimus locus eſt in orat. Demoſth. c. Timocr. [T. I. p. 739. Reisk.] οὕτω δὲ καὶ οὗτοι οἱ ῥήτορες, οὐκ ἀγαπῶσιν ἐκ πενήτων πλούσιοι ἀπὸ τῆς πόλεως γιγνόμενοι, ἀλ-

---

f) Br. enim edidit: νὴ τὸν Δία γ', εἴ γε λαθεῖν αὐτὸν δεῖ, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστι; Recte. Nam quod Inu. e Rau. dedit: νὴ τὸν Δί', εἰ δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστιν; non probari poteſt, niſi ab eo qui metrum et numeros anapaeſtici Ariſt. corrumpi poſſe vitioſa codd. ſcriptura ſibi perſuaſit.

g) Qui cum Hemſt. αὐτὸν intelligit κλέπτην e verbo κλέπτειν et 503. laudat. κλέπτην et τοιχάρυχον ex antocedd. verbis repetit *Fiſch.*

λὰ καὶ προπηλακίζουσι τὸ πλῆθος. Bergl. τοίνυν ἐν. Sic quinque Codd. omissa quae vulgo inseritur partic. γ' (γ' ἐν). Brunck. πόλεσιν. Ita Kuster. [et seqq.] pro cunctarum Edd. πόλεσι, vt syllabam breuem metro noxiam produceret. In cod. Doru. aberrans librarii manus versum laesit omittendo γ' ante ἐν, et δ' post πλουτήσαντες h). Hemst. Ordo verborum est: σκέψαι τοίνυν, ὡς ἐν ταῖς πολ. οἱ ῥήτορες, ὁπόταν etc. Nam ὡς idem est quod ὅτι vt 339. 573. et ἐν ταῖς πόλ. accipi potest pro ἐν τῇ πόλει, Athenis, nam sequitur τὸν δῆμον — τὴν πόλιν, et poëta videtur plurali vsus esse, ne offenderet rhetores Athh. Nam Athenis constituti erant a Solone decem ῥήτορες, qui et in senatu et in concione res et commoda ciuitatis defenderent, suaderent, quae publice vtilia essent, dissuaderent publice inutilia. v. Sigon. R. A. 4, 6. ad Plat. Apol. 10, 13. Eo spectant verba περὶ — δίκαιοι, quam iusti sint erga populum et remp. i). Sed rhetores isti captabant fere gratiam populi, sequebantur sua commoda, ita vt corrumpi se sinerent ab aduersariis et hostibus atque suaderent publice pernicios, vnde bonis ciuibus erant exosi. v. Plat. Apol. 20. Eo pertinent verba πλουτήσ. etc. τὰ κοινὰ k) sunt pecunia publica, opes publicae; γεγένηνται id. est quod εἰσί, et ἴδιοι dicuntur, quatenus spectant priuata commoda, non publica, vnde interpretationis causa adiecta sunt verba: ἐπιβουλεύουσι — πολεμοῦσιν. Nam ἐπιβουλεύειν (κακῶς βουλεύειν Sch. Doru.) τῷ πλήθει, male consulere multitudini l), plebi, est, suadere, quae saluti et rationibus multitudinis obsint, sed πολεμεῖν τῷ δήμῳ, populum, populi maiestatem, oppugnare m), hoc agere, vt imperium populare tollatur. Fisch.

---

h) Posterius verum est, non prius, quum τοίνυν etiam vltima longa reperiatur. v. Ind.

i) Perperam Gir. π. τ. δῆμον refert ad causas priuatas, π. τὴν πόλιν ad communem et publicam causam. Recte autem ille v. 30. contulit.

k) κοινῶν scil. χρημάτων. Münt.

l) Gir. potius intelligit: populum circumuenire, et bona eius insidiosa oratione ad se trahere.

m) Scilicet et orationibus quibus reipubl. statum perturbant, et factionibus quibus vrbem euertunt. Gir.

571. Cod. Doru. mendoſe οὐδὲ ψεύδη. *Hemſt.* Scilicet Atticam formam (vid. 456. et Not. ad Plat. Euthyphr. 19, 4. vt mox 572. κλαύσει) librarius mutauit in communem. βάσκανος, vt βασκαίνειν, dicitur tripliciter: 1. de iis, qui *faſcinant n)*, h. e. oculis vel verbis vel alia quadam occulta ratione aliis nocent, ita vt eos interficiant; 2. de iis qui *inuident*, et tum additur verbo βασκαίνειν Datiuus perſonae; (v. Heſ. et Gloſſ. vett.) 3. de iis, qui criminantur, obtrectant, male dicunt, i. q. διαβάλλειν. V. Lamb. Boſius Exercitt. ad Gal. 3, 1. et Tho. Mag. V. Βασκαίνειν. H. l. Chremylus Paupertatem vocat βάσκανον, quod ſit maledica aliisque obtrectet. *Fiſch.*

572. ἀτὰρ eſt *at*, Gl. vett. et οὐχ ἧττον οὐδὲν κλαύσει *nihilominus exigeris ex vrbe et agro Athenn.* Nam verbo κλαίειν ſaepe ſignificatur res, quae eſt cauſa fletus, et reperiri debet indicio reliquae orationis. *Fiſch.* Poſt κλαύσει perperam in cod. Doru. additur ἡμᾶς, quam vocem, vt auguror, oculus librarii iuſto citius feſtinans ex proximo verſu arripuit: neque recte ſtatim: μηδὲν ταύτῃ γε κομίσῃς, quod melius interpretatur: ἀπὸ τούτου ἐπαρθῇς. *Hemſt.* κομᾷν eſt, vt 170. [q. locum etiam *Spanh.* laudat] *ſe efferre, ſe iactare, ſuperbire.* ταύτῃ *propterea o)*, quod Luc. Eu. X, 20. ἐν τούτῳ. Senſus eſt: *noli ſperare, te nobis perſuaſuram eſſe. Fiſch.*

573. Particulam γε complendo verſui neceſſariam Edd. nulla praetermiſit, exceptis B. *Gel.* et G. *Porti. Hemſt.* ὅτι γε ζητεῖς codd. A. B. In meo ὅτι ζητεῖς: ſic etiam in C. niſi quod addita inter lineas ab eadem manu litera ἡ, vt ſit ὁτιή, quod non minus placet. Saepius enim quam vellem, recurrit in his verſibus particula γε. *Brunck.* τοῦτο explicatur verbis ὡς ἐστιν ἀμείνων Πενία Πλούτου *Paupertatem vtiliorem eſſe diuitiis. Fiſch.*

574. ſ. ἐλέγξαι με περὶ τούτου *conuincere, redarguere me mendacii et vanitatis*, vt Ioh. 8, 46. 15, 8. *p)*. φλυα-

---

n) Hanc ſignificationem illuſtrauit copioſe *Eckard.* p. 49 — 51.

o) Perperam *Münt.* ad ταύτῃ ſupplet αἰτίᾳ. — Idem cenſet, ὅτι γε ζητ. cum κλαύσει iungenda eſſe, rectius Francog. int. cum ταύτῃ κομήσῃς.

p) Vid. Eckard. p. 51. ſ. qui etiam docet, καὶ aduerſatiue adhiberi pro, *ſed*.

ρεῖν (v. 360.) est, *nugari* h. e. multa dicere, sed inepta, quae ad rem non pertineant. πτερυγίζειν propr. dicuntur auiculae, quae alas *expandunt* et *volare tentant*, sed frustra; deinde transfertur hoc verbum ad eos, qui multa moliuntur, sed ita, vt nihil efficiant *q)*, vt h. l. multa afferre, quibus doceas diuitias meliores esse paupertate, sed e quibus intelligi hoc neutiquam possit. v. Hes. et Phauor. V. Πτερυγίζειν. *Fisch.* Infra Eqq. 519. καὶ ψάλλων, καὶ πτερυγίζων de Magnete, veteris comoediae poëta, qui drama Ὄρνιθες s. Aues inter alia ediderat. Hic vero de auiculis, quae alas primum tentant expandere, ac irrito subinde conatu, dicitur; vnde πτερυγίζειν per μηδὲν ἀνύειν ab Hes. redditur; ap. Lycophron. 1006. πτερύξεται, *volitabit. Spanh.* Grammatici exponunt per οὐδὲν ἀνύεις *nihil proficis*, vt sit metaphora a pullis auium, qui volare conantur, sed per aetatem adhuc vano nisu. Possit forte ita etiam exponi: *fundis verba* πτεróεντα, *pondere carentia*, *leuia.* Etiam alio modo: *volitare conaris*, i. e. nihil certi dicis, quia volatus auium est ἀτέκμαρτος, ἀσάθμητος, vt est Auu. 170. vel etiam: *extra rem vagaris.* Ita πέτεσθαι Eurip. Bacch. 332. νῦν γὰρ πέτῃ, *nunc enim volitas. Bergl.*

575. καὶ πῶς φεύγουσι σ' ἅπ. *qui vero fit, vt te fugiant omnino omnes?* καὶ in interrogatione ita positum est, vt admirationi seruiat: Lat. *vero*, *tandem*, *igitur.* v. Raphel. ad Marc. 10, 26. *Fisch.* Cod. Doru. φεύγουσιν ἅπαντες, male. *Hemst.*

576. ff. βελτίους *meliores*, honestatis et virtutis studiosiores. σκέψασθαι bene Schol. cod. Doru. explicuit μαθεῖν (discere, cognoscere). Nam Paupertas ait, in pueris, exemplo puerorum, posse planissime cognosci, homines fugere solere consuetudinem eorum, qui ipsis auctores sint virtutis studii. φρονεῖν τινι ἄριστα est, *alicui optime consultum velle*, alicui optime cupere, vt ἀγαθὰ φρονεῖν Od. α, 43. ideoque suadere alicui rectissima et optima, id agere vt aliquem reddas optimum et sanctissimum. cf. Bos. Exercitatt. ad Luc. 1, 17. *r)*. οὕτω χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστι *adeo*

---

q) battre l' aile reddit Francog. int.

r) Quomodo, inquit, filii patres suos fugiunt non ob id, quod sint patres, sed quod a filiis exigant, quod iis bonum est, sic

difficile eſt, quod vno verbo ἔργον ἔστι dicitur (v. Theophr. Char. 5, 2. Xenoph. Cyrop. 1, 1, 5. 3, 3, 14.). Δίκαιον *iuſtum*, quod legibus humanis conuenit, h. l. opinor eſſe *bonum, vtile*, vt διαγιγνώσκειν (cod. Doru. *s)* διαγινώσκειν, v. ad Aeſch. Socr. 1, 10, 2. contra metrum; tribrachyn non fert hoc genus verſuum) δικ. ut *dignoſcere bonum et vtile* ab inutili et malo: nam docent hoc v. 576. ſ.. et 579. eſt διαγ. τὸ κράτιστον *dignoſcere optimum, vtiliſſimum.* δίκαιον enim interdum ſignificat omnino *virtutem, honeſtatem*, haec autem bona eſt. ἆρ' *t)* (579.) *igitur.* Nam apud poëtas ἆρα etiam affirmat, non ſemper interrogat. v. Doruill. Vann. Crit. p. 226. *Fiſch.* Sed poteſt etiam verborum ſtructura ita (cum Munt.) inſtitui: ἆρα φήσεις — Non interrogationem ſed ironiam exprimi, et φήσεις ad Peniam et ad Blepſidemum ſpectare cenſet *Gir.*

580. ἔχει *ſecum habet, ſecum retinet*, cf. 589. *v)*. Nam refertur ad v. ἀποπέμπειν *amandare, ablegare*, quod ſingulatim ponitur ab Atticis de maritis vxores repudiantibus (Herodot. 6, 63.), vt ἐκπέμπειν, vnde *diuortium* ab iisdem et ἀποπομπὴ dicitur et ἐκπομπή. v. Valcken. ad Herod. 3, 148. p. 273. *Fiſch.*

ταύτην, i. e. πενίαν. Quare Friſchlinus in verſione ſua male haec ad Plutum retulit *x)*. *Kuſt.* Sudat Scholiaſtes, dum expiſcari vult, cur Chremylus Peniam alloqueris ταύτην dicat pro σέ, ſed ſtruſtra laborat. Sic enim perſonae ordinandae ſunt: Χρ. Τὸν Δία — ἔχει. Βλ. ταύτην δ' ἡμ. ἀποπέμπει *y)*. Chremylus Peniam hic alloquitur, Blepſi-

---

homines me fugiunt non odio mei, ſed virtutis et honeſti, quod in me eſt. *Gir.*

s) Codex ita in vtroque verſu habet, ed. *Ph. Iunt.* in primo. *Hemſt.*

t) Perperam in ed. Munt. ſcriptum ἄρ'.

v) Supra 131. dicebat plurimum argenti habere Iouem. *Bergl.*

x) Ita etiam *Eckard.* p. 53. monet enallagen admitti generis, poſito feminino loco maſcul., cui ſimilia exempla congerere ſtudet. Sed idem tamen potius refert ad Paupertatem.

y) Haec verba abſurde vulgo Chremylo continuantur, qui ſi Paupertati pergeret loqui, non ταύτην ſed σὲ diceret. Sunt

demus Chremylum. Recte igitur *ταύτην*, et mirum quantum vrbanitatis loco accedat, longe plus, quam si Chremylus totum hoc loquatur, etiamsi *σὲ* dixisset. *Bentl. z)*. Versum interfecit ordinem mutando cod. Doru. *ταύτην δ' ἀποπέμπει ἡμῖν* · verum ad *ταύτην* qui *τὴν πενίαν* adposuit, et in fine versus *ὦ* Βλεψίδημε, significans, Chremyli orationem, quae ad Paupertatem directa fuerat, hic conuerti ad Blepsidemum, in eadem fuit, qua Scholl. vnus, sententia, non illa quidem absurda; quod enim vulgatur, quam aliam interpretationem admittat, non video; sed quae tamen multum cedit Bentleii coniecturae, Blepsidemo tribuentis; nam quin hac interposita persona et *ταύτην* optime sit collocatum, et scenae lusus vrbanitate noua expoliatur, dubitari non potest. *Hemst.* Itaque Br. et Inu. recte *Blepsi.* nomen praefixerunt.

581. f. [Vulgatum olim: — *Κρονικαῖς γνώμαις — λημῶντε — πένεται καὶ τοῦτό γε δὴ φαν. σε διδ.*] In priore versu *γνώμαις* agnoscit Suidas, placet tamen lectio altera, quam Schol. profert: *Κρον. λήμαις.* Vide prouerbium *κρονικαὶ λῆμαι* ap. Hesych. Diogenem, Suidam. Porro *λήμαις λημᾶν* est Atticum, sed *λημᾶν γνώμαις* durissima metaphora, neque facile admittenda. *Λημῶντε* numero Duali, quod et in Suidam irrepsit, metro repugnat; vnde ex ed. Ald. reponendum *λημῶντες*. In posteriore versu caesura exit in mediam vocem *καὶ τοῦ — τό γε δή*. Quod vt euitarent, opinor, Florentini, ex coniectura sic dederunt: *καὶ τοῦτ' ἤδη*. Sed et ex hoc exemplo constat, eos Mss. codicum opem non adhibuisse. Altius quippe mendum subest. Quale enim illud: *ὁ Ζεὺς δήπου πένεται*? Nonne ieiunum

---

Blepsidemi, quod acute vidit Bentleius. *Brunck.* Seruata vulgata personarum distinctione Chremylus putandus est verba *τὸν Δία — ἔχει* dixisse ad Paupertatem, reliqua ad Blepsidemum, sed praestat verba *ταύτ.* etc. tribuere Blepsidemo; nam is etiam alibi interpellat orationem Chremyli, et sic magis apparet, cur Paupertas dicat: *Ἀλλ' ὦ — ἄμφω. Fisch.*

z) Is in memoriam reuocat locum 162. ff. vbi olim longa narratio vni Chremylo assignabatur, ipse ita partitus versus inter Chrem. et Carionem, vt *Brunck.* (qui ibi Bentleium laudavit, nisi quod Bentl. v. 164. scripsit, *ὁ δὲ χρυσοχοεῖ τις, χρ.* — v. 166. *ὁ δὲ κυαφεύει τις. Κ. ὁ δὲ πλύνει κ.*) edidit. Ita enim Bentl. etiam ostendit omnia vernilia et scurrilia dicta Carioni tribui. Contulit etiam 190. ff.

quid et ἀναφρόδιτον prae se fert? Scribe igitur locum integrum ex Ald. Ed. vestigiis:

Ὁ Ζεὺς δήπου πένεται κ' αὐτός· τό γε δὴ φανερῶς σε διδάξω.

Etiam ipse Iupiter pauper est: hoc tib. manifeste probabo. Bentl. λημῶντε praeferunt Fl. vtraque B. G. etc. quo pacto metrum labefactari, quum *Kusterus* animaduerteret *a)*, perlicenter inseruit λημῶντέ γε. Ego tutius putaui, duce Bentl., reuocare priscam lectionem (λημῶντες) quae prostat in A. et Edd. vtriusque Iuntae *b)*; eo magis, quod suffragio nitatur cod. Doru. vbi errore consueto, vt v. 585. ἀθλιτῶν, perscriptum est λιμῶντες, cum gl. τυφλώττοντες. Nihil erat, cur vererentur, vt copulari possent λημῶντες ἄμφω, et dualem reclamante versu inducerent. Pro γνῶμαις, quod Suid. agnoscit V. Κρονικαῖς et Λήμη, alibi Schol. exstare monet λήμαις, quod licet Bentleii calculum tulerit, eius esse generis arbitror, vt, quid ab Aristoph. fuerit profectum, difficile sit constituere: immo non abhorret, vt idem vtriusque in primo secundoque Pluto fuerit auctor. In v. 582. retinui, quam cod. Doru. adfirmat, lectionem Fl. Ed. *Ben. Iunt.* B. *Gel.* τοῦτ' ἤδη. In A ceterisque scribitur τοῦτό γε δή· vnde Bentleius, vt legitimam caesuram versui redderet, ingeniose formabat: ὁ Ζεὺς etc. *Hemst.* λήμαις — λημῶντες. Sic recte IV. codd. *c)*. Vulgo κρ. γνώμας. Mendose in meo ex frequenti commutatione literarum η et υ scriptum λύμαις, cum gloss. τζίμβλαις. Vid. Car. du Fresne Gloss. in τζίμβλα. In v. 582. καὶ τοῦτ' ἤδη *d)* φ. σ. δ. optime scriptum in membr., vt Hemst. edidit. Vulgo violata commatum anapaesticorum lege: καὶ τοῦτό γε δὴ φ. — Istud γε ab imperito correctore est; in nullo codice comparet. B. D. exhibent τοῦτο δή, deprauatum ex τοῦτ' ἤδη. In C peruersissima lectio: ὁ Ζ. δὲ ποῦ πέ-

---

a) Ne monito quidem lectore.

b) Easdem edd. laudat *Bergl.* et in Farr. Brubach. et nupera λημῶντε contra metrum esse monet.

c) Atque ita etiam probabiliter Rau. Nam e Borg. affertur γνώμαις. E priore Pluto λήμαις ductum putat *Fisch.* Immo in secundo repositum videtur. λημῶντες Fisch. etiam dedit.

d) Ita etiam Inu. cum Br. dedit, codice Borg. addicente. Nam in Rau. fuit καὶ τοῦτο δήπου φανερῶς διδ. contra metrum. Recepit etiam *Fisch.* atque *Münt.*

γεται, καὶ τοῦτο δήπου φαν. — Genuinam lectionem iam dudum reſtituerat Ant. Fracinus. *Brunck.*

κρονικαῖς pro *antiquis*, ſeu potius pro *deliris e)*. Sic Nub. 1060. σὺ δ' εἶ Κρόνιππος *tu vero deliras*. Veſp. 1458. καὶ τοὺς τραγῳδοὺς φησιν ἀποδείξειν Κρόνους, vbi Schol. Κρόνους, ἀρχαίους, λήρους, μωρούς. Ita Plato Euthyd. p. 287. [c. 38. p. 351. ed. Heindorf. qui cfr.] οὕτως εἶ Κρόνος, ſed vbi, quaſi κενὸς legeretur, *adeo es vanus*, vertere interpreti parum accurato libuit. Sic etiam κρονόληρος pro *deliro* Plutarch. de educ. lib. p. 13. [c. 17. §. 19. ed. Stein., qui ibi cf. p. 136.] Eodem ſenſu voc. κρονικὰ quo hic Comicus adhibuit Arrianus ap. Athen. III. p. 113. ταῦτα σιτία κρονικά ἐστι (hi cibi ſunt *exoleti*). Eumoeris vero Mſ. [Moeris p. 200. Pierſ. vbi pauca verba mutata leguntur]: Ἰαπετὸς, ὁ γέρων, Τιθωνὸς καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων. Sic παλαιγενῆ Κρόνον, *antiquum Saturnum* vocat Prometheus ap. Aeſch. 220. et πρεσβύτην Κρόνον Eumen. 644., ac ſimiliter *veteris Saturni* Hor. Od. 2, 12. et ap. Callim. Lau. Pall. 100. Κρόνιοι νόμοι *antiquiſſimae leges* et vbi indicatis tribus, quae hic leguntur, huius Comici locis κρόνια, κρονικὰ et κρόνιππα non de *antiquis* adeo, quam de *vetuſtate obſoletis* ſ. *antiquatis*, dici notauimus. *Spanh.* Scilicet Κρονικὸς et Κρόνιος eſt 1. *Saturnius*, ad Saturnum pertinens quocunque modo, 2. *antiquus*, *vetuſtus*, quia Saturnus omnium deorum antiquiſſimus fuiſſe fertur; 3. *deſitus*, *inuſitatus;* denique *delirus*, *deſipiens*, *ſtultus f)*. Cf. Erasm. Adagg. p. 110. *Fiſch.* ὄντως ſignificare *vere* eique opponi, quod modo videtur aut dicitur, oſtendit *Eckard.* p. 53. ſ.

Λημᾶν *lippire*, h. l. metaphorice. Vt Lucretius: o *miſeras hominum mentes*, o *pectora coeca!* V. Not. Hemſterh. ad Lucian. p. 30. et 121. *Bergl.* λήμη propr. ſunt gramiae, pituita craſſior in oculis, humor albus in

---

e) *antiquis opinionibus*, ſtultis et ineptis, quales erant illorum hominum, qui Saturno regnante viuebant, quorum erat mira ſimplicitas. Nub. 397. Κρονίων ὄζων et alibi. *Bergl.*

f) Notum eſt, *antiqua* pro *ſtultis* capi. Plato: [Euthyd. c. 56. Heind.] ἀρχαιότερος (ſtultior) εἶ τοῦ δέοντος. Cicero: Negligimus iſta et nimis *antiqua* et ſtulta dicimus [III. Verr. 66.] Quin hominem recordem vocant Κρόνον, et deliramenta Κρόνους. *Gir.*

oculis concretus *g*), v. Hef. h. v. et Foës. Oecon. Hippocr. h. v. Vnde λημιατίας dicitur lippus, et λημᾶν *lippire*: ſed qui lippitudine laborant, impediuntur, ne cernant, oculi eorum coecutiunt; vnde λημᾶν ſignificat etiam *coecutire*, ἀμβλυάττειν, quod h. l. translatum eſt ad mentem, ita vt λημ. τ. φρένας ſint coeci mente, qui aliquid non ſatis perſpiciunt, et ἀρ. λ. ὄντως λημ. τ. φρ. *vere ſtulti, deſipientes*. δήπου h. l. reddi poteſt, *vtique*, *ſane*. *nimirum*, quum ſit non tam σοχαστικὴ quam βεβαιωτικὴ particula, vt 587. πένεσθαι eſt *pauperem eſſe*, Hef. h. v. add. 553. ſ. *Fiſch.*

583. Vulgo ſic legitur hic verſus:

Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα

qua in ſcriptura duae ſunt grauiſſimae mendae. Primo verſus immodulatus eſt rurſusque peccat in tetrametrorum legem, quae caeſuram non admittit poſt quartum pedem *h*). Deinde ſoloeca phraſis eſt omiſſione part. ἄν. Si priore in membro verbum ſit temporis imperfecti vel aoriſti cum εἰ, verbum in altero membro eiusdem temporis requirit part. ἄν, quod obſeruaui ad Lyſ. 149. Sic Veſp. 824. εἰ ἥττον ἐκαθίζου σύ, ἥττον ἂν δίκην ἐκάλουν. Bentleii *i*) emendationem recepit Hemſterhuſius *k*):

Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλύμπι' ἀγῶνα.

---

g) Qualis potiſſimum in oculis ſenum eſſe ſolet. *Gir.*

h) Verſus hic minime molliter et numeroſe decurrit, quia caeſura (vt vocant) caret, quae tamen in omnibus reliquis verſibus anapaeſticis a Noſtro religioſe obſeruatur. *Kuſt.*

i) Nimirum non ſolum dicebatur ἀγὼν Ὀλυμπικὸς vel Ὀλυμπιακός, ſed etiam ἀγὼν Ὀλύμπια; per *appoſitionem*, vt Grammatici loquuntur. Hinc in Reinef. Inſcript. p. 365. legas: Νικήσας ἀγῶνας Ὀλύμπια, Πύθια etc. Et Menander ap. Schol. Ariſt. Acharn. 201. Τραγῳδοῖς ἦν ἀγὼν Διονύσια. Genus autem hoc loquendi quum eſſet minus vulgare, anſam videtur dediſſe librariis locum hunc interpolandi. *Bentl.*

k) A vulgg. Edd. ne litera quidem diſcedit cod. Doru. Acute profecto et eleganter emendauit Kuſterus: nihil tamen eſt verius emendatione Bentleiana, quae et priſtinam verborum collocationem ſeruat, et fontem erroris aperit: idcirco dignam cenſui, quae in Ariſt. contextum poſtliminio rediret. Part. ἂν opportune ſuppeditarunt MSS. Vatic. et Arund. *Hemſt.* Probauit et recepit Bentl. coniecturam etiam *Fiſch.* propterea quod credibile ſit, Grammaticos ad Ὀλυμπί' interpretationis cauſa adſcripſiſſe Ὀλυμπιακόν.

Longe tamen, nec vnico nomine praeſtabat Kuſteri coniectura:

Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν ποιῶν τὸν Ὀλυμπικὸν αὐτὸς ἀγῶνα. Et haec ipſa eſt membran. lectio *l)*, niſi quod perperam ibi ſcriptum Ὀλυμπιακόν. Ceteri omnes habent particulam ἄν, ſed inuerſo vocum ordine. C. D. πῶς ἂν ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα *m)*: nec aliter in B., niſi quod pronomen αὐτὸς plane omittit. Recte Thomas M. [p. 647. Bern.] Ὀλυμπικὸς Ἀττικοί, οὐκ Ὀλυμπιακός. Ad quem locum nollem legi Cl. Sallierii notam. *Brunck.* [Qui Sall. in h. l. vulgatam ſcripturam aduerſus Kuſterum tuetur, quod metro non aduerſetur, et codicum auctoritate nitatur.] Certe non ſolum Ὀλυμπιακὸς apud veteres dicebatur, ſed etiam Ὀλυμπικός: vt vel patet ex Horat. Od. 1. *Sunt quos curriculo pulueren* Olympicum *Collegiſſe iuuat* — vbi per verſum aliter legi nequit. Apud Philoſtr. Lib. I. de Vit. Soph. in Polem. occurrit, Ὀλυμπικῇ σάλπιγξ [I, 25. p. 542. Olear.]. Apud Pauſaniam paſſim legas Ὀλυμπικός, interdum etiam Ὀλυμπιακός, ſed rarius. Vide eum ſaltem VI, 2. vbi bis Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα et c. 3. vbi Ὀλυμπικῆς βουλῆς, Ὀλυμπικὴ νίκη etc Apud ceteros tamen ſcriptt., praecipue Scholiaſtas τὸ Ὀλυμπιακὸς frequentius occurrere fateor: quamuis notandum ſit, in multis vett. ſcriptt. locis, vbi hodie Ὀλυμπιακὸς legitur, olim lectum fuiſſe Ὀλυμπικός. Sic Thucyd. 1, 6. pro Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι codex quidam Mſ., notante ibi Hudſono, habet Ὀλυμπικῷ *n)*. Apud eumdem V, 49. occurrit ἐν Ὀλυμπιακῷ νόμῳ, et paulo poſt ἐν Ὀλυμπιακαῖς σπονδαῖς. vbi tamen Ὀλυμπικῷ non ſolum legit vetus Scholiaſtes, ſed etiam Thomas Mag., quippe qui haec ipſa duo loca Thuc. adducit, ad probandum Atticos olim dixiſſe Ὀλυμπικὸς non Ὀλυμπιακός. Quem (Thom.) locum effugiſſe diligentiam viri doctiſſ. cui vltimam eamque ſplendidiſſimam editionem Thuc. debemus [Hudſoni] videbam. Sed quorſum haec? vt nimirum lectori perſuadeam, fieri potuiſſe vt et in h. l.

---

l) Etiam cod. Rau., vnde Br. et Inu. receperunt, vti et Munt. emendationem Kuſt. ſequutus eſt.

m) Ita fere Borg. πῶς ποιῶν ἂν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγ.

n) Ad vtrumque Thuc. locum cf. Ducker. qui etiam V, 49. Thomae mentionem fecit.

Arist. olim scriptum fuerit Ὀλυμπικόν, quod postea in Ὀλυμπιακὸν mutatum sit a librariis, qui hoc frequentius et magis commune esse viderent. Sed non omnia, quae sunt magis communia, etiam sunt Attica: quin potius τὸ Ἀττικὸν et τὸ κοινὸν inter se opponi solent a Phrynicho, Tho. Mag. et aliis qui de Atticismo scripserunt. Praeterea Mss. Vatic. U. et Arund. hic habent πῶς ἄν, addita nimirum part. ἄν, quod suspicionem meam magis confirmat. Nam si Ὀλυμπιακὸν legas, particula illa in versu redundabit. *Kust.* Etsi vulgo Pelops, Hercules, Iphitus illius Olympiaci agonis auctores, et nominatim Hercules, perhibentur: Ioui tamen idem tribuitur, quod in eius honorem sit ille institutus, ac solemnia ibi sacra a tota panegyri Ioui Olympio peracta, ara denique exstiterit Iouis fatidica, cuius mentio occurrit Pind. Ol. 6. 118. et Paus. VII. p. 345. Vnde etiam de Olympiadibus, quae voluentibus annis redeunt, a Pind. Ol. 4, 3. dicitur: Ζεῦ, τεαὶ γὰρ ὧραι, seu statae annorum periodi, sacros tibi Olympiacos agonas renouant. Hinc Διὸς ἀγών, minora Olympia ad instar in Elide Athenis celebrata dicuntur ab eodem Pind. Nem. 2, 37. et apud Themist. Or. XVI. p. 202. οὗτος δὲ Ὀλυμπιακὸς ἀτεχνῶς κότινος, καὶ ὁ σέφανος παρὰ τῷ Πισαίῳ (non Πισσαίῳ, vt ap. Pind. et alibi subinde, ob metrum) Διΐ. Immo prout in celebri columna Farnesiana legitur: Διὸς Ὀλυμπίου ἠγωνίσατο τὸν ἀγῶνα τὰ Ὀλύμπια πρῶτος ἀγωνιστής, nempe Hercules. Mitto, quod ad antiquitatem huius *Olympiaci Agonis* declarandam Iuppiter cum Saturno sit luctatus iuxta Pausan. VIII. p. 456. *Spanh.* Certaminum s. ludorum Olympicorum, qui quinto quoque anno in honorem Iouis Olympii iuxta Pisam s. Olympiam in Elide celebrabantur, et vbi Graeci tum inter se certabant in stadio, equis singularibus, bigis, trigis, quadrigis, cursu, lucta, saltu, disco, iaculo (v. Pind. Ol. 10, 69—89. Herodot. 8, 26. Ed. Corsini dissertatt. agonist. 1. p. 2 — 28. ed. Flor. 1747. 4.), auctor creditur fuisse Hercules, sed Iupiter eas ποιεῖν, *instituere*, dicitur, quia fieri et institui iussit. *Fisch.*

584. ἵνα o). Frischlino prodesse potuisset interpretatio cod. Doru. ὅπου — is enim male: *vt quinto quolibet anno Omnes illuc Graecos acciret* — quippe scribendum

o) Est: *vbi, quo,* ad quae certamina. *Fisch.*

fuerat hoc pacto: ἵνα — ξυναγείρῃ. *Hemſt.* τοὺς Ἕλληνας ξυναγείρει. Quod Ioui ob dictas modo rationes hic tribuitur, de Hercule a Lyſia dicitur Or. XXXII. p. 524. [Orat. Olymp. p. 911. T. V. Orr. Grr. Reisk.] τόνδε τὸν ἀγῶνα πρῶτος συνήγειρε δι' εὔνοιαν τῆς Ἑλλάδος. Vnde non mirum, quod *omnes Graecos* ad agonem illum *a Ioue congregatos* dicit Comicus, quem ab vniuerſis Graecis, ac ſummo quidem ſtudio et concurſu celebratum conſtat, et inde etiam τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν vocat Plato in Hippia p. 363. ac de id genus conuentuum ſeu ſolemnium ludorum vtilitatibus agens in Panegyrico Iſocrates [c. 12. Mor.]: ἀθροισθέντων τῶν Ἑλλήνων εἰς ἕν. Hinc πάνδοκον ἅλσος *omnes recipiens* (Graecos nempe) *lucus* dictus in Olympia, vbi agon erat inſtitutus, Pind. Ol. 3, 30. Immo quod de *Graecis omnibus* ad eadem Olympia confluentibus eo opportunius dicitur, quod in eorum gratiam eſſent illa ſolam inſtituta, excluſis ab eo agone barbaris, vt liquet ex Herodot. 5, 22. *Spanh.* ξυναγείρει *conuenire iubet.* Nam ξύναγ. idem eſt quod ξυλλέγειν, ξυναθροίζειν. *Fiſch.*

δι' ἔτους πέμπτου. Notae Olympiacae πενταετηρίδες, nempe quinto quoque anno ſ. quinquageſimo menſe, vt de iis Tzetz. ad Lycophr. 41., celebratae; vnde πενταετηρίδα et πενταετηρίδα ἑορτὰν *quinquennalem* agonem nempe, et *quinquennale feſtum* vocat Pindar. Ol. 3, 38. 10, 69. Olympias igitur erat completum quadriennii, non quinquennii, vt quibusdam ſecus viſum, ſingulis autem quinquenniis recurrens. Quomodo etiam eadem Olympia a Piſaeis ſub Claudio Imp. redemta, ab Antiochenſibus, quinto quoque anno ab iis acta, docet Malela Chron. p. 320., et ita etiam intelligenda verba κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπιτελεῖσθαι, de ludis iſtis poſt quartum annum expletum quinto ineunte celebratis, in notis ad alium illius auctoris locum p. 373. dicitur. Exſtat autem Comici locus Pac. 880., vbi non *Olympicum agonem*, ſed *Dionyſia*, quinto quoque anno cum omni laſciuia peragi Braurone, Atticae oppido, ſolita vocat πρωκτοπενταετηρίδα· quum alioquin non πενταετηρίδες, ſed τριετηρίδες de Bacchi feſtis, quod ea ſingulis fere trienniis agerentur, a Graecis ſint dictae, vnde Eurip. Bacch. 133. τριετηρίδων, αἷς χαίρει Διόνυσος· quibus addi poſſunt, quae de *trietericis Bacchi* in Graecia feſtis obſeruat Diodorus IV. p. 148. [c. 3. T. I. p. 248. Weſſ.] ſed de quibus, et Athenienſium maxime haud vnis, dictisque tam ἐν ἄστει, quam κατ' ἀγροὺς *Dionyſiis*, accurate ali-

bi agimus. *Spanh.* διὰ nominibus temporis iunctum idem eſt quod μετά, *poſt.* v. Periz. ad Ael. V. H. 13, 42. et Kypk. ad Marc. 2, 1. Noſtras Anim. ad Well. III, II, 167. f. Sed explicari fere debet ita, vt id, quod fieri factumque dicitur, fieri factumque eſſe putetur eo tempore, intra id tempus, quod nominatur, quomodo et μετὰ vſurpatur (Herodot. 2, 150. μεθ' ἡμέραν *interdiu*) et Lat. *poſt* (Caeſ. B. Gall. 6, 33. *poſt* diem ſeptimum, vbi v. Voſſ.). *Fiſch.*

585. ἂν ἀνεκήρυττεν *citari iuberet*, fineret. Nam victores a praecone citabantur, h. e. nomine vocabantur ad capiendum victoriae praemium *p*). τῶν ἀθλητῶν *q*) οἱ νικῶντες ſunt Olympionicae, Olympiae victores. Nam ἀθληταὶ *certatores*, ſunt, qui inter ſe certant curſu, lucta, ſaltu, iaculo, diſco. *Fiſch.*

586. κοτίνου στεφάνῳ. In quinque meis codd. vt in Oruill. ſcriptum κοτίνῳ στεφάνῳ, quorum conſenſus ſuſpicionem mihi mouet, vulgatum Aldi coniecturae deberi. Sane Codd. lectio infinitis poëtarum exemplis defendi poteſt, in quibus nomina ſubſtantiua adiectiuorum vicem ſuſtinent. Rem notiſſimam attigi ad Apoll. Rhod. IV, 1248. In cod. quinto gloſſ. ἐλαίῳ *r*). *Brunck.* Bene Scholiaſtes a Palmerio obiter redarguitur, qui Comicum male perſtrinxerat, quod Olympionicas κοτίνῳ dixiſſet coronari, quum tamen non *ſilueſtri olea s*), ſed καλλιστεφάνου ἐλαίας, ſeu

---

p) Hanc in rem Munt. laudat Philoſtr. ſub init. L. VI. de Apoll. et Fabri Agoniſt. I, 30.

q) Non recte Inu. pro hoc vocab., quod omnium aliorum codd. auctoritas, vſus loquendi et res ipſa confirmat, repoſuit τῶν ἀσκητῶν. Monachi ingenio magis, quam Ariſt., conueniunt ἀσκηταί.

r) Vt in cod. Doru. auctore *Hemſt.* Codd. tamen Inuern. non videntur a vulg. ſcriptura receſſiſſe, atque κοτίνῳ etiam exſiſtere potuit inde, quod mox χρυσῷ legitur.

s) κότινος eſt vocab. Atticum idem declarans quod ἀγριέλαιος (Rom. 11, 17.) in dialecto communi. v. Moeris [p. 257.] et Tho. M. [p. 551.] h. e. *oleaſter*, olea ſylueſtris. v. Heſ. στέφανος κοτίνου igitur eſt *corona oleaginea*, e ramo oleaſtri confecta, de qua v. Paſchal. de Coron. 6, 18. et 19. στεφ. κοτίνου dictum vt 541. στιβὰς σχοίνων. Quae forma loquendi ex Oriente

oleae fatiuae ramo. Qui locus magnam illius Grammatici inſcitiam prodit, neque certe vnius eſſe commatis vel auctoris, quae leguntur ad hunc Comicum Scholia. Κοτίνῳ enim ſ. ramo *ſilueſtris oleae* coronati olim in Olympiis victores, et inde κότινον de *corona Olympiaca* vſurpant paſſim graeci ſcriptores, et qui de his ludis agunt, vt Pauſan. Eliac. VI. p. 367. [c. 13, 2. p. 172. T. II. Fac.] qui de Hermogene Olympionica dicit: τὸν κότινον ἐν τρισὶν Ὀλυμπιάσιν ὀκτάκις ἀνείλετο, et ſpeciatim Clem. Alex. Strom. VI. p. 672. διὸ καὶ ἀγριέλαιος ὁ κότινος τυγχάνῃ, ἀλλὰ τοὺς Ὀλυμπιονίκας σέφει. Vnde etiam vtroque illo auctore antiquior Theophraſtus Hiſt. Plant. IV, 14. p. 95. inter longaeuas arbores refert ἐλαίαν (oleam vrbanam) Athenis, palmam in Delo, κότινον δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἀφ' οὗ ὁ στέφανος. Cuius rei ea ratio fuit, quod oleaſtris abundaret tractus ille in Elide, vbi Olympia, et praeterea quod ab eodem Theophr. dictis modo eius verbis praemittitur, vitam ſilueſtribus id genus plantis longiorem eſſe, quam vrbanis, nominatim *oleaſtro* quam *oleae*. Non igitur ex *olea ſatiua*, aut ex ea et *ſilueſtri* promiſcue fiebant Olympionicarum coronae, ſed ex *oleaſtro* tantum, etſi quum ἐλαίας (quae vulgo de *ſatiua olea* dicitur) tum κοτίνου nomine, de Hieronicarum corona dici quandoque ab auctoribus ſolet. Inde πολυστεφὴς κότινος *plures coronans oleaſter* ap. Nicand. Ther. 378. et κοτινηφόρον ὕδωρ Alpheus in Olympia fluuius ap. Moſch. Id. 3, 2. et κότινος Ὀλυμπιακὸς ap. Gregor. Naz. Or. 18. p. 286. *Spanh.* Athletarum coronam vocari κότινον teſtantur Heſ. et Etym. Sic Philoſtratus epiſt. 28. αὐλητῇ μὲν οὖν κότινος πρέπει· βασιλεῖ δὲ μεγάλῳ, πορθητῇ, τιάρα. — Non ergo per contemtum *t)* dixiſſe videtur κοτίνου pro

videtur in Graeciam veniſſe. Anacreon Od. 42, 5. habet στεφανίσκους ἰακίνθων, ſed Od. 5. 15. ῥοδίνοις στεφανίσκοις et 6, 1. στεφάνους ῥοδίνους. στεφανοῦν στεφάνῳ eſt, *corona donari iubere*. *Fiſch.* Plin. H. N. XVI. c. 44. de corona ex oleaſtro et φυλλοφόρους ἀγῶνας e Pind. Ol. VIII. laudat *Münt.* Formulam στεφανοῦν στεφάνῳ e Luciani Timon. illuſtrat omninoque de voc. στέφανος proprio et tropico vſu diſputat *Eckard.* Obſſ. p. 54.

t) Inuidioſe et eleuandae talis coronae cauſa dictum eſſe στεφ. κοτίνου putabat etiam *Gir.* qui praeterea Pind. loca, vbi illam coronam celebrat et Ariſtot. [Pſeudoariſtot. de mirab. auſcult. c. 51.] laudat, ad q. l. Ariſtot. plura de κοτίνῳ et coronis oleagineis diſputauit Beckmannus (in ed. 1786. 4.) p. 106. ſ.

λαίας τῆς καλλισεφάνου, vt Schol. putat; nam oleagineae coronae, qualescunque sint, nugae sunt ad aureas. Sic iam Chion in epist. vltima, quae est ad Platonem, non contemnens neque ridens vilitatem κοτίνου, refert vt in somnis visus sibi sit coronari κοτίνῳ. Verba haec sunt: ἔοξε γάρ μοι γυνή, θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους, στεφανοῦν με κοτίνῳ καὶ ταινίαις. *Bergl.*

χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν ν). Prout alioquin Pindaro dicitur ab init. Od. 8. Olymp. χρυσοστεφάνων ἀέθλων, sed vbi scholia opportune notant ἀντὶ τοῦ καλλισεφάνων. Ita enim explicandus eiusdem poëtae locus Ol. 11, 13. στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας, nempe vt in Schol. ἀντὶ τοῦ τῆς τιμίας. τῆς καλλίστης. Quibus addi potest, quod tradit Pausan. IV. p. 315. sqq. in Schol. ad superiora Comici verba dici vidimus, καλλισέφανον dictum in Olympia oleastrum, e quo coronabantur victores. Adde quod etsi agonis Olympiaci praemium merit corona ex oleastro, et inde στεφανίτης, iuxta tres alios sacros et publicos Graecorum agones sit dictus; non vt alii, quibus ex auro vel argento praemia erant constituta, et qui inde ἀργυρῖται vocabantur: constat tamen, praeter coronas illas ex *oleastro*, *lauro*, *pinu* aut *apio* et *palmarum* praeterea ramis, aliis insuper donis vel praemiis a patria, qua orti erant et ad agones illos profecti, affectos id genus Hieronicas. Ita in Isthmiis victori centum drachmas, in Olympia quingentas ab Athenn. datas tradit Plutarchus Solon. [c. 23. T. I. p. 362. Reisk.] et Galenus Protrept. c. 9. de victoribus athletis: δημοσίᾳ παρὰ ταῖς πατρίσι τετιμημένων ἡμερησίοις ἀργυρίου δόσεσι. Quam in rem Demosth. adu. Leptin. p. 308. [p. 500. T. I. Reisk.] εἶτα μείσας δίδοτε ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρεὰς τοῖς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι τοὺς στεφανίτας. Adde Isocratem ab init. Panegyrici, vbi agens de solemnibus Graecorum celebritatibus et institutis ludis gymnicis, se miratum esse ait, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐεξίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν. Mitto aureas argenteasue phialas iis pro praemio datas, qui Sicyone vel in aliis Graeciae vrbibus, Pythiis vel Olym-

ν) Scil. στεφανῶσαι. Hoc vero etiam euenit. Nam Olympionicae postea donati sunt coronis aureis. v. Corn. Nep. Alcib. 6, 3. Paschal. l. l. 6, 20. *Fisch.* Muretum Var. Lect. VII, 15. et Tertullian. de Anim. c. 29. vbi pro *ab histrionibus* Faber Agonist. 2, 22. *de historicis* legi iussit, laudat *Mant.*

piis, quae in iis quoque edebantur, aut aliis ἐπιχωρίοις vicerant, vt liquet e Pind. Ol. 9, 135. de Epharmosto, qui iuuenis in Heracleis certamen seniorum sustinuit ἀμφ' ἀργυρίδεσσι, *de argenteis phialis*, et Nem. X, 80. Σικυωνόθε δὲ ἀργυρωθέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν, *e Sicyone vero argento donati cum vinariis phialis processerunt*, nempe, quod ibi, vt in Schol. dicitur, Pythia vicerant. *Spanh.*

587. Sensus: hac vero re ille declarat vtique, se magni aestimare diuitias. τούτῳ (Ablat. neutrius generis) quod Olympionicas donari iubet coronis oleagineis neque aureis. δηλοῖ τιμῶν i. q. δηλοῖ ὅτι τιμᾷ, vel τιμᾷν. Nam etiam verbis declarantibus ea, quae ab animi affectionibus proficiscuntur, Participia iunguntur pro Infinitiuis, vt Eurip. Alc. 678. αὐχεῖς ἐλαύνων cod. Flor. pro ἐλαύνειν. Δαπανᾶσθαι idem est, quod ἀναλίσκειν, Aesch. Socr. 1, 9. *impendere* de suis, *absumere*, vt Marc. 5, 26. *Fisch.*

589. Λήροις ἀναδῶν. Citat Thom. Mag. V. Ἀναδησάμενος [p. 50. ed. Bern.] et Eustath. ad Il. A. p. 125. ed. Rom. *Kust.* In cod. C. mendose λείροις, cum gloss. ἀνθεσιν. Gloss. in meo: παιγνίοις *Brunck.* λῆροι de rebus quum vsurpatur, sunt *res vanae, nihili, nullius pretii*, vt a Lat. *nugae* dicuntur omnia, quibus mulieres vtuntur ad corpus colendum et ornandum, quia pro rebus inanibus habentur (v. Nonius Marc. de verb. propr. 2, 587.) vt ap. Plaut. Aul. 3, 5, 1. *nugiuendi* dicuntur ii, qui mulieribus vendunt aliquid eiusmodi, Nonio auctore. H. l. ita dicuntur coronae oleagineae ratione aurearum, quae in diuitiis censentur. ἀναδεῖν (764.) idem est quod στεφανοῦν, fortasse, quia coronae fere adhaerebant taeniis, h. e. fasciis laneis, quibus redimiebantur tempora. v. Paschal. de Cor. 4, 8. Sic in Geopon. 9, 1. τοὺς νικῶντας ἐν ἄθλοις κότινον στέφανον ἀναδοῦσιν, vbi Subst. est pro Adiect. (vt in codd. 586. et 592.) *Fisch.* Haud solus hic Comicus aut hoc tantum loco et 592. Olympionicarum praemia, coronam ex oleastro, suggillat. Ita Eqq. 531. de Conna, saepe in Olympiis victore, sed pauperrimo: στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς, quod in prouerbium abiisse, in Schol. ibi dicitur. Neque vnus exstitit Scytha Anacharsis, qui tot labores suscipi, tot adiri a Graecorum athletis pericula, coronae alicuius ex *oleastro*, *lauro*, *pinu* vel *apio* gratia, rideret, et quibus, vt Cic. Tusc. 2, 17. *Olympiorum victoria consulatus ille antiquus videtur.* Obuia sunt apud vett. eccl.

doctores Basilium, Gregor. Theologum, Chrysost. aliosque loca, vbi illud ipsum tangunt, vt inde Christianorum ignaviam ac socordiam retunderent, qui pro corona non marcescente et coelestibus praemiis labores et pericula exantlare refugiunt. Ita Chrysost. Hom. I. 42. in Genes. c. 18. (vbi tamen Olympiacorum certaminum corona e *lauri* foliis, pro ex oleastro, exstitisse dicitur): καὶ ἐν μὲν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς τούτοις ἀγῶσιν ὁ στέφανος μετὰ τὴν νίκην οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ φύλλα δάφνης καὶ πρότος καὶ βοὴ παρὰ τοῦ δήμου γενομένη, ἅπερ ἅπαντα τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης κατεμαράνθη καὶ ἀπώλετο. (Nisi dicatur non de Olympiacis in Elide, sed Antiochiae, vbi agebat Chrysostomus, celebratis, quorum praemium fuerit corona e lauro, agi.) *Spanh.* ἑᾷ παρ' ἑαυτῷ *sibi relinquit, seruat*, qui verbi vsus a Stephano (in Thes. L. Gr.) non est obseruatus. *Fisch.*

590. ζητεῖν *velie, conari*, i. q. ἐπιχειρεῖν. περιάπτειν propr. est *appendere, circumligare*, vt περίαπτα, περιάμματα sunt *monilia*, etiam amuleta; deinde transfertur ad eos, qui vel sibi vel aliis aliquam rem comparant, tribuunt, inesse dicunt, in vtramque partem. V. Xen. Cyrop. 1, 5, 7. 8, 4, 15. Memorr. 2, 6, 13. Hier. 11, 13. Homerus sic vsus est verbo ἀνάπτειν Od. 2, 86. H. l. περιάπτειν πρᾶγμα πολὺ αἴσχιον etc. est, tribuere Ioui id, quod ei multo maiori turpitudini et dedecori sit, quam paupertas. πλούσιος ὤν *quum sit diues*, vt 201. v. ad Palaeph. fab. 5, 2. οὕτωσί scil. *vt tu dicis.* ἀνελεύθερος *illiberalis* dicitur is, qui lucro et quaestui potius seruit (v. Theophr. char. 22. vnde additur φιλοκερδής) quam honori, laudi, existimationi. *Fisch.*

592. Chremylus a Paupertate in angustias et ad silentium redactus vt non reperiat, quomodo a Ioue auaritiae et illiberalitatis suspicionem remoueat; quum eius rei causa sit sermo, ortus de corona oleaginea; iratus Ἀλλὰ — inquit, ἐξολέσειεν — στεφ. h. e. te vero Iupiter perdat, ita vt te corona oleaginea donet, i. e. inopia premat *x)*; nam quum talis corona nihili sit res, eum quem tali corona donari volumus, inopem esse iubemus. *Fisch.* Chremylus mallet aurea corona coronari *y)*, cotino autem pau-

x) Mos Comicorum familiaris est, risus gratia διττολογεῖν. *Cir.*

y) At ea de re nihil dicitur.

pertatem coronari optat et perire. Videtur alludere ad prouerbium: *στέφανον μὲν αὖον ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλεὼς*, Schol Eqq. 531. itaque vetulae precaretur, vt siti periret. Sunt autem vetulae plerumque bibaciores. Hinc illa *vero nomine Dipsas anus* ap. Ouid. [I. Amm. 8, 2.] *Bergl.* Omnium Edd. consensus, vt, quam a Fl. sumserunt, scripturam Ἀλλά σέ γ' ὁ Ζεύς — retinerem, a me impetrauit, etsi cur ab Aldo Ἀλλά γε σ' ὁ Z. etc. quem sequuti sunt *Phil. Iunta* et *Cratander*, discesserint, ratio fuisse non adeo magna videbatur. Vtris fauerit cod. Doru. librarius, non liquet, vt qui laeso metro pronomen omisit Ἀλλά γ' ὁ Ζεὺς z). — Idem rectius ἐξολέσειεν affixo ν, quod quum in Edd. abesset, iure merito versus gratia Kust. addiderat. *Hemst.* Hic in membr. scriptum est: κοτίνου σεφάνῳ. Quatuor alii, vt supra, κοτίνῳ σεφάνῳ. *Brunck.* Cod. Doru. itidem ostentat, κοτίνῳ σεφάνῳ, quod frustra fieri non puto: quid enim aliud praeter eiusmodi lectionem spectasse censendus est Schol., vbi carpit τοὺς ἀπειροτέρους, monens ex ipso Arist. constare μὴ κότινον τὸν τοιοῦτον λέγεσθαι στέφανον, ἀλλ' ἐκ κοτίνου στέφανον· illa quidem observatio, nisi ridicula prorsus habeatur ac sensu vacua, talem nonnullis in membranis exstitisse vtique scripturam manifesto prodit. Nota sunt κότινον ἀναιρεῖσθαι, κοτίνῳ στεφανοῦσθαι; at qui κότινον στέφανον dixerit, ex veteribus saltem non temere quisquam reperietur, etiamsi non ignorem, in Geopon. IX, 1. legi: τὸν κότινον στέφανον ἀναδοῦσιν a). Haec quia Paschalium de Cor. p. 404. plane fugerant, inanem operam insumsit Scholiastae arguendo. Denique principio versus adscriptum habet idem liber [Doru]: τοῦτο παίζων ὁ Χρεμύλος λέγει. *Hemst.* Vti ex frondibus oleastri olim coronae Olympionicarum, ita ex ligno eius, vtpote duro et nodoso, clauae et peda, siue baculi pastoritii confici solebant. Hinc Comicum nostrum iocandi occasionem captasse existimat Paschalius de Coronis 6, 19. quippe secundum quem Chremylus Peniae dicit: *perdat te Iupiter, corona*

---

z) Aeque male Inuern., omissa particula ad versum et sensum necessaria, e suis codd. edidit: ἀλλά σ' ὁ Z. Recte alii edd. omnes Flor. sequuti sunt.

a) T. III. p. 567. ed. Niclas. vbi nihil de hac loquendi formula ab edd. adnotatum vidi.

oleaſtri coronatum, i. e. claua caput tuum conterat. Sed hoc mihi nimis longe petitum videtur. *Kuſt.*

593. Τὸ γὰρ ἀντιλέγειν. Eſt ellipſis Attica, vett. ſcriptoribus non infrequens. Subintelligitur enim οὐχὶ δεινόν, *eſtne indignum b)?* vel ſimile quid. Vid. de hac ellipſi Schol. vet. ad h. l. et ad Nub. 267. Au. 7. *Kuſt.* Quemadmodum in Schol. ad Nub. 267. ita hic etiam in cod. Doru. ſententia perficitur: οὐ μωρόν ἐστι; *Hemſt.* Ante v. 593. intelligi debet: ἄφες ὀργήν, μέθες ὀργῆς, *mitte iram in me tuam*, ſimilisue enuntiatio, quam Paupertas cenſenda ſit expreſſiſſe voce, vultu, geſtu, vt particulae γὰρ ſua conſtet poteſtas. Nam etiam poſt τὸ γὰρ ἀντ. — πενίαν intelligi debet: *non ſtultum et temerarium eſt?* vehementia enim commotionis animi, h. l. indignationis, non ſinit loquentem perficere orationem. v. Bos. ellipſ. [p. 801. f. ed. Schäf.] Senſus eſt: non eſt mirandum, vos laborare, neque ſcire, quomodo vos honeſte expediatis; hoc enim non poteſt non accidere iis, qui audent negare omnia hominibus bona contingere Paupertatis beneficio. *Fiſch.*

594. παρὰ τῆς Ἑκάτης etc. Hecate docere nos hoc poteſt, meliusne ſit, diuitem eſſe, an inopem. Ἑκάτη eſt vel *Diana* in ſyluis, vel *Proſerpina* apud inferos, vel *Luna* (Virg. Aen. 4, 511.) in coelo, vt h. l. id quod docent quae deinceps dicuntur de huius deae coena. (Gloſſ. vett. Ἑκάτη· *Lucifera.* Ἑκάτη νυκτοφαίνουσα *Nocticula*, l. *Noctiluca.*) Nam nomen Ἑκάτη ductum eſt ab adu. ἑκάς *procul*, *eminus*, ſed *Proſerpina* et *Luna* procul a nobis remotae ſunt, *Luna* ſplendorem oſtentat e longinquo; *Diana* eminus ſagittas mittit. πυθέσθαι eſt h. l. cognoſcere, diſcere, i. q. μαθεῖν, vnde iudicari poteſt, ap. Suid. v. Ἑκάτη lectionem μαθεῖν natam eſſe e gloſſemate. Additur huic verbo fere caſus perſonae ſecundus, qui vnde pendeat, hic locus poteſt docere. v. Ind. Palaeph. V. πυνθάνεσθαι. Nam πυνθάνεσθαι eſt *interrogare*, *percontari*,

---

b) οὐκ ἀνήκτον, οὐ δεινόν, aut tale quid ſupplet *Bergl.* et laudat Ran. 533. vbi ἀνήκτον et Eccl. 401. vbi δεινὰ additur. Conuenire hoc genus ellipticae orationis iratis, *Gir.* monet, qui τὸ pro τοῦτο poſitum, et γὰρ interrogationis vim augere cenſet, et locum ſupplet: τίς γὰρ ἂν ἀκούων τοῦτο ἀνάσχοιτο; aut: πῶς γὰρ ἂν τοῦτο φορτικὸν οὐκ εἴη; Eadem repetiit *Mitt.*

quaerere. Τὸ πεινῆν c) quum opponatur τῷ πλουτεῖν, diuitiis, eſt *inopia, egeſtas*, πτωχεία. Sic Luc. 1, 35. opponuntur inter ſe πεινῶντες *egeni* et πλουτοῦντες, ad q. l. Lamb. Boſius in Exercitt. philol. p. 33. f. non oblitus eſt hunc poëtae locum afferre. Sed ab Hebraeis etiam *egeni* dicuntur *famelici*, v. Pſ. 107, 36. *Fiſch.* Pars huius et ſequentes tres verſus adducuntur ap. Suid. V. Ἑκάτης, ſed vbi dicitur ἀπὸ ταύτης ἔστι μαθεῖν, pro quibus rectius legi, quae in vulgg. Ariſt. edd. exſtant, bene iam in illius Lexicographi editione monuit Kuſterus. *Spanh.* Hecatae f. Lunae coena eſt, quam ſolebant ſingulis menſibus tempore nouilunii in triuiis ei dedicatam colliocare *d)*: huic famelica hominum quorumdam natio inſidiabatur, nec honeſtum erat eam rapere. Simile quid videtur fuiſſe *Menſa Solis* apud Aethiopas Macrobios quam ita deſcribit Herodotus in Thalia [III, 18.] λειμών ἐστι ἐν τῷ προαστείῳ, ἐπίπλεος πρεῶν ἐφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων· ἐς τὸν τὰς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλει ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν· τὰς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι προσιόντα τὸν βουλόμενον· φάναι δὲ τοὺς ἐπιχωρίους, ταῦτα τὴν γῆν αὐτὴν ἀναδιδόναι ἑκάστοτε. De Hecatae coena vid. quae notauit Hemſterh. ad dialogos Luciani p. 41. *Bergl.*

595. Mendoſe cod. Doru. et renitente verſu: φασὶ (ne deſcriptoris accidiſſe culpa ſuſpiceris, adpoſitum eſt λέγουσι) γὰρ αὐτῇ, tamquam orationis ſtructuram hoc pacto inſtitui voluiſſet: φασὶ γὰρ τοὺς ἔχοντας προσάγειν αὐτῇ. Concinnari tamen inde poteſt, quae non incommode cadat, talis lectio: φησὶ γὰρ, αὐτῇ vel αὐτῇ — *Hemſt.* Vulg. recte tuetur *Fiſch.* hoc ſenſu: *haec* (Hecate) enim *ait* (indicat, oſtendit.).

596. Nota ἔχοντας hic idem ſignificare quod πλουσίους e), quo ſenſu eadem vox occurrit Eurip. Alc. 58. πρὸς τῶν ἐχόντων etc. *commodam* (vel *vtilem*) *diuitibus*

---

c) Ionica et Attica forma pro πεινᾶν. *Gir.* Verbi vſum illuſtrat etiam *Eckard.* p. 55.

d) Ita etiam *Gir.* accipit, qui nonnulla de cultu eius in triuiis, ob tria nomina, Σελήνη, Ἄρτεμις et Ἑκάτη, disputat.

e) πλοῦτον vel χρήματα ſubintelligit *Gir.* χρήματα nunc addi, nunc omitti, in hac verbi ſignificatione oſtendit *Eckard.* p. 55. f.

Phoebe, legem ponis. Apud eumdem Suppl. 242. εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά. Idem in fragm. ex Danaë ap. Stob. Ecl. LXII. ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυκ' ὅδε (scil. *Amor*) *f)*. Henr. Stephanus in Thes. L. Gr. nullum χρήσεως huius exemplum affert, praeter locum hunc ex Soph. vel potius Eustathio, Sophoclem citante: πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει. Sed si Stephanus ipsum locum Soph., qui est in Aiac. Flagell. [v. 157. vbi v. *Brunck.* qui Kusterum laudauit] quod ipsum fugisse videtur, inspexisset, vidisset vtique, ἔχοντα ibi non significare posse *diuitem*, sed potius *virtute et gloria clarum*. Nam loquitur Tragicus de Aiace, non vt de homine diuite, sed generoso, forti et ob virtutis rerumque gestarum gloriam inuidiae obnoxio. Quare ἔχοντα ibi accipio pro ἐξέχοντα, *eminentem, excellentem*, quamuis Schol. ibi subintelligat εὖ, quasi Soph. dixerit, ἔχοντα εὖ, quod tamen mihi non placet. *Kust.*

De *coena Hecatae* singulis nouiluniis in vsum pauperum a ditioribus in triuiis adposita in Schol. ad h. l. dicitur; vnde in prouerbium abierit Ἑκάτης δεῖπνον de *vili* et *pauperum coena*, ad quod declarandum hunc Comici locum adducit Erasmus *g)*. Ad quod vt hoc addam respexit haud vno loco Lucianus, et in Dialogis Mort. quidem p. 263. [Dial. 1, 1. ad quem locum omnino vid. Hemsterh. T. I. p. 330. f.] καὶ εἴ' που εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἐκ καθαρσίου, ἤ τι τοιοῦτο. Ita in Charontis et Menippi Cynici Dialogo [22, 3. T. I. p. 425. Reiz.] nihil in pera habere dicitur Menippus nisi lupinum καὶ τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον. In Cataplo autem [c. 7. p. 628. T. I.] ποῦ δὲ ὁ φιλόσοφος Κυνίσκος, ὃν ἔδει Ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα καὶ τὰ ἐκ τῶν καθαρσίων ὦα. Demosth. adu. Conon. p. 693. [T. II. p. 1269, 9. Reisk.] τούτους τά τε Ἑκαταῖα κατεσθίειν

---

f) *Bergl.* addit Demosthenem Or. I. in Steph. coniunxisse ἔχοντα καὶ πλουτοῦντα. *Fisch.* autem haec habet: „οἱ ἔχοντες iidem sunt qui οἱ πλουτοῦντες. Nam opponuntur πένητες, et ἔχειν *possidere*, simpliciter ponitur ita, vt sit *opulentum esse*, vt Lat. *habere*. v. Graeu. et Cort. ad Cic. Epp. 7, 29, 2. vnde οἱ ἔχοντες sunt *diuites*, Palaeph. 49, 1. et Hocr. Areopag. p. 370. vbi opponuntur τοῖς ἐπαιτεμένοις, qui Luc. 18, 24. οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, vt 1 Cor. 11, 22. οἱ μὴ ἔχοντες *inopes*. v. Ind. Palaeph. et Aesch. h. v.

g) in Adagg. p. 267. add. intpp. Petron. ad c. 135. *Fisch.*

(vt ibi in margine pro κατακαίειν et in aliis edd., legitur). Quae Ἑκαταῖα alioquin, seu Ἑκάταιον, de *Hecates simulacris* olim dicta, qualia in triuiis aut in aedium vestibulis erigi consueuerant, vt ex Ran. 369. Vesp. 706. constat. *Spanh.* Homines diuites singulis nouiluniis (nam κατὰ μῆνα est, καθ' ἕκαστον μῆνα, καθ' ἡμέραν *h*)) Hecatae s. Lunae apponebant vesperi in triuiis et compitis s. quadriviis, quibus praecesse illa credebatur (v. Euer. Otto de Tutela viarum 1, 8.) oua et caseos *i)* h. e. δεῖπνον. Hos cibos vix appositos rapiebant pauperes et inopes. cf. v. 764. *Fisch.* Quamuis coenam illam perparcam [atque vilem] fuisse constat: tamen Chremylus vult a Penia pro lauta haberi, quippe quae a diuitibus apparetur. Nam eo iure Chremylus hanc coenam magni facit, quo iure Penia coronam oleagineam depressit. *Gir.*

[Triplex est vltimorum verborum scriptura: κατὰ μῆνα προσάγειν, κατὰ μῆνα προπέμπειν et κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν.] In metri legem incurrit lectio Ald. ed. *Phil Iunt. B. Crat.* G. L. Amst. minoris, quibus adnumerari debet cod. Doru. κατὰ μῆνα προσάγειν *k)*. Manifesto vitio Bentleius vt mederetur, rescribi iussit προσάξειν, existimans *certe tempus futurum hic longe aptius l)*: quod Viro maximo non facile concesserim, vt qui super alias rationes etiam non dubitem, quin προσώγειν inuectum sit per errorem librarii in locum germanae scripturae. Flor., quam sequuntur *Bened. Iunta*, *Gelen.* et *Kusterus m)* [etiam Bergl. ed.],

---

h) Hanc loquendi formam illustrat post alios *Eckard.* Obss. p. 56.

i) Supra δεῖπνον scribitur in cod. Doru. ἐξ ὧν καὶ τηρεῦ (τυρεῦ) τηγανιακοῦ· nisi me literae fallunt postremae vocis. Oua lustraminibus et Hecates sacris adhiberi vulgatum est; eumdem vsum an caseus frixus praestiterit, nescire me profiteor. *Hemst.*

k) Tamen eam iterum in texta induxit Inuern. e suis libris. προσάγειν in *omnibus* vett. edd. esse, male contendit *Bergl.*

l) Narrat enim Hecate sibi coenam quot mensibus *alaturos esse* diuites, ni pauperes eam raperent, priusquam poneretur. Proinde coena ad Hecatem non deuenit: quare προσάξειν dixit, non προσάγειν, quia coena tamquam potitur. *Bentl.*

m) προπέμπειν habent omnes quas vidi Edd., praeter Ald. e Geneu., in quibus est προσάγειν, sed repugnante metro. *Kust*

expreſſit vndecumque petitum (nam Mſſ. nihil variant) προπέμπειν· quod metro quidem ſed non ſenſui congruere cenſet Bentleius, atque adeo ſcribendum eſſe potius: κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν. Nihil verius: idcirco, quia Suidas hoc ipſum in Ἑκάτην confirmat, velut opportuniſſimum adſcivi: quippe dicunt propria ratione non tantum φέρειν, ἐκφέρειν δεῖπνον τῇ Ἑκάτῃ, verum etiam πέμπειν, de quo more pluribus expoſui ad Lucian. Dial. Mort. I. p. 330. Sicut autem perquam apte ponitur ἀποπέμπειν (ſolebat enim illa Hecatae inſtructa coena foras eſſerri atque in triuium mitti): ſic contra προπέμπειν diuerſae ditionis in hanc locutionem nullo modo quadrat. *Hemſt.* κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν. Sic bene membr. et B, vti et Suidas in Ἑκάτην. Duo alii perperam προσάγειν, vt Aldus. Quod Bern. Iunta edidit, προπέμπειν, metro quidem ſatisfacit, ſed a re, de qua hic agitur, aliena eſt illius verbi ſignificatio. *Brunck.* Contra *Fiſcherus* ſtatuebat προπέμπειν veram eſſe lectionem, nam metri legibus conſentaneam eſſe, et parere ſenſum commodum. „nam προπέμπειν eſt, aut *publice*, palam, omnibus inſpectantibus mittere, aut i. q. ſimpl. πέμπειν, vt Il. 1, 552., verbum hoc in genere proprium, et intelligi facilius poteſt, qui nata ſit lectio μῆν' ἀποπ., quam vnde venerit ſcriptura μῆνα προπέμπειν." Retinuit tamen Fi. vt Munt. ἀποπέμπειν.

597. καταθεῖναι. Subauditur τινά, *priusquam aliquis eam adponat n). Brunck.* In Ran. 166. πρὶν καταθέσθαι. *Bergl.*

598. φθείρου. Citat Tho. Mag. V. Φθείρου [p. 895. vbi dicit eſſe σκωπτικόν, μετῶ φθορᾶς ἀπαλλάττου]. *Kuſt.* De prouerbiali apud Graecos locutione ἐς φθόρον, *in perniciem*, nempe abeas, egimus ad Callim. in Apoll. 113. vbi legitur ἵν' ὁ φθόρος etc. vbi quum Aeſchyli verba S. C. Th. 258. Οὐκ ἐς φθόρον *non in malam rem* etc. tum Comici huius adduximus Eqq. 1148. Ἄπαγ' ἐς Μακαρίαν ἐκποδών. A. σύ γ' ὦ φθόρε. Sic Pac. 72. ἐχθὲς δὲ μετὰ ταῦτ' ἐκφαρεὶς *(cum infortunio abiens)*. Adde quod ſupra iam adduximus, ad v. 405., Nubb. 785. et Eqq. 888. οὐκ ἐς κόρακας

n) *Fiſch.* refert potius ad diuites: depoſuerint, poſuerint, diuites in triuiis.

ἀποφθερεῖς. *Spanh.* Eurip. Heracl. 285. φθείρου· τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ. Alciphron in loco quem supra laudaui: οὐκ ἐς κόρακας φθαρήσεται; *Bergl. Perieris.* Plautus Men. II, 2, 21. Seu tu Culindrus seu Coliendrus, perieris. *Brunck. abi in malam rem,* vt 600. quod 604. ἔρρ' ἐς κόρακας *apage te a nobis*, i. q. οὐκ ἐς φθόρον; ἅπαγ' ἐς κόρακας Theophr. Ch. 25, 3. ἀπερρέ Nub. 781. βάλλ' ἐς κόρακας Plut. 782. Cf. Hes. V. Ἔρρε.

γρύζῃς. In A. et B. vt vulgo [etiam ap. Tho. M.] γρύζῃς. In C. D. γρύζεις. Neutrubi bene. v. not. ad Lys. 1036. *Brunck.* [quocum Inu. edidit γρύξῃς.] In cod. Doru. μὴ γρύζειν· quod quidem, praesertim ii plures membranae vett. accedant, eo minus est spernendum o) quia Infinitivos Attici pro Imperatiuis aut Subiunctiuis eorum vice positis amant: neque illi tantum, sed et Dores atque Iones, vt in vtroque Lexico Portus docebit sub titulo Ἀπαρέμφατα ἀντὶ προστακτικῶν. V. H. *Stephani* Anim. in Lib. de Dial. p. 46. s. Inde per ignorantiam librariorum saepe contigit, vt structura rarior a vulgatiore loco sit delecta, quod perbene Iac. Gronou. obseruat ad Arrian. Exp. Al. V. p. 210, 66. Additum inter versus: καὶ μὴ φθέγγεσθαι λῆ ὦς (pro duabus istis voculis figura erat, qualis fere ad exprimendum δηλαδὴ adhiberi solet, paulo intricatius formata, quam vereor, vt recte sim adsecutus) κοῖρος ποσῶς, vid. ad 455. *Hemst.* Nempe iuxta illud: οὐδὲ γρῦ supra 17., vnde factum γρύζειν *mussitare* p). Prout similiter μηδὲ γρύζειν dicitur Pac. 97. et γρύζαντες *mussitantes* Nub. 178. Ran. 25. Eodem sensu ἀναγρύζειν Nub. 936. pro quo τί μύζεις *quid mussitas?* Thesm. 288. *Spanh.*

600. In verbis οὐ γὰρ πείσεις οὐδ' ἢν πείσῃς inest elegans quaedam antanaclasis. Nam πείθειν posteriore loco est, *persuadere* h. e. eo redigere, vt fatearis Paupertatem esse hominibus bonorum omnium auctorem, priori loco, *mouere* h. e. Chremylum et Blepsidemum eo redigere, vt Plutum

---

o) Elegantem hanc lectionem etiam receptam voluit *Hotibius* p. 20. Probat etiam *Fisch.* qui de hoc Infinn. vsu laudat Koen. ad Greg. Cor. p. 198.

p) De v. γρύζειν *grunnire*, *hiscere*, *mutire* v. ad 17. et 454. γρύζειν μηδ' ὁτιοῦν est, *omnino non hiscere.* v. Hes. in μηδ' ὁτιοῦν. *Fisch.*

deferant, Paupertatem aedibus recipiant. *Fiſch.* Non perſuadebis vt relicto Pluto te ſequamur, etiamſi omnia dixeris quae ad perſuadendum habeant momenti quam plurimum. *Gir.* Hyperbolice dictum eſſe monet *Münt.*

601. Ὦ πόλις Ἄργους *q*). Haec ipſa verba occurrunt in Eqq. 810. *Kuſt.* In Phoen. Eurip. 577. Polynices dicit: ὦ πόλις· cui frater: μολὼν ἐς Ἄργος ἀνακάλει Λέρνης ὕδωρ. Ad h. l. reſpexit Scholiaſtes *r*) Comici, qui dicit haec inde petita eſſe. *Bergl.* Scholiaſtes ad Eqq. 813. ait priorem partem ſumtam eſſe ex Eurip. Telepho *s*), poſteriorem ex Medea, vbi eſt v. 169. κλύεθ' οἷα λέγει κἀπιβοᾶται Θέμιν εὐκταίαν. *Brunck.* Nam Ariſt. omnino multa in Plutum transtulit e Medea Eurip. riſus captandi ergo. v. Valck. ad Phoen. 626. Caeterum hic locus docet, Argiuos, incolas Argorum, vrbis Peloponneſi, fuiſſe pauperes *t*) aut certe paupertatis amantiores quam diuitiarum. *Fiſch.*

602. Παύσωνα κάλει, inuoca Pauſonis opem pauperis, qui tecum ſolet vna cibum capere. Sic Veſp. 1268. quum vellet Amyniam ridere, tamquam famelicum, dixit ſe eum vidiſſe δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου, homine itidem paupere. Pauſonem autem pauperem fuiſſe patet ex Theſm. 78. vbi dicit eum, ſacra Cereris et Proſerpinae celebrantem ieiunare, vt ſolebant mulieres in illo feſto. Etiam in Acharn. 854. coniungit eum cum Lyſiſtrato, quem dicit frigere et eſurire plus quam 30. diebus quouis menſe. Vox autem κάλει ſumta eſt ex eodem Eurip. [Phoen.] loco, quem paullo ante adduxi. *Bergl.* Pauſon fuit pictor egenus illius aetatis, de quo v. Franc. Iunius in Catalogo pictorum adiecto Libris III. de pictura veterum, Roterod. 1694. f. Ex quo exſtitit prouerb. Παύσωνος πτωχότερος, pauperrimus, v. Suid. h. v. Mich. Apoſtolius Paroemm. 15, 76. et Erasmus Adagg. p. 564., qui tamen verba poëtae male vertit: *Pauſonem adhibe tibi conuiuam.* Sic enim articulus

---

q) H. e. ὦ Ἀργεῖοι vnde additur κλύεθ'. *Fiſch.*

r) Hunc Schol. errorem iam Hemſt. notauit.

s) Fragm. Tel. n. 5. ed. Musgr.

t) Ita etiam Gir. cenſuit.

omitti debuiſſet. Immo Chremylus Paupertatem ita quiritare iubet, vt teſtem ſtultitiae ipſius citet *v)* Pauſonem, ſodalem et conuictorem ſuum *x)*. Nam ξύσσιτος idem eſt, quod σύντροφος, συνδιαιτητὴς *ſodalis*, Suid. et Gloſſ. vett. *Fiſch.*

603. τί πάθω; i. e. *quid faciam.* πάσχειν enim apud Atticos interdum ponitur pro πράττειν *y)*. V. Schol. ad Nub. 234. Sic Hor. I. Od. 3. *perpeti* ponitur pro *facere* vel *aggredi* in loco illo: Audax omnia perpeti Gens humana etc. *Kuſt.* τ. π. τλήμων *quid mihi fiet?* Nam τλήμων habet vim pronominis perſonalis. Paupertati metuendum erat, ne ſi Plutus Chremyli opera viſum recepiſſet, ipſa eiiceretur ex agro Athen. Formula τί πάθω primus hic vſus eſt Homerus Od. 5, 465. vbi interpretatio adiecta legitur: τί νυ μοι μήκιστα γένηται, cf. ibi 299. Theocr. Id. 3, 24. *Fiſch.*

604. ἔξβ' ἐς — vid. ad 598. ἄπαγε, βάλλε, ἔξβε, ſunt ſynonyma, niſi quod ἔξβε ſimul interitum indicat: *abi vt intereas z)*. θᾶττον, *ſtatim, ocyus.* Nam Compar. habet vim Poſitiui (v. Heſ. in Θᾶττον), et ipſa forma Comparatiui eſt Attica. Moeris p. 364. Pierſ. *Fiſch.*

605. εἶμι habet vim Futuri, vt ἄπειμι v. 70. et adduntur ei Futura, Aeſch. S. C. Th. 1076. Perſ. 851. ſ. ποῖ γῆς. Aduerbiis locorum iunguntur Genitiui nominum locorum, vt Herodo. 2, 43. οὐδαμῆ Αἰγύπτου, Gell. 1, 19. extr. *nusquam loci*, Cic. VIII. ad Att. ep. 10. *quo loci. Fiſch.*

606. ἐς τὸν κύφων'. Cod. Doru. duplici accentu κύφῶν' inſigniuit, Scholiaſtae nimirum obſequutus, qui vtrumque

---

v) Munt. ita intelligit: Pauſonem, quo nihil eſt egentius, in auxilium potius vocato.

x) *Girard.* καλεῖ conſet non Imper. ſed Indicatiuum eſſe, propterea quod a Chr. haec non ad Peniam, ſed ad Blepſidemum dicantur: Non aſſentior.

y) Ita Aelian. V. H. 9, 27. τί πάθω; *Münt.*

z) Idem ἔξειν eſſe quod φθείρεσθαι monet *Gir.* Significare, malo omine venire, inauſpicato accedere, ex Hom. Il. 8, 239. 9, 359. colligit *Münt.*, interdum vero eſſe *in malam rem abire.*

κύφωνα et κυφᾶνα frequentari notauerat. *Hemſt.* Paupertatem deridens haec addit Chremylus *(abi in neruum)*. De voc. ipſo vid. ad 476. *a)*. Μέλλειν idem eſt quod βραδύνειν *cunctari, tergiuerſari*, vt Act. 22, 16. *Fiſch.* Quum haec dicuntur, Chremylus Peniam aliqua parte corporis prehenſam propellit et vrget. *Gir.*

607. χρή σ'. Sic A. C. Vulgo χρῆν *b)* σ'. *Brunck.* χρῆν eſt in Ald. *Ph. Iunt.* B. Crat. G. et Amſt. Kuſteri, reliquae praeſerunt χρῆ, quibus addendus eſt cod. Doru. in quo χρὴ cum gl. πρέπει. *Hemſt.* Etiam Inu. χρὴ recepit.

MS. Bodlei. et ed. Ald. ἀνύτειν, ſed reliquae quas vidi Edd. ἀνύειν, quod vſitatius eſt. *Kuſt.* Quamquam ex Flor. omnes Edd. ἀνύειν inculcent, impetrare tamen a me non potui, quum in Ald. nec non ed. *Phil. Iunt.* et *B. Crat.* ἀνύτειν legeretur, vt Atticam verbi formam reſpuerem; maxime poſtquam cognouiſſem eodem vergere Codd. Vatic. Bodl. et Doru., niſi quod hoc in libro deterior ſcribendi modus, ſatis alibi quoque frequens, τ duplicauerit, ἀνύττειν, adiecta interpretatione σπεύδειν τῆς πορείας, cuius vice mutato caſu ſcribendum eſſe τὴν πορείαν, facile quiuis animaduertat. Quemadmodum autem ἀρύτεσθαι, quod in Xen. Cyrop. modo non ſemper occurrit: ſic et ἀνύτειν Atticis magno conſenſu Grammatici vindicant *c)*. vid. Ducker. in Adn. ad Schol. Gr. Thucyd. p. 145. col. 2. v. 2. Ἀνύτει in Heſ. poſcit ordo literarum pro ἀνύει· apud eumdem eſt ἤνυτον. H. Stephanus Theſ. T. I. p. 471. C. „Ἀνύτω cum ſpiritu aſpero (vt docet Suid. Euſtath. item ex Aelio Dionyſio) pro σπεύδειν *feſtinare, properare*. Tamen quum apud alios, tum ap. Ariſt. in hac etiam ſignificatione tenuatur, vt hoc in loco, vbi ei μέλλειν opponit, in Pluto: ἀλλ' οὐ μέλλειν χρῆν σ' ἀλλ' ἀνύτειν vel ἀνύττειν *d)*, vt alii

a) Ad eum locum reſpexit Ariſtid. adu. Lept. c. 75. ed. Wolf.

b) Hoc *Fiſch.* poſitum eſſe ait, quia Chremylus neſciebat, an Paupertas id factura eſſet. v. ad 406. 432.

c) Cf. Greg. Cor. p. 28. Koen. Inprimis copioſe de ea forma egit Porſon. ad Eurip. Phoen. 463. nec hoc loco praetermiſſo.

d) Etiam *Gir.* duplicem hanc ſcripturam affert.

ibi legunt." Quos alios commemoret equidem ignoro. *Hemſt.* ἀνύτειν bene duae primariae edd. Fracinus edidit χρῆ σ' ἀλλ' ἀνύειν. Solus e meis codd. Atticam formam agnoſcit C., in quo tamen mendoſe ἀνύττειν. In B. ἀνύσειν. Gloſſ. in codd. σπεύδειν. Soph. Antig. 231. τοιαῦθ' ἑλίσσων ἡνυτον σχολῇ βραδύς. Eadem forma ib. 805. Trach. 319. Eurip. Hipp. 403. Bacch. 1089. 1094. et alibi paſſim. *Brunck.* Etiam Borg. ἀνύτειν. Tamen Inu. e Rau. reuocauit ἀνύειν.

608. f. Senſus: vos quidem, mihi credite, rurſus me huc arceſſetis. ἦ μήν ſunt particulae, quibus vtuntur ii, qui aliquid confirmant, *certe, profecto.* Suid. et Heſ. ὄντως δή. Saepe adhibentur in iureiurando, vt Hebr. 6, 14. v. Hoogeu. c. 21, 2, 17. ἔτι reddi commode poteſt *rurſus*, πάλιν Heſ. ἐνταυθοῖ Athenas, in agrum Athen. De v. μεταπέμπεσθαι (*accire*, i. q. μετακαλεῖσθαι e)), vid. ad 341. *Fiſch.* Poſt haec verba Penia ſenſim ab iis discedit. Quo autem longius abit, eo altius illi verba faciunt abeunti. *Girard.*

610. τότε nempe ὅτε μεταπεμψόμεθα. νοσεῖν h. l. *redire*, v. Heſ. De φθείρου v. 598. Atticos hoc verbo ita vſos eſſe, vt oſtenderent, ſe velle alterum iam abire, neque ſibi amplius moleſtum eſſe, patet quum ex eo, quod Chremylus Paupertatem iubet redire et Paupertas abiiſſe dicitur 619. tum inde, quod Moeris [p. 53.] et Tho. Mag. [p. 106.] praecipiunt ἀποφθάρηθί μου ap. Atticos idem valere, quod ap. caeteros Grr. ἀπαλλάγηθί μου. Idem tenendum eſt de formulis ſimilibus ἄπαγε ἐς κόρακας, βάλλ' ἐς κόρακας etc. *Fiſch.* Male cod. Doru. in ἐστιν v. 611. vltimam literam praeteriit. *Hemſt.*

612. σε δ' ἐᾶν κλάειν. Praeſtat vt me ipſum bene curem, te autem ſinam deplorare tuum ipſius caput longis fletibus. In Veſp. 581. κλαίειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ. v. Eccleſ. 426. *Bergl.* κλάειν. Iota [huic verbo] ſubſcribitur eo rectius in vett. edd., quod ſimul ſeparet huius verbi rationem ab alio diuerſae poteſtatis, κλάειν, κλᾷν· omiſerunt, quae B. Gelen. ſunt ſequu-

e) Vnde in cod. Borg. haud dubie ex interpretamento additum eſt: μετακαλέσασθε.

tae, idque ſaepenumero fieri ſolet, vt in hoc verbo, ſic etiam in *κάειν*. Vid. Suid. Moer. Attic. [p. 231. vbi neutri verbo iota ſubſcribitur, cf. Pierſ.] et Tho. M. [p. 535.] in *κλάειν f)*. *Hemſt.* *ἐᾷν* recte reddi poteſt *ſinere*. *κλάειν μακρὰ τὴν κεφαλὴν* videtur propr. de iis dictum eſſe, qui *colaphis* et pugnis caeſi caput, *vehementer* et *acriter* (*μακρὰ g)*, v. Eccl. 425.) flent: deinde translatum ad eos, qui omnino miſerias ſuas, easque graues et ingentes, lugent; ita vt videndum ſit, quod genus miſeriae intelligatur, vt h. l. *exilium* (cf. 605.). Itaque *κλάειν μ. τ. κεφ.* eſt, *exulem eſſe*. Senſus: praeſtat me diuitem eſſe, te miſeram et exulem. Sic neceſſe non eſt, vt intelligatur *τύπτουσαν h)* cum Schol. vet. et Doru. *Fiſch.*

613. ff. *i)* Vtrum in cod. Doru. *πλουτᾶν* ſcribatur, an *πλουτεῖν*, quod facile ferri poterat, diſcerni nequit: inciſum certe ſubiectum eſt. *Hemſt.* *εὐωχεῖσθαι* propr. dicuntur ii, qui capiunt ea cibi, etiam potus, genera, quae nec corpus laedant nec animum, atque facile comparentur, v. Xen. Mem. 3, 14, 7. extr. deinde etiam ii, qui bene et *laute* epulantur *k)*, vt h. l. et *συνευωχεῖσθαι* 2. Pet. 2, 13. et ep. Iud. v. 12. *λουσάμενος lotus*, v. 85. Nam et Graeci et Romani ad coenam veniebant loti et vncti, vnde poſt horam octauam ibant in balneum; loti vngebantur oleo (v. Vrſin. Append. ad Ciaccon. de tricl. p. 129. ff.). Eo ſpectant verba *λιπ. χωρ. ἐκ βαλ.* Nam *λιπαρὸς* eſt nitidus, nitens, h. l. oleo: *χωρεῖν* id. eſt quod *ἔρχεσθαι*. *χειροτέχναι* ſunt *opifices* (533.), qui quum ſint *pauperes*, idcirco

---

f) Recte Br. et Inu. ediderunt *κλάειν*. v. Porſ. ad Eurip. Or. 59. et 274. Add. Etym. M. V. *Αἰετός*.

g) Perperam *Gir.* et *Münt.* explicant *diu*, longe, in multos dies.

h) *Gir.* exiſtimat, ſubaudiri etiam poſſe *ξύουσαν*, *ſcalpentem*, *fricantem*. Ii quos poenitet, qui de inſtituto mutando agitant, caput ſcabere ſolent. Rectius tamen idem putat accipi poſſe *τ. κεφ.* per ſynecdochen, pro *te*, et miſeram tuam conditionem. Ita et Münt.

i) Ad *νὴ Δία* repetit Gir. *κρεῖττόν ἐστι πλουτεῖν*.

k) Copioſe hoc v. illuſtrauit Eckard. p. 56. f. et dixit omnia comprehendere quae ad voluptatem gulae pertinent. Idem oſtendit p. 58. f. *παῖδας* (perperam cod. Rau. *παιδίων*) h. l. eſſe *filios*.

additur καὶ τῆς πενίας. Vſus verbi καταπαρδεῖν *l*), a quo Genitiui illi pendent *m*), vitio verti non debet homini plebeio et pauperi, qui ſperabat, ſe iam diuitem fore, ſed eiusmodi homines ſunt fere ſuperbi atque adeo inſolentes. *Fiſch.*

619 Iam abiit Penia. Actus II. ſcena VI. (IV. ap. Francog. interp. hic conſtituitur.

Verſus hic et ſeqq. vsque ad 627. in Mſ. Vatic. U. Chremylo ſoli tribuuntur, non intermixta perſona Blepſidemi: quod potius ſequendum puto *n*). *Kuſt.* αὕτη nempe Paupertas, quae ἐπίτριπτος ſceleſta (de quo voc. v. ad 275.) dicitur, quia Chremylo et Blepſidemo moleſta fuerat ſua loquacitate, et impediuerat, ne Plutum in Aeſculapii templum, viſus reſtituendi cauſa, quam primum ducere poſſent. Vnde apparet ἡμῖν eſſe Datiuum commodi, vt vocant, et τὸν θεὸν Plutum. οἴχεται Sch. explicat per ἀπῆλθεν, recte. Sed Graeci ſolent de iis, qui modo abiere, neque peruenere illuc quo tendunt, Praeſentia ponere ipſius naturae admonitu. Nam tales homines dum in via ſunt, abire vsque videntur. *Fiſch.*

621. 'Εγκατακλινοῦντ' cod. Doru. explicat ἐγκαταθήσοντες, qui tamen in verbis Ariſt. dualem ſeruat, quem a Flor. ſequentes Edd. acceperunt: nam in A. *Ph Iunt.* et P. *Crat.* legitur ἐγκατακλινοῦντες, cui lectioni parum abfuit, quin primas deſerrem *o*). *Hemſt.* Hoc intelligendum videtur de ſcenibus, qui ſe eum ad Aeſculapii fanum

---

l) καταπέρδειν oppedere, ventris crepitus edere in opifices et Penian; quo non aliud eſt maius contemtus ſignum. *Gir.* Hor. Sat. 1, 9, 70. addunt *Fiſch.* et *Münt.*

m) Scil. a praepoſ. κατά.

n) Neque tamen vel ipſe Kuſt. vel alius editor eam rationem ſequutus eſt. *Hemſt.* autem, in cuius cod. Doru. v. 623. praefixum erat Blepſid. nomen, oſtendit, ſe Kuſtero non adſentiri. Decentius enim eſſe, et ſcenae accommodatius, vt Blepſ. interloquatur, et καὶ μή γε oſtendere, orationem ab eodem homine non continuari.

o) Vtramque lectionem admittunt et linguae (nam Pluralis etiam de duobus ponitur) et metri leges. Sed probabilius eſt, Grammaticos e Duali feciſſe Pluralem, qui reſponderet verbo ἄγομεν. *Fiſch.*

deducturos ibique collocaturos dicunt, vt 411. Eſt autem dualis fut. partic. Scaliger notat in aliis eſſe ἐγκατακλινοῦντες. *Duck.* Ἐγκατακλίνειν id. eſt quod κατακλίνειν 411. et 662. *incubare iubere.* Sed ἐν additur, quia aegroti in templo Aeſculapii *p)* iubebantur ita dormire vt cubarent *in* ſtraguli ſ (624.). *Fiſch.*

622. διατρίβειν i. q. μέλλειν (606.) *morari, cunctari,* vt 413. Ante μὴ intell. ὅρα. πάλιν αὖ dictum eſt ἐκ παραλλήλου, h. e. coniunctae ſunt duae particulae idem ſignificantes. Nam αὖ Grammatici (vt Heſ.) interpretantur per πάλιν, et Attici ſolent, vt alia verba (v. ad Plat. Phaed. 27, 11.), ita maxime particulas duas, quae idem declarant, coniungere, vt Nubb. 1383. et Ran. 440. αὖθις αὖ, et Nubb. 971. tres eiusmodi particulae ſunt coniunctae αὖ πάλιν αὖθις. v. Ind. Aeſch. Socr. V. Αὖ, Reusmann. ad Deuar. Particc. L. Gr. p. 78. *Fiſch.*

623. Cod. Doru. διακωλύσει et τῶν προὔργων, adiecto gloſſ. τῶν ἀναγκαίων. Vt hoc poſterius ſine controuerſia laborat, ſic illud haud plane contemnendum *q)*: ſequitur enim aliquando particulam μὴ Futurum Indic. Lucian. Dial. Mort. X. δέδια μὴ ὕστερον μετανοήσετε. Xenoph. Eph. II. p. 34. μὴ μαθοῦσα — ἐμὲ μᾶλλον κακῶς διαθήσει· quamquam in his librarii ita variare ſolent, vt ab ipſis ſcriptt. quid fluxerit, difficile ſit dignoſcere. *Hemſt.*

τῶν προὔργου. In Ecc. 782. ἔα με τῶν προὔργου τι δρᾶν. v. Lyſ. 20. *Bergl.* τὰ προὔργου dicuntur propr. *ea, quae facienda ſunt ante, quam res ipſa ſuscipiatur et fiat,* vt nuptiae ſunt τὸ ἔργον, ea quae ante nuptias agenda ſunt τὰ προὔργου· v. Orus Mileſius ap. Etym. M. V. Προυργου. Deinde ea, quae ſunt *bona, vtilia, neceſſaria.* Nam eiusmodi ſunt ea quae ante rem aliquam facienda ſunt, ita vt res ipſa ſine iis ſuscipi nequeat. Cf. Heſ. V. Προυργιαίτερα

---

p) εἰς Ἀσκλ. ſcil. ἱερόν, ναόν, τέμενος (v. 659. 411.). Templum erat in vrbe, et quidem in via a theatro ad arcem ferente. *Fiſch.*

q) Recte. Sic v. 11. 47. idem Cod.: μὴ μνησικακήσεις. διακωλύειν hoc quoque loco habet vim verbi ſimplicis, vt Matth. 3, 14. *Fiſch.* Cf. de illa conſtructione part. μὴ cum Ind. Matthiae Grammat. gr. mai. p. 737. ſ. quosque laudauit. Ad διακ. *Münt.* ſupplet ἡμᾶς.

ρον. H. l. τὰ προϋργου eſt deductio Pluti in templum Aeſculapii *r)*, quum ἔργον Chremyli et Bleps. ſit reſtitutio luminum oculorum Pluti. Senſus: ne quis alius rurſus interueniat, impediatque, ne Plutum in aedem Aeſculapii deducere ibique incubare iubere poſſimus. *Fiſch.*

624. παῖς h. l. eſt *ſeruus s)*. v. Moeris p. 297. Pierſ. Pollux 3, 78. Qui quidem voc. vſus profectus videtur ab Atticorum ſtudio vrbanitatis. τὰ στρώματα *ſtragula*; nam aegroti in templis incubabant pellibus ouium ſtratis, v. ad 411. ἐκφέρειν e domo mea. ἐχρῆν quia verebatur ne Carion tergiuerſaretur. *Fiſch.* σ' ἐχρῆν. Sic B. D. In duobus aliis omiſſum, vt vulgo, pronomen. Vide ad 432. iterumque ad 966. *Brunck.*

625. f. Ἄγειν arbitror pertinere ad Carionem, vt eum Chremylus iubeat Plutum ducere in templum Aeſc. Nam quamquam 620. f. Chremylus de ſe et Bleps. dixit ἄγωμεν· tamen hoc recte potuit de iis dici, qui eum ab alio duci iubent, praeſertim quum Chr. et Bleps. proſequuti ſint Plutum in fanum Aeſculapii. Verba ὡς νομίζεται, *vt moris eſt t)*, ita intelligo, vt caeci dicantur duci ſolere ab aliis in templum Aeſc., et quidem a ſeruis, ſi domini iubeant. Verba καὶ τἄλλα pendere puto a v. ἄγειν, ita vt hoc tum ſit i. q. φέρειν, *ferre, portare*. Nam ἄγειν etiam ab Hom. de ἀψύχοις poni, contra Grammaticorum praecepta docuit Schrader. ad Muſaeum p. 128. f. Sunt autem *intus* in domo Chr. *parata*, apparata *v)*, *liba et placentae*, v. 660. *Fiſch.* Etiam hic poſt v. 626. Brunck. addidit: (Λείπει ἡ τοῦ Χοροῦ ᾠδή.). Nimirum, vt *Gir.* auctor eſt, deducto in templum Aeſc. Pluto, ne ſcena vacua maneret, chorus prodiit, qui iocoſis carminibus et facetiis ſpectatores detineret, dum quis exiret, qui Pluto viſum eſſe reſtitutum nunciaret.

---

r) Münt. eo refert, vt Pluto, in templum ducto, lectus ſterneretur taliaque plura.

s) Recte omiſit ὦ, quod vulgo ante παῖ legebatur, Inu. auctore Rau. cod. Nam prima in Καρίων longa eſt. v. Brunck. infra ad v. 1100.

t) Ad res et cerimonias, quibus hac in re fuerit opus, cum *Gir.* refert *Münt.*

v) κὠρτεπισμένα Attice pro εὐτρ. *Gir.* et *Münt.*

627. Hic Actus tertii prima ſcena conſtituitur vulgo. Carion, celeriter e templo reuerſus, vbi chorum videt, geſtiens acclamat: o ſenes, qui ſaepiſſime Theſeis minutiſſimas carnes comediſtis cum pane perquam modico, quam felices, quam beati eſtis cum caeteris bonis!

Θησείοισι. Sic B. *Brunck.* [quocum Inu. ita edidit pro vulg. *Θησείοις*, caeſurae cauſa.] Quae de ſacro Theſei ap. Athenn. feſto, *Θήσεια* dicto, et die menſis octauo et quidem cum epulis in memoriam Athenn. ex agris in vnam ciuitatem coactorum celebrari ſolito, in Scholiis dicuntur *x)*, inde a viris doctis, qui de Graecorum feſtis egerunt, opportune ſunt allata. *Spanh.* Scilicet Athenienſes Theſeo ob maxima in ciuitatem merita exaedificarunt templum *Θησεῖον* dictum, eumque diuinis honoribus affecerunt et diem octauum menſis cuiusque egerunt feſtum, quia Theſeus die octaua Hecatombaeonis (Iulii) Troezene, oppido Argolidis, venit Athenas, ſed ſacrificium, quo honoratus eſt, propterea appellatum eſt *ὀγδόδιον*. v. Meurſ. Graecia feriata V. *Θήσεια* p. 166. et in Theſeo c. 31. p. 133. ff. *Fiſch.* Antehac quoties Theſei feſto conuiuaremini, propter egeſtatem parcis cibis vtebamini; nunc autem vobis non deerunt cibi, quia iam Plutus videt, qui ditabit omnes bonos, quos antehac non poterat inuenire. *Bergl.*

μεμυσιλημένοι [olim vulg. *μεμισυλ.*]. Promiſcue ſcribitur *μισυλλᾶσθαι* et *μισυλλᾶσθαι*, ſed plures Edd. hic habent *μισυλλᾶσθαι*, per vnum λ. Alibi etiam reperies *μυσιλλᾶσθαι*, quomodo hic legit Suidas V. *Μεμυσιλημένοι*. v. Schol. *Kuſt.* Editio Ald. in textu: *μεμοισιλημένοι*, *οι* pro *υ* poſito, vt fieri ſolet. At in notis recte *μεμυσιλημένοι*, a *μυσίλη*. Ita ſcribunt Heſ. Suid. Pollux, Etym. etc. Quae hic in Scholiis habentur de *μισύλη*, *ἀπὸ τοῦ μεῖον*, ſunt omnia *πονηροῦ κόμματος*, neque habentur in ed. Ald. *Bentl.* Mira eſt Edd. in hoc verbo varietas. Ald. mendoſe *μεμοισιλημένοσι*, quamuis altera vice recurrat in Scholiis *μεμυσιλημένοι*· inde *Phil. Iunta* traxit *μεμοισιλημένοι*· nemo neſcit, quam crebro inter ſe *οι* et *υ* permutentur, etiam in iis vocibus, vbi nulla culpae a librariis admiſſae haeret

x) Atque inde ap. *Girard.* et *Münt.* Cf. *Harwood* Handb. d. griech. Alterth. I. 539. f. et Fêtes et Courtiſanes de la Grèce (Par. 1800.) p. 10. et 252.

ſuſpicio. Edd. Fl. *Ben. Iunt.* et Gen. habent *μεμισυλλημένοι*, quibuscum conſpirat cod. Do. apta ſatis verbi explicatione inſtructus: *τεθραμμένοι καὶ ζωμοῦ ἐροφήσαντες ἐν τμήματι ἄρτου κοιλασθέντος, ὥσπερ δίδυμος*· ſi refingatur *ἐροφήσαντες* et *δοίδυκος*, nihil amplius deſideres. Ego ſequutus ſum altero λ detracto, Edd. Crat. Porti et Kuſt., neque aliter apud Schol. in ed. Fl. et Suid. pluribus in locis: hanc autem ſolam ſcribendi rationem eſſe probandam atque origini voc. congruere docebunt adnotationes noſtrae. *Hemſt.* In membr. et in meo recte ſcriptum: *μεμυσιλημένοι*: alii, vt vulgo, *μεμισυλημένοι*: antiquo errore, cuius origo in praua curioſitate etymologias ſectantium, vt colligi poteſt ex iis, quae ap. Euſtath. leguntur p. 368, 48. Heſych. *μυσιλῶσθαι, τὸ ἐκροφῆσαι τὸν ζωμὸν τοῖς ψωμίοις. μυσίλη, ὁ κοῖλος ψωμός, ψιχίον, ὀρὰξ χειρός.* Cf. Suid. in *μυσιλᾶται* et *μυσίλην*. In Eqq. 1168. vulgo etiam bene legitur: *ἐγὼ δὲ μυσίλας μεμυσιλημένας*. At perperam in eiusd. fab. 827. vulgatam ſcripturam retinui *μυσιλλᾶται*. Nulla ratio eſt, cur λ geminetur; praecedens enim vocalis per ſe et natura longa eſt. *Brunck.* *μυσίλη* auctoribus antiquis Grammaticis eſt *fruſtum panis excauatum ad modum cochlearis*, v. Acl. Dionys. ap. Euſtath. ad Od. 3, 62. p. 1476. y). Ex hac ratione *μυσιλᾶσθαι* eſt *haurire ius fruſto panis excauato*, et *οἱ πλεῖστα μεμυσ.* (Praeter. Paſſ. habet vim Med.) *qui ſaepiſſime hauſerunt ius fruſtis panum excauatis.* At haec verbi interpretatio me offendit maxime propterea, quod non apparet, qui eo contineatur notio iuſculi, neque pauperibus inueniuntur iuſcula appoſita eſſe. Puto igitur *μεμισυλημένους* eſſe *eos, quibus appoſitae ſunt carnes minutiſſimae diſſectae* z). Nam 1. Heſych. *μισύλλειν* a) (Hom. Il. 1, 465. 9, 210. etc.) interpretatur verbis *τέμνειν, κόπτειν, μερίζειν, εἰς μικρὰ διαιρεῖν κρέα* etc. Et quamquam a *μισύλλω* Praeter. Paſſ. eſt *με-*

---

y) add. Gregor. de dial. p. 264. Koen. Phot. in Lex. p. 207.

z) *Gir.* verbo *μισυλλᾶν* (ita ſcribit) vtramque ſignif. tribuit, cauato pane ius exhaurire, et, panis portiunculas alicui dare. *μεμισ.* autem eſſe vult duriter educatos, qui parce et tenuiter vixerint, atque hunc victum anguſtiſſimum *ἄλφιτα ὀλίγιστα* dici cenſet.

a) add. Zonar. Lex. T. II. p. 1363. Heyn. ad Il. I, 465.

μισυλμένος: tamen non abhorret, Atticos pro μισύλλειν etiam μισυλλεῖν dixisse, vt τυπτεῖν pro τύπτειν, χαιρεῖν pro χαίρειν. 2. nec etymologia abdicit: nam a μεῖον est Superl. μεῖστον, et ab hoc ductum est v. μισύλλω *b)* f. μισυλλέω, mutata diphthongo ει in ι, vt ab ἀρείων fit ἄριστος. Porro quum pauperes Thesei exhilarati epulis legantur (v. Meurs. Thes. 31. p. 135.), credibile est, iis appositas fuisse reliquias victimarum, vt in aliis epulis sacrificalibus; denique quum comedatur panis cum carne, apparet hanc verbi interpretationem adiuuari etiam verbis ἐπ' ὀλιγ. ἀλφίτοις, h. e. cum panibus minutissimis. Cf. Reiz. ad Lucian. II. p. 329. *Fisch.*

μεμισυλλημένοι iuxta Schol. a verbo μυσιλλᾶν, quod ab Atticis dicatur, *haurire e pane concauo* (qui μισύλλη vocatur) *iusculum*. Istud autem non μισίλλη aut μισυλλᾶν, sed μυσίλη a Polluce dicitur VI, 87. Μυσίλη μὲν οὖν ἔστι ψωμὸς κοῖλος, ἔτνος ἢ ζωμὸν βαθυνθείς· prout μυσίλη et μυσιλήσασθαι alibi apud eum legitur X, 89. et similiter ap. Athen. VI. p. 268. *c)* ab Ἀττικωτάτῳ, vt ibi dicitur, Pherecrate: ἔβρεον αὐταῖσι μυσίλαισι καὶ νασῶν τρύφη. Idem quoque de *pane concauo ad forbendum iusculum*, in V. μυσίλη, et μυσιλᾶσθαι de eo, *qui illud forbet*, ap. Hesych. et prior apud Suid. exstat: vt omnino eadem de re μεμισυλλημένοι hic apud Comicum, nempe iuxta Schol. ζωμὸν ῥοφήσαντες, *iusculum forbentes*, a v. μισυλλᾶν ac μισύλλη de tali pane sint dicta. Alibi vero apud hunc Comicum, nempe Eqq. 824. μυσιλλᾶται iuxta Schol. καταρώγει, et μυσίλη ibi in Schol. de simili rursus iuxta Pherecrat., Pollucem, Hes. Suid., ad forbendum iusculum pane. Alibi

---

b) Aliam sequitur Hemst. in Lennep. Etym. L. Gr. I. p. 568. f. negans diuersam esse verbi varie scripti significationem. Nam a μίω *minuo, concido*, repetit μισύς, inde μισύλλειν cibos in partes discindere, inde μισύλη panis frustulum cauatum, quo iusculum hauriunt, deinde cochlear; ex eo μισυλλᾶσθαι vel μισυλλᾶσθαι iusculum haurire frusto panis, hinc omnino iusculum suaviter forbere, conuiuari, vt h. l. μεμισ. qui delicate conuiuati estis. Quodsi a μίω deriuatur, etiam Schneidero iudice, scribendum μισυλᾶσθαι. Toupius tamen Emendd. in Hes. T. III. p. 535. ed. Oxon. μεμυσιλημένοι legi h. l. iubet, sed rationibus non additis. Idem perperam ap. Hes. V. μυσίλη legi vult ὁ κοινὸς ψωμός.

c) T. II. p. 529. Schweigh. Cf. Schweighäus. Anim. Vol. II, (ad l. 3.) p. 377. f. qui scripturam μισίλη et μυσιλᾶσθαι tuetur.

vero in eadem fabula 1165. legas rurſus *μυσίλας μεμυσιλημένας*, quod per *caricas conformatas*, reddit interpres, ſed de *ſubacto* aliquo *placentae* genere intellexiſſe videtur Schol. Adeo vt vel eadem plane Atticis fuerint *μισύλη* vel *μισύλλη* et *μυσίλη*, ac verba inde *μισυλλᾶν* ac *μυσιλᾶσθαι*: aut vero hic apud Comicum legendum ſit *μεμυσιλλημένοι* pro *μεμισυλλ.* quomodo *μυσιλλᾶται* dicto priori Eqq. loco, *μεμυσιλημένοι* vero in poſtremo legitur; ac proinde, vt hic, *μισύλη* vel *μισύλλη* et *μισυλλᾶν* cum altera voce *μυσίλη* et *μυσιλλᾶσθαι* male confuderunt Scholiaſtae. Maxime quod *μισύλλειν* et *μισύλλαι* aliud notat, nempe iuxta Hſch. *τεμεῖν, κόψαι, μερίσαι, εἰς μικρὰ διελεῖν κρέα.* Adeo vt ſi vox *μεμισυλλημένοι* hic retineatur, alium omnino ſenſum inferat, nempe quod Chorus Senum *d)* Theſeorum feſto exiguas quasdam carnium partes diſſectas comederit. Quod illuſtrant etiam Simonidis apud Athen. XIV. p. 659. *e)* verba, ſed corrupta, in quibus inter alia *σαρᾶς ἐμίσυλα κρέα εἰδώς*, vbi, vt obiter id tangam, pro *σαρᾶς*, quod iegit Caſaub. loco vocis nihili *σαχῶς*, legerem lubentius *σοφῶς*, prout coquos *σοφωτάτους* ſ. peritiſſimos artis illius vocat Alexis ap. Athen. IV. p. 137. et alibi apud eumdem Sophocles II. p. 68. *ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς.* Nempe vti apud Romanos *ſapere*; iuxta illud Tullii de Fin. 2, 8.: *nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Spanh.*

628. *ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.* Syneſius epiſt. 146. *ἀριστῶμεν δὲ ἐπ' ἀλφίτοις, ἡδίστοις μὲν ἐμφαγεῖν, ἡδίστοις δὲ ἐμπιεῖν. ἐπ' ὀλιγίστοις* autem eſt *in* aut *cum pauciſſimis.* Acharn. 835. *παίειν ἀφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν*, vbi Schol. *ἐσθίειν μετὰ τῶν ἁλῶν.* Sic Eurip. Iph. Aul. 541. *ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς, vt cum pauciſſimis lacrymis ſim miſer. Bergl.* *ἄλφιτα*, de quo voc. ad 219. dictum, h. l. eſt *panis*, quatenus e farina confectus eſt; *ὀλίγιστος* eſt ab *ὀλίγος*, vt *νοῦς ὀλίγιστος* Plat. Phileb. 41. *ὀλίγιστοι* Ran. 115., ita vt

---

d) Male enim Fiſch. per *γέροντας ἄνδρας* non modo agricolas, quos Chremylus arceſſiuerat, ſed etiam Chremylum et Blepſidemum intelligi putauit.

e) Nunc ibi T. V. p. 402. editum eſt a Schweigh. e Bourdelot. coniectura: *ὡς ἄφευσα χ' ὡς ἐμισύλα κ. ε.* v. Schweighäuſ. Anim. T. VII. p. 662.

ἄλφιτα ὀλίγιστα sint *panes*, non tam *pauciſſimi* quam potius *minutiſſimi*, fruſta panis minutiſſima. ἐπὶ eſt *ad*, *cum* (vt nos: *zum* Brod). Sic Xen. Memorr. 3, 14, 2. ἐσθίουσι πάντες ἐπὶ τῷ σίτῳ ὄψον. *Fiſch.* De parcis veterum Athenn. coenis conſuli poteſt Athen. IV. p. 137. vbi apud Alexidem de eo, qui hominem Theſſalum, daptili coenae adſuetum, erat excepturus, dicitur ſe duos peritiſſimos coquos conducturum, qui coenam parent οὐκ Ἀττικηρῶς οὐδ' ἀπηκριβωμένως λιμῷ παρελθεῖν *non Attica frugalitate neque exquiſito apparatu famem tantum depellamus*, vbi id obiter dicam, vocab. ἀπηκριβωμένοις vſum eſſe Iſocratem in Paneg. [c. 2. init.] Opiparam alioquin Athenienſium coenam in Homerica Matronis parodia luculenter deſcriptam attulerat ibidem Athenaeus. Hinc apud eumdem alibi coquus inducitur, magnus artis ſuae culinariae laudator, a quo inter alia dicitur l. IX. p. 405. Παραθῶ τε δεῖπνον ὄζον ἀνδρὸς Ἀττικοῦ. *Spanh.*

629. εὐτυχεῖν *f)* et μακαρίως πεπραγέναι vnum idemque declarant, *felicem*, *fortunatum eſſe*, vt Herodot. 3, 40. εὐτυχέειν et εὖ πρήσσειν ſunt ſynonyma. πράσσειν eſt *fortuna vti*, et Praeter. indicat continuationem rei. Carion gratulatur ſenibus reliquisque bonis et probis (hi enim ſunt οἱ ἄλλοι, ὅσοις μέτεστι τοῦ χρηστοῦ τρόπου, ſcil. τε vel μέρος *g)*), qui adhuc pauperes fuerant, felicitatem, quod poſthac futuri ſint diuites, cuius felicitatis inſperatae non minus quam gaudii magnitudo iuſſit eum iſta verborum repetitione vti, vt 637. 655. Nam μακαρίως πεπραγ. id. eſt quod εὐτυχῶς πεπρ. 633.

632. φίλων *h)*. Edd. nulla deflectit: Codd. Arund. et Doru. τρόπων, quam lectionem in quibusdam exemplaribus exſtitiſſe monet Schol. Adſcriptum vero in Doru. inter verſus: ἀπὸ τῶν, quaſi ſupplendum indicaret ἀπὸ τῶν σαυτοῦ τρόπων. *Hemſt.* Senſus huius lectionis eſt: *quid*, o *bone*, *accidit tuis moribus*, qui optimi ſunt, *conueniens?*

---

f) Perperam cod. Doru. εὐτυχεῖσθ'. *Hemſt.*

g) μετεῖναι ita cum Dat. perſ. et Genit. rei ſtruitur, vt Ael. V. H. 12, 12. Ad οἱ ἄλλοι ſubint. ὡς εὐτυχοῦσι. *Münt.*

h) Reiskius coniecit φίλον, *quid vero iucundum nobis nuncias?*

h. e. quid boni euenit, quid boni nuncias? At desidero sic vsum illum Genitiui rei, nec reliqua verba ita satis cum his cohaerent. Immo lectio τρόπων deberi videtur librarii alicuius negligentiae, cuius oculi scripto pronomine σαυτοῦ inciderant in nomen τρόπου superioris versus; manus igitur scripsere priorem eius voc. syllabam, sed, animaduerso errore, addiderunt posteriorem syllabam voc. φίλων, ita vt reliquerint alienam syllabam, ne deturparetur scriptura. Berglerus verba τῶν σ. φίλων coniunxit cum ὦ βέλτιστε, quid *est, optime tuorum sodalium i)?* At vox ὦ βέλτιστε, index amoris et beneuolentiae, simpliciter poni solet. Sunt igitur iungenda τί δ' ἐστι τῶν σ. φίλων, et quum reliqua oratio doceat, chorum non in Carionem inuehi, non cum Schol. in malam partem sed ita explicanda: *quid accidit, euenit, tuis amicis? Fisch.*

632. f. φαίνει h. e. φαίνῃ Attice. ἥκειν *venisse, adesse;* reddi tamen etiam Praesenti potest, vt Ouid. ex P. 4, 4, 15. laetarum venio tibi nuntia rerum. Nam ἄγγελος χρησοῦ τινος est *nuntius k) rei cuiusdam*, vel *admodum, laetae*, v. v. 641. ὁ δεσπότης (Chremylus) πεπρ. εὐτυχ. quia quum Plutus receperit visum, diues futurus est. μᾶλλον δ' *immo vero. Fisch.* αὐτὸς cum emphasi dici putat *Gir.* is qui deus est, ideoque ex se felicissimus esse debet.

635. ἐξωμμάτωται. Ad h. l. respexit Pollux 2, 59. καὶ ἐξωμματῶσθαι φησὶν Ἀριστοφάνης τὸν Πλοῦτον ἐν Ἀσκληπιοῦ. Ἐξομματοῦσθαι autem hic significat *oculatum fieri l)*, quum alias etiam contrarium significare possit, *oculis orbari, excoecari. Kust.* Parodia e Phineo Sophoclis in Schol. dicitur. Aesch. Prom. 498. καὶ φλογωπὰ σήματα ἐξωμμάτωσα, vbi vett. Scholl. ἐξωμμάτωσα, ἐφανέρωσα, nempe, *ex inspectis ardentibus victimis*, et prout ap. Eurip. Hel. 570. ἐμπύρου φλογὸς de *aruspicina* dicitur. *Spanh.* Verbum ἐξομματοῦν habet duas significationes; in Oedipo

---

i) Ita etiam iunxit Gir. et ironiam inesse putauit: optime eorum qui tui sunt generis, verberonum et rabularum, h. e. perditissimus et nequissimus (vt Schol.).

k) Significationem hanc voc. ἄγγελος illustrauit *Eckard.* p. 60.

l) visum, clara oculorum lumina accipere, id quod vel verba ἀντὶ τυφλοῦ docent. Nam ἐξ habet vim intendendi. *Fisch.*

Eurip. [fr. 3.] significat *oculos elidere*: ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας. Hunc locum depromsi ex Schol. Eurip. ad Phoen. 61. Contra ap. Hesych. significat *illustrare, clarum reddere aliquid*, Prom. 498. [loco a Spanh. laudato] vbi Schol. τὰς διὰ πυρὸς μαντείας τυφλὰς οὔσας πρὶν καὶ οὐ φαινομένας, διὰ τὸ μὴ γινώσκεσθαι, βλέψαι ἐποίησα καὶ εἰς τὸ ἐμφανὲς ἤγαγον καὶ πᾶσιν ὑπέδειξα. In eadem significatione vtitur et verbo simplici Suppl. 476. ξυνῆκα· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον. *Bergl. m).* λελαμπρύνται κόρας (sc. κατὰ) *n)* est, *nitet, splendet pupillas, habet nitentes pupillas*, idem fere quod ἀναβλέπει, ita tamen, vt non tantum doceatur, Plutum recepisse visum, sed etiam sic recepisse vt clare videat. Sophocles haec verba ita vsurpasse videtur, vt ἐξωμμ. esset ἐκκέκοπται τοὺς ὀφθαλμούς, et λελαμπρ. κορ. valeret, λεύκωμα (albuginem) ἐν αὐτοῖς ἔσχε. Ambiguitatis *o)* igitur orationis Soph. notandae causa repetiisse Arist. videtur. *Fisch.*

636. Παιὼν apud Graecos olim de *medico*, aut qui in genere salutiferam aliquam opem fert, dicebatur. Ita Aesch. Agam. 99. Παιὼν τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης *p)* et Soph. Philoct. 170. παιῶνα κακῶν *malorum remedium* s. *curationem*, et in eod. dramate 847. ἴθι, ἴθι μοι Παιὼν (somne scilicet). Vnde etiam παιώνιον pro *salutifero* ap. Aesch. Suppl. 1074. χειρὶ παιωνίᾳ et Agam. 857. φαρμάκων παιωνίων, prout ap. Virg., qui inde illustratur, Aen. VII, 769. *Paeoniis* (medicis, salutaribus) *reuocatum herbis*. Qua ratione etiam factum, vt Παιὼν, et ob metrum subinde apud poëtas Παιήων Deorum medicus pridem sit ap. Homer. dictus Iliad. 5, 401. τῷ δ' ἔπι Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων *q)*, vbi v. Schol. min. et Seru. ad

---

m) Repetiit haec e Sp. et Bergl. *Brunck.* et praeterea obseruat posterius verbum ad prioris declarationem esse repetitum, similiter vt in Eur. Oed.

n) Itaque inanis est coniectura Munteri suspicantis legi recte posse κόραι.

o) Hanc ambiguitatem etiam Francog. interpres animaduertit.

p) Eum locum etiam Bergl. h. l. laudat.

q) Paeonem ab Apolline proprie fuisse diuersum, atque medicum deorum, postea autem ei Apollinem esse substitutum do-

Virg. l. l. Qua ratione etiam factum, vt quum Apollo, dictusque eius filius Aesculapius, vterque *ἰατρὸς* et *ἰατρομάντις* (qua de re iam ad v. 11.) seu medicinae deus et inventor haberetur *r)*, vtrique etiam illud *Παιῶνος* vel *Παιήονος* nomen sit a poëtis tributum, vt quum ab Arist. h. l. tum in Orphicis [Hymn. 67, 1. Herm.] *ἰητῆρ πάντων Ἀσκληπιὲ, δέσποτα Παιάν*, nempe iuxta notantem dicto paullo ante loco et alibi ad Aen. XIII, 401. Seruium: *Paeon secundum Doricos dictus, secundum rationem Paeon.* Sic a Nicandro *Παιήων* dicitur Aesculapius, vbi agitur de dracone, quem is fago aluerit in valle Pelethronia: *ὃν ποτε Παιήων λασιῇ ἐνετρέψατο φαγῷ. Spanh.* A *παίειν ferire* deriuat *Münt.* a *παίειν* f. *παιᾶν* i. q. *θεραπεύειν* cum Schol. *Fisch.*

εὐμενοῦς τυχών. Eurip. Dan. 9. *τίνος θεῶν βροτῶν τε πρευμενοῦς τυχών; Bergl. εὐμενὴς benenolus, propitius* coniungitur cum *ἵλεως* Xen. Cyrop. 3, 3, 11. 2, 1, 1. 1, 6, 2. Opponitur *δυσμενὴς inimicus, infestus.* Verba *Ἀσκλ. — τυχών*, verti possunt, *ope, beneficio Aesculapii. Fisch.*

637. f. *Λέγεις μοι χαράν.* Citat Suidas V. *Λέγεις μοι. Kust. χαρὰ* est *res gaudio digna*, et *βοὴ res laetitia digna:* nam homines laeti clamare solent. Vnde illustrari potest locus Luc. 2, 10. v. Ps. 51, 10. Verbis *πάρεσι s) — ἦν τε μὴ* Carion appellat, credo, chorum sic: *tempus est gaudendi omnino. Fisch.*

639. *Ἀναβοάσομαι.* Dorice vt Nub. 1135. *βοάσομ' ἄρα — βοάν.* Schol. ad hunc Pluti locum dicit esse characterem tragicum, et affert simile exemplum ex Eurip. Or. 976. *ἀναβοάσομαι πατρὶ Ταντάλῳ*, qui locus ibi hodie legitur alio modo: *ἰὼ ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ. Bergl.* Est, *laudabo, celebrabo.* Nam qui deum celebrat, fere alta voce canit, atque adeo clamat. *βοᾶν* propr.

---

cuerunt Ilgen. ad hymn. Hom. p. 500. f. Heyn. ad Iliad. 1, 475. et Weineck. in libello: Paeon, ein Beytrag zur vollständigen Lösung einer mytholog. Aufgabe, L. 1807. 8.

r) v. Celsus praef. libr. de medic. *Fisch.*

s) Male cod. Doru. *πάρεσιν. Hemst.* Versus praecedentis et sequentium duorum metricas rationes explicare studuit Auctor Epist. Crit. in Bentleii Not. in Phaedr. p. 78.

aliquem *clamare iubere*. *Fiſch.* Eumoeris in dictionibus Att. ined. [Moeris p. 106. Pierſ.] βοήσεται, Ἀττικῶς· βοήσει, Ἑλληνικῶς. *Spanh.*

εὔπαις apud Graecos non ſolum ſignificat eum, qui pulchros vel bonos liberos habet, ſed etiam filium ipſum vel ipſam prolem, quae pulchra eſt *t)*. Sic εὔπαις γόνος Eurip. Herc. Fur. 689. eſt *pulchra proles*. Pari ratione in ead. fab. 690. καλλίχορος dictum eſt pro καλὸς χόρος, vbi vid. Barnes. qui plura huius generis exempla affert. Vtroque ergo ſenſu voc. εὔπαιδα in loco hoc Ariſt. accipi poteſt. *Kuſt.* Interpres explicat *filium probi patris*, Apollinis nempe: Schol. vero, quod fortunatus in liberis fuerit idem Aeſculapius, cuiusmodi ibi recenſentur *Podalirius*, *Machaon*, *Iaſon*, *Panacea* et *Hygea v)*. Quibus addendus ex eius poſteris, qui παίδων nomine ſubinde intelliguntur, Hippocrates, qui in eius, aut quae ei tribuuntur, Epiſtolis, decimus octauus ab Aeſculapio dicitur. Neque dubium quin εὔπαιδα hic vocet Aeſculapium Comicus, non patris Apollinis, ſed dictorum eius liberorum intuitu *x)*, qui omnes ſingulari artis medicae cultu et gloria floruerint. Priori vtique ſenſu εὐπατέρα potius eumdem Aeſculapium vocaſſet Comicus, ſicut Dianam non ſolum velut commorantem in parentis Iouis aede Εὐπατέρειαν vocat Eurip. Hipp. 68. ſed εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν Apoll. Rhod. 1, 570. quae nempe illius ſupremi deorum hominumque regis fuerit filia, ac caeteroquin ſemper virgo, prout eam αἰὲν ἀδμήτην *ſemper virginem* vocat Soph. Elect. 1352. *Spanh.* καὶ a fine huius verſus ad ſequentis initium ſemouit cod. Doru. *Hemſt.*

640. φάνος habet ed. Flor. et quae eam ſequutae ſunt. At Mſſ. Vat. U. Bodlei. et Arund. itemque ed. Ald. habent φέγγος, quod puto eſſe interpretamentum τοῦ φάνος, vtpote vocabuli rarioris et minus vſitati. *Kuſt.* φάνος in-

---

t) Vtrumque ſignificat, et bonum filium, et bono patre prognatum. *Bergl.* Eſt 1. is, qui prolem habet liberos, 2. probi patris filius, 3. proles proba. *Fiſch.*

v) De his vid. Meibom. ad iusiur. Hippocr. p. 5. ſ. et Reines. Inſcr. Cl. I. n. 114. p. 152. ſſ. *Fiſch.*

x) Ita etiam Francog. interpres: père de tant de beaux enfans.

auditam vocem nullaque nixam auctoritate primus in Fl. ed. Fracinus intulit, ab eo temere sequentes Edd. acceperunt. Ego possessionem amissam recuperare iussi φέγγος, quod non solum in Edd. A. Ph. Iunt. Crat. et Farr. sed in tribus etiam codd. Kust. inuenitur, quibus nunc accedit Doru. et, quae dubitationem omnem tollit, adprobantis Bentleii sententia *y*). *Hemst.* φέγγος quatuor Codd. [a Br. collati] cum duabus primariis edd. Recentiores φάος quod primus in textum intulit Fracinus. *Brunck.* Scribi tum debebat φανὸν *z*) et μέγαν. Nam Atticis antiquis et quidem Comicis φανός, sed Tragicis πανός, dicta est *fax*, *taeda*, reliqui Graeci φανὸν dixere *lucernam*, *laternam*, quam Attici vocarunt λυχνοῦχον (cf. Ioh. 18, 3.) v. Moeris [p. 245.] et Ammon. V. Λυχνοῦχος, et ad hunc Valcken. [Anim. 2, 16.] — Phrynich. p. 18. et ibi intpp. Pollux 10, 116. s. et Casaub. ad Athen. 15, 18. p. 989. s. *a*). *Fisch.* φανὸς, vt vulgo scribitur, de *face* haud semel dictus ap. Athen. XV. p. 699. φανὸν, λυχνοῦχον, λύχνον, item δέλετρον τὸν φανὸν καλεῖσθαι *facem vocari*, quod firmat in voc. δέλετρον Hesych. Nec φανὸς solum sed πανὸς etiam de *face* ibi ap. Athen. p. 700. dicitur, et quomodo in adducto ibidem Menandri versu πανὸς legit Eustathius, vt monet ad eum locum Casaub., Galenus in Hippocr. Lexico [p. 512. Franz.] λαμπτῆρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανίον *b*) ὀνομάζουσιν. Φανίον etiam de *face*, s. *facula* legitur Anthol. VII. ep. 192.. ὁ δὲ βάιον ἀνάψας φανίον ἐκ τέφρας. Quod vero *magnum mortalibus jubar Aesculapium* *c*) se magno clamore ce-

---

y) Nam τὸ φάνος vbi legitur? Praeterea versus ipse requirit φέγγος, cuius pedes sic metiendi: Μέγα βροτοῖ | σι φέγγος Ἀς | κληπιόν. Iisdem numeris constat etiam versus praecedens: Ἀναβοᾶ | σομαι τὸν εὖ | παιδα καί. *Bentl.* [Ex δοχμίοις συζυγίαις versus hos constare contra Bentl. contendit Auctor ep. Crit. antea laud.]

z) Hoc etiam monuit *Gir.* qui tamen perperam coniecit etiam φάος scribi posse.

a) φέγγος etiam Inu. e duobus suis codd. recepit.

b) φανὸν legitur in ed. Franz.

c) Dicitur ita, quia restituit caecis oculorum lumina. *Fisch.* Ductum hoc ex Electra Eurip., vt Schol. ait. *Bergl.* Frustra verba haec in Electra quaeras, puto autem respici ad haec

lebraturum hic ait chorus, id huic deo solemne vel ex Aristide colligas, a quo Serm. Sacr. II. p. 521. dicitur: *καὶ βοὴ πολλὴ τῶν τε παρόντων καὶ ἐπιόντων τὸ πολυύμνητον διὰ τοῦτο βούντων· μέγας ὁ Ἀσκληπιός.* Ita de eo idem Aristides iam ante p. 514. *καὶ βοῶν δὴ ἐν τῷ ὀνείρατι* etc. *μέγας ὁ Ἀσκληπιός.* Adde postea p. 534. quod reperto in Eleae portu navigio, cui Aesculapius erat nomen, *εὐθὺς ἐβόων οἱ ναῦται τὸν θεόν,* nempe *Ἀσκληπιόν. Spanh.*

641. Act. III. Scena II. hic constituitur. — Carion et chorus Senum, quae superiore scena dicta sunt, dixisse videntur stantes ante aedes Chremyli. Homines autem laeta et nuntiantes et audientes alta loqui voce solent. Aut chorus Senum pergens ad aedes Chremyli putandus est instituisse Aesculapium celebrare hymno. *Fisch.* Eo igitur clamore excitata Chremyli vxor prodit ex aedibus, quae hactenus Pluti et Chremyli reditum ibi exspectauerat. In ipso limine domus ea quae sequuntur sibi, audientibus tamen cunctis, loquitur. *Gir.*

Vno pede minus Ald. quaeque ab ea nusquam fere dissident Edd. *Ph. Iunt.* et *Crat. ἆρ' ἀγγελεῖ.* Post Fl. omnes numeris integris: *ἆρά γ' ἀγγελεῖ,* neque aliter in cod. Doru. scriptum inuenio. *Hemst.* Expressit locum Eurip. in Mede. vbi similiter Medeae sollicitae de euentu venit aliquis nuncius 1118. ff. *Φίλαι, πάλαι τοι προσμένουσα τὴν τύχην καραδοκῶ τἀκεῖθεν οἵ προβήσεται· καὶ δὴ δέδοκμα τόνδε τῶν Ἰάσονος πείχοντ' ὀπαδῶν, πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον δείκνυσιν ὡς τι καινὸν ἀγγελεῖ.* [ex emend. Porson.] *Bergl. ἀγγελεῖ* scil. Carion *d)*, quem fieri potest vt hera cognouerit e voce; sed potest etiam referri ad *ἡ βοή. ἀγγέλλειν χρηστόν τι* est *laetum, bonum afferre nuntium* (vt 632.). Nempe hera sperabat, se nuntium accepturam esse de luminibus oculorum Pluto redditis, quo spectat *τοῦτο. ποθοῦσα* est *optans*, et *πάλαι* (vid. ad 257.) h. l. de spatio vnius dici neque eo integro dicitur, sed hominibus desiderio alicuius rei flagrantibus tempus quamuis breue longum videri so-

---

prologi: *μεγάλη θνητοῖς μοῖρα, συμφορᾶς κακῆς ἰατρὸν εὑρεῖν. Eckard.* p. 61. qui varia tribui Aesculapio elogia, et *φῶς* dici de eo, qui salutem affert, docet.

d) Itaque *ἀγγέλλεται* in Rau. e gloss. profectum est.

let. ἔνδον *domi*. κάθημαι περιμένουσα i. q. περιμένω. Nam etiam a Graecis pro verbo ſubſtantiuo (εἰμί) ponuntur verba, quae indicant modum, cauſam, effectum, euentum. Et in virtutibus feminarum, maxime herarum, ponebatur haec, vt domi eſſent et opus facerent; quamque feminae inprimis lanam tractantes ſederint, inteiligitur cur καθῆσθαι dicantur (cf. Hom. Il. 2, 137. f.) et Lat. *ſedere*, v. interpp. Nep. ad praef. 7. et Burmann. ad Ouid. Her. 17, 16. (add. Tit. 2, 5.) τουτονὶ *Carionem*. *Fiſch.*

644. ταχέως, ταχέως. In gaudio et in luctu frequentes id genus, apud poëtas ſcenicos, repetitiones, de quibus ad 113. *Spanh.* δέσποιν' ἵνα cunctae habent Edd. et recte quidem. praeter Ald. quae ſola dedit: ὦ δέσποινα, atque omiſſo ἵνα verſum pede truncauit. Simile prorſus, ac modo fuit obſeruatum, mendi genus, quod hic etiam cod. Doru. obſedit. *Hemſt.* Vitium exſtitit ex incuria oculorum auriumue librarii. *Fiſch.*

φέρ' οἶνον *affer vinum*. Eadem verborum ſtructura Anacr. 64, 1. φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον, ὦ παῖ. Nam cupiditas bibendi et animus laetitia plenus, Carionem iuſſit repetere voc. ταχέως. Ex eo quod dicit καὐτὴ (καὶ αὐτὴ), intelligitur, Carionem voluiſſe ſibi maxime, rei laetae nuncio, dari vinum *e)*. Sed perſonae aniculae, et ſerui, ſeruiens addere eum iubet: φιλεῖς δὲ ῥῶσ' αὐτὸ σφόδρα, h. e. *facis autem id lubentiſſime*, valde bibax es. φιλεῖς habet vim Aduerb. et ῥῶσ' verti debet tempore finito, vt ἀναβαίνοντες ἐλάνθανον Herodot. 7, 210. ἐλάνθανε ἔχων ib. 8, 5. *f)*. Oſtendit Carion etiam cauſam, ob quam velit ab hera vinum promi, ὡς ἀγαθὰ — φέρω *nam affero tibi nuntium omnium longe optimum et laetiſſimum*. συλλήβδην ἅπαντα eſt *omnino omnia in vnum quaſi faſciculum collecta*. Solebant autem veteres depromere vinum, liquid rei bonae et laetae nuntiatum eſſet. *Fiſch.*

---

e) In cod. Doru. ad καὐτὴ πίῃς adſcriptum gloſſema: καὶ ἴγὼ· non abſurde: ſic enim eſt capiendus Carionis iocus: ocyus, hera, mihi felicia nuntianti prome vinum, vt et ipſa ſimul bibas et occaſione tam opportuna genio tuo ſatisfacias. *Hemſt.*

f) Saepe notat bibacitatem mulierum, maxime in Thesm. 742. ff. *Bergl.*

647. ſ. ποῦ ἐστιν ſcil. τὰ ἀγαθά, et καὶ ποῦ eſt *vbi tandem*, *vbi enim:* καὶ in interrogationibus admirationem exprimit, v. Raph. ad Marc. 10, 26. τάχα i. q. ταχέως *mox*, *ſtatim*, vt ὦκα pro ὠκέως, σάφα pro σαφῶς v. Euſtath. ad Odyſſ. 1, 251. εἴσει (Att. pro εἴσῃ) id. quod γνώσῃ, cognoſces, intelliges, Attice. v. Moeris [p. 161]. ἐν τοῖς λεγομένοις h. e. ex iis quae a me narrabuntur (vt 648. ὅ τι λέγεις *quod narrare vis*), ita vt ἐν non tam idem ſit quod ἐκ (vt ἐν ἀργύρῳ, ἐν χρυσῷ πιεῖν Lucian. de merc. condd. c. 26. v. Cuper. Obſeruatt. 2, 8.) quam potius: dum res a me narratur, vt ἐν οἷς Act. 24, 18. *quae dum facio.* πέραινε ἀνύσας eſt, *dic*, *expone*, *ſtatim*, *continuo.* Nam περαίνειν notat 1. *finire*, *perficere*, *conficere*, 2. e *ſumtis aliquid colligere*, 3. omnino *docere*, *narrare* vt 563. et ἀνύτειν *perficere*, *efficere*, aliis verbis iunctum indicat celeritatem actionis et aduerbio latine verti debet, vid. 349. et 413. Addit hera ποτε, *tandem*, quia hominibus rei alicuius auidis ſpatium temporis, quamuis breue, tamen longum videtur (vid. 642.). *Fiſch.*

650. ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν. Prouerbialis locutio pro altera magis recepta, *a capite ad calcem. Spanh. Totam rem ab imo ad ſummum.* Plautus in Epidico [V, 1, 16. ſ.]: Contempla, Epidice. Vsque ab vnguiculo ad capillum ſummum feſtiuiſſima eſt. Alias inuerſo modo *a capite ad calcem* dicimus *g).* Horatius [II. Epp. 2, 4.): Candidus et talos a vertice pulcher ad imos. Notum eſt illud Plauti [Aſin. III, 3, 139.]: Nec caput nec pes ſermonum apparet. Caeterum εἰς τὴν κεφαλήν σοι eſt etiam mali ominis. *Bergl.* Eſt: *rem totam* (ſcil. quomodo Plutus viſum receperit; vtitur autem Carion plurali πράγματα, tum propter opportunitatis rei magnitudinem tum quia multi fuerunt iſtius rei quaſi actus et partes); ſed ſi haec verba coniunguntur cum πάντα, reddi poſſunt *omnino.* Fuit formula prouerb., cuius veſtigia ſunt Hom. Il. 23, 168. ἐκάλυψε νέκυν — ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς et Theocr. Id. 20,

---

g) Qui rem totam atque ordine ſe narraturos dicunt, ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας ſe dicturos pollicentur. Contra qui recurrunt, i. e. praepoſtere et inuerſo ordine rem narrant, dicuntur narrare ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν. Quod Carion ioculariter ſe facturum ait. *Gir.*

12. καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν cui similia sunt haec ap. Cic. pr. Rosc. Com. 7. nonne *ab imis vnguibus vsque ad verticem summum* — constare *totus* videtur? v. Erasm. Adag. p. 9. *Fisch.* ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους· ita declarat cod. Doru. pariter ac Schol., qui non diffiretur, eum esse, quem legenti primum occurrere sit necesse, verborum sensum: nihilo minus tamen alium celari longe turpiorem et petulanti vernulae nequitia dignum. Quorsum spectet, illi non obscurum est, qui meminerit, πράγματα non secus atque ἔργον et *opus* Latinis, de re venerea vsurpari, quomodo si Aristaenetus accipiatur, vt accipiendum esse mihi sane persuadeo, II. Ep. 3. ἢ ἵνα μοι τῶν πραγμάτων μὴ μεταδοίη, causae nihil erit, cur particulam negantem Mercero obsequuti deleamus: nam nouissimum editorem hic balbutire *h)* — id quidem est extra controuersiam. Aristophanes autem multum vereor, vt acumen illud Scholiastae sui nimium subtile probet: quamuis enim alibi spurcidicos, vt Plautus ait, versus atque immemorabiles minime refugiat, tamen hic eum culpa vacare et inuito obscoenitatem adfingi credo. Potiore iure dubites, an facetiam quaesiuerit in ambigua significatione v. ἐρῶ, quod non *dicam* tantummodo licet intelligere, sed etiam *fundam*, *effundam*, quando contractum erit itidem vt δρῶ, ἐλῶ, κρεμῶ quaeque apud Atticos eius generis sunt plura, ex ἐράσω, ab ἐρᾶν *fundere*, cuius quidem notiora sunt composita ἐξερᾶν, κατερᾶν. *Hemst.* Elegans est haec coniectura, neque tamen necessaria. Fieri enim potest, vt hera auditis verbis εἰς τὴν κεφαλήν σοι, quum sciret, formulam ἐς κεφαλὴν esse male precantis (vid. 526.), ominis auertendi causa *i)* responderit μὴ δῆτ' etc. id quod eo fit probabile, quia dixit ἐς, non εἰς, τ. κεφ. praesertim quum πράγματα accepisse videatur de

h) Notat I. C. de Pauw, in quem et plura hic, neque tamen iniuria, dicit. Is enim correxit πραγμάτων δὴ μεταδοίη. Sed Abresch. p. 75. extr. suae edit. vulgatum reliquit, in Lectt. tamen Aristaen. p. 200. in Merceri emendationem inclinauit.

i) Ita etiam *Bergl.* censet, in sequiorem partem accepisse feminam Carionis verba. Et Carionem ipsum ita intelligi voluisse, ex voc. πράγματα, quod molestias significat, colligit *Girard.* Ita quoque *Münt.* censet, ferum heram ludere voluisse, et πράγματα esse molestias ex Ael. V. H. X, 8. docet.

malis, incommodis, moleſtiis. Nam μὴ δῆτ' ἐμοί γ' ἐς τ. κεφ. eſt: *vide, caue, quaeſo, ne quid mali mihi inde eueniat. Fiſch.*

651. Super μὴ τἀγαθὰ cod. Doru. additum habet οὐκ ἐρῶ· hoc ſcilicet ad ſenſum explendum requiri ſignificans: mulieris itidem reſponſum talem in modum integrauit: τὰ ἀγαθὰ εἰπέ· μὴ μὲν οὖν τὰ πράγματα ἐρεῖς. Atqui repetere praeſtat: μὴ τἀγαθὰ ἐς τὴν κεφαλήν σοι; quod a Carione per iocum dicitur: *non tu bona, quae nunc euenerunt, in caput tuum expetere cupis k)?* et: μὴ μὲν οὖν τὰ πράγματα ἐς κεφαλήν μοι. *Hemſt.* οὖν habet affirmandi vim, et ſenſus eſt: *nolo certe mihi moleſtias, mala, creari:* ex quo manifeſtum eſt, mulierem τὰ πράγματα 649. de malis et incommodis intellexiſſe, quo ſignificatu Athenienſes πράγματα dixerunt, (v. Schol. et Suid.), proprie incommoda, quibus afficitur is, qui implicitus *lite* tenetur, qui πράγματα ἔχειν, vt παρέχειν πρ. dicitur, qui *litem* intendit. *Fiſch.*

653. ὡς τάχιστα eſt, *ſimulatque* (Gloſſ. vet.), *quam primum* vt Xen. Cyr. 1, 3, 1. quod ibid. 1, 5, 5. ἐπειδὴ τάχιστα et Aeſch. Socr. 2, 13. ἐπειδὰν τάχιστα. Part. γὰρ *l)* cohaeret cum oratione Carionis 651. f. πρὸς τὸν θεὸν ad *templum* Aeſculapii. Nam πρὸς Accuſatiuo perſonae iunctum indicat fere locum, in quo is eſt, cuius nomen additur, vt Act. 16, 40. 21, 18. v. ad 237. Sed Carion et Chremylus et Blepſidemus cum Pluto (659.) dicuntur a mari reuerſi intraſſe templum Aeſculapii. *Fiſch.* ἀφικόμεθα. Eurip. Iphig. Aul. 1515. ἐπεὶ γὰρ ἱκόμεθα τῆς Διὸς κόρης Ἀρτέμιδος ἄλσος — mox: σὴν πυρὸς ἄγοντες. *Bergl.* In omni narrationis huius modo et forma imitatur Noſter narrationes nunciorum in Tragoediis gr. frequentes.

654. f. ἄγοντες ἄνδρα reddi poteſt, *cum viro m)*, Pluto (vid. ad 285.), qui ἀθλιώτατος dicitur, quia orbatus fue-

---

k) non vis, vt tibi contingant bona, quae nunc euenere? vt quum Plutus lumina oculorum receperit, ab eo ditere. *Fiſch.*

l) Verſus claudicat in cod. Doru. omiſſo γάρ. *Hemſt.*

m) Non eſt cum *Gir.* in eo argutandum, quod Plutum h. l. ἄνδρα appellat.

rat oculorum luminibus. *εἴ τιν' ἄλλ. μακ. κεὐδ.* eſt, *εὐδαιμονέστατον*, quia oculorum lumina receperat. *Fiſch. εἴ τιν' ἄλλον.* Potuiſſet etiam dicere *εἴ τις ἄλλος n)*, vt Eurip. Phoen. 1536. *ὡς μ' ἔφυσας ἄθλιον καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ.* Qui locus et caetera non eſt diſſimilis Comici loco. Ita fuiſſet ſubintelligendum verbum *ἐστὶ* aut *ἔφυ*, quod eſt in Eurip. loco. Apud Sophocl. omitti ſolet *ἄλλος*, vt Oed. Col. 1660. *ἀνὴρ γάρ οὐ σεναικτὸς οὐδὲ σὺν νόσοις ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν, θαυμαστός.* Vid. quae notaui ad Thesm. 1187. *Bergl.*

656. *ἐπὶ θάλατταν.* Ab antiquis profecta eſt haec opinio, mare polluta quaecumque purgare. Quum Plato ad Aegyptios ſacerdotes, ſapientiae eorum perdiſcendae cauſa, ire ſtatuiſſet, comitem habuit Euripidem, quem ſacerdotes Aegyptii quum morbo comitiali obnoxium eſſe intellexiſſent, in mare demergi iuſſerunt, qua ex lotione Euripides morbo liberatus cecinit: *θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά* [Iph. Taur. 1193. vbi vid. Barnes.]. *Gir.* Haud mirabitur Plutum ad Aeſculapium, qui eum e caeco lynceum denuo redderet, adductum aquis, et marinis quidem, ablatum hic intueri, qui in ſacris Ariſtidis ſermonibus tot lotionum, iuſſu Aeſculapii, in mari, fontibus, fluviis mentionem animaduerterit; vnde inter alia ab eo dicitur: *καὶ μὴν ὅσα οὐ ποταμοῖς, πηγαῖς, ἢ καὶ θαλάττῃ προσέταξε χρήσασθαι, ἢ πρότερον τούτων, ἢ καὶ ὕστερον* etc. Mitto, quod pruriginoſis et qui acribus humoribus vellicantur, lotiones in mari prodeſſe tradit Hippocrates de Humid. vſu c. 7. *Spanh.* Duxerunt igitur Plutum extra vrbem ad mare Aegaeum: nam Schol. ad 621. auctor eſt, Aeſculapium ab Athenn. cultum eſſe et in vrbe et in Piraeo, ſed Ariſtophanem loqui de eo, qui cultus ſit in vrbe. v. Meurſ. Ath. Att. 2, 7. Scilicet vnda marina credebatur habere vim purgandi et expiandi, vnde eos qui viderentur impuri eſſe et ſcelere aliquo contaminati *o)* abluebant illa, vel adſpergebant, adhibito aſpergillo. v. Iliad. 1, 314. ibique

---

n) Nimirum praecedentes Accuſatiuos ſpectauit.

o) Nonnulla vett. loca et exempla iis, quae hic laudata ſunt, addidit *Eckard.* Obſſ. p. 62. ſ. Morbi vero et defectus membrorum aut ſentiendi inſtrumentorum et ipſi habebantur in iis, quae polluerent.

Euſtath. et Schol. omninoque Cic. p. Roſc. Amer. 26. *Fiſch.*

657. ἐλοῦμεν. Attici vtuntur huius verbi forma contracta. Moeris [p. 248. vbi v. Pierſ. *p*)], Phryn. p. 80. et Tho. Mag. [p. 584.]. Sed librarii fere formam communem ſubſtituerunt *q*), vt Xen. Cyr. 4, 5, 2. ἐλοῦντο, ſed Mſ. Bodl. ἐλούοντο. Verba νὴ Δί' εὐδαίμων ἄρ' ἦν ironice accipienda ſunt, cuius ironiae index cenſenda eſt maxime vox et geſtus loquentis, praeter ἄρα *ſcilicet.* ψυχρᾷ θαλάττῃ *aqua marina frigida*, quae membris ſenis decrepiti non poterat non moleſta eſſe. *Fiſch.* Nam calore naturali exſtincto ſenes iam ipſi magis frigent. *Gir.*

659. ἦμεν. Iota, quod in plerisque Edd., vt oportebat, eſt ſuppoſitum, deeſt cod. Doru. Sequuta eſt ſcripturam malam non melior explicatio: ἦμεν· ὑπήρχομεν *r*). Ibidem legitur verſu repugnante τέμμενος, quod non inſolens in membranis, ſimiliter atque τέμμαχος, τεμμάχιον. *Hemſt.* τέμενος eſt omnino locus ex vſu profano exemtus et diis conſecratus: *fanum;* ſingulatim nunc *lucus*, nunc *altare*, nunc *templum.* v. Heſ. h. v. et Periz. ad Ael. V. H. 6, 1. Ind. Aeſch. Socr. h. v. *s*). *Fiſch.*

660. Ἐπεὶ δὲ βωμῷ etc. deſcribitur hic ſacrificium pauperiorum *t*), quod placentis, farre molito, thure, et ſimi-

---

p) Huic Moer. loco addit *Brunck.* Schol. mſ.: Ἀττικὸν τὸ ἐλεῦμεν ἀντὶ τοῦ ἐλούμεν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἐλοῦμεν.

q) Sic v. 658. in cod. Borg. eſt λουόμενος.

r) Gloſſ. in C. ἐπορευόμεθα. Perperam in meo ὑπήρχομεν. Quod ſubſcribi ſolet ι, in cod., maxime in vetuſtioribus, perpetuo omittitur. Verſum hunc citat Auctor Etym. M. p. 420, 3. *Brunck.* Locum Etym. in V. Ἦειν laudauit etiam *Kuſt.* Dictum eſt pro ἤειμεν, *redibamus* in vrbem, *ad, in, templum Aeſculapii. Fiſch.* Pro ἦμεν ab ἦα perf. med. Att. pro εἶα *Gir.* et *Münt.* accipiunt.

s) Copioſior eſt *Ioh. Frid. Degenii* disputatio de hoc vocab. (Ueber die Genealogie der Bedeutungen von τέμενος, in: Auserleſene Bibliothek für kleine Schriften, Partic. I. 1795.)

t) Antiquiſſimis temporibus ſacrificia omnino non fuiſſe pretioſa ex Plut. Apophth. Lac. obſeruat *Münt.*, et, quum iam vita-

libus libaminibus vilioribus constare solebat. Tunc enim Chremylus pauper adhuc erat, diues demum factus post visum Pluto restitutum. Quare non est quod cum interpretibus locum hunc de praeludiis sacrificii accipiamus propter vocem προθύματα, quae proprie quidem significat ea, quae ipsum sacrificium siue mactationem victimae praecedunt, sed illa significatio ducta est a sacrificiis sumtuosioribus, qualia erant diuitum. In illis enim quum πόπανα, πέλανος, ψαιστὸς et similia mactationem hostiae praecederent, recte et proprie tunc dicebantur προθύματα: sed postea appellatio ista iisdem libaminibus adhaesit, quum a pauperioribus offerebantur, nulla victimae mactatione intercedente. Quamuis autem τὸ πρόθυμα sit vox generis, hic tamen specialiter significare videtur idem quod alias Graeci vocabant ψαιστόν, *farinam molitam*, quae diis offerebatur; tum, quia inter eiusmodi προθύματα s. libamenta, ψαιστοῦ vel praecipue apud scriptores mentio fieri solet, tum etiam, quia vet. Schol. hic notat, pro προθύματα olim h. l. quosdam legisse θυλήματα. Atqui θύλημα Grammaticis aliquando idem est quod ψαιστός. Nam Hes. et Suid. ψαιστὰ aiunt esse ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα, quomodo voc. θυλήματα interpretatur Schol. Comici ad Pac. 1040. et, quod maxime huc facit, Porphyr. de abstin. l. 2. c. 6. ψαιστοὺς vocat ψαισθέντα θυλήματα. Vid. ad 138. vbi de voc. ψαιστὸς plura notauimus. *Kuster.* Πόπανα *placentae e farre et farina subactae*, iuxta Hes. v) quae in veterum sacris, sicut ψαιστὰ, πέλανοι, dictaue aliis nominibus *liba*, offerri erant solita. v. Thesm. 292. vbi τὸ πόπανον s. placenta e cista detrahenda dicitur, quae deabus, Cereri et Proserpinae, quibus festum illud erat sacrum, continuo offeratur. Sic Mercurium et Hecaten more antiquo cultos dici a Cleandro Arcade λιβανωτοῖς καὶ ψαιστοῖς καὶ ποπάνοις tradit Porphyr. περὶ Ἀποχ. l. 2. p. 149. Inter ea quae diis offeruntur, coniungit similiter Pollux I, 1, 28. ψαιστά, πόπανα. Apud Lucian. in Catapl. p. 423. T. I. [ed. Graeu.] καὶ χοαὶ καὶ πόπανα, vbi Schol. nuper editus: πόπανα, εἶδος πλα-

tum esset, hostiis deos placare, pauperes tamen perrexisse πόπανα tantum offerre.

v) Perperam *Gir.* coniecit πόπανα esse i. q. οὐλοχύτας ap. Hom. *molam.* Nam οὐλοχ. non erant, vt ait, „panes qui ex hordeo et sale confecti ante sacrificium infundebantur."

κοῦντος. Ap. Ael. V. H. XI, 5. caniſtris quorumdam, qui Delphis ſacra facerent, impoſita dicuntur λιβανωτοὶ καὶ πόπανα, qualia etiam in caniſtris Romae a ſe viſa tradentem Dion. Halic. Ant. II. p. 93. adducit ibi Perizonius. Poſtremo haud praetereundum quod tradit Eumoeris ined. *x)* nempe ab Atticis φθοῖς vna ſyllaba de *placenta* dici, quae a reliquis Graecis πόπανον vocabatur, additque: ἔστι δὲ πλατὺν ἔχων ὄμφαλον. Vnde inſigniter illuſtratur Clemens Alex. a quo inter alia ſacris deſtinatarum id genus placentarum genera καὶ πόπανα πολυόμφαλα recenſentur Protrept. p. 14. Sic μέγαν ἔγκυκλον *(orbicularem)* πλακοῦντα legimus in Matronis Parodia Athen. IV. p. 137. Προθύματα *y)*. Dicta nempe modo πόπανα, ſicut iam ante, aut mox ψαιστά, πέλανοι. *Placentae* nempe haud vnius generis ſ. *liba* diis ante victimarum ſacrificium offerri conſueuerant, eaque inde προθύματα, velut θυσίας, ſacrificii proprie dicti quaedam praeludia. Vnde de Iphigenia mactanda ante Graecorum aduentum ad Troiae obſidionem a choro mulierum dicitur Eurip. Iph. Aul. 1311. πρόθυμά σ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον. Hinc vt a προθύω, πρόθυμα, ſic προθυσόμενος Thesm. 38. *Spanh.*

Scholiaſtes verba ita ordinat, repetendo καθωσιώθη: ἐπεὶ δὲ βωμῷ καθωσιώθη τὰ πόπανα καὶ τὰ προθ. καθωσ. Ἡφ. Φλογί, ὁ πέλανος λέγω *z)*. vt πέλανος ſit interpretamentum voc. προθύματα. Nam πόπανα in parte quadam arae poſita, (quod etiam videtur indicare v. 678. f.), προθύματα autem, quae πέλανος illi dicuntur, igni adoleri ſolita ſcribit. Itaque ex illius ſententia πόπανα inter προθύματα non erant. De popanis etc. v. Suid. πόπανον, add. Periz. ad Ael. V.

---

x) Moeris p. 486. Pierſ. ad q. l. Sallier. aduerſatur Moeridi, et φθοῖς atque πόπανα differre contendit. Cf. etiam Pierſ. et inprimis intpp. Tho. Mag. p. 896. In loco autem Moer. nunc e cod. Coisl. editum eſt πλατύ, non πλατύν.

y) προθύματα eſt nomen generale, πόπανα ſpeciale. Non prius accedebatur ad peragendum ſacrificium, quam permulta circa panem, aquam, ignem, ornamenta ſacrificuli de more eſſent facta. Carion tantum meminit ποπάνων et πελάνων, quae edulia erant, caetera quae ad gulam nihil faciunt, negligit. *Cir.* Contra, προθύματα h. l. ſpeciem ſignificare eum Kuſt. cenſet *Münt.*

z) Alius Schol. aliter verba conſtituit.

H. 2, 5. Etymologiam eius voc. affert Euſtath. in Il. Ἰδ, p. 437. quo loco etiam noſtrum laudat. *Ducker.* Πέλανον leguminis eſſe genus vnde hauſerit Grammaticus in cod. Doru. *a)*, equidem ignoro; nec minus, quibus indiciis colligi poſſit, quod adlatis Comici verbis, H. Stephanus, praeeunte Schol., adfirmat in Ind. Theſ. V. Πέλανος, eum „innuere τὸν πέλανον igni iniici ſolitum, τὰ ποπάνα autem et τὰ προθύματα imponi arae." Adſurgunt vero ſupra ſoccum hi duo verſus et ſine dubio ſunt ex tragoedia quadam decerpti *b)*, ſed oratio legitima iunctura non conglutinatur, quod vitium etſi Scholiaſtas non feſellit, quae tamen illi tentant, parum meo iudicio tollendae difficultati proſunt. Fortaſſis melius quaeſitum minima mutatione remedium ſuccedet: Ἐπεὶ δ' ἐπὶ βυμῷ ποπ. κ. προθύματα, καθωσιώθη τε πέλ. Ἡφ. φλ. vel, Ἐπεὶ — προθύματα, Κᾆθ' ὡσιώθη π. etc. Vtrumlibet elegeris, planius orationis ordo quadrabit. Quae de nota praepoſſ. ἐν et ἐπὶ ellipſi proferri poſſint, haud me praetereunt; neque tamen eo minus inferendum duxi ἐπὶ, quod pro ἐπεὶ male cod. Doru. exhibet: idem κατεκλίναμεν· non eſt, quare vulgatae per cunctas edd. lectioni poſtponatur, licet ea patronum habeat Suidam, qui Scholion deſcripſit, non id quidem magni momenti, ſed quod nunc in noſtris deſideratur, V. Κατεκλίνομεν. θυλήματα *c)*, quae vice προθυμάτων in aliis exſtitiſſe libris vetus Enarrator monet, varia forte lectio fuerit alterius Pluti. *Hemſt.* Mihi verba Carionis ita videntur explicanda eſſe. πόπανα ſunt *placentae paniceae* (Brodkuchen) eaeque tenues et orbiculares. Heſ. Etym. M. Suid. h. v. Προθύματα dicuntur omnino *omnia, quae diis offeruntur ante ſacrificium*, quo in numero erant πόπανα (v. Suid.). Atque ſic h. l. accipi poteſt, vt καὶ προθ. dictum ſit pro καὶ τἄλλα προθ. vt v. 1. ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, add. 438. 798. Sed poteſt etiam dici, vtroque voc. ποπ. καὶ προθ. indicari tantum *placentas paniceas*, quae ratio adiu-

---

a) Explicat: εἶδος ὀςπρίου.

b) Non obſeruarunt Scholiaſtae, quanam ex tragoedia hi verſus deſumti eſſent. Satius tamen hoc fuiſſet, quam ad 639. monere, ἀναβοάσομαι eſſe vocem tragicam. *Brunck.*

c) De quo vocab. v. Fiſch. Ind. Theophr. et Schol. Ariſt. Pac. 1040., quem *Münt.* laudat.

vari v. 680. ſed prior melior eſſe videtur. καθοσιοῦσθαι eſt vt καθιεροῦσθαι, *conſecrari*, βωμῷ καθοσ. *imponi altari*, poni in altari. Sed idem hoc verbum coniungi debet cum verbis πέλ. Ἡφ. φλ. ita vt ſit, *conſecrari Vulcani ignibus*, flammae (Vulcanus enim credebatur eſſe deus et praeſes ignis), *coniici*, iniici *in ignem*, *cremari*, *adoleri*, (quae formula, vt ſuperior, conuenientior eſt tragoediae quam comoediae). Nam interdum vnum verbum iungitur duobus pluribusue nominibus, ita vt diuerſum intellectum habeat pro ratione rerum, quae iſtis nominibus ſignificantur; neque notio *iniici* multum differt a notione *impon'*. πέλανος fuit genus libi, *placentae*, *confectae e flore farinae d)*, v. Harpocr. et Etym. M. h. v. quae in ignem coniecta adolebatur, v. Heſ. Cuius generis libis ſacrificia pauperum conſtabant. Coniunctio autem, qua hoc membrum πελ. Ἡφ. φλ. cum ſuperiori coniungeretur, omitti recte potuit *e)*, immo debuit, quia vox Carionis eam expleſſe cenſenda eſt, et quia celeritas a Carione exprimitur qua iſta res acta ſit. *Fiſch.*

661. πέλανοι igni iniici ſolebant vt adolerentur, quod non ſolum ex h. l. patet, ſed etiam ex Eurip. Ion. 707. Καλλίφλογα πέλανον ἐπι πυρὶ καθαγνίσας. Καθαγνίζειν enim πυρὶ per εὐφημισμὸν dicebatur pro, *igni cremare*, quod ignis vim ἁγνιστικὴν habere credebatur. Sic Eurip. Or. 40. πυρὶ καθήγνισαι δέμας. *Kuſter.* Verbi καθοσιοῦν haud vna occurrit apud vett. ſignificatio, et initio ea, quae hic obtinet, *diis conſecrare*. Vnde Heſ. καθωσίωσε· κατέθυσε. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ *f)*, vt bene ibi emendauit Bentleius in Epiſt. Malelae adiecta p. 35. Sic καθοσιῶσαι ἄγαλμα et καθοσίωσις de *conſecrata* cuipiam deo ſtatua a Polluce dicitur I, 1, 11. Hinc καθοσιοῦν de iis, qui ſe principi deuo-

---

d) Didymo auctore, placenta ex polline facta. Cf. Suid. Nam quaedam placentae conficiebantur ex frumento, quod ex area ſumtum erat. *Münt.*

e) πέλανος per appoſitionem et ἀσυνδέτως additum. Vox eſt ſacrorum propria, quam declarant praeceddl. nomina πόπανα et προθύματα. V. Toup. ad Suid. I. p. 56. *Brunck.*

f) Fragm. XX. in Musgr. Coll. fragmm. Eur.

verant, adhibet Dio Caſſ. l. 53. *g)* p. 510. vbi agit de quodam Pacuuio, qui Hiſpanorum more ſe Auguſto καθωσίωσε, *conſecrauit* ſ. *deuouit*. Ap. Ioſeph. vero adu. Apion. I. p. 755. idem verbum de deſponſata a Magno Herode Pherorae filiarum ſuarum maxima, poſt prioris vxoris obitum, καθωσίωσε *(deſpondit ei)* τὴν πρεσβυτάτην τῶν αὐτοῦ θυγατέρων· nempe eo ſenſu, quo καθωσιώθη hic in Schol. redditur τοῖς καθήκουσι νόμοις καθιερώθη *decenti ritu eſt conſecrata*. Καθοσίωσις dein apud eccleſſ. ſcriptt. pro *crimine maieſtatis*, vt in Conſtitutt. apoſtoll. l. 3. c. 14. et in Gloſſ. etiam antiquis ſumitur; et prout apud Iſidor. Peluſ. l. V. Ep. 177. καὶ ὡς ἐπὶ καθοσιώσει ἁλόντα *velut in crimine maieſtatis deprehenſum*, non, iuxta Schottum, *velut in ſacrilegio*, verti debuit. Hinc pro *damnatione*, vt ap. Chryſoſt. T. VI. p. 551. ed. Sauil. Sic καθωσιώμενος pro *damnato* et ad ſupplicium deſtinato dici in canonibus conciliorum vidit in Theſ. Eccleſiaſt. [T. II. p. 17. ed. ſec.] Suicerus; quod a me modo adlata adſtruit et illuſtrat. Sed de his vocabb. καθοσιώσεως, καθωσιωμένων, et ſimiliter ἀκαθοσιώτου, quo vtitur Epiphan. adu. Haer. p. 343. pluribus ad eum locum agit. Petauius Anim. p. 78. etc. et a quo alia eam in rem teſtimonia adducuntur quae non hic tango. Θύειν πέλανον ap. Aeſch. et ap. Eurip. ἀθύτων πελάνων dici iam ante vidimus ad 138., et apud Comicum infra: τὸ πόπανον θύσω ταῖν θεαῖν, de *placentis* ſ. *libis*, quae diis adolebantur. Vnde a Schol. Eurip. Hipp. 147. dicuntur πέλανοι τὰ εἰς θυσίαν πέμματα. Quale vero *placentae* genus fuerit πέλανος, cuius ſaepe in ſacris gentilium mentio, docebunt vett. ad Aeſch. Critici, vbi Atoſſa Xerxis mater Deos inuocatura ait Perſ. 524.: ἥξω λαβοῦσα πέλανον, vbi Scholia: πέλανος δέ ἐστιν ὁ ἐζυμωμένος καὶ πεπηγὼς πλακοῦς· λέγεται δὲ καὶ ὁ ῥύπος. Ἄλλως· πέλανόν, πεπεμμένον πλακοῦντα. Idem iam ante de hac voce ad v. 204. θῦσαι πέλανον notauerant Scholia: πέλανος ὁ πεπηγὼς ῥύπος λέγεται, in quo vtroque loco ῥῶπον mallem legere: ῥύπος enim *ſordes* et *illuuiem* tantum notat *h)*, vt de ea voce praeter

g) C. 20. p. 715, 47. T. I. Reim. vbi et paullo poſt καθωσιώμεθα legitur et conferri poteſt Reim.

h) Fortaſſis tamen ῥύπος defendi ex eo poteſt, quod in Phot. Lex. p. 298. explicatur πέλανος inter alia ὁ περὶ τῷ σώματι πεπηγὼς ἀφρός.

Grammaticos agunt Noſtri Schol. ad Acharn. 17. ῥῶπος vero ap. vett. Grammatt. et in Gloſſ. quum *mercem* vilis momenti, tum *onus* quoduis ſeu *farcinam*, tum μίγματα etiam ap. Pollucem notat, vnde de vili aliquo *placentae* genere dici ſimiliter potuit. *Spanh.*

662. καταπλίνειν eſt, *incubare iubere*, vt 411. et quidem *ſtragulis* (v. ad 628.), pellibus ouium ſtratis; quo reſpiciunt verba ὥσπερ εἰκὸς ἦν, vt *conſentaneum rationi* erat; quia Plutus caecus erat. ἡμῶν δ' ἕκαστος Chremylus, Carion, Blepſidemus. De voc. στιβὰς v. ad 541. *Fiſch.*

663. παρεκαττύετο. In Eqq. 313. ὅθεν πάλαι καττύεται *vnde negotium hoc* (quod praeceſſerat) *iam dudum conſuitur;* quomodo a Platone vſurpatur in Euthydem. p. 294. Quod vero ab Atticis ſcriptt. καττύειν et καττύματα de *ſoleis*, et inde de rebus vilibus dicta *i)*; κασσύειν a Nicandro in Georgicis apud Athen. IX. p. 370. παλίμβολα κασσύουσιν *(mutatarios calceos adſuunt)*: et inde ap. Heſ. κάσσυμα, δέρμα. Vt vero ab Attico καττύειν fit παρακαττύειν, ſic ἐγκαττύειν Alexis ap. eumdem Athen. XIII. p. 568. φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν ἐγκεκάττυται. Hic vero comice dicitur, quod Pluto ad decumbendum relicto ſuum quisque grabbatulum conſuerit ſ. parauerit. *Spanh.* καττύειν eſt, interprete Heſ., συῤῥάπτειν *conſuere*, nempe alteri aliquid, Med. καττύεσθαι *ſibi aliquid conſuere*, vnde παρακαττύεσθαι στιβάδα, *ſibi ſternere torum obiter et ſubito.* Nam hanc vim praepoſ. παρὰ habet in multis verbis compoſitis; et qui ſternit torum, is conſuit quaſi et componit ſtramina, calamos, iuncos. *Fiſch.*

664. δεῖσθαι τοῦ θεοῦ eſt, *opus habere ope Aeſculapii* opem Aeſcul. deſiderare. *Fiſch.*

665. De *Neoclide*, Athenienſi rhetore, quem ob caecitatem ſ. lippitudinem Aeſculapius ſanauerit, infra agetur v. 715. Eumdem in Conc. 254. perſtringit Comicus. *Spanh.* Duobus locis Noſter eum non caecum *k)* di-

i) Vnde Gir. παρακαττύεσθαι explicat: res qualescumque et minimi pretii parare. *Burm.* verbum magis premit: componere lectum ex detritis pannis lacerisque ſtragulorum partibus.

k) Inuidioſe eum h. l. ita dici cenſet Gir.

cit, ſed γλάμωνα, *lippum*, Eccleſ. 254. et 401. Similiter autem Soph. in Oed. Tyr. 396. de Tireſia, itidem caeco: ὅσις ἐν τοῖς κέρδεσι μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός. *Bergl.* Fuiſſe videtur de collegio decem illorum rhetorum, de quibus ad 567. dictum eſt, id quod tum e v. ſequ. tum e v. 725. f. intelligi poſſe puto. *Fiſch.* Aliud hic Cod. Doru. Scholiaſtes verbis, aliud ſenſu oſtendi voluit: τυφλός· ἀνόητος. κλέπτων· δωροδοκῶν. τοὺς βλέποντας· τοὺς Φρονίμους. Vt maxime concedamus, κλέπτοντα non abſurde reddi δωροδοκοῦντα, in ceteris nihil eſt, quod allegoricam nobis interpretationem commendet. *Hemſt.*

666. ὑπερηκόντισεν. Metaphora a ſagittariis. Anu. 363. ὑπερακοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς. V. Eqq. 655. Diphilus ap. Athen. L. VI. [p. 225. Caſaub. in Πολυπράγμονι]: ἐνταῦθα γοῦν ἔστι τις ὑπερηκοντικός. Aeſchylus Suppl. 482. μίασμ' ἔλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον, vbi Schol. ἀνυπέρβλητον. *Bergl.* Eſt enim ὑπερακοντίζειν propr. *vincere iactu iaculi*, deinde omnino *vincere*, *ſuperare*. Heſ. ὑπερηκόντισεν· ὑπερέδραμεν h. e. *praeterit*, *praecurrit*, i. e. vincit, quae gloſſa ſumta eſt ex h. l. Nam multa verba, duas notionis partes habentia, alteram earum amittunt ſaepe, vt λῃΐζεσθαι eſt, *latrocinando*, *praedando*, *ſibi aliquid comparare*, ſed ἁμῶς λῃΐζεσθαι, Odyſſ. α, 398. *ſeruos comparare ſibi*, emere; idque ſemper fit tum, quum adiuncta ſibi habent nomina et verba, virtutes, vitia, aliasue res ſignificantia, quod genus ἐπιείμενοι ἀλκήν Il. ή, 164. ἀναιδείην ἐπιείμενος Il. α, 149. ἐνδύσασθαι χρηστότητα etc. Col. 3, 12. ἐκτετοξεῦσθαι βίον v. 34. Ex quo intelligitur etiam, quam temere faciant ii, qui in eiusmodi verbis vim, neſcio quam, quaerant. κλέπτων *furando*. Nam Partic. vim Gerundii habet. Videtur autem hoc verbum ſpectare eo, quod Neoclides corrumpi ſe ſiuerit a multitudine et ab hoſtibus ciuitatis. vid. 569. οἱ βλέποντες ſunt, qui habent oculorum lumina. *Fiſch.*

668. ἔχειν eſt verbum propr. de iis, qui morbo affecti ſunt, laborant, v. Foëſ. Lex. Hippocr. h. v. vt συνέχεσθαι et κατέχεσθαι Matth. 4, 24. Ioh. 5, 4. λύχνοι ſunt lucernae: erat enim nox: et form. λύχνον ἀποσβεννύειν *lucernam exſtinguere* opponitur formulae λύχνον ἅπτειν Luc. 8, 16. Anacr. 3, 15. *Fiſch.*

669. παρήγγειλεν. Verſui fulciendo illud ν, quod omnes Edd. neglexerant, addidit Kuſter.; conſentit cod. Doru.

in quo καθεύδειν exponitur ὑπνοῦν ἢ κεῖσθαι ἡσύχως· significatur enim reuera, *quietum iacere, seque ad somnum componere.* Mox autem non πρόπολος habet, sed πρόσπολος· ὁ νεωκόρος, δοῦλος· vtrumcumque probaueris; nam pari sunt potestate praedita *l)*; metri legibus aeque satisfiet; receptae tamen lectioni patrocinatur Eustath. ad Od. Z. p. 1560, 16. *m)* οὕτω δὲ οὔτε ὁ πρόσπολος δουλικὸν ἀεί ὄνομά ἐστιν, οὐδὲ μὴν ὁ πρόπολος . . . . χρῆσις δὲ προπόλου ἔν τε τῷ τοῦ Κωμικοῦ Πλούτῳ etc. *Hemst.* Kusterus scribendo παρήγγειλεν versum quidem effecit, sed inuenustum, vt in quo ictum praecipuum recipiat — λεν, syllaba leuissima. Malim: ἡμῖν παρήγγειλ' ἐγκαθεύδειν (ἐν τῷ ναῷ). Similiter 742. Οἱ δ' ἐγκατακείμενοι παρ' αὐτῷ, i. e. ii, qui iuxta Plutum in Aesculapii templo incubabant. *Hotibius.*

670. ὁ πρόσπολος quatuor codd. quibus consentientibus eo magis obsequi debui, quod sic suauiores fiunt numeri. Perpetua in his formis librorum varietas, quae iam obseruari potuit ad Ran. 1333. *Brunck.* [Tamen ex Rau. restituit *Inu.* πρόπολος, etii Borg. cod. cum Pariss. conspirat.] ὁ πρόπολος τοῦ θεοῦ est *aedituus Aesculapii, aedituus aedis Aesculapii, aedituus ab Aesculapio;* hae enim formulae leguntur in antiquis titulis. v. Reines. ad Inscriptt. Class. 5. n. 4. Commissa aedituis erat cura templorum, ita vt ea deberent verrere; vnde νεωκόροι dicti sunt. Singula templa habebant singulos aedituos, quibus erant suae cellulae, certe apud Romanos; solebant aduenis narrare originem templorum et rationem sacrorum exponere. v. Rhoer. Otium Dauentr. c. 10. *Fisch.*

ἤν τις αἴσθηται. Sic tres Codd. [idemque cum Br. recepit *Inu.*] In B ἤ τις. Soloece vulg: εἴ τις αἴσθηται. Poterat scribere: εἴ τις αἴσθοιτο φόβῳ. Sed cum verbo subiunctiuo omnino esse debet ἤν. *Brunck.* κέλευε est *iubens*, sequitur enim Infinitiuus; sed poterat omnino omitti et poni tantum καί, quum παρήγγ. praecedat. κόμπος est *strepitus, crepitus, sonitus,* v. 676. 688. 701. σιγᾶν *n)* i. q.

l) V. Hes. in πρόπολει et πρόσπολει, quem laudauit *Fisch.*

m) Hunc locum etiam laudauerat *Kust.*

n) *Girard.* σιγᾶν accipit de silentio, quod praeco imperabat, dum sacra peragebantur, et h. l. sacerdotem, qui furari oblata vellet, imperasse silentium putat.

κοσμίως κατακεῖσθαι h. e. *cubare, iacere in ſtratis ita, vt te non moueas*, quod 692. κατακεῖσθαι ἡσυχῇ, cf. 709. *Fiſch.*

672. ἐδυνάμην. Cod. Doru. ἠδυνάμην. V. Moer. Att. in ἤμελλον [p. 175.] Tho. Mag. in Ἐβουλόμην [p. 258.] *Hemſt.* Etli Attica illa Imperfecti forma eſt: tamen metri leges eam h. l. non admittunt, nec Grammatici vſum alterius formae linguae Atticorum plane abiudicauerunt o). *Fiſch.*

673. Ἀθάρης. ἀθάρας, quod communis eſſe dialecti proprium Schol. adfirmat, in Arund. Cod. correctum fuiſſe, monet ad oram libri ſui Kuſterus, inuenitur autem plane in cod. Doru. pariterque v. 683. vbi tamen eadem manus η ſuperpoſuit: verum non ſecus atque omnes Edd. v. 694. integrum ἀθάρης repraeſentat. Equidem non dubito, quin exemplar illud, quod prae manibus habebat, cum Edd. in ἀθάρης conſpirauerit: ſed priore loco librarius caſum ad vulgarem ſibique notam formam redigere non fuit veritus; altero parumper cautior faciundum exiſtimauit, vt η ſuperne ſaltem adnotaret; tertio tandem deterritus religioni duxit conſtantem veteris membranae ſcripturam mouere. *Hemſt.* Membr. et C. hic et in ſequentibus, vti haec vox occurrit, habent ἀθάρας, male. Suidas: ἀθάρα· ἄλευρον ἡψημένον. κλίνεται δὲ παρὰ μὲν Ἀττικοῖς διὰ τοῦ η, ἀθάρης· οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ α, ἀθάρας. *Brunck.* Ἀθάρα proprie ſignificaſſe videtur far, h. e. album illud, quod ſeparatur a glumis granorum adoris, hordei, tritici; deinde *pultem, pulmentum, farinaceum*, quod ita conficiebatur, vt grana decorticarentur, piſtillo tunderentur, contuſa concoquerentur addita aqua, alioue liquore p). Vocabulum videtur fuiſſe origine Aegyptiacum q). Nam Hieronym. in Genes. p. 102. A. T. IV. Erasm. *tametſi*,

o) οὐκ ἐδυνάμην *Eckard.* p. 65. explicat: *non volebam*, et hunc v. δύνασθαι vſum illuſtrat.

p) Cibus erat, quo priſci vtebantur, vſu coquendi panis nondum reperto. *Gir.*

q) Vid. omnino Iablonskii Voces Aegyptiacae ap. ſcriptt. vett. in Opuſcc. edd. ab I. Ge. te Water T. I. p. 11 — 16. vbi nec Ariſtoph. locos praeteriit Iabl.

inquit, moris fit Aegyptiorum θήραν etiam *far* vocare, quod nunc corrupte *atheram* vocant. add. Plin. H. N. 22, 25, 57. Hesf. Suid. et Scholl. Cauſa cur anicula χύτραν ἀθάρης potiſſimum ſecum attulerit in templum Aeſculapii, fuit, quod anus, quum eſſent edentulae, alium cibum capere non poſſent, atque adeo pulticulam Aeſculapio deberent dono afferre. Χύτρα eſt *olla fictilis*, quum ſimpliciter ponitur. v. Theophr. char. 10, 2. Veteres enim, et quidem diuites, vſos eſſe ollis aereis e v. 813. intelligitur. Et χύτρα ἀθάρης eſt *olla pulte farinacea plena*, vt 683. *r)*. Ἐκπλήττειν eleganter dicitur olla, quatenus odor *s)* pultis gratus *nares* Carionis ita *afficiebat* et quaſi percutiebat, vt ei iniiceret auiditatem vorandi. ὀλίγον ἄπωθεν eſt *prope, non longe a t)* — Gloſſ. vett. ἄπωθεν *eminus, longe*. add. Hesf. *Fiſch.*

674. του h. l. eſt indefinitum pro τινός. Edd. omnes τοῦ male *v)*. Deinde γραδίου potius lego. *Bergl.* Perperam vulgo τοῦ. Encliticum eſt pro τινός. Praeterea male vulgo excuſum γραϊδίου *x)*. Triſyllaba vox eſt γράδιον. Vid. not. ad Thesm. 1194. et conf. Pierſ. ad Moer. V. Οἰσός, p. 276. *Brunck.* [cui obſequutus eſt *Inu.*]

675. δαιμονίως Atticis *valde, vehementer*, vt ap. Athen. II. p. 74. Φιλόσυκος γάρ εἰμι δαιμονίως, et XIII. p. 577. de Demetrio Poliorcete: δαιμονίως ἤρα Λαμίας τῆς αὐλητρίδος. Sic δαιμόνια ἄχη *grauiſſimae miſeriae*, Aeſch. Perſ. 583. *y)*.

---

r) Sic βολβῶν χύτραν dixit Eccleſ. 1087. *Bergl.*

s) Primum conſpectum pultis oculos, tum odorem nares Carionis tetigiſſe cenſet Gir. Iocoſe dici ἐκπλήττειν, percutere, etiam *Münt.* obſeruat.

t) Alciphron Ep. I, 1. §. 20. μικρὸν ἄπωθεν τῆς ἀκτῆς. *Bergl.*

v) Fiſch. putabat τοῦ indefinite accipi poſſe.

x) Erat in cod. Doru. neſcio quid turbatum, quod alia manus ad vulgatae lectionis normam reſinxit: v. 688. nihil immouabat. γραΐ in vnam vtrobique ſyllabam coaleſcit, quaſi ſcriberetur γρᾳδίου· velut in λητδάριον Au. 716. et apud Machonem Athen. XIII. p. 582. Κορίνθιον παραπηχὺ καινὸν λητδίον. *Hemſt.*

y) δαιμονίως· ἐπιτηδείως cod. Doru. Quod praecedenti verbo iungendum erat aduerbium, cum ſequente coniunxit. *Hemſt.* δαι-

Ἐφερπύσαι autem hic pro βαδίσαι. Hesych. inter alia: Ἕρπύζει· βαδίζει, πορεύεται. Apoll. Rhod. IV. 1289. ἦλυθον ἑρπύζοντες, ad verbum: *venerunt reptantes*. Nicander Alex. p. 167. ὅτε βρέφος ἑρπύζει. Ἕρπειν eodem sensu sumitur Aesch. S. C. Th. 17. νέους ἕρποντας vbi Schol. κυρίως ἐπὶ παίδων τὸ ἕρποντας. Vnde eleganter hic et Attice ἐφερπύσαι de famelico seruo, lente, et velut infantium more ad ollam adrepere gestiente; haud aliter quam Conc. 398. παρείρπυσεν *repsit*, luscus nempe, aut coecus, vt ibi in Schol. dicitur, Neoclides. *Spanh.* Suidas legit ἀφερπύσαι minus recte. V. eum V. Ἀφερπύσαι. *Kust.* Δαιμονίως potest etiam verti *mirifice*, mirum in modum; nec aliter Alciphr. Epist. 1, 29. ἐρωτικὸς γάρ ἐστι δαιμονίως. *Bergl.* Ἕρπειν proprie est *serpere*, *repere*, deinde omnino *se movere*, *ire*, *gradi*, v. Hom. Il. ρ', 447. Sed ἐφερπύζειν h. l. res ipsa declarat, esse, *arreptare*, *furtim aggredi z)*. ἀναβλέπειν v. sequ. est *oculos attollere*, *suspicere*. Carion enim oculos abiecerat in ollam pulticula plenam. *Fisch.*

676. τὸν ἱερέα. Adde ex Mss. Arund. τοῦ θεοῦ ad versum supplendum. Sed tunc articulus τὸν ante ἱερέα redundabit *a)*. *Kust.* Versui, qualis in cunctis Edd. fertur, nihil ad integritatem pedum deest, dummodo diuidantur in has partes: Ἔπει | τ' ἀνα | βλεψας | ὁρω | τον ἱε | ρεα. Kusterus scansionem sic instituit: Επει | τ' ἀναβλε | ψας ὁρω | ἱερε | α του | θεου | vbi numeri, ne quae praeterea possint reprehendi commemorem, multo sunt minus elegantes et parum concinni. Non autem in ipsa versus serie, sed super τὸν ἱερέα cod. Doru. adscriptum habet τοῦ θεοῦ, quo indicatur, ipsius fuisse dei s. Aesculapii sacerdotem, qui, quidquid in aris erat reliquum, corraserit *b)*. *Hemst.*

μονίως cum ἐπεθύμουν cohaeret, et ἐπιθ. δαιμ. est *impense*, *vehementer concupiscere*. Nam verba a diis, in quibus omnia summa sunt, ad homines translata indicant eximiam magnitudinem. *Fisch.*

z) Praeposit. ἐπὶ in hoc verbo redundare, quoniam iam antea ea posita erat, monet *Gir.* e Schol. Sic mox ἀφαρπάζειν ἀπὸ —

a) Immo articulus sic abesse non potest. *Fisch.* qui et ipse hanc correctionem repudiat.

b) Verbis his indicatur causa, cur sacerdos in lectis decumbentes dormire iusserit, quo ipse cuncta clam furripere posset. *Münt.*

677. φθοῖς [vna ſyllaba] Atticorum eſſe proprium ex hoc loco confirmat Thom. Mag. [p. 896.] c) οῖς eorumdem more ſyllabam tantum vnam habet. Quamuis enim, vt Etymol. ait p. 620, 33. multa ſint nomina, quae finiantur in ις, nullum tamen in οις deſinere facile reperias, εἰ μὴ μόνον τὸ οἷς παρ' Ἀττικοῖς καὶ τὸ φθοῖς. Vtriusque vocabuli mentionem fecit Moeris Atticiſta [p. 274. et 386. d) Pierſ.] *Hemſt.* Vna ſyllaba ab Atticis dici φθοῖς monent hic Scholia. Firmat id loco paullo ante [ad 660.] indicato Eumoeris ined. [Moeris], vbi ſimul, rotundae placentae genus eſſe, tangit. Adpoſite caeteroquin ap. Athen. XI. p. 489. voce diſyllaba φθόεις κυκλοτερεῖς *placentae, rotundae* dicuntur; qui alibi, XIV. p. 647. quomodo eaedem parentur, docet e). Vna ſyllaba legitur φθοῖς ap. Clem. Alex. Protrept. p. 4. διπυλλάβως vero Porphyr. de abstin. I. p. 130. f) cuius ea de re locum viderunt iam ad Heſych. Viri docti. *Spanh.* Similiter φθοῖς eſt et Nomin. Sing. huius vocab. contractus a φθόις, cuius Accuſ. Plur. eſt φθόιας, contracte φθόις, vna ſyllaba φθοῖς. Gloſſae: φθόν, *libor, libus. Bergl.* Ἀφαιρπάζειν eſt *tollere, auferre*, ita vt indicetur actionis celeritas. ἢ τράπεζα ἢ ἱερά quia diſtinguitur v. 679. a βωμοῖς eſt menſa, quae *ſacra* dicta eſt, quod ei imponerentur edulia, quae attuliſſent (qua de re proprie ἐπιφέρειν dicitur) ſacrificantes deo, vel potius ſacerdoti, praeter ea, quae aris impoſita vel adolerentur (661.), vel peracto ſacrificio ab ipſis ſacrificantibus comederentur (vid. 660. coll. 680.). Qua quidem in re homines barbari, vt in aliis rebus, Iudaeos imitari videntur g). In donis et muneribus, quae imponebantur, erant 1. ἰσχάδες, *caricae*, Gl. vett. h. e. ficus aridae, ſiccae, v. Etym. h. v.

---

c) Quem etiam *Kuſt.* laudauit.

d) Verba Moer. in φθοῖς et Pierſ. not. ad eum laudauit *Brunck.* Add. ad v. 660.

e) vel potius *Iatrocles* apud Athen., ad quem etiam reſpicit Etym. M. V. φθόις. *Fiſch.*

f) Ad quem locum de ſcriptura φθοῖς monuit etiam I. de Rhoer, p. 114.

g) Immo hic ritus facile in quouis populo vel ſponte exiſtere, vel ſacerdotum arte introduci potuit.

Sed nonnumquam ponitur vt vocabulum generis; certe Pollux I, 242. laudat *ἰσχὰς νέα. χλωρά, ἀρχαία, ξηρά* etc. et in epigramm. quodam ap. Suid. h. v. legitur *αὕη ἰσχὰς arida ficus.* 2. *φθοῖς* quo vocab. ab Atticis significatur *genus placentae* sacrificialis; erat orbicularis, sed in medio habebat tumorem, qui formam et speciem vmbilici referret: confecta erat e caseo, melle et siligine. V. Hes. Etym. M. Moer. Tho. Mag. Erotianus Gloss. Hipp. p. 51. Steph. [p. 388. Franz.] *h)*, vbi pro *καρδη* leg. *καρδαμύλη* Salliier. ad Moer. p. 387. Caeterum obseruatio Moer. et Tho. M. eo valet vt Attici intelligantur istud placentarum genus appellasse proprio voc. *φθοῖς* (pro *φθοῖς, φθοίας*) sed caeteri Graeci nomine, quod etiam alii generi placentarum commune esset *πόπανον.* Non existimari debent, ea abiudicasse Atticis vsum voc. *πόπανον*· immo Attici eo vsi sunt (vid. 660. 680.) sed tantum ita, vt eo significarent *placentam paniceam.* Nam Attici multa habent verba cum aliis Graecis communia, sed aliam iis vim subiiciunt. *Fisch.*

679. *τοὺς βωμοὺς ἅπαντας.* Multa igitur in templo Aesculapii altaria fuerunt, qua in re veteres Graeci sequuti videntur commoda sacerdotum. *περιῆλθε ἐν κύκλῳ* dictum est vt 708. f. *ἐν κύκλῳ περιῄειν* et Marc. 3, 34. *περιβλεψάμενος κύκλῳ i). που* in altari aliquo. *πόπανον καταλελ.* vnde colligi recte potest, placentas paniceas, altaribus impositas, *πελάνῳ* flammis absumto (661.) ab iis, qui eas attulissent, ablatas inde esse et comesas. *Fisch.*

681. *ἤγιζεν* etc. Citat Suid. V. *Ἀγίζων.* Sensus autem est: *in facculum quemdam collegit* siue *condidit.* Proprie, *in facculum condita sanctificauit:* quia scilicet *πόπανα* hoc modo communi edendi vsui exemta, sacerdotibus cedebant. Sed haec non carent aculeo et sale comico. *Kust.* *ἤγιζεν* hic iuxta quaedam Scholia pro *ἁγίως ἀπετίθετο*, tamquam quod a dei sacerdote fieret. *Spanh.* Gloss in C. *ἐτίθει, ὡς ἁγια ἐνέβαλεν.* Simplex *ἁγίζειν* vt

---

h) Add. Phot. Lex. p. 471. vbi pro *φθάκης* scribendum est *φθοῖς*, vt in Zonarae Lex. T. II. p. 1806. recte scribitur.

i) In Vesp. 928. *περιπλεύσας τὴν θυείαν ἐν κύκλῳ.* In eadem aliquoties et alibi; et sine praepositione ibid. 430. *οἱ δὲ τἀφθαλμὼ κύκλῳ κεντεῖτε. Bergl.* Circuitio illa sacerdotis auiditatem quandam notat. *Gir.* Ex Ael. V. H. 15, 22. *κύκλῳ* addit *Munt.*

et compositum καθαγίζειν, verba sunt ad sacra pertinentia significantque *aliquid diis offerre, consecrare.* Menander ap. Bentl. p. 40. ἐγὼ μὲν οὖν ὧν γε θεὸς οὐκ εἴασα τὴν Ὀσφῦν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε, Εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἐγχέλυν. vid. Lyſ. 238. Au. 566. *Brunck.* Leg. ἥλιζεν. Attamen ἁγίζειν pro συνάγειν, συναλίζειν vſurpari Graecis demonſtrat epitheton Plutonis ἀγεσίλαος, v. Anthol. H. Steph. p. 193. (1019.] *Reish.* ἁγίζειν eſt propr. *conſecrare, ſanctificare,* deinde *conſecratum ponere,* ἁγ. εἰς σάκταν *recondere in ſaccum,* vtrem; quae forma loquendi non caret ioco feſtiuo, ſed illo amaro. Sacerdos enim πόπανα (ταῦτα), quae relicta a ſacrificantibus in altari deprehendiſſet, debebat ἁγίζειν εἰς βωμόν, non εἰς σάκταν *k). Fiſch.*

Pro σάκταν vero σάκκον hic legi et formatum vtrumque a σάττω, in Schol. dicitur. Strattis vero ap. Athen. XIV. p. 522. *l)* de Thebanis verborum inuentoribus adductisque eius rei exemplis dicit: Τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὀρτάλιχον, τὸν ἰατρὸν δὲ Σακτάν (ſcil. vocant). Priorem vocem ὀρτάλιχον quod attinet, inde eam de *gallo* a Boeoto ſ. Thebano vſurpari videas Acharn. 871. qua de re ibidem. Opportune vero hac voce σακτὰς vſus h. l. Comicus, quod in Aeſculapii medici ſ. medicorum antiſtitis aede et ab eius ſacerdote fieret. Quem de Thebanis illis poëtae apud Athenaeum vocibus locum adduxit Euſtath. ad Odyſſ. p. 1818. vbi inter alia obſeruat, voc. σακτὰν a Comicis etiam, hoc nempe Pluti loco, vſurpari. Quum autem a Phoenice Cadmo, aliisque cum eo Phoenicibus olim inhabitatas Thebas, et ab iis etiam litteras Graecis traditas, quae et Φοινικήϊα γράμματα ſint ab ipſismet Graecis appellatae, nemo neſciat; hinc Phoenicium quid in hac voce σακτὰν pro *medico* latere continuo mihi viſum eſt. An vero ab ea multum abludat, quae continuo occurrit, vox Phoenicibus olim et Arabibus adhuc familiaris אַסְיָא *aſia*, pro *medico*, id peritioribus diiudicandum vltro relinquimus. *Spanh.* In cod. Doru. adponitur interpretationis loco σάκον, quam

k) πρ' ὀπόνοιαν ita dici etiam Cir. animaduertit, idemque monet τινα reddi poſſe *magnum, amplum.*

l) T. V. p. 232. Schweigh. vbi cf. Caſaub. in not. Scribitur enim ibi cum acuto in vltima.

ſcripturam in ipſis Comici verbis quasdam membranas ostendiſſe Schol. prodit. κατ' εἰρωνείαν m) vero ſeparandum, quippe quod pertinere putem ad illud facetum ſane loquendi genus ἁγίζειν εἰς σάκταν. *Hemſt.* Eſt *vter coriaceus.* v. Heſ. h. v. *Fiſch.*

682. νομίσας πολλὴν ὁσίαν n) τοῦ πράγματος. Minus recte interpres: *ratus, magnam eſſe in facinore hoc ſanctitatem,* pro, *fas eſſe omnino credidi, vt hoc facerem.* ὅσιον a Graecis dictum non ſolum quod *pium* eſſet et *religioſum,* ſed quod *fas* et *legitimum* foret, vt Eurip. Herc. Fur. 1282. Θήβας ἐνοικεῖν ὅσιον. Vnde Heſ. ὁσία· θέμις o). Alia de hac voce, quae non ſunt iam huius loci, nunc mitto. *Spanh.* νομίσας, quia videbam, ſacerdotem placentas ſacras corripuiſſe. πολλ. ὁσ. τ. πρ. *me id rectiſſime facere poſſe.* Nam τὸ πρᾶγμα eſt *adire ad ollam et pulticulam vorare.* ὁσίαν ſcil. εἶναι. ἡ χύτρα ἡ τῆς ἀθάρης (683.) eſt *olla pulticula plena,* et ἀνίσταμαι ἐπὶ etc. *ſurgo,* ſurrexi, e toro, *vt accederem ad ollam.* Nam ἀνίστασθαι eſt h. l. verbum praegnans et duplicem habet *ſurgendi* et *eundi* notionem, vt Theophr. Char. 14, 2. ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος· ἔγειραι εἰς τὸ μέσον Marc. 3, 3. coll. Luc. 6, 8. Cfr. Gatacker. Adu. Poſt. c. 31. Sed poteſt hic locus etiam illuſtrari ex vſu praepoſ. ἐπὶ illo, quum ſequente Accuſatiuo ponitur ita vt conſilium et finem indicet. V. Ind. Palaeph. V. Ἐπί. Itaque ex hac quoque ratione ἀνίστ. ἐ. τ. χ. eſt, *ſurrexi, vt aggrederer ad ollam et pulticulam vorarem. Fiſch.*

684. ſ. τάλας propr. quidem eſt *miſer,* ἄθλιος, ταλαίπωρος Heſ. et ταλάντατος ἀνδρῶν *longe miſerrimus,* vt 78. μιαρώτατος ἀνδρῶν ἁπάντων. H. l. eſſe arbitror *longe ſceleſtiſſimum, maxime impium.* Nam Cario in templo Aeſculapii ſusceperat hanc audaciam, vt ſurgeret e ſtrato contra aeditui imperium et ollam aggrederetur; haec im-

---

m) In cod. ſcil. adſcriptum: σάκον κατ' εἰρωνείαν.

n) Cod. Dorn. οὐσίαν, additur ἁγιότητα· quo indicio conſtat, librarium eſſe ſolum corruptae lectionis probae reum. *Hemſt.*

o) Heſ. locum etiam laudat *Bergl.* et ea quae notauit ad Lyſ. 746. conferri iubet. Perperam autem *Gir.* ὁσίαν reddit *ſanctimoniam. Münt.* ὁσίη (*fas, licentia*) θύειν ex Herodoto laudat.

pietas ei exprobratur, et homines impii sunt sane miseri. Sic 1047. 1067. *Fisch.*

685. f. ἴγωγε intell. ἐδεδοίκειν. μὴ φθάσειε — ἐλθών ne *prius quam ego — aggrederetur p).* ἔχων τὰ στέμματα *coronatus*, h. e. Aesculapius (ὁ θεός, vt antea dictus est). Hic enim in numis visitur capite gestans coronam lauream. v. I. H. Meibom. ad Iusiur. Hipp. c. 5. f. 35. *q)* sed comparari inprimis debent numi a Smyrnaeis in honorem medicorum signati, quos edidit et illustrauit *Rich. Mead*, Lond. 1724. [L. B. 1725. Gött. 1748.] 8. με προυδιδάξατο, *dixerat mihi, Aesculapium esse venturum*, nempe vt aegrotis mederetur. Et Aor. Med. poëta vsus est fortassis propterea, quia res illa ad sacerdotem Aesculapii pertinebat. *Fisch.*

688. Particulam δὴ quam habent edd. priores, omisit in Kuster. typotheta, proindeque deest etiam in nouissima Batana, cum versus labe. Eamdem mendam obseruo in tribus e meis codd. particulam enim illam solae exhibent membr. *Brunck.* δὴ *scilicet*, *nimirum.* μου τὸν ῥόφον *strepitum*, *sonum*, aggredientis furtim ad ollam. *Fisch.* Etiam h. l. recte a Br. et Inu. γραΐδιον editum est, non γραϊδιον.

689. τῇ χειρὶ [h. e. χειρὶ] ὑφῄρει scil. τὴν χύτραν. Vulgo τὴν χεῖρ' ὑφῄρει, quod manifesto mendosum est, nec vllam interpretationem admittit. Sic etiam tres Codd. Glossa in meo: κατεῖχε λάθρα. At in C. τὴν χεῖρ' ἀφῄρει cum gloss. λάθρα ἐκίνει, quae etiam ad ὑφῄρει pertinet. Stabat olla prope aniculae caput: simulac serui eam attingentis strepitum audit, manu clam exserta ollam propius ad se reducit. Quae sequuntur, ὀδὰξ ἐλαβόμην referuntur ad propius substantiuum, e quo repetendum αὐτῆς τῆς χειρός. Idem etiam Reiskio placuisse video *r)*. *Brunck.* In cod. Doru. ad τὴν χεῖρ' ὑφ. adscriptum: ἐν ᾗ τὴν χεῖρα κατ-

---

p) De v. φθάνειν vsu v. ad 485. et Munt. h. l. Per iocum autem hoc de Aesculapio dicitur.

q) Deorum simulacra omnino corollis ornata fuisse, obseruat *Girard.*

r) Recepit etiam Inu. e Borg. quum in Rau. esset τὴν χεῖρ' et mox συβίτας.

εἶχεν λάθρα. Vbi primum λάθρα seiungi debet a praecedd. vt referatur ad exponendam vim v. ὑφαιρεῖν· deinde τὴν χεῖρα quin per errorem librarius dederit pro τὴν χύτραν, vix dubito: hunc enim in modum, quisquis fuit ille enarrator, verborum explanari sensum voluit: „Vetula statim atque percepit sonum, quem adrependo excitabam, manum, qua retinebat ollam, subduxit.“ Maioris est momenti, quod Schol. editus eam interpretationem adferat, quae receptae lectioni minime videatur conuenire: nam quo pacto ὑφαιρεῖν significabit ἐκτείνειν; tum quid eo facit, aut quorsum spectat Menandri locus: — ἐξάραντες ἐπιμροτήσατε *sublatis manibus clarum plausum date?* quibus verbis, vt in Plauti Terentiique comoediis solet, *vos valete et plaudite*, fabulae finem imponi a vero neutiquam abhorret. Iam si ponamus in vetustis exemplaribus exstitisse ὑπῆρε vel ἐπῆρε, ita demum ad hanc scripturam egregie respondebit Schol. obseruatio *s)*. ὑπαίρειν intellige, *leniter adtollere manum et porrigere*, vt ollam anus iuxta caput positam adprehendat, ne a seruulo nequam surripiatur: vel si compositum inusitatum fastidis, simpliciter ἐπαίρειν· quomodo saepius occurrunt αἴρειν, ἐπαίρειν, χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν, *coelo supinas*, vt cum *Hor.* dicam, *ferre manus.* Vtrumlibet placuerit, commode reddetur per ἐκτεῖναι, nec Menandri verba non erunt opportunissima, quibus euincatur, ἐξῆραι de manibus ad plaudendum sublatis vsurpari. Porrectam manum hic requiri, docuerit quod subiicitur ἀνέσπασιν· nam quî manum, quae ante non fuerat exserta, morsu dolens retrahere dici potest? Eam ob rem ὑφῆρει valde mihi suspectum esse, non diffiteor: ferrem potius, si legeretur Χύτραν ὑφῆρει· quia nimirum ad ollam adducendam opus erat, vt manum extenderet: neque erit fortassis nemo, qui dubitet, an satis exacta sit ad normam graecae linguae phrasis ὑφαιρεῖν τὴν χεῖρα. Ideo lectionem, quam Schol. suggessit, multo magis probauero: in qua si

---

s) ὑπῆρε, aut ὑφῆρε, etiam legi voluit *Fisch. manu leuiter sublata prehendit ollam;* etiam quia v. 691. retraxisse manum dicitur, ita vt antea extendisse eam oportuerit, et quia, si anus animaduerterit, esse qui ollam aggrediatur, non tollere inde manum, sed manu prehendere ollam debebat. Sed haec omnia concidunt, meliori codd. scriptura nunc recepta. Et mirum est, praeter Reiskium et Münterum, neminem in eam coniecturam incidisse.

expreſſam olim pro tenui fuiſſe literam adſpiratam ſtatuas, quam pronus in errorem fuerit lapſus, facilius animaduertetur: Atticos autem in mutando ſpiritu ſaepe ab vſu vulgari diſceſſiſſe compertum eſt: ſicuti notatur ad Acharn. 329. Εἰρξας δασέως Ἀττικοί· neque ἀφαυαίνεσθαι aliter inveniri ſolet, quamquam αὖος et αὐαίνεσθαι leni ſpiritu tantum non ſemper adſciantur. *Hemſt.*

κἄτα συρίξας non ſolum in cunctis Edd. ſed etiam in cod. Doru. legitur: quare caſtigandus eſt Stephanus, qui Th. L. Gr. III. p. 1137. compoſitum κατασυρίξας retulerit nullo alio, quam huius loci peruerſe lecti exemplo ſtabilitum, ſed κατασυρίξας repudiandum eſſe vel metri lex admonet. *Hemſt.* συρίζειν et συρίττειν verbum propr. eſt de ſono, quem angues et dracones ore edunt, vt Lat. *ſibilare*. v. Zenodot. p. 228. Valck. Anim. ad Ammon., Anon. ibid. p. 230. [add. Sturz. Prol. II. de voc. anim. p. 10.]. ὀδάξ eſt *mordicus*, dentibus, vt λακτὶ *calcibus*, πυγμῇ *pugnis*, γνυξ *in genua*, de quo genere Aduerbb. v. Hellad. Chreſt. p. 13. Meurſ. ὀδάξ λαβέσθαι, nempe τῆς χειρός, eſt formula Plautina (Curc. 5, 1, 7.) *manum mordicus arripuiſſe*, h. e. manum momordiſſe. *Fiſch.*

690. ὡς παρείας ὦν ὄφις. Ammonius V. Παρειαί [p. 108. Valck.]· — παρεῖαι προπεριστωμένας. ὄφεις τινὲς μετέωρα τὰ παρεῖα ἔχοντες· — ὡς παρείας ὢν ὄφις *t*). Reſpexit nimirum ad h. l. Comici. *Kuſt.* Παρείας ὄφεις ſerpentes cum ingentibus maxillis, vnde iis nomen, tradunt Harpocrat. et Heſych., quorum ille duo Demoſthenis et Hyperidis adducit loca, et a quibus ſerpentibus viperas ipſas devorari, additur. Demoſth. de iis locus eſt p. Cor. p. 183. [c. 79. p. 510. Harl. vbi vid. Taylor.] Τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας ἑλίβων. *Spanh.* Παρείας quaſi dicas *bucculentus*. Etymol. παρὰ τὸ πεφυσιωμένας ἔχειν τὰς γνάθους, ἤγουν τὰς παρείας, αἳ καὶ φοῦγναι λέγονται. Quo in loco pro φοῦγναι videtur ſcribendum Βοῦκκαι. Gloſſae: Βουκκίωνες, παράσιτοι, *Buccones*, i. e. *Gnathones*, vt in Eunucho Ter. Morſus iſtorum ſerpentum eſt innoxius *v*). Itaque non

t) Correxi leuem Kuſt. errorem, iam a Valck. notatum: ſcripſerat enim Kuſt. ὡς· Παρείας ὢν ὄ.

v) V. Photius Lex. p. 288.

graniter momordit Cario vetulae manum, ne tumultus exoriretur *x)*. *Bergl.* Serpens, qui vocatur *parcas* Lucan. 9, 721. *y)* nomen habet inde, quod ei ſunt *malae*, *genae*, *magnae et tumentes*: morſu dicitur neminem laedere: vnde ſacer eſt Aeſculapio et eius miniſter. V. inprimis Aelianus de nat. an. 8, 12. *z)*. Ex quo intelligitur, quomodo Carion, ſi ſibila miſiſſet, manumque aniculae mordicus arripuiſſet, ſperare potuerit, eam exiſtimaturam eſſe, ſe morſam eſſe a ſerpente bucculento, quia ſcilicet tales ſerpentes in templo Aeſculapii erant. *Fiſch.*

692. ff. χεῖρα. χεῖραν cod. Doru. fluxit ab vſu graecae linguae vulgaris, quae ἡ χέρα vel χεῖρα frequentat. *Hemſt.* πύλιν ἀνέσπασεν *retraxit manum, qua ollam prehenderat.* ἡσυχῇ *a) ita vt ſe non moueret*, i. q. κοσμίως 671. αὐτὴν ἐντυλίξασα *b)*, involuit ſcilicet ſe ſtragulis, in quibus incubabat. ὑπὸ eſt *prae*, vt 289. 538. βδέειν *pedere*, viſire. γαλῇ eſt *muſtela*, (non felis) vt docuit Periz. ad Ael. V. H. 14, 4. *c)* add. Index Theophr. V. Γαλῆ. Δριμὺς Heſ. aliique Grammatici veteres interpretantur verbis ὀξύς, σφοδρός. Scilicet δριμὺς vſurpatur, auctore Aëtio praef. libri primi, de iis quibus eſt odor et ſapor *acer*, h. e. qui mordet linguam et nares ita vt adiunctus ſit ſenſus quidam caloris. Ex quo intelligi poteſt, quo pertineant verba Carionis, quae illuſtrauit Meurſius Exercitt. Critt. 2, 5. *Fiſch.*

694. τῆς ἀθάρης πολλήν. Nota elegantem Atticismum pro ἀθάρην πολλήν *d)*. Sic Pac. 166. τῆς γῆς πολλήν, pro,

---

x) Nam ſi morſu eam laeſiſſet, exclamaſſet. *Gir.*

y) Ad q. l. vid. Burmann. et Iſidor. Origg. XII, 4.

z) Ad q. l., etiam a *Münt.* laudatum, cf. Schneider. idemque Amphib. Phyſiol. I. p. 79. et Heyn. ad Apollod. I. p. 455.

a) Perperam in nonn. edd. ſcribitur ἡσυχῇ.

b) Nub. 986. ἐν ἁμαξίοις διδάσκειν ἐντετυλίχθαι. *Bergl.* Inuoluit manum, ſerpentis morſum vitatura. *Gir.*

c) Hunc, vt de toto loco Meurſium, laudauit etiam *Hemſt.* de γαλῇ add. Schneider. ad Ael. N. A. 4, 14. et Camus ad Ariſtot. Hiſt. An. T. II. p. 119. f.

d) *Bergl.* ſubaudiri μοῖραν iubet. Alii μερίδα, ſed in multis ſor-

γῆν πολλήν. Acharn. 349. τῆς μαρίλης συχνήν. Dio Chryſoſt. Orat. VII. ſiue Euboica p. 105. Οἱ τὴν ἀργὴν τῆς χώρας ἐργαζόμενοι, *qui loca inculta colunt. Kuſt.* Attici in partitionibus vti ſolent Feminino, tamquam Neutro (fort. more Hebrr.) vt ſequatur Genitiuus nominum cum et ſine articulo, vt τῶν ῥυτίδων ὅσας 1052. τῆς δυνάμεως ἡ πλείστη Iſocr. Euag. 10. *copiae maximae.* πολλὴ τῆς ὁδοῦ Xen. Cyrop. 6, 2, 10. ὀρθοτάτη τῆς σκέψεως, Plat. Crat. 11. *e)* vbi vide. *Fiſch.*

ἔφλων. ἔφλω corrupte cod. Doru. adiecta interpretatione συνέτριβον, quod capiendum eſt: *dentibus commanducabam.* φλᾷν in Heſ. quoque συντρίβειν. *Hemſt.* In parodia Matronis Homerica apud Athen. IV. p. 135. Κύκλωψ ἔφλα *Cyclops mandebat f)*, ex emendatione Scaligeri, vt ibi Caſaub. Anim. p. 255. In Nub. 1372. κἄπειτα ἔφλα με, *inſultat mihi. Spanh.* Gloſſae: φλάω *contundo*, quo ſignificatu occurrit infra 718. Hoc autem loco ſignificat *edendo comminuere, conſumere.* Ita occurrit et Pac. 1307. Dicunt autem Grammatici φλᾷν et θλᾷν, *frangere*, vnum idemque verbum eſſe, ſicut θὴρ et φήρ, vnde Lat. *fera. Bergl.* Attici φλᾷν dicunt pro θλᾷν. v. Moeris [p. 392.]. Proprie eſt *tundere, contundere.* Deinde ponitur de iis, qui mandunt cibum, qui edunt ita vt diductis labiis imitentur ſonos porcorum mandentium *g)*. *Fiſch.*

695. μεσὸς eſt *ſatiatus*, et ἀνεπαυόμην *recipiebam me in torum et quiescebam. Fiſch.* Cod. Doru. ἐνεπαυόμην. *Hemſt.*

696. προσῄειν *h)*. Tertiae perſonae, vt 709. περιῄειν. Sic ᾔδειν Pac. 1182. vbi Schol. Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ᾔδει· ὡς

---

mulis neutrum intelligi poteſt. Itaque ellipſin repudiauit cum aliis Schaefer. ad Bos. p. 274.

e) Add. ad eum loc. Heindorf. p. 28. quosque ille laudat.

f) Legitur ibi vulgo, etiam in ed. Schweigh. II. p. 30. ὁ Κύκλωψ ἔφλει. V. ibi not. T. II. p. 450. f.

g) Significare etiam *vorare, auide comedere*, monet *Münt.*

h) Ita olim legebatur. Inu. enim e Rau. edidit: προσῇει γ'. Sed non ſatis intelligitur, quid ſibi hic part. γε velit. Grammati-

τό· ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσήκειν. Nimirum hic Plutì locus eſt quem ibi dicit. *Bergl.* Quod in cod. Doru. [vt in Borg.] legatur προσήκει, librario morem Atticorum ignoranti tribuendum eſt. Sed quid ſibi velit adſcripta interpretatio: οὐκ ἔγνω, non intelligo: nam de ᾔδει ne ſuſpicemur eum cogitaſſe, tum compoſitio verbi, tum Datiuus additus prohibent; quamquam Harpocr. ex Antiphonte proferat ᾔεμεν vel ἤειμεν, ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν, neque ita multum diſtent, quae notantur ab Etym. in ᾖσμεν p. 438. *Hemſt.* Plusquamperfecti ſingularis tertia apud Atticos exit in ει contractum ab εε, et ν in fine adſciſcit, ſequente vocali aut diphthongo: ſic πεποίθειν Nub. 1347. ᾔδειν Veſp. 635. et Pac. 1182. Prima autem in η ex εω contractum deſinit, ᾔδη, ἐκεχήνη aliaque. V. Etym. M. auctorem in ἐπεποιήκειν p. 386, 14. et Daweſium p. 231. Male in membr. προσήκει. *Brunck.*

697. ſ. γελοῖον δῆτά τι eſt *res ſane maxime ridicula*, qualis ſcilicet ſeruo videri poterat, non item homini ingenuo. Nam μέγα πάνυ ἀποπέρδειν eſt *crepitum admodum ingentem ventre reddere.* A verbo πέρδειν (vnde Lat. *pedere* eſt) differt βδέειν (693.) ita, vt hoc ſit *viſire*, ventris flatum ſine ſono emittere. *Fiſch.*

699. ἐπεφύσητο. Solus cod. Doru. ἀπεφύσητο, pronomine, quod verſum implet, omiſſo: quam addidit, melior interpretatio renititur huic ſcripturae; quae ſi probanda foret, oriri debebat a verbo ἀποφυσᾶν, abiecto, quod fieri nonnumquam ſolet, praeteriti plusquamperfecti augmento: hoc autem eius eſt ſignificationis, quae tam parum Ariſtoph. loco, quam explicationi Schol. conueniat: nam ventrem ſi dixeris ἀποφυσᾶν, idem erit fere quod ἀποπαρδεῖν. Verum Stephanus in Th. Gr. L. IV. p. 262. E. gravem in vulgaribus Lexicis committi errorem obſeruat, quando ex ἐπεφύσητο compoſitum ἐπιφυσᾶν finxerunt, quum ſit praeteritum plusquamperfectum verbi φυσῶμαι, non verbi ἐπιφυσῶμαι· idque non iniuria. Kuſteri Index Ariſt. ab hoc errore non eſt immunis. *Hemſt.* φυσᾶσθαι vſurpatur maxime de iis, quorum venter flatibus ita plenus eſt, vt tur-

---

ce ᾖειν in tertia perſona illuſtrauit *Gir.* add. *Fiſch.* Anim. ad Weller. II. p. 507. ſ. qui h. l. laudat Moer. in ᾖειν, vbi tamen Pierſ. p. 175. edidit ᾔδη, cuius nota conferri poteſt, et Gregor. Cor. p. 50. n. 58.

geat et tumeat, et flatus ventris ipſi dicuntur φύσαι. v. Foëſius Oecon. Hippocr. h. v. *i*). *Fiſch.*

700. ἦπου reddi poteſt *haud dubie, nimirum.* Gloſſ. vett. V. Heſych. et Timaeus Gloſſ. Plat., vt Eurip. Phoen. 391. Plat. Phaed. 35. cf. Deuar. p. 159. et Hoogeu. c. 21, 3. βδελύττειν propr. eſt, *facere vt quis viſiat; facere vt quid foeteat*, foetidum reddere; deinde *facere, vt quis perſonam remue foetentem auerſetur:* denique *facere, vt quis perſonam aliquam vel rem abominetur*, quamcunque aliam ob cauſam. Hinc Med. βδελύττεσθαι propr. 1. *viſire*, 2. *aluum exonerare*, (Heſ.), 3. *foetere:* deinde, *ſe auertere a perſona reue foetente, auerſari, perſonam, remue foetentem*, vt h. l. denique *auerſari abominari*, vt malum et improbum, v. Proluſſ. de Verſſ. Grr. p. 38. *Fiſch.*

701. Ἰασώ. Vna ex Aeſculapii filiabus, iuxta *Panaceam*, *Aeglen*, *Hygeam*, quarum facta eſt paullo ante in Schol. ad Comici verba mentio, vbi εὐπαιδα Aeſculapium vocat. Idem quoque de hac Iaſo aliisque Aeſculapii filiabus a Plinio traditur l. 35. c. 11. [ſect. 40. n. 31. Harduin.] vbi de pictore, qui Socrates vocabatur, eiusque picturis ait: Socrates iure omnibus placet. Tales ſunt cum Aeſculapio filiae, Hygia, Aegle, Panacea, Iaſo. Huius *Iaſo* dictae mentio fit in duobus antiquis et ſingularibus numis: quorum vnus ab Harduino adfertur in Opere de nummis Vrbium illuſtratis, in quo anguis e puteo emergens conſpicitur. Alterum vidi olim depictum in ſchedis Andr. Morelli, in cuius anterioris numi area erat caput imberbe cum diademate, in altera bos, circum ΙΑΣΩ, infra ΑΥΣ. *k*). *Spanh.* Conueniens filiae medici nomen ab ἰάομαι. Sicut Πανάκεια ab ἀκέομαι *ſano* dicitur *l*). *Bergl.* vid. Reineſ. ad Inſcriptt. Claſſ. 1. n. 114. p. 153. et Meibom. ad Iusiur. Hipp. c. 5. et 6. Ex adiecto pronomine τις neſcio quae cognoſcitur *impia* Carionis leuitas *m*). *Fiſch.*

---

i) Nimia pultis, quam vorauerat, copia ventrem ſibi inflatum eſſe dicit. *Münt.*

k) Cf. Raſche Lex. nūmism. II, II. p. 517. f.

l) a curandis omne genus (πᾶν) morbis. *Gir.*

m) Nimirum non ſatis intelligitur, cur has filias Aeſculapii commemoret, niſi ſuperſtitionis Athenn. ridendae cauſa.

Perperam ex Rau. libro edidit Inuern. *μέν γε τις ἀκολουθοῦσ' ἀ.* (vulgo *γε* deeſt); neque enim proceleusmatico iambi loco vtitur Ariſtoph. cf. Hermann. de Metr. p. 161. ſ. Recte ſe tribrachys habet.

702. *ὑπηρυθρίασε.* Theſaurus Steph. caret hoc compoſito *n)*. Verſum cod. Doru. interfecit: *ὑπερυθρίασε. (ἐνετράπη) χ' ἡ πανάκεια δὲ ἀπεστράφη (εἰς τοὐπίσω).* Particulae *δέ*, quae non inepte quadrat, conſultum fuerit, ſi ſcribas: *ὑπηρυθρίασε· χ' ἡ Π. δ' ἀ. Hemſt. ὑπηρυθρίασε* eſt, *erubuit:* rubor ora eius notauit, rubor ori eius offuſus eſt: quod eſt pudoris virginei ſignum. Nam part. *ὑπὸ* hoc in verbo eadem vis eſt, quae in *ὑποιειδιᾶν ſubridere* et aliis. *ἀπεστράφη auertit a me os, me auerſata eſt.* v. Heſ. in *ἀποστρέφεται. Fiſch.*

Πανάκεια. Alia e dictis modo Aeſculapii filiabus et cum *Iaſo* ſimiliter a Plinio h. l. memorata. Vt vero obuia voc. *Iaſo* origo ab *ἰᾶσθαι*, ſic huius quoque Πανακείας, ſeu quae omnium morborum curationem praeberet; nempe quae haberet parentem, iuxta Pind. Pyth. Od. 3, 13. *Ἄρωα, παντοδαπῶν ἀλκτῆρα νούσων.* Heſ. Πανάκεια, *θεράπεια. Spanh.*

703. *λιβανωτόν. εὐῶδες ὥσπερ ὁ λίβανος*, Cod. Doru. Scholiaſtae praeceptum de diſcrimine *λιβάνου* et *λιβανωτοῦ* communem vſum ſequutus neglexit. Diogen. L. VIII, 20. *ἡ διὰ λιβάνου μαντική*, quam *τὴν διὰ λιβανωτοῦ μαντείαν* vocat Porphyr. Vit. Pyth. 11. Nihil eſt cauſae, quod iam Menag. animaduertit, cur Rittershuſio ſubſcribas ex Porphyrio Diogenem emendanti. Qui ex thuris in ignem iniecti ſignis praeſagiebant, *λιβανομάντεις* Euſtathio ad Il. *ω*, p. 1346, 38. Poſteriores Graeci non tantum feminino genere *λιβάνη* et *λιβάννη*, ſed et neutro dixerunt *λίβανον πολύ*, quod eſt in *Malal.* Chronogr. p. 355. *Hemſt. λιβανωτὸς* apud antiquos ſcriptores ſemper ſignificat *thus*, fructus arboris thuriferae, quae arbor ab iisdem vocatur *λίβανος.* v. Heſ. V. *Λίβανος*, Phryn. p. 78. Sed ſcriptores recentiores nomine *λίβανος* vſi ſunt etiam de *thure.* v. Ammon. [p. 89. Valck.] et Tho. Mag. [p. 577. Bern.] et Albert. Obſſ. philol. ad Matth. 2, 11. et ad Heſ. T. II. p.

n) Neque Scottus in Append. Theſ. Steph. II. p. 1199. recepit.

470. et Ioh. Bodaeus a Stapel ad Theophr. Hiſt. plant. p. 976. τὴν ῥῖνα ἐπιλαμβάνειν eſt, *nares comprimere*, [quod facere ſolent, qui odorem foetidum auerſantur.] *Fiſch.* Diodorus Comicus apud Athen. VI. [p. 239. F. Caſ. p. 419. T. II. Schweigh.] Ἐὰν o) δ' ἀποπάρδῃ μετά τινος κατακείμενος Τούτῳ προσάγων τὴν ῥῖνα δεῖτ' αὐτῷ φράσαι· Πόθεν τὸ θυμίαμα τοῦτο λαμβάνεις; *Si autem pepederit cum aliquo accumbens, huic admouentem nares oportet dicere: vnde iſtud thus ſiue ſuffimentum accipis? Bergl.*

704. αὐτὸς δ' ἐκεῖνος; *Aeſculapius.* Heram interpellat ſeruus p), qui quoniam videt, eam ſcire velle, quomodo ſe geſſerit tum Aeſculapius; eam putare, Aeſculapium os tum auertiſſe ſuum, οὐ μὰ Δί', inquit, οὐδ' ἐφρ. h. e. *certe id ne curauit quidem* i. e. tantum abeſt vt nares compreſſerit, vt ne os quidem auerterit. *Fiſch.* οὐ μ. Δ. οὐδ' ἐφ. Eadem in Ran. 430. (433.) *Bergl.* Paulo plenius, quam omnes edd., cod. Doru. οὐδέ γ' ἐφρ., quod ego, ſi plures membranae confirment, neutiquam ſpreuero. *Hemſt.* At metrum prohibet.

705. Λέγεις etc. Citat Tho. M. [p. 8. Bern.] vbi ſimul docet differentiam, quae apud Graecos inter ἄγροικος et ἀγροῖκος intercedit [et h. l. interpretatur ἀνάισθητον] *Kuſt.* ἆρα. Eum accentum et interrogandi notam offerunt Edd. In Cod. Doru. ἄρα ſignumque in fine verſus poſitum orationis rectae: ex libro vetere poſterius, prius ex Edd. adſumſi. *Hemſt.* At metrum requirit tribrachyn, et poſt verba τὸν θεόν, ipſa animi feminae affectione iubente, ponenda eſt puncti nota. Ἀγροῖκος, auctore Ammonio, eſt ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν, *is, qui ruri habitat, ruſticus*, ἄγροικος autem ὁ σκληρὸς τοὺς τρόπους, *qui eſt moribus agreſtibus et duris.* Idem praecipitur a Polluce IX, 12. Ego hanc vocab. vtriusque differentiam vanam eſſe arbitror. Scilicet, vt Attici γέλοιος dixerunt, reliqui Graeci γελοῖος (v. Moeris p. 109. nam natura et ingenium dialectorum etiam ſpirituum et accentuum diuerſitate cenſetur): ita ἀγροῖκος, Attice ἄγροικος, ſignificat 1. *ruſticum*, eum, qui ruri habitat, 2. eum, *qui ingenio, iudicio, moribus et vita refert ru-*

o) Ita nunc ibi editum eſt pro vulg. ἐκπιδάν.

p) Volebat dicere: quomodo deus hoc accepit.

ſticum, imperitum, inhumanum. v. Theophr. char. 4. Timaeus Gloſſ. Plat. [p. 13. ed. ſec. Ruhnken. qui cfr.] Opponitur τῷ ἀστείῳ, quo vocab. et is, *qui in vrbe habitat*, et is, e cuius dictis, iudiciis, factis elucet humanitas quaedam, elegantia, peritia, indicatur. H. l. hera Carionis Aeſculapium oſtendit eſſe ἄγροικον, quia hauſerat naribus odorem foetidum. *Fiſch.*

706. Παρ' ὑπόνοιαν dictum. Carion videbatur corrigere velle, quod dixerat μὰ Δί' οὐκ ἔγαγε ſcil. λέγω ἄγροικον εἶναι, ſed deterius crimen ei impingit. Proditum eſt memoriae, Hippocratem rei medicae vsque adeo fuiſſe ſtudioſum, vt aegrotorum etiam retrimenta guſtarit, quo morbi naturam inde perſentiſceret. Hoc tamen nonnulli Aeſculapio tribuunt, quos inter apparet Ariſtophanem fuiſſe, qui tamen hoc nomen in medicos omnino torquet *q)*. *Gir.* Σκατὸς in Schol. dicitur heteroclita declinatione Genitiuus voc. σκώρ. Apud Athen. VIII. p. 362. adducitur Sophronii verſus, vbi inter alia legitur: τὸν θάλαμον σκάτους ἐνέπλησαν. Feſtiue hic adludi a Comico ad turpia ſubinde medicorum officia, opportune monuit Daceria. *Spanh.* σκατοφάγος vi originis notat *merdiuorum*, in Gloſſ. vett. dicitur *cibicida* (nam ſic leg. pro *ciuicida*) h. e. vorax: quo verbo Lucilius vſus eſt. v. Nonius Marc. 2, 148. Nam homines voraces nec merdam faſtidire dicuntur. H. l. Aeſculapius ita dicitur, quia eſt medicus. Medici enim non modo facile ferunt odorem excrementorum, ſed coguntur etiam ſaepe aegrotorum excrementa ita naribus et ori admouere, vt veſci iis velle videantur. Sic neceſſe non eſt dicere, poëtam reſpexiſſe ad *boues Cyprios*, qui contra tormina excrementis hominum ſibi mederi conſueuerint. V. Plin. H. N. 28, 20. vnde natum eſt prouerb. βοῦς Κύπριος de κοπροφάγῳ et ἀνκισθήτῳ. v. Diogenian. 3, 49. Append. Vat. 1, 11. Apoſtol. Prou. 5, 66. Suid. Heſ. Ad boues *Boeoticos* reſpici ait Schol., ſed aut memoria eum fefellit, aut pro Βοιωτοῖς reponendum Κυπρίοις. αἴ' τάλαν eſt, o *impie*, o *ſcelus* (684.). Nam part. αἴ' vtuntur ii, qui aliis aliquid exprobrant. *Fiſch.*

707. Vulgo legitur profligato metro:
Μετὰ ταῦτά γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην.

q) Recte locum ita explicuiſſe Girardum, Kuſt. cenſet.

In eo tantum differt B. quod ταῦτα δ' habet. Membr. μετὰ ταῦτ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην. Meus: μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς συνεκαλυψάμην r). Quod nec suaue est nec rotundum, quum in senariorum legem peccet, dactylo quartam sedem tenente: sed inde procliue erat veram lectionem restituere, [Μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς ἐνεκαλυψάμην. in textis Br. receptam] quam demum confirmat codex C. In eo eadem est scriptura, quae in membranis s): sed verbi συνεκ. primis syllabis superscriptum ab eadem manu ενε, quod nostrum dat ἐνεκαλυψάμην. Hoc autem composito poëtam hic vsum fuisse, praeter metri rationem sermonisque proprietatem t), manifesto ostendit v. 714. vbi hera dicit, ὃς ἐγκεκαλύφθαι φῄς, non vero συγκεκαλύφθαι. Nubb. 11. ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι. 735. οὐκ ἐγκαλυψάμενος — φροντιεῖς. *Brunck.* συγκαλύπτεσθαι *Fisch.* explicat, *caput suum amiculo*, pallio, *contegere*, quum ἐγκαλύπτειν et συγκαλύπτειν sint, caput alterius contegere. v. Dresig. V. M. 1, 66.

708. f. ἐκεῖνος *Aesculapius.* περιϊέναι ἐν κύκλῳ v) dictum vt 679. περιέρχεσθαι ἐν κύκλῳ. πάντα pertinet ad τὰ νοσήματα. σκοπεῖν est *visere*, *inuisere*, et τὰ νοσ. σκοπεῖν est *aegrotos visere*, vt videas, quo morbo eorum quisque laboret. περιϊέναι πάνυ κοσμίως *obire gradu admodum com-*

---

r) Ita reiecto γ' vocalium ordinem inuertit cod. Doru. neque diffiteor, id suauius mihi videri ac rotundius. *Hemst.* quem *Br.* notat. Assensit Hemsterhusio *Fisch.*

s) Cum membr. consentit Borg. sed proxime ad emendatam scripturam accedit Rau. μετὰ ταῦτ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν ἐνεκαλυψάμην, quam tamen lectionem Inu. non debuerat in ordinem recipere, quia metro aduersatur.

t) Ob hanc vtramque rationem, quia dactylus (quem vulg. habet) in quarta sede ferri nequit) et συγκαλύπτεσθαι apud Atticos poëtas non similiter vsurpatur, Dawesius M. Crit. p. 209. correxit: μετὰ ταῦτά γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν ἐνεκαλυψάμην. Sed offendit ita tribrachys anapaestum excipiens. Contra Dawesium συγκαλύπτεσθαι et ἐγκαλύπτεσθαι promiscue adhiberi affirmat Doru. ad Char. p. 274. f. cuius tamen vsus nullum ex poëtis Atticis attulit exemplum monente Burgessio in App. ad Daw. p. 467. Locum autem Doru. ita correxit, vt Br. edidit. et vitii causam refert ad male repetitam vltimam litteram voc. εὐθύς.

v) Metro aduersante Inu. e Rau. δὲ κύκλῳ. Restituendum, quod in omnibus aliis libris fuit: δ' ἐν κ.

posito et placido. Fisch. περιῆει. Nulla hic erat ratio cur scriberetur [quod vulgo editum legebatur] περιῆειν, sequente consonante. Hoc quidem edidit Aldus: at melius Bern. Iunta περιῆει, licet supra dedisset προσῆειν. Sic etiam tres codd. In B., quae primum omissa fuerat litera ν, superne addita fuit postmodo. *Brunck.*

710. ϑυείδιον. Ad h. l. respexit Pollux X, 103. τὴν δὲ ϑυείαν καὶ ϑυείδιον εἴποις ἄν, κατὰ Ἀριστοφάνην ἐν Πλούτῳ. *Kust.* Cod. Doru. similiter atque omnes libri vett. in Poll. X, 103. *x*). ϑυΐδιον habet, addita, quam Grammatici solent, interpretatione ἴγδιον· de vtroque quae diximus ad Pollucem, in nostris ad Plutum Adnotatt. expoliemus. Nunc monere satis erit, non solum ϑυείαν et ϑυΐαν quae scribendi varietas itidem in hoc arboris odoratae nomine deprehenditur, ϑυείδιον et ϑυΐδιον, verum etiam ϑυΐς, ϑυΐδος, vsurpari: rariorem formam Democrates adhibuit ap. Galen. de Antid. II. Πάλιν λέκνον, ὡς γενέσθ' ἓν φάρμακον, Ἐκ τῆς ϑυΐδος εἰς ὑαλοῦν ἀγγεῖον· paucis ante versibus praecesserat: — εὖτριπτον εἰς ἴγδιν βαλὼν Λέκινε τῷ δοΐδυκι — Suidam vitiatus codex decepit, quum referret in Lexicon: Αἰϑυια *y*), ἡ ἴγδη· scribendum erat: Ἡ ϑυία, ἡ ἴγδη. *Hemst.* ϑυείδιον est *mortarium*, quod ab Hippocr. et aliis vocatur ἴγδη. Nam deminutiuum habet vim primitiui, vnde 719. dicitur ϑυεία. v. Prolusi. nostr. de Vit. Lex. N. T. p. 12. παῖς est i. q. δοῦλος, Sch. cod. Doru. *Fisch.* Vt Lat. *puer. Girard.*

711. δοΐδυξ significat et *cochleare* et *pistillum*. v. Gloss. vett. et Hes. H. l. *pistillum* significat *z*) h. e. instrumentum, quo res pisuntur, i. e. tunduntur, in mortario. Nam 718. f. Aesculapius in mortario dicitur contudisse et triuisse capita allii. κιβώτιον est *cistella, arcula, scrinium*. κιβωτοὶ enim erant ligneae, fere tiliaceae, sed κίστας vimineae; in κιβωτοῖς asseruabantur vestes, pecunia,

---

x) Etiam codd. Inu. ϑυΐδιον et 719. ϑυΐα. Retinuit tamen ille vtroque loco vulgatum.

y) Idem vitium, satis antiquum, etiam Zonaras retulit in suum Lex. T. I. p. 79. Habet idem ϑυΐδιον p. 1065.

z) Ita etiam *Cir.* censuit, qui vtramque voc. significationem attigit.

etiam medicamenta *a)*, vid. 718. ff. ſed in κίσταις recondebantur cibi. v. Ind. Theophr. V. Κιβωτός. *Fiſch.*

712. Hera putabat, certe ſimulabat ſe putare, appoſitum λίθινον non tantum ad mortarium et piſtillum pertinere, ſed etiam ad arculam quam ſciret eſſe ligneam, vt reprehenderet Carionis leuitatem, qui non vſus eſſet oratione perſpicua, prae nimio ſtudio *b)*. *Fiſch.* γε (in τόγε) in Cod. Doru. omittitur, inuito metro. *Hemſt.* Verſus hic ita friget, vt praeeunte cod. Rau. omitti eum malim.

713. ἑώρας. In B. et C. ἑώρακας. Vt hic ea commutata fuerunt, ſic etiam Thesm. 32. admodumque probabile eſt, graſſatam fuiſſe etiam librariorum libidinem in verſu hui. fab. 98. *Brunck.* Add. Daweſ. M. Crit. p. 202. 313. — ὦ κάκ. ἀπολούμενε *digne, qui miſerrime pereas*, i. e. *ſceleſtiſſime*, ſcelus. *Fiſch.*

714. Ὅς. Cod. Doru. ὡς, interpretatione adiecta: καὶ κεκαλυμμένος εἶναι λέγεις· poterat aliquis color induci; ſed nihil eſt cauſae, cur planiſſimam, quae vulgatur, lectionem faſtidiamus. *Hemſt.* τριβώνιον eſt *pallium detritum et lacerum, obſoletum, pannoſum.* Schol. melius explicat quam Heſ. ſed apud hunc τετριμμένον e nomine τριβώνιον intelligendum. Add. idem V. Τρίβακον, vbi etiam ad ἱμάτιον intell. τετριμμένον. Nam τρίβακος eſt *obſoletus, pannoſus*, Gl. vett. *Fiſch.*

715. ὀπὰς etc. *erat plenum foraminum*, foraminoſum. *Fiſch.* μὰ hic negatiuum eſt; refertur enim ad praecedens οὐκ ὀλίγας. — ὀπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας, οὐ μὰ Δία. Sic v. 400. οὐ τῷ μεταδοῦναι; οὐ μὰ Δία. Negatio vtroque in loco omiſſa e praecedentibus adſumenda eſt. *Brunck.* At quidni ad omnem ſententiam, et ſingulatim ad εἶχεν ὀπὰς referatur?

---

a) Etiam linteola, faſciolae et inſtrumenta curando vulneri neceſſaria. *Gir.*

b) Praemiſit enim Cario λίθινον pluribus ſubſtantiuis deinceps ſequentibus, quorum duobus tantum conuenit, *Münt*, qui ſequentia ita accipit: Cario ratus interrogari ſe de θυειδίῳ reſpondet μὰ Δία ſc. παρέθηκε λίθινον, tum abſurditatem et dictum corrigens ſubdit: οὐ δῆτα οὐχὶ — *non ſane, non* παρεθ. κιβ. λίθινον.

716. Πρῶτον. Post morbos et mores aegrotorum cognitos primum se conuertit Aesculapius ad Neoclidem, qui reliquis exemplo esset, impios homines inuisos esse diis, nec eos se diis posse impune offerre. *Gir.* τῷ Νεοκλείδῃ. Versum onerauit cod. Doru. particula superuacua τῷγε, quae seruari nequit, nisi proprio nomini syllabam detrahas, Νεοκλεῖ. Νεοκλῆς autem nihil impedit, quo minus dicatur idem qui Νεοκλείδης, eiusque moris apud Graecos exempla dedimus ad Lucian. Tim. p. 157. Huc confugiendum foret, si part. γε plurium librorum auctoritate niteretur; nunc vnius codicis in gratiam necesse non est, vt antiquae lectioni controuersia moueatur. *Hemst.* φάρμακον (quod et bono sensu dicitur, *medicamentum*, maxime *purgans*, et malo, *venenum*, cicuta, sed tum fere additur θανάσιμον, ὀλέθριον, v. ad Plat. Phaed. 1, 2.) h. l. bono sensu positum esse, res ipsa declarat. Sunt autem φάρμακα bono sensu, triplicis generis *c*), alia bibuntur (ποτά, πιτά), alia sunt liquida et adhibentur sic, vt membra corporis iis vngantur et perfricentur (πασά, χριτά, ἐπίπασα, ἐπίχριτα), alia sunt crassiora, et illinuntur, imponuntur (πλατά, καταπλατά). φάρμακον καταπλατὸν *d*) igitur est medicamentum quod *illinitur* (vt h. l.) vel *superponitur*, vno verbo *cataplasma*, collyrium in morbis oculorum. *Fisch.*

717. ἐνεχείρησεν. Bene in Schol. haec lectio alteri praefertur, quae habet ἐνεχείριτε et ob rationem ibidem indicatam. Hes. ἐνεχείρησε· προὔθηκεν. *Spanh.* coepit, Glossae: ἐγχειρῶ, *conor*. In Ach. 354. ἐγχείρει λέγειν, *incipe dicere*. V. Nub. 717. *Bergl.* MS. Arundell. ἐνεχείρησ' ἐντρίβειν, sed repugnante metro. *Kust.* Fuisse, qui scribi vellent ἐνεχείριτε, quasi Neoclidae terendi, quod oculis illineret, medicamenti curam Aesculapius delegasset,

---

c) Eadem Girard. docuit.

d) Quod illini potest, vt fiat emplastrum. Sic χριτὸν ad vngendum aptum, ποτὸν s. πιτὸν s. πιτικὸν, vt πιτικὴ νάρδος in Euangelio [Marc. 14, 3. Ioh. 12, 3.] ad bibendum. V. etiam notata Barnesio ad Eurip. Hipp. 515. *Bergl.* Pollux IV, 181. καὶ φάρμακον καταπλατόν, κατὰ Ἀριτοφάνην. Respexit vtique ad h. l. Comici. Caet. φάρμακον καταπλ. non est medicamentum *vnctorium*, vt interpres Lat. vertit (id enim χριτὸν Graeci vocant), sed potius id, quod *emplastrum* vulgo vocare solemus. *Kust.*

nonet Scholiaſtes, eosque iure refellit. In cod. Doru. rioribus eius verbi litteris ſuperſcriptum eſt ἐπε (ἐπεχείρησε) ſiue illa fuerit explicatio, ſiue ex alio exemplari deromta lectio diuerſa. *Hemſt.* Per periphraſin dictum eſt ro ἔτριψε, *triuit*, compoſuit terendo, et Dat. Νεοκλείδῃ quem Grammatici Datiuum commodi vocant) pendet a τρίειν. ἐμβαλὼν nempe in mortarium. *Fiſch.*

718. σκορόδων κεφαλαὶ τρεῖς Τηνίων. Nempe quod ait libi Noſter Veſp. 677. Οὐδεὶς οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ψηττοῦσι δίδωσι — τρεῖς ἀγλῖθας μετέπεμψα, vbi per τρεῖς γλῖθας *tria*, quorum fit hic etiam mentio, *allii capita* degnari, vel e Scholiis ad eum locum et ad alterum praerea Acharn. 764. conſtat, vbi ἀγλῖθες, αἱ κεφαλαὶ τῶν κορόδων· quod in Scholiis Nicandri, et qua de re infra, ad ictum Acharn. locum ſimiliter traditur. Alibi vero apud Noſtrum, ſicut Eqq. 942. legas verbum ἐσκορόδισας pro, *allorum odore impleuiſti*, et 492. ἐσκοροδισμένος eodem ſenu. Quod vero adtinet illa *Teniorum allia*, in Schol. otatur, ambiguum videri, an inde ita dicantur, quod noii eſſent in hac inſula ſerpentes et ſcorpiones, vt inter lios tradit Eupolis: an vero, quod eadem alliis abundaret, t hoc euincit de hac inſula Calliſtratus, vnde videatur inus verum, *Tenum* ὀφιόεσσαν ſ. *ſerpentiferam*, ab Animacho appellari. Eadem nempe inſula, vt ſtatuere liet, inde *alliis* et *ſerpentibus* ferax iisdem Criticis haud idebatur, quod nempe iuxta Plin. H. N. XX. c. 6. allium erpentes abigit et ſcorpiones odore; idemque a Simeone ethi, libro de alimentis, adſeri tradit ibi Harduinus. Quo eferas, quod ſerpentes omni auſteritate fugari tradit Paladius [I, 35, 11. p. 49. T. III. P. I. Scriptt. R. Ruſt. ed. chneid.]. Vt omittam, quod a vipera morſis prodeſſe *alium* dicit Sotion Geopon. XII, 30. Verum quae haud bſtant vtique, quin hanc inſulam *Tenum* vere Ophiuſſam ſerpentum copia dictam olim ſtatuamus. Quod praeter upolidis teſtimonium a Plinio praeterea et Stephano, vt libi pridem vidimus, tradi conſtat; eamque *Tenum*, *Ophiuſae* nomine appellatam, vti quasdam alias inſulas, *Rhodum*, *Cyprum* et e Cycladibus itidem *Cythnum*. Neque eo minus *alliis* abundare potuit haec inſula, vt hic Comici locus, aliusque Calliſtrati in Schol. omnino arguunt: immo hinc *allia* in eadem magno prouentu fata, quo eorum odore ſerpentes ex ea fugarentur, indeque fa-

ctum fortaſſis, vt minor ſerpentum et ſcorpionum copia i illa deinde fuerit. *Spanh.* σκόροδα ſane non ſunt ἤπι φάρμακα *e)*. nec mitius collyrium eſt, quod eidem Neocl di praeſcribitur Eccleſ. 405. σκορόδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ etc *Tenos* eſt inſula inter Cycladas *f)*. *Bergl.* σκόροδα (re centiores Graeci dixerunt σκόρδα) ſunt *allia*. Eſt auter allium aliud ſatiuum et *hortenſe*, aliud *ſylueſtre*, ἄγρι quod etiam ὀφιοσκόροδον dicitur, non quia odore abigit ſer pentes, ſed quia caules et folia ſerpentariae modo maculo ſa habet. v. Geopon. XII, 30. et Theoph. Hiſt. Pl. VII, 4 ibique Stapel. p. 790. ſ. κεφαλαὶ σκορόδων ſunt *capita allio rum*, *ſpicae*, quae a Sereno Sammonico de compoſ. medic v. 52. *allia* vocantur. Tenos, maris Aegaei inſula, videtu allii fuiſſe feraciſſima eiusque peracris. Non autem e verbi Schol. colligi poteſt, eum pro σκορόδων legiſſe ὄφεων, qua lectio fuerit alterius Pluti, vt Hemſt. opinabatur. *Fiſch* De φλῆν vid. ad 694.

719. Idem omnino de medicamento vnctorio, quo ſa nauit male adfectas lippi huius Neoclidae palpebras Aeſcu lapius, nempe *alliis* vna cum *laſere* ſeu *ſilphii* ſucco com mixtis tangit Comicus in Conc. 404. 406. *Silphium* cae teroquin ſeu *laſer* inter potiſſima veterum condimenta ha bitum conſtat ex pluribus vett. Comicorum ap. Athen. lo cis, vt I. p. 6. II. p. 68. IV. p. 169. ſ. XIV. p. 623. im mo ex hoc ipſo Comico Au. 536. et 1580., vt de *Cyrenai co ſilphio* omnium praeſtantiſſimo et de quo alibi *g)* egi mus, iam nihil dicam, quod Βάττου σίλφιον infra v. 926 hui. fab. dicitur. *Spanh.* συμπαραμιγνύειν *h)* eſt *admi ſcere*, *addere*. ὀπὸς etſi omnino *ſuccum*, inprimisque la cteum plantarum, vulnere quodam laceſſitum, ſignificat *i)*

---

e) Alliorum ſuccum in oculos coniecit, quod illorum acrimo nia oculorum aciem perſtringat. *Gir.*

f) Hodie *Tine* appellatur. Cf. de ea *Riedeſel* Bemerkunge auf einer Reiſe nach der Levante p. 48. ff.

g) Diſſ. de praeſt. et vſu num. T. I. p. 298. ff.

h) De forma hac, pro qua antiquiores poetae alteram συι vſur pabant, v. Porſon. ad Eurip. Med. 744.

i) ὀπὸς eſt humida vis, quae folia ramis adglutinat, hinc lacrym

amen ſimpliciter ita vocatur, etiam ab Hippocr., *ſuccus*, ac, *laſeris* ſ. *laſerpitii*, ſ. *ſilphii*, (Meiſterwurz) maxi- neque Cyrenaici, vtpote praeſtantiſſimi. v. Gloſſ. vett. Galenus gloſſ. Hippocr. [p. 536. ed. Franz.], Foëſius Lex. Hippocr. [p. 458.] et Stapel. ad Theophr. Hiſt. plant. 6, 3. p. 591. Sed de ipſo ſilphio ſ. laſere v. Dioscor. 3, 94. vbi ὀπὸς — ἔτι δριμὺς — ὀξυδερκίας ποιητικός· ex quo intelligitur, cur Aeſculapius adhibuerit iſtum ſuccum in curandis Neoclidae oculis. Vnde ap. Plin. 18, 30. *acetum laſerpitiatum. Fiſch.*

720. σχῖνος eſt vel *lentiscus* (Maſtixbaum) de quo vid. Dioscor. 1, 98. vel *ſcilla* (Meerzwiebel), de qua v. Dioscorid. 2, 202. et Theophr. Hiſt. plant. 7, 12. ibique Stapel. p. 874. ſſ. a quo forma eius exhibetur. Et de ſcilla quidem ab Atticis vſurpatur. v. Salmaſ. de Homon. Hyl. iatr. c. 8. H. l. intelligitur *ſuccus*, lac, *ſcillae*, quia praecedit ὀπός. Nam Dioscorides ſcillae tribuit δύναμιν δριμεῖαν, et Plin. 19, 5. eam *natam* ait *aceto exacuendo*; vnde apud veteres nobile fuit *acetum ſcillinum* ſ. *ſcilliticum k). Fiſch.* Male Scholiaſten ſequutus per *ſcillam l)* hoc voc. σχῖνον reddit interpres, e qua nempe μαστίχην fieri obſeruat Theophr. Hiſt. Pl. l. 1. c. 1. p. 169. Dioscor. 1, 150. Plin. XII. c. 17. Immo e quibus Dioscorides eamdem inter alia ad oculorum ſ. palpebrarum aegritudines conducere obſeruat: ἀνακολλᾷ καὶ τρίχας ἐν ὀφθαλμοῖς. *Spanh.* [qui vtramque ſignific. voc. σχῖνος confudit.]

ὄξει διέμενος ΣΦ. Ab Athenaeo L. II. c. 26. p. 67. locum hunc Comici citari iam monuit Biſetus. Significat autem διέμενος *perfundens*, a δίημι, quod idem eſt ac διαίνω. Euſtath. ad Il. Υ, p. 1312. τὸ ῥῆμα δίω, ἀφ' οὗπερ οὐ μόνον τὸ διαίνω, ἀλλὰ καὶ δίημι· οὗ μετοχὴ παθητική, διέμενος, ὡς τιθέμενος. Ἀριστοφάνης· διέμενος ὄξει ΣΦηττίῳ. ἦγουν ὑγράνας δι' ὄξους δριμέος. Ap. Athen. l. IV. c. 21. [T. II.

---

cuiusuis arboris; inde frequentiſſime pro radice ſilphii ponitur. *Gir.*

k) v. Columell. de R. Ruſt. XII, 34. et Schneid. Ind. Scr. R. Ruſt. V. *Scilla.*

l) Ita etiam *Gir.* interpretatus eſt, et mordacis atque amarulenti ſucci eſſe monuit.

p. 161. Schweigh.] in fragmento Alexidis occurrit διειμένο ὄξει, σιραίῳ χρωματίσας vbi paſſiue ſumitur. *Kuſt. m)* Apud Athen. l. II. p. 67. additur ſimul Didymi, quae etiam hic in Schol. legitur, huius loci expoſitio; quod nempe ὀξεῖς οἱ Σφήττιοι *acuti homines fuerint Sphettii.* Quamquam nihil obſtet, vt inter laudata *aceti* genera, ſicut commendatum ibi *Aegyptium* et *Cnidium*, ita etiam Atticum illud *Sphettium* haberetur. *Sphettus* autem, vt notum, vnus ex Atticis δήμοις ſ. *pagis.* Vt vero *aceto* illo *Sphettio* ac *laſere* ſ. *ſilphio* conſperſum id vnguentum, quo perfricarentur Neoclidis palpebrae, hic dicitur; ita inter condimenta inuicem mixta coniunguntur eadem Auu. 536. σίλφιον, ὄξος, καὶ τρίψαντες· et ſimiliter inter bulborum condimenta a Philemone ap. Athen. II. p. 64. ὄξος, σίλφιον. *Spauh.* διέμενος Aor. 2. Med. ab Act. δίημι. Gloſſ. vett. δίημι *madefacio* humore alieno; item δίεμαι *humecto* liquore meo. Σφηττὸς fuit *vicus*, vel *opidum*, Atticae, etiam nomen pagi et populi. v. Meurſ. de pop. Atticae h. v. p. 126. ſſ. Incolae Sphetti fuiſſe dicuntur mordaciſſimi, vnde ὄξος Σφ. putatur dictum eſſe *acetum praecipue mordax et acre.* v. Heſ. in Ὄξος Σφήττιον, et Athen. II. p. 67. *Fiſch.*

721. κατέπλασεν *n).* Sic quatuor codd. recte. Vulgo κατέπλασσεν. Geminationem iſtam literae σ non admittit Attica ſcena. Vt autem eſſet temporis imperfecti, ſcriptum oporteret κατέπλαττεν. Quia praeceſſit ἔφλα, minime neceſſe eſt, ſequens verbum in eodem eſſe tempore: praeceſſerat enim iam antea Aoriſtus ἐνεχείρησε. Sic ſolent vbique, non ſine quadam venuſtate, tempora permutare. *Brunck.* καταπλάσσειν eſt *oblinere*, nempe medicamento quod Aeſculapius compoſuerat (716. f.) vnde 724. Neo-

---

m) Bergl., qui partem horum e not. Kuſt. repetiit, addidit tantum e Gloſſ. δίεμαι, *humecto.*

n) Ita cod. Doru. ſed praeceſſit ἔφλα. *Hemſt.* Nempe virum doctiſſimum fefellit, iliusmodi verba apud Atticos temporis eſſe tam acriſti quam praeteriti inſecti. Et profecto ſi paulo altius rem repetiiſſet, verbum ἔφλα ipſo hoc in loco aoriſtum accipi debere, ex altero, quod in verſu proxime praecedente exſtat ἐνεχείρησε, vix potuiſſet non ſentire. *Dawes.* M. Crit. p. 86. (vbi ſtructura part. ἵνα cum optat. poſt aoriſtum illuſtratur). Inu. etiam κατέπλασεν edidit.

clides dicitur καταπεπλασμένος *oblitus* vnguento. Accuſ. βλέφαρα pertinet ad vtrumque verbum, et ἐκτρέφειν τὰ βλέφαρα eſt, *inuertere palpebras*, vt ἐκτρέφειν ἱμάτιον *pallium tritum de integro reficere, ſerſis pannis.* v. Caſaub. ad Theophr. char. 22. extr. ὀδυνᾶσθαι eſt *dolere* o). *Fiſch.* Pro ὀδυνῷτο B. *Crat.* ὀδυνῴτο, B. *Gel.* ὀδύνατο, accentu perperam poſito, qui in ceteris edd. recte ſe habet. *Hemſt.*

723. ἀνάξας. Perperam vulgo ἀναΐξας. *Brunck.* Ed. Farr. ἀνέξας, vnde ἀνῄξας lego. *Bergl.* [qui fortaſſis ſcribi ἀνάξας voluit.] ἀΐσσειν et omnia verba inde ducta dicuntur de iis, qui rapide feruntur, ruunt, labuntur, mora ſerpentum, vt ἐξαΐσσειν 733. ὑπαΐσσειν Hom. Il. β, 310. ἀναΐσσειν igitur commode reddi poteſt *exſilire* de ſtragulis. ἔφευγε autem verti debet: *aufugere volebat*, ob v. 724. *Fiſch. fugam moliebatur, Münt.*

724. ἐνταῦθα νῦν κάθητο. Sic ap. Hom. poſtquam Vlyſſes Irum probe contuderat plagis, dicit: ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο [Od. XVIII, 105. cf. XX, 262.]. Et ap. Aeſch. in Prom. 82. ille, qui Prometheum affixerat Caucaſo Scythio, dicit ad eum: ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε· quem imitatus eſt Comicus Theſm. 1030. vbi Scytha dicit ad Mneſilochum, quem cruci affixerat: ἐνταῦθα νῦν οἰμώξει. *Bergl.*

725. ἐπομνύμενον. Variae ſunt in Schol., neque vnius Grammatici, huius loci expoſitiones, quas attigit Daceria, et quibus aliam adhuc praefert. Neque certe alius videtur horum verborum ſenſus, niſi quod lippus hic Neoclidas et qui inde ad Aeſculapii opem, quo ab ea lippitudine liberaretur, confugerat, ita acribus ac dolorem intendentibus medicamentis ſit ab eo vnctus, vt in concionem Athenn., quod in perniciem ciuium fieri ab eo conſueuerat, prodeundi facultas ei non foret: atque effeciſſe Aeſculapium ne deierante eodem Neoclida, ſe morbo impediri ne concionibus intereſſet, periurus haberi deinceps poſſet. Quo nomine etiam continuo, vt *amans vrbis* ac *ſapiens* laudatur ab Athenienſi muliere hic deus. Sic ἐπόμνυμι pro ſimplici ὄμνυμι adhibet Eurip. Herc. Fur. 97. ἐπώμοσ'

o) Omnia medicamenta, ex quibus Aeſculapium cataplasma confeciſſe poëta fingit, erant acerrima, vt oculis hominis acerbum dolorem afferrent. *Münt.*

(iurauit) αὐτοῦ βίον ἀποδρήξειν θανών. *Spanh.* Et locus difficilis est, et Schol. aliique, qui de discrimine verborum *ἐπωμοσία, ὑπωμοσία* etc. scripserunt, ipsi etiam inter se dissentiunt. Schol. *ἐπομνύμ.* exponit *ἐκκαλούμενον.* Hoc quid sit, non adsequor. Videtur de vocatione in ius intelligere, vt apparet ex illis: *ἐκκαλοῦνται δὲ εἰς τὸ δικαστήριον πολλάκις.* At ita intermedia illa: *ἐπωμοσία δέ ἐστιν, ἣν ἐπιδίδωσιν ὁ βουλόμενος ἀντειπεῖν ψηφίσματι εἰσφερομένῳ,* non suo loco posita fuerint, et *ἐκκαλούμενον* cum his, quae post ea, quae posui, subiiciuntur, nempe *ἐκκαλοῦνται δὲ* etc. coniungenda. Iam quod hic *ἐπωμοσίαν* vocat Schol., Pollux *ὑπωμοσίαν* dicit VIII, 6, 44. et 56. (*ὑπωμοσία δέ ἐστιν, ὅταν τὶς ἢ ψήφισμα ἢ νόμον γράφοντα γράψηται ὡς ἀνεπιτήδειον· τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαι λέγουσι, καὶ οὐκ ἦν μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ γραφὲν, πρὶν κριθῆναι, κύριον.* Aliter Harpocr.: *ὑπωμοσία· τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην προφάσει χρώμενον ἀποδημίας ἢ νόσου, ἢ τινι τῶν* (Gronou. e Mſ. *χρωμένους ἀποδημίᾳ ἢ νόσῳ ἢ τινι τῶν*) *παραπλησίων, μεθ' ὅρκου οὕτως ἐλέγετο· καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι.* Adfert deinde testimonium Demosth. in Olympiod. quocum consentit Vlpian. in Midian. p. 341. adde locum Demosth. adu. Olympiod. ap. Iungerm. ad Poll. 8, 6, 56. Pollucis autem sententiam firmat locus Xenoph. Hellen. I. p. 452. *p)* *ὑπομοσαμένου δὲ Μενεκλέους* etc. Leunclau. *interposito iureiurando dilationem petente Menocle.* At non tam dilationem petebat Menecles, quam *παράνομον, ἄδικον, ἢ ἀσύμφορον* illud *ψήφισμα* esse dicebat. Attamen etiam Budaeus ita interpretat a Comm. L. Gr. p. 42. Sed Vales. ad Harpocr. *ὑπωμοσία* ita vt Pollux. Sententia porro Comici non minus mihi obscura est. Schol. *ἐπομνύμ.* varie exponit. Constantinus scribit, nonnullos accipere pro *ἐπιορκοῦντα,* idque Budaeo non displicuisse, vt sit *ἐπομν. ἐπὶ κακῷ coniurantem.* Ipse exponit: *vt te a concione*

---

p) I. 7, 38. vbi Morus, probante Schneid., verba graeca reddit: iudicium, rem comperendinante interposito iureiurando. Sturzius in Lex. Xen. IV. p. 599. iureiurando interposito intercedere s. contradicere decreto. Add. intpp. Demosth. de Cor. 50. Sed *ὑπωμοσίας* in foro Attico omnes *dilationes,* aut *exceptiones dilatorias,* iureiurando interposito probatas, dictas esse, et iusiurandum calumniae, quod dilationem decreti vel legis petente accusatore, pignus erat causae ad Heliastas deferendae appellatum esse *ἐπωμοσίαν,* ostendit Luzac. Not. ad Or. de Socrate ciue p. 119.

arceam, iureiurando interpoſito te excuſantem et cauſam adferentem cur vadimonium obire nequeas. τῆς ἐκκλησίας Schol. accipit pro ταῖς ἐκκλησίαις, vnde videtur id coniunxiſſe cum ἐπομν. Qua ratione part. ἐπομν. videtur poſitum pro Infinitiuo, nota conſtructione verbi παύω. Sed nulla eius rei cauſa apparet, quum poëta, ſi ita voluiſſet, multo apertius potuiſſet ponere ταῖς ἐκκλησίαις. Quidquid ſit, ſententia eſſe videtur: quum nequam iis et ſycophanta, ſedebis oculos cataplasmate oblitus, ne in concionibus rempublicam fraudibus ac periuriis turbes. Ceterum Girard. legit ὑπομνύμενον q), quod maxime placet, hac ſententia: „vt te iureiurando contendentem decreta iniqua vel reip. inutilia eſſe, et ita ſaepe rempublicam perturbantem ac laedentem, quum ſycophanta iis, arceam a concione, efficiamque vt in eam venire non poſſis, dum hic κατατεπλασμένος ſedebis.“ Et ita accipiendum docent etiam ſeqq. ὡς φιλόπολις etc. *Duck.*

ἐπομνύμενον legitur in A. Ed. *Ph. Iunt.* B. *Crat.* Farr. quum ceterae poſt Fl. corruptius ἐπωμνύμενον habeant; veterem ſcripturam Kuſt. reduxit, neque aliter erat in Mſſ. Arund. et Doru. Libri poſterioris explicatio verſibus interiecta cum enarratore vetuſto fere conſentit: ἐξεδρεύοντα, ἐπιορκοῦντα καὶ συκοφαντοῦντα· quae tam intricata atque adeo diſcors eſt, vt aquam in hoc verbo Grammaticis vett. haeſiſſe facile poſſit animaduerti. Ad difficultatem leuandam minime conducit altera lectio claris litteris ibidem perſcripta τὰς ἐκκλησίας, qui caſus iungendus eſt cum ἐπόμν. efficietque loquendi formam prorſus inſolitam, cuius rationem et ſenſum explicare neutiquam fuerit in procliui. Hunc autem Accuſatiuum olim in priſcis exemplaribus exſtitiſſe, Scholiaſtarum vnus liquido euincit. Verum hoc de loco, quia res tota paucis transigi non poteſt, alias accuratius a nobis disputabitur. *Hemſt.* Codd. omnes ἐπομνύμενον. Solus C τὰς ἐκκλησίας, articulo ſuperſcripta litera η, vt ſit τῆς, quod ſincerum eſt. Gloſſa in meo: τοῦ συνεδρίου. Ce-

q) Significat, inquit Gir., hoc verbum, aliquo praetextu, v. c. peregrinationis, morbi, cauſam in aliud tempus reiicere; qui mos eſt calumniatorum. Hoc ait Aeſculapius: ſi in concionem venire non potes, faxo, vt omnes intelligant, dignum te eſſe, qui iureiurando dilationem poſtules.

terum probabile est, Comicum scripsisse, ἵν' ὑπομν. r) V. Harpocr. in Ὑπωμοσία et Petit. Leg. Att. p. 182. et 407. Bergleri versio s), quam retinui, a sententia aberrat: refertur enim ad ἐξομνύμενον, quod non admittit metrum. Sensus est: *Vt mea opera desinas quaeuis promulgata plebiscita interposito iureiurando in concione abrogare. Brunck.* Ille tamen sensus quomodo e verbis παύσω τ. ἐ. potissimum erui possit, non video. Puto igitur proprie dici debuisse: sede hic, vt te a concione prohibeam (ne concioni interesse possis.) Praeter exspectationem additur ἐπομν., iureiurando addito, quo confirmes, tibi non licere interesse, aut ὑπομν. (pro futuro): intercessurum populi decretis; quod praeplacet.

726. Φιλόπολις. Sic 901. χρησὸς ὢν καὶ φιλόπολις, et v. seq. item Lys. 549. ἔνι φιλόπολις. Aesch. S. C. Th. 182. δείξασθ', ὡς φιλοπόλιες. Cui opponitur μισόπολις ap. Nost. Vesp. 407. *Spanh.* Neoclides suadisse videtur, quae multitudini grata essent, reip. pernicioſa t). ὁ δαίμων id. est, quod supra ὁ θεός, Aesculapius. *Fisch.*

727. Πλούτωνι. *Plutum* ab aliis per lusum *Plutonem* hic dici, ab aliis vero Plutum eumdem cum Plutone,

---

r) Ita etiam *Münt.* hoc tamen sensu: efficiam vt concionibus, quas turbas, interesse desinas, et fonticam absentiae causam, oculorum dolorem, afferre possis.

s) *Vt mea opera desinas interesse concioni, possisque eam eiurare. Bergl.* Verba ἐπόμν., ὑπομν. et ἐξόμνυσθαι vsurpantur de litigantibus, qui excusatione itineris, morbi, aliusue casus vtuntur, interposito iureiurando, quod diem obire non possint, quo iudicium differatur. Sed ex h. l. colligi potest, ἐπόμνυσθαι dictos etiam esse oratores, qui vterentur excusatione, iureiurando interposito, quod concioni interesse non possent. παύειν τῆς ἐκκλ. est, *facere ne quis interesse concioni possit*, et ἐπομν. παύειν τινα τ. ἐ. facere vt quis vti possit, iureiurando interposito, excusatione morbi, quod concioni interesse non possit neque in ea verba facere. Ἐκκλησίαι ap. Athen. erant vel extraordinariae (σύγκλητοι) vel ordinariae (κυρίαι, singulis mensibus. *Fisch.* παύσαντες αὐτὸν τῆς στρατηγίας e Xen. Hell. VI. affert *Munt.*

t) Immo videtur populi voluntati aduersatus esse. Nam Aesculapius φιλόπολις τις (admodum amans vrbis) est, quatenus eum a populi concione prohibet. Dicit autem haec femina e plebe.

inferorum deo, ſtatim in Scholiis ſeu farragine e pluribus Schoil. conflata, dicitur. Poſterius de *Pluto* qui idem cum *Plutone* ſ. *Dite*, vt notum, ac *diuite Orco*, Tibull. III. Eleg. 3. [38.] ac nominatim a Cic. traditur de Nat. Deor. 2, 26. Vnde etiam Aeſchylo dictum S. C. Th. 957. ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς Πλοῦτος ἄβυσσος ἕσται. Ap. Lucian. quidem in Timone II. p. 126. v) ait Plutus, ſe a Plutone ſubinde mitti, ἅτε Πλουτοδότης καὶ μεγαλόδωρος αὐτὸς ὤν, δηλοῖ καὶ τῷ ὀνόματι. Illa ratione etiam hic *Plutus* cum *Cerere* et *Proſerpina*, terrae et infra terram prouentuum dominis ac largitricibus inuocatur Thesm. 305. τῇ Δήμητρι, καὶ τῇ Κόρῃ, καὶ τῷ Πλούτῳ. Adde verba huius Comici in alia et deperdita fabula, quae extant ap. Stob. in Exc. Grotii p. 499. καὶ μήν, πόθεν Πλούτων ἂν ὠνομάζετο, Εἰ μὴ τὰ βέλτισ' ἔλαχεν; Adde quod tradit Pauſan. IX. p. 576. [c. 23, 2. extr. p. 70. T. III. Fac.] a Pindaro hymnum in Proſerpinam conditum, in quo, inter alia Plutonis cognomina, χρυσήνιος, *qui aureas habenas habet*, fit dictus. Aeſchylus vero non Nilum quidem, vt priſcis aliquot Criticis videbatur, ſed Acheronta fluuium χρυσόῤῥυτον νᾶμα Πλούτωνος πόρου vocat Prom. 805. *Spanh.* Sine dubio ὑποκοριστικῶς pro Πλούτῳ x) et talis formae ſunt apud Noſtrum δειλαπρίων et γλίσχρων [a δειλάπρος et γλισχρός] Pac. 193. Nam Plutum a Plutone diſtingui patet vel ex Luciano in Timone, vbi Plutus ipſe de Plutone loquens introducitur [loco antea laud.]. *Bergl.* Nam quae eſt obſeruatio Etym. M. v. ὑποκοριστικόν· πολλὰ τοιαῦτα παίζεται ἐν κωμῳδίᾳ, μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων y). παρεκαθέζετο *aſſidebat*, Aeſculapius. Nam Med. παρακαθέζεσθαι dicitur is, qui alteri aſſidet, vt Act. παρακαθέζειν is, qui aſſidere iubet. Xen. Cyrop. 5, 5, 3. *Fiſch.* Verbo huic in tribus edd., A. Fl. et B. *Gel.* mendam adſperſerat typothetae negligentia παρακαθέτο· in ceteris macula fuit ſublata. *Hemſt.*

---

v) c. 21. T. I. p. 131. vbi v. Hemſterh.

x) Ita etiam *Gir.* cenſuit, ridicule deminutiuum finxiſſe Noſtrum.

y) Ex Scal. notis *Duck.* affert quosdam legere Πλούτωι [quod tamen nihili eſt]. Idem *Duck.* in Schol. legit: τῷ Πλούτωνι τῷ ᾅδῃ (pro τὸν ᾅδην) i. e. Plutum eumdem eſſe, qui Pluto i. e. ᾅδης orcus, dicitur; vel etiam τῷ καὶ ᾅδῃ. Cf. Suid. V. Πλούτων, Heſ. V. Πλουτεύς.

728. ἐφάπτεσθαι τῆς κεφαλῆς est *capeſſere manu et tenere caput* (Pluti). Nam ἐφάπτειν eſt *iungere aliquem*, membrum corporis alicuius, alicui, ſed ἐφάπτεσθαι *iungere ſe*, membrum corporis ſui, ſuam manum, alicui, h. e. attingere. v. Dreſig. V. Med. 3, 15. *Fiſch.*

729. ἡμιτύβιον. Cum edd. *z)* conſpirant Suid. in V. et Pollux VII, 71. ex membranis Palatinis emendatus *a)*; MS. Arundel. et Doru. ἡμιτύμβιον. Eadem apud alios ſcriptt. occurrit varietas: in Hippocrate legitur ἡμιτύβιον, licet vetuſti libri nonnumquam discedant, ἡμιτύμβιον in Aretaeo, qua de re vid. Foës. Oecon. Hipp. [p. 263.] Bis Philoſtorg. H. Ecol. VII, 14. XI, 1. dabit ἡμιτύβιον, et Damaſc. ap. Phot. p. 569, 38. vbi tamen ex aliis Mſſ. adnotatur ἡ τύμβιον, quod Etym. habet in V. Ἡμικύκλιον. Vtram ſcribendi rationem ſequaris, modo ἡμιτύβιον origini ſuae magis conſentire teneamus, nihil omnino intereſt: frequenter enim, inuitante pronunciandi conſuetudine, ſolet vſu venire, vt μ ante β multis vocibus interiiciatur: ſic Τορύβας et Τορύμβας, Ἀρύβας et Ἀρύμβας, nomina Macedonica: Σεβρῖται et Σεμβρῖται *Strab.* XVII. p. 1134. B. Νόβα, Νόμβα *Stephano*, de qua Reland. Palaeſt. III. p. 911. *Heſychio* συμβίνη pro σιβύνη. In θύμβος, κύμβαλον, τύμπανον, λαμβάνω, pluribusque verbis ſedem habet inſititia litera perpetuam. Sed propius ad noſtram vocem, quae ab Aegyptiis, vt vere monuit Pollux *b)*, manauit, acce-

z) Quae pleraeque ita exhibent, nam *Inuern.* e ſuis codd. recepit ἡμιτύμβιον.

a) Nam in nonn. Edd. Poll. eſt ἡμιτύμβιον. Lectionem ἡμιτύβιον alteri praefero, quamuis Iac. Nicol. Loënſis Epiphyll. IX, 12. contra ſentiat. *Kuſi.* ἡμιτύβιον omnino legendam hanc vocem, non ἡμιτύμβιον, quod ex Aretaeo nonnulli adſtruunt, et vel ratio nominis redarguit, ex melioribus huius Conici et Pollucis praeterea codd. conſtat. Aegyptia vox eadem Poll. a dicitur, et quod in media Comoedia pro ea dictum fuerit, κωφιδρώτιον, pro quo ἀφιδρώτιον habuiſſe Falkenburgius in poſtremis ad Poll. notis traditur. Addam, prout etiam habet praeſtantiſſimus codex Voſſianus, cuius varias inde lectiones olim ad meum Pollucis exemplar adſcribere mihi licuit; et quod hic caſu aliquo in excerptis ex eo, et paſſim nuperae illius editioni inſertis excidit. *Spanh.*

b) Disputauit ea de re et de h. l. Iablonsk. in Voce. Aegyptt. T. I. Opuſcc. p. 79. ſ.

dunt *Ariſtagorae* ap. Steph. Byz. Ἑρμοτυμβιεῖς et Herod. 2, 164. 9, 31. Ἑρμοτύβιες, pars Aegyptiorum militaris et bello dedita; quibus iuncti Καλασίριες eiusdem ordinis facile nos in eam cogitationem inducunt, vtrorumque nomen a veſtitus genere fuiſſe tractum: nam *Berkelius*, dum fontes Hebraeos conſectatur, quin ſe lectoremque ſuum inani opera deludat, minime dubito. *Hemſt.* ἡμιτύβιον cod. C. Tres alii ἡμιτύμβιον. Gloſſae μανδύλιον, μανδήλιον. v. Heſych. intpp. ad hoc voc. *Brunck.* [qui ἡμιτύβιον retinuit.] Eſt h. l. *ſudarium* linteum, quo ſudorem abstergimus. Nam 1. res ipſa hanc interpretationem admittit, quum Aeſculapius dicatur ἡμιτυβίῳ καθαρῷ (*mundo*) deterſiſſe (περιψῆσαι valet *circum, omni ex parte, detergere*, vt 736. περιλείχειν *circumlambere*), palpebras (βλέφαρα) Pluti; 2. adiuuat eam auctoritas Schol. vet. et Poll. qui interpretantur σουδάριον (pro quo Hermippus auctore Moer. p. 348. dixit σωδάριον) quod e latina lingua in graecam veniſſe videtur, etiam in Chald. et Syriacam ita tamen vt in his linguis notaret *linteum*, quo caput velatur (Ioh. XI, 44.). *Fiſch.*

730. Πανάκεια. Pro ratione nominis et vt decebat filiam Aeſculapii, de qua paulo ante Schol. *Spanh.*

731. καταπετάσαι eſt *velaſſe, operuiſſe*; φοινικὶς, *velamen coccineum*, puniceum c). cf. 735. d) πρόσωπον vero accipiendum eſt non de *facie*, ſed de ore et oculis et genis; quod proprie a Graecis πρόσωπον dici, etiam Gellius N. A. 13, 29. docet. *Fiſch.*

632. ἐπόππυσεν. Vitio ſcribitur in cod. Doru. ἐπόπτυσεν· interpretatio proba atque eadem quae Schol., ſed Attico more formata, ἐσύριξεν. *Hemſt.* ποππίζειν tripliciter dicitur, 1. de iis, qui ore preſſo et labiis in ſe collifis ſonum et ſtrepitum edunt, vt h. l. *ſibilare*; (nam ſibilis Aeſculapius putandus eſt ſignum draconibus dediſſe, vt ex adytis prolaberentur); 2. de iis qui equos vel infantes

c) v. Aelian. V. H. VI, 6. H. l. purpureum velamen. *Münt.*

d) Et hoc tempore familiare eſt iis, qui ἀφθαλμίᾳ laborant, ſerico rubro oculos ſubinde purgare. *Cir.* qui plura de voc. φοινικὶς purpuream ſ. puniceam veſtem ſignificante monuit.

blando aliquo ſono et voce *e)* demulcent, ita vt etiam tactus blandiens addatur; 3. de iis, qui infantes aliosue tactu blandiente demulcent et palpant. vt Theophr. char. 20, 2. v. Ferrarius Electt. 2, 15. et Ind. Theophr. h. v. *Fiſch.*

733. Exiiſſe duos dracones ad primum Aeſculapii ſibilum quod hic dicitur, haud nouum cuipiam videbitur, cui non ex auctoribus ſolum ſed et monumentis antiquis obvium eſt et contritum, dracones et ſerpentes olim huic deo ſacros et veluti miniſtros tribui: immo ipſum Aeſculapium Epidaurium, et inde Romam ſolemni comitatu, haud alia ſpecie quam ſub ingentis draconis forma, aduectum; et quod in inſigni numo etiamnum conſpicuum atque a nobis pridem diuulgatum *f)* intueri licet. Opportune vero dum haec commentarer, Berolino ad me a regiae gazae cuſtode, Schott, Begeri nepote et ſucceſſore, praeter nonnullas alias, mittitur inſignis nummi icon *g)*, in quo hinc caput Aeſculapii barbatum et laureatum, illinc draco lingua exſerta et inſcriptio ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ ΕΠΙΔΑ (Ἐπιδαύριος) viſitur. Neque vero ſub alia, quam obuia ingentis draconis imagine depictum, ementitium apud Abonoteichitas a quodam Alexandro impoſtore Aeſculapium, ibidem vidimus. Mitto, quod Σύγαστρος, iuxta Salmaſium *h)* dicatur idem Aeſculapius in ara ſecunda ſeu Doſiadae ſeu alterius auctoris, et quidem proprio caeteroquin *draconis* ſeu *ſerpentis* nomine: a quo autem ea in re abit ad Melam p. 215. *i)*. If. Voſſius, qui de ſerpente quidem, non vero de Aeſculapio eamdem vocem explicat. Vt obiter hic tangam, quod alibi iam monui, ad Andr. Morell. Epiſt. 4. §. 3. et quod comprobauit poſtea diuulgata a celebri antiquario [Vaillant] graecorum ſub impp. numismatum collectio, nempe exſtare praeclaros aliquot

---

e) Factitium verbum eſt; ſignificat enim, identidem πῦ, πῦ, πῦ, proferre. *Gir.*

f) De Praeſt. et Vſu Num. T. I. p. 217.

g) Quem hic Spanh. exhibuerat, in adiecta tabula n. 1. viſitur.

h) p. 227. ſ. T. II. Muſei philologici a Tho. Crenio editi.

i) Ad II, 7. p. 772. ſ. ed. tert. Gronou.

numos ſub Domitiano, Pio et Marco Antoninis cuſos, in quibus manifeſto Ζεὺς Συεργάτης legitur *k)*: non proinde pro *Syrgaſteo Magno*, quod in veteri inſcriptione, quam adducit ibi Salmaſius et quae exſtat ap. Gruter. p. CVII, 3., occurrit, *Surgaſtro*, vt concludit ὁ πάνυ, eſſe omnino legendum. Vt nec ea tangam, quae ibi de *Aeſculapio Serpentario* et *Ophiucho* dicto atrigi, aut quae alibi de *draconibus* huic deo ſacris in vulgato de numis antiquis opere pridem et nuper pluribus egi [p. 212. ſſ.]. *Spanh. Hippocrates* Epiſt. X. narrat, per ſomnum ſibi viſum eſſe Aeſculapium, quem ſerpentes comitati ſint: εἵποντο δὲ αὐτῷ, inquit, δράκοντες, χρῆμα τι ἑρπετῶν ὑπερφυές· quorum verborum ſimilitudinem cum Comici verbis vel Neoclides videre poſſit. Nimirum ſi illae epiſtolae ſunt genuinae, Ariſtophanes Hippocratem imitatus eſt; ſi autem ſuppoſititiae *l)* et recentioris alicuius ſophiſtae, illarum auctor Ariſtophanem. Verbum autem ἐξηξάτην eſt ab ἀΐσσω, quod et ἄσσω ſcribitur, vnde Fut. 1. ἄξω, aor. 1. ἦξα. Ita autem ſcribendum, non vt Edd. ἐξηΐξάτην. *Bergl.* Cod. Doru. in hoc verbo iota ſubſcriptum cum omnibus edd. [praeter recentiſſimas] negligenter omiſit, indeque factum, vt explicaret: ἐξῆλθον, quaſi veniret ab ἐξήκω· nam plane delirat Girardus ab ἐξάγομαι repetens. Sine controuerſia pertinet ad ἐξαΐσσειν, vt recte obſeruarunt H. Steph. in Theſ. L. Gr. et Biſetus: ad quam radicem indicandam omnino ſubnotari debet iota. Tantillum vitium in cauſa fuit, vt ſaepe viri docti laberentur: ad Luciani Peregr. *m)* monuit Tanaq. Faber. pro ἐπὶ τὰς βαπτηρίας ἦξαν ſcribendum eſſe ἦΐξαν. Haeret etiamnum *n)* in feſtiuiſſimi ſcriptoris Demon. p. 999. [c. 4. pr.] πρὸς ταῦτα ἦξεν et neſcio cuius Neron. p. 1040. [c. 3. T. III. p. 638.] ἐπὶ τὴν ὀρυχὴν ἦξε· item Diog. Laërt. IV, 16. εἰς τὴν Ξενοκράτους ἦξε σχολήν. Recte Periz. ad Aelian. V. H. 3, 42. Maximo Ty-

k) V. *Eckhel.* doctr. num. vett. T. II. p. 458. qui coniicit, per ſynaloephen dictum eſſe pro συνεργάτης.

l) Vti vere ſunt.

m) c. 37. T. III. p. 358. vbi cf. p. 359. Reiz.

n) Loca in recentiſſ. Amſt. ed. emendata ſunt.

rio diss. X. p. 106. o) restituit: ᾖξαν δὲ οἱ δυστυχεῖς ἐπὶ βρόχον πάντες ἑξῆς· cur non de eadem fidelia duos dealbauit parietes? quippe proxime praecedente pagina non minus est refingendum p): ἐπὶ Ἄμηστριν ᾖξε, τὴν τοῦ παιδὸς γαμετήν· quod quum Clericus non perspiceret Sylu. philol. c. 9. p. 269. in grauem errorem incidit malumque interpretem agit. Isaeus ὑπὲρ τοῦ Νικοστρ. κλ. p. 47. v. 20. καὶ οἱ μὲν εὐθὺς κατὰ τὰ πρῶτα ἐπὶ τὰ Νικοστράτου ἄξαντες, οὗτοί εἰσι· difficile videatur, nulloque idoneo sensu praeditum, nisi quis in promtu habeat ἀΐξαντες vel ᾄξαντες q), sicut in Eqq. Arist. 483. θεύσει γὰρ ᾄξας ἐς τὸ βουλευτήριον, vbi commode Schol. ᾄξας δὲ ἀντὶ τοῦ ἀΐξας. Iam videamus, quantum operae pretium fecerit Olear. in Philostr. Her. p. 690. ταῦτά τοι καὶ ἐπὶ τοὺς τοῦ ποταμοῦ παῖδας ἤϊξεν· ecce notam eius: „ἤϊξεν· optime Cod. Barocc. et Collegii noui. Editi: ᾖξεν r)· quasi quidquam inter haec discriminis intercederet. *Hemst.* Nimirum Homerus aliique vett. poëtae dixerunt ἀΐσσω, ἀναΐσσω, ἐξαΐσσω etc. sed poëtae Attici antiqui, vt Aesch. Soph. Eurip. aliique scriptores Attici vett. dixere etiam αἴττω (ᾄττω) sed Attici medii et recentiores scripserunt ἄττω, sublata littera ι, non ᾄττω. Nam 1. hi Attici etiam in aliis eiusmodi vocabb. omiserunt literam ι, vt ἀετός, κλάω, κάω, v. Etym. M. V. Αἰετός· 2. in Glossariis et Codd. antiquis fere omnibus Iota deest, ita vt non probabile sit, tot hominum manus eodem modo errasse. Cf. Hes. et Gloss. V. διάττειν. Sed in iis temporibus horum verborum, quae viderentur discerni non posse a temporibus aliorum verborum similibus, subscripsisse iota videntur, ita vt scripserint ᾖξα, ᾄξας, v. nos ad Aesch. Axioch. 1, 4. Per δράκοντας intelliguntur παρείαι ὄφεις (590.) qui 741. dicuntur ὄφεις. Nam δράκων vocatur quilibet *serpens* a δέρκεσθαι *cernere*. Causae, cur Aesculapio serpentes fuerint sacri (dissensere enim veteres) commemorantur a Meibom.

---

o) diss. XXVI. ex Dauis. rec., c. 9. T. II. p. 29. ed. Reisk. vbi tamen ἦξαν defendit Marcland.

p) T. II. p. 25. Reisk.

q) Reiskio tamen Orr. Grr. VII. p. 72. satius visum ἄξαντες relinquere.

r) Hoc restituit nuper Boissonade in edit. Heroic. Phil. 1806. p. 88. qui cfr. est p. 456. Not.

ad Iusiur. Hipp. c. 5. f. 26. *s)* νεώ, Attice dictum pro ναοῦ, v. Hesych. Moeris [p. 265.], est h. l. *penetrale*, adytum, quod adire nemini licebat, nisi sacerdotibus (741.). Ita hoc voc. de adytis templi Hierosol. legitur Marc. 15, 38. Luc. 23, 45.

734. ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος. Cuiusmodi inusitata quadam magnitudine dracones in numis antiquis expressos memorato modo opere adduximus p. 216. 219. et quidem in insigni quodam *Tarsensium* in Cilicia numo Gazae Gallorum Regiae *t)*. De draconum caeteroquin singulari et inusitata quae subinde ab auctoribus antiquis et Orientalibus inprimis, eaque supra fidem etiam magnitudine traduntur, consuli potest Bochartus Hieroz. P. II. l. 3. c. 14. *Spanh.* Sunt *Dracones vasti.* Nam ὑπερφυὲς dicitur, *quidquid in suo genere naturae modum et fines excedit*, insigniter magnum, amplum, vastum (cf. Hes. et v. 750.). Et quia serpentes non tantum magnitudine sed etiam aliis rebus naturae suae fines excedere possunt, necesse erat, vt adderetur τὸ μέγεθος. Ceterum Duali δύο δράκ. iunctus est Pluralis vt 447. 581. 621. ὦ φίλοι θεοί est vox admirantis, sed simul sperantis bonum et laetum rei exitum. *Fisch.*

735. ὑποδῦναι est i. q. ὑπεισέρχεσθαι *subire*, *insinuare* (Hes. et Gl. vett.) sed ὑποδ. ἡσυχῇ *subire placide*, placido lapsu, sine vllo strepitu. Nam ὑποδύω est *iubeo aliquem aliquid subire*, sed ὑπέδυν *me iussi aliquid subire*, h. e. *subii*, f. *subeo*. v. Ind. Aesch. Socr. h. v. *Fisch.*

736. τὰ βλέφαρα περιέλειχον. Pluti adhuc coecutientis palpebrae a duobus illis ingentibus draconibus detersae, quo oculatissimus is denuo fieret, hic dicuntur, prout alibi dracones aures lambendo vaticinandi peritiam inspirare credebantur. Quod postremum docere graecos poeta-

---

s) Etiam a *Girardo* ad h. l. qui tres causas has, a variis indicatas adfert; quod serpens quotannis reiuuenascat et bis fere, vere scil. et autumno, pellem exuat; quod serpentes inter omnia animantium genera acerrime intueantur; quod huic animali multa remedia insint. Addit *Münt.* quod vigilantissimi habeantur, quae res medicinae maxima est necessaria.

t) Hunc numum repeti h. l. iussit Spanhem. v. Tab. adi. n. 2.

rum interpretes et inter alios ad Eurip. Hecubam 817. in memorato paullo ante opere vidimus p. 215., vbi nempe Heleni et Caſſandrae aures in Apollinis templo *circumlinxiſſe* dicuntur eo ingreſſi ſerpentes, easque ita exacuiſſe, vt ſoli dein deorum conſilia audirent, et praeſtantiſſimi vates euaderent. Hoc vero in exacuenda oculorum acie draconum miniſterium eo magis opportune huc adduci liquet, ob notum aliunde, quod hic in Scholiis tangitur, draconum τὸ ὀξυδερκές, vnde iis etiam inditum fuerit nomen, nempe a δέρκω. *Spanh.* περιλείχειν eſt *circumlambere*, vt ἀπολείχειν de canibus, *lambere*, Luc. 16, 21. τὰ βλέφαρα ſcil. Pluti. *Fiſch.*

ὥς γ' ἐμοὶ δόκει. Ita pro vulg. ὥς γε μοι δοκεῖν ediderunt *Brunck.* et *Inu.* (neſcio an hic ſuis codd. obſequutus), hanc ſcripturam etiam monſtrante *Hemſt.* Nam in codd. (Brunk.) A, C, fuit ὥς' ἐμοὶ δοκεῖ, in B, D, et Doru. ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ *v*), quam lectionem claudicare dicit Hemſt., et mutato accentu ſponte inde noſtram naſci lectionem Brunck. monet. Vulgatum ita tuitus eſt *Fiſch.* vt oſtenderet particulam ὡς in tali formula ſequi fere Infinitiuum, vt in ὡς εἰπεῖν, ὡς συνελόντι εἰπεῖν (v. Reiz. ad Lucian. T. I. p. 364.), praeſens autem δοκεῖν recte ſe habere, quum Carion id crediderit etiam tum, quum haec herae referret. Nam os et caput Pluti operta erant velamine, vt ipſe rem ſpectare non potuerit.

737. Hic etiam, vt 615. tangit bibacitatem mulierculae *x*). *Bergl.* δέκα κοτύλαι ſunt quinque ſextarii (cf. ad 436.) et πρίν σε etc. eſt, vno temporis puncto, e veſtigio. *Fiſch.* In cod. Doru. fuit ἐκποιεῖν pro ἐκπιεῖν.

---

v) In Doru. haec redditur huius dicti ratio: οὐ γὰρ οἷόν τε δρᾷν κεκαλυμμένον τῇ κεφαλῇ *Hemſt.* Hoc addit, quod, latentibus ſub phoenicide anguibus, quid illic agerent, plene ſcire non potuit. *Cir.*

x) Exſpectabat mulier, Carionem dicturum eſſe, πρὶν εἰπεῖν σε λόγον ἕνα, vel tale quid. Praeter exſpectationem illud dicit, quo vinoſam eam fuiſſe docet, quae breuiſſimo temporis ſpatio tantum vini exhaurire poſſet. *Cir.* κοτύλη eſt poculi genus, eodem praeditum nomine, quo vas quoddam et menſura liquidorum. *Münt.*

738. ὦ δέσποιν' ἀνεστήκει y). Sic meus, vt vulgo. At tres Regii: ὦ δέσποινά γ' ἑστήκει, cum gloss. in C. ἀνεστηκὼς ἦν. *Brunck.* Hoc glossema memorat *Porson.* ad Eurip. Add. not. ad Hec. T. I. p. 107. ed. sec. Lips. vbi circumlocutionem verbi finiti per participium cum verbo εἶναι illustrat.

739. ἐγὼ δὲ etc. Videtur imitatus Euripidem in Suppl. 720. vbi nuncius itidem, vt hic: ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα κἀνωρχησάμην κἄκρουσα χεῖρας. *Bergl.* τὼ χεῖρε ἀνακροτεῖν est, *plaudere*, manus subito et cum sono committere, quod solet esse indicium vt approbationis, ita etiam laetitiae, vnde additum est ὑφ' ἡδονῆς, h. e. ὑπὸ χαρᾶς. Sic ἀνακροτεῖν τὰς χεῖρας est ap. Achill. Tat. 1. p. 25. Salm., sed κροτῆσαι ταῖς χερσὶ Theophr. Charr. 19, 4. vbi 11, 1. simpliciter est κροτεῖν. *Fisch.*

740. Error ex similitudine literarum proximarum ortus in cod. Doru. τὸν δεσπότ' ἤγειρον. *Hemst.* ἐγείρειν est e somno excitare, expergefacere; nam Chremylus dormierat (vid. 669. 671.). *Fisch.*

741. In cod. Doru. ad ὄφεις z) praue additur ἔβησαν: capiendum enim, tamquam scriptum foret, ὁ θεὸς δ' εὐθ. οἵ τ' ὄφ. ἠφάνισαν ἑαυτοὺς ε. τ. ν. Neque illud laudandum, quod mox supplet παρ' αὐτῷ· τῷ ναῷ, violata regula, quam Thom. Mag. praescripsit in παρά· nam οἱ ἐγκατακείμενοι παρ' αὐτῷ sunt, qui iuxta Plutum in Aesculapii templo incubabant. *Hemst.* ἀφανίζειν αὑτὸν εἰς τὸν νεὼν de Aesculapio est, *recipere se in adyta*, de draconibus, *referri, relabi, in adyta;* ita vt non amplius appareas. Nam ἀφανίζειν propr. est ἀφανῆ ποιεῖν a). παρὰ Πλούτῳ est *iuxta Plutum*, non, *iuxta adyta.* Nam παρὰ *iuxta* iungitur Datiuis nominum animantium, Accusatiuis nominum re-

---

y) ἀνεστήκει *surgebat*, sederat enim Plutus (727.), sed ponitur h. l. pro ἐγένετο, ita vt ἀν. βλ. sit simpliciter, *recepit oculorum lumina.* Poëta verbum ipsam rem declarans eleganter commutauit cum verbo, euentum rei aptum declarante. *Fisch.*

z) Monet *Gir.* ex h. l. patere discrimen, quod inter vocabb. δράκων et ὄφις statuatur, vt ille maior sit, nullum esse.

a) Cf. Wakefield. Silu. Crit. IV. p. 85. et *Eckard.* in Obss. ex Ar. Plut. p. 65. s. qui verbi varios significatus exemplis illustrauit.

rum inanimarum. v. Tho. Mag. p. 678. Bern. *Ἐγκατακεῖσθαι* refertur ad v. *ἐγκατακλίνειν* 621. *Fiſch.*

742. *πῶς δοκεῖς* eſt admirantis. Eurip. Iph. Aul. 1562. *καὶν τῷδε Κάλχας, πῶς δοκεῖς χαίρων, ἔφη b).* Noſt. Nub. 88. Acharn. 24. *Bergl.* Exprimunt illa verba Superlatiuum. *Fiſch.*

743. *ἀσπάζεσθαι* propr. eſt *amplexari*, deinde *aliquem ita ſalutare, vt eum amplexeris* (324), tum *accipere aliquem vultu et verbis blandis et comibus*, gratulari, vt h. l. et 752., denique amore, beneuolentia complecti. *Fiſch.*

744. *ἐγρηγόρεσαν.* Non video, cur ita praeter rationem huiusmodi verborum legi debeat: forte *ἐγρηγόρησαν ἕως*, qui anapaeſtus eſt. *Duck.* Eſt Plusquamperf. Med. a Perf. *ἐγρήγορα*, excitaui me ex ſomno, pro *ἐγήγορα*, ab *ἐγείρεσθαι*, quod refertur ad *καθεύδειν*, v. Plat. Phaed. 16. Xen. Cyr. 1, 6, 19. et *ἐγρηγόρεσαν* eſt, *vigilabant.* *ἕως διελ. ἡμέρα* eſt, *dum diluceſceret*, vsque ad diluculum c). *Fiſch.* In Pac. 304. *ἡμέρα γὰρ ἐξέλαμψεν. Bergl.*

745. *ἐπῄνουν laudabam, celebrabam.* Proprie vſurpatur de iis, qui homines laudant, vt *ὑμνεῖν* dicuntur, qui Deum laudant. Cf. Phauor. in *Ἐπαινῶ.* Legitur ſic *ἐπαινεῖν* etiam Ran. 15, 11. *πάνυ σφόδρα, vehementer, etiam atque etiam. Fiſch.*

746. *Brunck.* e cod. B. et ob ſequentem verſum hunc verborum ordinem praetulit: *ὅτι βλέπειν τὸν Πλοῦτον ἐποίησεν ταχύ.* Sed vulgatum ordinem ex vtroque ſuo libro reſtituit Inu. *ὅτι β. ἐποίησε τ. Πλ. τ.* In cod. Doru. *ταχὺν* eſt, ſed vitium prodere interpretationem *ταχέως* oſtendit *Hemſt.*

747. Cod. Doru. *Τόν γε* — lectio tolerabilis, ſed hac lege, vt hic verſus non praecedentibus adiungatur, quod

---

b) Ad quem verſum ſic Marklandus: „Deleui interrogationem poſt *δοκεῖς*, praeeunte magno magiſtro Hemſterh. ad Lucian. Necyom. p. 475.“ *πῶς δοκεῖς χαίρων* eſt, ſummo gaudio affectus. Gloſſ. in C. *θαυμαστικῶν· λίαν. Brunck.*

c) Comparauit Fiſch. etiam 2. Pet. 1, 19. vt cum *ἐγρηγόρεσαν* ex Act. 16, 27. *ἔξυπνος γενόμενος.*

fieri debet, si Τὸν δὲ legeris, sed per se consistat. ἐποίησεν vero Kusterus consentiente cod. Doru. Literam extremam non sine dispendio metri priores Edd. insuper habuerunt. *Hemst.*

748. ὅσην. Βαβαὶ addit cod. Doru. vt saepe solet in hac admirandi formula. *Hemst. quam potens es*, h. e. *quam salutifer es.* Nam anus tribuit Aesculapio δύναμιν, quia restituit aegrotis salutem et Pluto visum reddidit. δεσπότης vocatur Aesculapius, quia est dominus valetudinis et salutis hominum. *Fisch.*

749. f. Φράσον μοι, *cedo, quaeso d).* ὄχλος (i. q. πλῆθος, v. Moeris p. 289.) ὑπερφυὴς (de quo voc. v. 734.) ὅσος est, *incredibilis, longe maxima hominum multitudo.* Nam Carion (757.) narrat, omnes bonos et probos ciues sequutos esse Plutum, eum salutasse, manu prehendisse 751. (*vnde* intelligi possunt verba: ἦν περὶ αὐτόν.) Tenendus etiam est modus, quo vis Superlatiui augeatur, nempe ita vt adiungatur ὅσος *e). Fisch.*

751. f. Οἱ δίκαιοι etsi videri possint ii esse, qui alibi καλοὶ κἀγαθοί, vel ἀγαθοί, tamen arbitror tantum iustos intelligi. Nam 1. dicuntur ὀλίγον ἔχειν βίον h. e. *pauperes esse:* nam βίος id. est quod οὐσία, *res, opes, facultates*, vt Hom. Od. 1, 160. 377. 3, 300. v. Ind. Palaeph. V. Βίος· sed iusti sunt fere inopes; 2. exprobratur diuitibus v. 755. iniustitia, qua opes et facultates collegerint. ἀσπάζεσθαι est h. l. *salutare*, ita vt etiam gratulere de recuperata oculorum salute. Hom. Il. 10, 542. ἀσπάζεσθαι ἔπεσι μειλιχίοις. δεξιοῦσθαι τινα est, *manu manum alicuius*, dextram, *prehendere*, ita salutare aliquem, vt eum manu prehendas, quod Diog. Laërt. 3, 98. τὴν δεξιὰν ἐμβάλλειν, Hom. Il. 10, 542. δεξιῇ ἀσπάζεσθαι. *Fisch.*

754. f. Verbis οὐσίαν ἔχειν συχνὴν explicatur πλουτεῖν. Nam οὐσία *f)* συχνὴ sunt *opes amplae*, facultates multae;

---

d) ἔχεται. Ineptum et seruo dignum responsum. Interrogatus de loco, respondet de facto, vt apud Ter. Dauus interrogatus: *quid isthic tibi negotii est?* respondet: *modo introii. Girard.*

e) Simile est Lat. *immane quantum. Münt.*

f) Vocab. hoc *opes, bona*, denotare ostendit ad h. l. *Eckard.* p. 66.

opponuntur *βίῳ ὀλίγῳ* 751. f. *οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι* ſunt, *qui poſſident opes male partas*, malis neque honeſtis artibus quaeſitas. Ponitur enim pro Adverbio *ἀδίκως*. v. Anim. ad Weller. Gr. III, II. p. 124. *Fiſch.* Eam loquendi rationem vſurpat Lyſias *ὑπὲρ τῶν Ἀριστ. χρ.* p. 157. v. 37. *κινδυνεύομεν περὶ ὧν οἱ πρόγονοι ἡμῖν κατέλιπον κτησάμενοι ἐκ τοῦ δικαίου.* Pari ſignificatione ponunt *ἀπὸ τοῦ δικαίου*, *ἀπὸ τοῦ βελτίστου*, vt *ὁ ἀπὸ τοῦ βελτίστου χρηματισμὸς Polybii*, opes honeſtiſſimis artibus quaeſitae: de quo genere dixit Leopardus Emendd. I, 21. *Hemſt.*

756. *ὀφρῦς συνῆγον. τοῦτο δεῖγμα κατηφείας*, vt recte notatur in cod. Doru. Talem vultus ſpeciem formant contracta et adducta ſupercilia. Coniunxit etiam Ariſtaenetus I. Ep. 17. *μὴ σκυθρώπαζε καλή γε οὖσα, μηδὲ τὰς ὀφρῦς ἀνάγε·* niſi tamen ibi potius legendum ſit: *τὰς ὀφρῦς σύναγε g)·* videtur enim Ariſtophanem imitatus. Quaſi lectionem eam agnouiſſet, ſic prorſus latine reddidit *Mercerus;* nam *συνάγειν τ. ὀ.* eſt *adducere ſupercilia h)*, quum *ἀνάγειν* magis ſit *ſubducere i)*. idemque valeat quod *αἴρειν, ἐπαίρειν, ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς*, *ardua ſubrigere ſupercilia*, de quibus ad Lucian. dixi p. 373. Schol. tamen ad Ach. 1068. *τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς* expoſuit *ἐσκυθρωπακώς. Hemſt.* Antiphanes Comicus ap. Athen. L. VI. [p. 368. T. II. Schw.] *Οὐ δεινόν ἐστι, προσφάτους μὲν ἂν τύχῃ Πωλῶν τις ἰχθῦς, συναγαγόντα τὰς ὀφρῦς*, Τοῦτον σκυθρωπάζοντά θ' ἡμῖν προσλαλεῖν· *ἐὰν δὲ σαπρούς δὲ κομιδῇ πωλίζειν καὶ γελᾷν.* v. not. ad Lyſiſtr. v. 7. *Bergl. σκυθρωπάζειν* eſt omnino, *vultum, frontem habere adductam, nubilam, rugoſiorem.* Haec index eſt vel inſolentiae vel triſtitiae ortae nunc ex nimia cibi abſtinentia, nunc ex alio quouis incommodo. Hinc *σκυθρωπάζειν* eſt nunc, *oculis toruis*, vultu tetrico *tueri*, eſſe (*κάκ' ὄσσεσθαι* Hom.), nunc *ore eſſe pallido et macilento*, nunc *vultu eſſe triſti*, vt h. l. (Hom. Il. 2, 269. *ἀχρεῖον ἰδεῖν*,

---

g) Affert hanc Hemſt. coniecturam Abreſch. p. 44. Cf. etiam Virr. Doctt. Coniecturae in Ariſtaen. (1752.) p. 19. f.

h) frontem contrahere, quod eſt ſignum irae, indignationis, faſtidii, triſtitiae, moeſtitiae. *Fiſch.*

i) Quod eſt indicium vt ſuperbiae ita laetitiae. *Fiſch.*

quod Hesych. interpretatur σκυθρωπάσαι. Cf. ad Matth. 6, 16. *Fisch.*

757. οἱ δὲ *iusti* (751.) ἡκολ. κατόπιν, *pone*, a tergo (13.) Plutum. (vid. v. 13.) *k*). ἐστεφανωμένοι. Coronae erant laetitiae argumenta, vnde quicunque rebus laetis vterentur, coronati incedebant. v. Paschal. de Cor. 2, 10. extr. Sed qui iusti sunt, etiam ridere solent, canere item et auctorem laetitiae suae laudare. Vnde iusti Plutum sequuti dicuntur γελῶντες, εὐφημοῦντες. Nam εὐφημεῖν propr. est verbum sacrorum, *abstinere verbis infaustis et male ominatis, vti verbis bene ominatis*, linguis fauere, v. Casaub. ad Theophr. char. 19, 3. deinde vt oppositum βλασφημεῖν ponitur de iis, qui conuiuia in aliquem iaciunt: ita εὐφημεῖν dicuntur, qui aliquem laudant, celebrant, vt h. l. *laudare Plutum. Fisch.*

758. ἐκτυπεῖτο. Eurip. Med. 1181. ἅπασα δὲ σίγη πυκνοῖσιν ἐκτύπει (resonabat) δρομήμασι. E contrario apud eumd. Orest. 140. σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης τιθεῖτε· μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος. *Bergl.* κτυπεῖν est, *sonitum, strepitum, ciere eo vt aliquid percutias*, κτυπεῖσθαι (Med.) dicuntur ea quae edunt strepitum, quatenus vel se percuti sinunt, vel ipsa aliquid quatiunt, vt h. l. calcei humum. *Fisch.* Modum rusticae saltationis depingi censet *Gir.* add. Munt. qui verbi κτυπεῖν vsum ex Hom. et Luc. illustrat.

759. Ἐμβάδες, quod vel ex variis Comici huius locis liquet, apud Atticos haud vnius hominum generis *calcei* dicuntur, vt quos gestabant Athenis iudices, quos inde τὰς καταράτους ἐμβάδας appellat Vesp. 1149. vti v. Schol. Sic de virilibus calceis in genere, Conc. 47., alibi vero in eadem fab. 629. ἐμβάδι γ' aut iuxta Fabrum ἐμβὰς δέ γ' etc. vbi ille per ἐμβάδας *homines senes*, qui ἐμβάσι vterentur, designari monuit, et firmat hic Comici locus, vbi similiter ἐμβὰς γερόντων, *solea senum*, pro senibus ipsis dicitur, qui apte compositis passibus saltarent. Alioquin ἐμβάδες de *cothurnis* etiam tragicorum histrionum leguntur ap. Lucian.

---

k) Verbum σκυθρωπάζειν *Gir.* interpretatur, Σκυθικὸν ὄπας ἔχειν, *esse vultu Scythico*, toruo, immani. Assentitur *Lobeck.* p. 66. f. qui voc. σκυθρωπὸς illustrat.

cum in Gallo p. 181. T. II. tum in Necyomant.' p. 336. T. I. Apud Polluc. autem VII, 87. dicuntur forma quidem cothurnis, sed humilioribus, similes, τὴν δὲ ἰδέαν κοθόρνοις ταπεινοῖς ἔοικε, qui duo auctores mutuam lucem sibi commodant. *Spanh.* ἐμβάδες (ἐμβάδια 848.) erant calcei viriles vulgares, a Thracibus inuenti, paulo humiliores cothurnis antiquis. v. Balduin. de calc. ant. c. 20. Eos gestatos esse a pauperibus ex h. l. patet. *Fisch.*

εὐρύθμοις. Cod. Doru. εὐρίθμοις (quod idem scripturae vitium irrepsit in solam ed. Bas. *Gelenii*) cum gloss. ἀτάκτοις. Est autem versus hicce procul dubio deriuatus ex tragoedia quadam antiqua, cuius notas gerit coloremque tam manifestum, vt harum rerum intelligentem fallere non possit. Ceterum in Schol., si verum est εὐρύθμοις, reponi decet εὐτάκτοις· sin petitam credas interpretationem ex vetusto exemplari, variae lectionis indicium faciet ἀῤῥύθμοις· neque absurde Carion ioci plenus quod a tragico poeta serio scriptum fuerat εὐρύθμοις, mutauerit in contrarium, vt incompositos senilis turbae gressus illuderet. *Hemst.* προβήματα εὔρυθμα *gressus numerosi*, sunt aequales, aeque magni, qui fiunt aequalibus temporis spatiis; et recte εὐρύθμοις legi intelligitur ex eo, quod poeta dixit ἐμβὰς γερόντων. Nam qui gressus faciunt aequales, ii calceis simul vno eodemque tempore humum quatiunt. Verbis autem istis nil declaratur, nisi, senes omnes incessisse aeque laetos *l*). *Fisch.*

760. ἐξ ἑνὸς λόγου. Vt ἐξ ἑνὸς κελεύσματος, item ἐξ ἑνὸς συνθήματος. Videri possunt notae meae ad Alciphr. I, 22. [p. 124. T. I. ed. Wagn.] *Bergl.* Est *vno animo*, *simul*, *ex composito m*), fere vt Luc. 14, 18. ἀπὸ μιᾶς, vbi v. Camer. et Raphel. ὀρχεῖσθαι est *saltare commode et ex artis legibus*, σκιρτᾶν *saltare temere*, *incomposite n*), χορεύειν *saltare in orbem consertis manibus*. Cohortatur

---

l) Non ironice haec dicta esse monuit etiam *Gir.*

m) Proprie, *vno consensu*, nemine contradicente, vt etiam ἐξ ἑνὸς στόματος dicitur. *Gir.*

n) Proprie de pecudibus dicitur, quum subsiliunt et discurrunt. Hinc de hominibus qui ad morem pecudum prae gaudio exsiliunt. Eckard. p. 67.

Carion bonos omnes vt sint inprimis laeti. *Fisch.* Nota, coniungi hic ὀρχεῖσθαι, σκιρτᾶν et χορεύειν, quae sunt voces affinis quidem significationis, sed tamen differunt. Nam ὀρχεῖσθαι est vox latae significationis, quamlibet saltationem, quae fit in numerum, et cum arte quadam comprehendens: σκιρτᾶν est *saltare absque arte*, vt pueri et vituli lasciuientes facere solent: χορεύειν vero, in orbem saltare, veluti circa aram etc. et quidem manibus connexis. Girardus ad h. l., quum differentiam istam ignoraret, statuit χορεύετε hic non intelligendum esse de chorea et saltatione (hoc enim per ὀρχεῖσθε notari), sed de hominum coetu et aequalium coitione, quae diebus festis fere fieri soleat, quod secus est. H. Stephanus quoque in Thes. L. Gr. minus recte inter χορεύειν et ὀρχεῖσθαι hoc discriminis statuit, quod χορεύειν sit saltare et tripudiare cum cantu, ὀρχεῖσθαι rhythmice moueri etiam sine cantu. Nam cantus nihil facit ad differentiam τοῦ χορεύειν et ὀρχεῖσθαι o). Esse autem χορεύειν id quod dixi, vel probari potest ex illo loco Comici Thesm. 963. κοῦρα ποσὶν ἄγ' εἰς κύκλον, χειρὶ σύναπτε χεῖρα, ῥυθμὸν χορείας Ὕπαγε πᾶσα — Vides hic *choreae* tribui motum pedum in orbem et connexionem manuum. Et paulo post 977. εὐκύκλου χορείας i. e. *choreae pulchre in orbem actae.* Callim. h. in Dian. 241. κύκλῳ σησάμενοι χορὸν εὐρύν, quod vna voce diceretur χορεύοντες. Eurip. Iph. Aul. 676. σήσομεν ἀμφὶ βωμὸν χορούς; i. e. *saltabimusne in orbem circa aram?* σῆσαι enim vel σήσασθαι χορὸν (propr. *statuere chorum*) e consequenti interdum idem significat quod χορεύειν. Callim. h. in Dian. 170. ἡνίκα δ' αἱ Νύμφαι σε χορῷ ἔνι κυκλώσονται *quando nymphae circa te choreas agitabunt.* Virg. Aen. X, 224. simili sensu dixit: — *lustrantque choreis.* Vbi Seruius recte: *lustrant: circumdant et circumeunt. Lustrare* enim ap. Latt. interdum accipitur pro, *ambire, circumire*, vt Virg. Georg. IV, 518. *aruaque — lustrabat* i. e. circumibat. Idem Aen. II, 527. *vacua atria lustrat.* Iuuen. Sat. II, 144. *lustrauitque fugam mediam gladiator arenam*, i. e. fugit per mediam arenam. Haec loca attuli, vt lector eo melius intelligeret, *lustrare choreis* in laudato loco Virg. esse, *choreis ambire*, vel, circa aliquem

o) Vbi apud Longum in Pastor. χορεία ἐρχημένων occurrit, h. l. adduxit Schäfer. p. 331. f.

in orbem saltare, vnde etiam simul patet, choreas in orbem fieri solitas esse. *Kust.*

762. ὑμῖν cod. Doru. [pro olim vulg. ἡμῖν] Vtrum sit anteponendum, vix decernas: illud in vulgata [ἡμῖν] placet, quod Carion implendi ventris cupidissimus, vbi res agitur penuaria, semet excludum nolit, libenterque senibus adgreget. *Hemst.* ὑμῖν Cod. meus. In B. inuerso vocum ordine: εἰσιοῦσιν ἡμῖν. *Brunck.* Recepit etiam *Inu.* εἰσιοῦσιν *intrantibus*, sc. *domum. Fisch.*

763. θύλακος est *vter scorteus* s. *coriaceus*, in quo farina, etiam panis, asseruatur, et ἄλφιτα recte de pane accipi potest, vid. 219. Vnde Schol. ad Eccl. 378. Suid. et Schol. Doru. h. l. θύλακον interpretati sunt ἀρτοθήκην. v. Index Theophr. *Fisch.* θύλακον *saccum* esse *scorteum*, in quem farina vel panes condantur, docet Casaub. ad Theophr. Char. 16. ἐὰν μὲν θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ. Simili modo Antisthenes Diog. L. VI, 9. λαβὼν — θύλακον κενὸν πρὸς ἀλφιτόπωλιν ἦκε καὶ σαξάμενος ἀπῆει. Ergo perquam proprie dixit Arist. ἄλφιτ' ἐν τῷ θυλάκῳ. *Hemst.* Formulam dictam esse in eos, qui summa egestate premuntur, monuit *Gir.*

764. νὴ τὴν Ἑκ. Perperam C. μὰ τὴν — Haud infrequens librariorum hic error. v. not. ad Lys. 465. *Brunck.* Familiare mulieribus hoc iuramenti vel adfirmationis per hanc deam genus, vt aliquoties in his Comici fabulis, sicut alibi in Plut. 1047. Thesm. 865. etiam Conc. 70. et 1089. sicut alioquin per *Cererem*, *Dianam*, *Venerem*: quorum obvia apud Comicos et Tragicos exempla, aut μὰ vel νὴ τὼ θεὼ in Duali *per deas* vt Thesm. 882. et 904. *Cererem* nempe et *Proserpinam*. *Spanh.* Hera Carionis iurat per *Hecaten*, h. e. Lunam, quia, vt muliercula inops, fuerat adhuc quasi in tutela Hecates, quia coenam ei appositam a diuitibus quoque nouilunio rapuit cum aliis suae sortis hominibus, v. ad 594. ff. Sensus: *ego quidem te, ita me Hecate amet! redimire volo ob hunc laetum nuntium, serto panum furnaceorum. Fisch.* κἄγωγ' (Al. κἀγώ γ') Quoniam Carion dixerat, pauperes coronatos Plutum sequi, facere ipsa quoque vult, vt Pluto coronatus adsit et coronam ex panibus nectere, vt intelligatur farinam in saccis adesse. *Gir.* Quod ex Rau. adfertur κἄγωδ', fuit haud dubie κἀγώ δ'.

765. Quod Comicus hic dixit ἀναδῆσαι εὐαγγέλια, id infra Eqq. 644. vocat εὐαγγέλια στεφανοῦν, i. e. ob nuntium laetum aliquem coronare. Subintelligitur enim in hoc genere loquendi praepositio διά, vt et in illo θύειν εὐαγγέλια, θύειν γάμους et similibus *p)*. Constat autem hinc, nuntios laetarum rerum ab iis, quibus bona et prospera nuntiassent, honoris gratia olim coronari solitos fuisse. Sed ex aliis vett. scriptorum locis etiam discimus, nuntios bonarum rerum, ad suos ituros, ipsos coronam sibi imponere solitos fuisse, tamquam laeti nuntii signum. Sophocl. Trachin. p. 337. ed. Steph. [v. 179. f.] Εὐφημίαν νῦν ἴσχ', ἐπεὶ κατασταφῇ Στείχοντ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χάριν *q)* λόγων. Lucianus in Nerone extr. [c. 11. p. 643. T. III.] Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ προσιοῦσα ναῦς; ὡς ἐπάγειν τι ἀγαθὸν ἔοικεν, ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλάς, ὥσπερ χορὸς εὔφημος. Sequitur deinde laetum illum nuntium fuisse, mortem Neronis. Apud Aesch. in Agam. [504. f.] is, qui Troiam esse captam Clytaemnestrae nuntiat, oleae ramis coronatus incedit: Κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον Κλάδοις ἐλαίας. *Kust.* εὐαγγέλια. Nempe quod in sequ. versu τοιοῦτ' ἀπαγγείλαντα, *tam laeta nuntia adferentem.* Frequens apud scriptt. Atticos, et quidem apud hunc Comicum, huius vocis et εὐαγγελίου, εὐαγγελίζεσθαι, vsus. Sic Eqq. 644. et 653. εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ. Ap. Aesch. Agam. 270. εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν ξυηπολεῖς. Adde Isocr. Paneg. p. 142. [imo in Areopagit. T. II. p. 102. Auger.] εὐαγγέλια τεθύκαμεν, et Aesch. adu. Ctesiph. p. 453. Francof. εὐαγγελίων καὶ θυσίας *sacrificii nempe ob bonum nuntium. Spanh.* εὐαγγέλια est laetus nuntius: quod Plutus receperit visum et bonos omnes dituraturus sit, quo etiam τοιαῦτα referendum est. H. l. videri possit, εὐαγγέλια coniungi debere cum verbis τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα, *tam laetae rei nuncium*, quod tamen omnino necesse non est. De ἀναδῆσαι vid. 589. *r)*. *Fisch.*

---

p) Cf. Loesner. ad Bos. de Ellipsi p. 677. f. Viger. de Idiot. III, 1, 8.

q) Perperam ap. Kust. erat χαρίν.

r) *circumligare* significat. Quae significatio non vacaret ioco. Hic tamen pro στεφανῶσαι accipit Carion. *Cir.* Sed ex Thuc. l. IV. χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν affert *Münt.*

Hoc mulieris ioco Carionem vt λαίμαργον et voracem tangi obſeruat etiam Scholiaſtes [et Girard. h. l.]; ideo ſcilicet nexam panum ſeriem, quae coronae vice caput eius ambiat, memorari, vt denotetur τὸ ἀδήφαγον αὐτοῦ. Sed ἀναδῆσαι ἐν ὁρμαθῷ s). quamuis vſus praepoſitionis ἐν, ſi minus apud Atticos, apud alios certe Graecos ſatis frequens, tamquam improbum damnari vetet, ſatendum tamen eſt, ſimplicius orationem procedere, ſi legas σε κρ. ὁρμ. vel potius, quod in vett. membranis exſtitiſſe Schol. indicat σ' ἐκ κριβανωτῶν t) ὁρμαθῷ· ſic enim emendauimus, quum in cunctis edd. inſcite circumferretur ὁρμαθῶν. Commode vero ἀναδῆσαι ὁρμαθῷ ἐκ κριβανωτῶν quod et Doru. cod. enarratorem inueniſſe credibile, qui interpretatur ἐκ κριθίνων μαζῶν. *Hemſt.* ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ [vt Br. edidit]. Sic membr. In B. D. ἐν κοιβανωτῷ ὁρμαθῷ. In C. mira lectio: ἐν κλιβάνῳ τῶν ὁρμαθῶν. Gloſſae: σεφανῶσαι — ἐκ κριθίνων μαζῶν — διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς λαίμαργον. Interpretationis huius auctor verba ſic ordinabat: βούλομαί σε σεφανῶσαι ἐν ὁρμαθῷ ἐκ κριθ. μαζ.: neque inde colligi poteſt, apud Comicum vmquam lectum fuiſſe σ' ἐκ κρ. ὁ. v). Si quid mutandum eſſet, mallem expuncta praepoſitione εὐαγγέλιά σε κριβανωτῶν ὁρμαθῷ. *Brunck.* Etiamſi potuiſſet ſcribere poëta εὐαγγέλιά σε κριβ. ὁρμ., nollem tamen ideo praepoſitionem expangi. Quin vulgatam lectionem ſinceram puto. ἐν apud Atticos etiam ſic ex abundanti poſitum occurrit. V. Luciani Interpretem T. I. p. 835. Noſter Auu. 1735. ξυνεκοίμισαν ἐν τοιῷδ' ὑμ. vbi praep. abeſſe poſſit ſine ſententiae detrimento. Eiusd. fab. 906. abundat etiam in iſtis: κλῆσον τεαῖς ἐν ὕμνων ᾠδαῖς. Alia exempla ſuppeditabit Index x). *Brunck. in Add.* Gloſſae: ὁρμαθός, *ſeries*, quaſi *catena* quaedam, *faſcis*, conge-

---

s) Editum erat olim: σ' ἐν κριβανωτῶν ἑρμαθῷ, quod etiam ap. Brunck.

t) Ita cod. Borg.

v) ἐκ κριβ. praetulit Fiſch. quod Schol. animaduertit, in omnibus codd. ita legi, nec ἀναδῆσαι cum ἐν ſtrui poſſit, certe 589. cum Abl. ſimpl. conſtruatur. Si legatur ἐν κρ. ὁ. ſenſum eſſe, *inter* multos et ordine diſpoſitos panes coronare, ſin ἐκ κρ., corona ex multis panibus redimire, contendit Gir.

x) Praepoſitionem ἐν ita interdum redundare etiam Eckard. p. 69. f. monuit.

ries. In Lyſ. 650. ἐσχάδων ὁρμαθόν. In Ran. ὁρμαθοὺς ἐπῶν. *Bergl.* Ὁρμαθὸς pr. eſt *ſertum* e copis, aliisque huiusmodi rebus nexum et contextum, *eine Schnur*, vt h. l. de panibus furnaceis, ſed ponitur etiam de quauis alia ſerie et multitudine aliarum rerum magna et continente, vt Xen. Cyr. 6, 3, 1. ὁρμαθοὶ τῶν ἁμαξῶν. Anacr. Od. 32, 11. ὁρμαθὸς Ἐρώτων, Plat. Ion. p. 536. T. I. Steph. ὁρμαθὸς χορευτῶν, Theophr. char. 6, 4. ὁρμαθοὶ γραμματιδίων. cf. Heſ. h. v. κριβανωταὶ ſunt *panes furnacei* ſ. *teſtuacei* (Gl. vett.) qui etiam κριβωῖται dicuntur. Nam *furnus* Attice vocatur κρίβανος, non κλίβανος, (v. Phryn. p. 76. Thom. M. p. 554. Athen. 3, 28. p. 110. qui eodem libro c. 26. ſſ. varia panum genera perſequitur,) quo vocab. ſignificatus eſt propr., Heſ. auctore, ὁ βαῦνος τῶν κριθῶν, *furnus*, in quo panes *hordeacei* coquerentur, *hordea* torrerentur. *Fiſch.* Voc. εὐαγγέλια (de *laeto nuncio*) et form. ἀπαγγέλλειν εὐαγγ. illuſtrat Eckard. p. 67. ſ.

766. Cod. Doru. μὴ νῦν et mox φέρε νῦν, quemadmodum in edd., quamquam exponat δή. V. Schol. ad 414. et nos ad 783. *Hemſt.* μέλλειν eſt *cunctari*, βραδύνειν, vt 606. et Act. 22, 16. Itaque μὴ νυν μελλ' ἔτι i. q. 414. μὴ νυν διάτριβε. *Fiſch.* noli cunctari, ſcil. talem coronam mihi nectere. *Münt.*

767. ἐγγὺς omiſſum in ipſo verſu manus eadem cod. Doru. repoſuit ſuperne poſt εἰσίν, diuerſa ea ſede, quam edd. huic voculae tribuunt. *Hemſt.* ἐγγὺς εἰσιν ἤδη τῶν θυρῶν *iamiam aderunt*, prope abſunt ab aedibus noſtris, quod Matth. 24, 33. Marc. 13, 29. ἐγγὺς εἶναι ἐπὶ θύραις (hebraica conſtructione, pro θυρῶν vel θύραις) dicitur y). ἔνδρες ſunt Chremylus et Plutus. ὡς *quippe*. *Fiſch.*

768. Pro φέρε νῦν legendum φέρε νυν h. e. δή, *agedum*, vt 789. Nam haec particulae ſaepe inter ſe permutantur, et νυν ingenio imp. φέρε accommodatior eſt, nec metri leges repugnant. Nam φέρε νυν tribrachys eſt. εἴσω, *domum*. *Fiſch.* Retinuerunt νῦν omnes edd.

---

y) Quamuis Plutus tum adhuc procul eſſet, et Carion dicat ſe ei obuiam iturum, dum vxor Chremyli intus neceſſaria paret, tamen haec formula adhibetur de iis quae poſtmodum futura ſunt et inſtant. *Gir.*

καταχύσματα. Praeter Schol. noſtrum, v. Harpocr. V. Καταχύσματα, et Vales. in notas Mauſſaci ad illum locum, itemque Petau. ad Themiſt. p. 527. ed. Hard. *Kuſt.* καταχύσματα, *miſſilia*, erant *ficus*, *nuces*, et alia bellaria, quibus ſpargebatur ſeruus in familiam recens introductus z) et illa rapiebant conſerui. Illorum miſſilium mentionem facit Demoſth. Or. I. in Steph. [T. II. p. 1123. f. Reisk.] ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐκ ὤκνησε τὴν δέσποιναν γῆμαι, καὶ ἢ τὰ καταχύσματα αὐτοῦ κατέχει τόθ' ἡνίκα ἐωνήθη, ταύτῃ συνοικεῖν (vbi fort. leg. ἢ τὰ — deinde τούτῳ). Solebant et aliis occaſionibus ſparſiones miſſilium fieri, vt in nuptiarum ſolemnitatibus. V. ad 789. Eſt et κατάχυσμα culinarium, Auu. 535. *Bergl.* Ad hunc morem bellaria ſeruis recens emtis tradendi, quem pluribus tangunt Scholia, et inde alii ad h. l., reſpexit adhuc paullo poſt, nempe 789. 790. Adde Veſp. 58. ſed quod fugit ibi veteres ac recentes interpretes: nempe vbi a Xanthia ſeruo ad conſeruum Soſiam dicitur: ἡμῖν γὰρ οὐκ ἐς' οὐδὲ κάρυ' ἐκ Φορμίδος δούλω διαῤῥιπτοῦντε τοῖς θεωμένοις. Quae nuces nempe erant inter id genus *bellaria*, quae in emtos ſeruos et domum primitus ingreſſos effundebantur. Demoſth. cuius locum indicat in hoc voc. Harpocr., Orat. I. adu. Steph. p. 631. [locus etiam a Bergl. laud.] Anonymi in Hermogenem, qui haud multorum manibus teritur, ea de re verba pridem ad oram huius loci indicaueram, ſed video a Valeſio not. ad Harpocr. p. 298. iam adducta. Alio ſenſu, vt obiter hoc tangam, dicuntur tum Auu. 537. et 1638. tum ap. Athen. haud ſemel καταχύσματα, de *iuſculo* nempe cum *infuſo* in eodem *meile*, ſed de quo ibid. ad Auu. *Spanh.*

769. Praeter exſpectationem pro δούλοις poſuit ὀφθαλμοῖς. Intelligit autem Pluti oculos, quos νεωνήτους vocat ex contrario; non enim dant pecuniam pro oculis Pluti, verum Pluti oculi reſtituti pecuniam et opes ipſis dant. *Bergl.* Cod. Doru., qui νεωνήτ. interpretatur νεωστὶ ἠγορασμένοις δούλοις, videtur talem in modum accepiſſe: κομίσω καταχύσματα ὀφθαλμοῖς, ὥσπερ νεωνήτοισι, *ſicut fieri ſolet*

z) Herus et hera fundebant haec non tantum in capita ſeruorum nouitiorum, ſed etiam amicorum, qui primum intraſſent domum, boni ominis cauſa, quae corriperentur vel a reliquis ſernis, vel ab aliis, qui aderant, et quidem ad ſocum. *Fiſch.* et *Gir.* Add. Théatre d. Grecs XIII. 386.

mancipiis primum emtis et domum ductis: melius Scholiastes coniunxit. Deficit ad finem ἐγὼ in cod. Doru., nec sane nimis concinne versum claudit. Fortassis vox alia in vetustis exemplaribus extrita vel maculis obducta sic vt legi non posset, effecit, vt eius deperditae vice nouam ἐγὼ librarius fulciendo metro procuderet: quod mendi genus quantam cladem antiquis scriptoribus intulerit, non est ignotum. Si quis interim elegans putet, finiri hunc versum per ἐγώ, indidem incipere sequentem, is per me licet iudicio suo fruatur. *Hemst.* Debebat Arist. dicere: ὥσπερ νεωνήτῳ Πλούτῳ *efferam bellaria, quae mittam in caput Pluti, tamquam ferui recens emti.* Sed pro Πλούτῳ dixit ὀφθαλμοῖς, hosque vocat νεωνήτους *a)*, quia Plutus receperat visum et tum primum aedes Chremyli intraturus erat, eumque bellariis impertire gestit, boni ominis causa. *Fisch.* Etsi seruare omnes libri ἐγὼ videntur, tamen Hemst. iudicium probandum est; nam sine vlla vi ἐγώ in fine versus hic legitur.

770. ἐκείνοις pertinet ad ἄνδρας 767., et ὑπαντῆσαι scripsit poëta, non ὑπαντῆσαι, quia hoc verbum fere de iis ponitur, qui alicui casu obuiam fiunt; etsi librarii deprehenduntur valde inconstantes fuisse in hoc genere. *Fisch.* Post hunc versum in ed. Brunck. legitur: Χορός. (λείπει κομμάτιον τοῦ Χοροῦ.) *b)*

771. Constituitur hic Act. III. Sc. III. Plutus et Chremylus ad fores accedunt, et interea dum illi colloquuntur, exit rursus Chremyli vxor cum bellariis. Abrupta videtur Pluti oratio *c)*.

---

a) Quasi qui nuper emti et comparati sint. *Gir.*

b) Post haec vterque ab altero discedit; Chremyli vxor domum se recipit, Carion Pluto occurrit. Interea chorus cantiuncula spectatores remoratur, donec de templo Aesculapii Plutus egrediatur, caterua hominum stipatus, et coniectis in coelum oculis, quae sequuntur, loquatur. *Girard.*

c) καὶ γε habet vim confirmandi. Aut credendum est, Plutum, antequam templo egrederetur, iam quaedam dixisse, Aesculapio gratias egisse etc. et pergere, καὶ — *praeterea* — *Gir.* καὶ ponitur nonnumquam in principio orationis sine copulandi vi. Aol. V. H. 2, 1. et 31. *Münt.* Add. *Eckard.* p. 70.

προσκυνῶ. Adorat ſiue ſalutat *Solem*, cuius lucem longo poſt tempore iam videt, vt ſolemus amicos ſalutare, deinde *terram* Atticam, quae eum quaſi hoſpitio excipiat. In Eqq. 156. τὴν γῆν πρόσκυσον. *Bergl.* προσκυνεῖν eſt *procumbentem venerari, ſalutare;* quod ſaepe eſt ſignum laetitiae, ſi quis conſpectu amici, quem diu videre geſtiit, exhilaratur, vt h. l. Plutus conſpectu ſolis, quo adhuc caruerat. Conſtruitur cum Accuſ., ſed in N. Teſt. cum Dat. et partic. ἐνώπιον, ex Hebr. vſu, v. Geneſ. 49, 8. 23, 12. *Fiſch.* Solem, vt luminis auctorem, adorari monet *Gir.* Forſan etiam eum venerari Apollinem, propter Oraculum eius, addit *Münt.* De v. προσκυνεῖν copioſe disputat *Eckard.* p. 71. ſ.

772. κλεινὸν πέδον. Eurip. Ion. 30. λαὸν αὐτόχθονα κλεινῶν Ἀθηνῶν. Soph. Ai. 868. κλειναί τ' Ἀθῆναι. Gaudebant etiam Athenienſes, ſi eorum vrbs vocaretur λιπαραὶ Ἀθῆναι *d)*. v. Acharn. 639. *Bergl.* Stephanus Byz. V. Ἀθῆναι, locum hunc citans, legit: κλεινὴν πόλιν, quam lectionem Berkel. illic praefert *e)*. *Kuſt.* Cod. Doru. σεμνὸν πέδον, culpa deſcriptoris, vt ex adiecto Schol. perſpicuum fit: Ἀθηνᾶς ἔνδοξον ἕδαφος. Nam ἔνδοξος ſeruit ap. Grammaticos explicandae voci κλεινός. Sed conſideratius attendi meretur varia lectio, quam Steph. ſuppeditat V. Ἀθῆναι, κλεινὴν πόλιν, eum ad finem verba Comici proponens, vt arcem oſtendat ab Athenn. appellari πόλιν proprio nomine. Berkelius ſine dubitatione ſecundum eam ſcripturam pronunciare non veretur, hoc inſuper vſus argumento, cur tanto magis lectioni vulgatae diffidat, quod ſequatur χώραν Κέκροπος· χώραν et πέδον ferme eiusdem eſſe ſignificationis. Haec ſane ratio me parum mouet: quidni enim in eamdem orationem coëant, aeque ac χθὼν Παλλάδος et γᾶ Κέκροπος Nub. 299.? Neque vero, ſi ſit opus, multum erit laborandum, vt aliquod vtriusque voc. discrimen adſignemus: nam ſiue Παλλάδος πέδον arcem ſolam accipias, et totam Athenarum vrbem χώραν Κέκροπος ex iis, quae docuit

d) Cur Palladi ſacra vrbs dicatur, notum eſt, et Gir. h. l. monuit. Diuerſas traditiones de conditoribus Athenarum et de certamine Mineruae et Neptuni ſuper hac vrbe attigit *Münt.*

e) Berkelio aſſentitur *Ducker.* h. l. qui πόλιν cum Steph. monet dici ἀκρόπολιν, *arcem.*

Kuſt. ad Thesm. 119. quo ſpectat adſcripta cod. Doru. interpretatio τὰς Ἀθήνας, ſiue prius ipſas Athenas ſignificare velis, quomodo Hierapolis Phrygiae προφερέστατον οὖδας ἁπάντων in Inſcript. apud *Th. Smith.* Not. VII. Eccl. p. 37., alterum regionem Atticam, neutrum nec a Comici verbis, neque a conſuetudine loquendi abhorrebit. Attamen haec a me non eo dicuntur, quo Stephani lectionem prorſus reiiciam; quin potius vtramque probam exiſtimo, atque in duplici fabulae editione ab auctore profectam; vtra vero poſterioris emendationis pondus habeat, expeditum non eſt definire. Id omnino conſtat, ſi Παλλ. πλειονὴν πόλιν admittas, *arcem Athenarum* intelligendam eſſe, vt Eqq. 1091. Lyſ. 317. 759. 911. quibus locis Schol. ἀκρόπολιν exponit. Lyſias κατὰ Ἀγορ. Ἐνδ. p. 137. v. 21. ἔπεμψαν οἱ πολῖται ἐκ Πειραιῶς τὴν πομπὴν εἰς πόλιν· ſequitur enim paulo poſt non tantum τὸ ἄστυ diſtinctum, ſed etiam συμπέμπειν τὴν πομπὴν τῇ Ἀθηνᾷ, idque nomen, praeſertim in actis publicis, certe vetuſtiſſimis, arci fere proprium, vt patet ex Thucyd. V. p. 330, 82. σήλας σῆσαι ἐν Ἀθήναις. ἐν πόλει p. 332, 73. ἐν Ἀθήναις ἐν πόλει παρ' Ἀθηνᾷ· p. 348, 13. *f)*. Quod etſi *Meurſius* pluribus exemplis ipſe docuiſſet Cecrop. c. 3., effugere tamen non potuit, quin ſui oblitus grauiter in hac eius voc. poteſtate laberetur Theſ. c. 17. Etenim quum Plutarchus Theſ. p. 11. ſcripſiſſet, τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, quod vertendum erat: *vrbi et arci vnum Athenarum nomen impoſuit g)*, ille deterius etiam, quam Xylander, id eum in ſenſum accepit, qui a magni ſcriptoris mente longiſſime abeſt: *et vrbem Athenas aſtu appellauit.* Nec Petauium laudo, qui *Themiſtii* τὴν Ἀθηνᾶν τὴν ἐν τῇ πόλει p. 310. A. latine reddidit: *Mineruae ſimulacrum quod in vrbe eſt:* vtique *in arce*, vnde cognomen eſt ductum Πολιάδος et Πολιούχου, quam auctore Liuio dicas *praeſidem arcis*, vel, *quae arcem tenet:* neque diuerſa ratio eſt Iouis Πολιέως ibidem aliisque in locis culti; nam non Athenis ſolum, ſed multis in vrbibus Graeciae πόλεις eaedem quae ἀκροπόλεις. Thebani certe ſacram trecentorum iuuenum

f) vidd. Ducker. et Bauer. ad Thuc. V, 18. extr.

g) Hemſterhuſii immemor copioſe de his verbis diſputauit Leopold. (ad Plut. Theſ. 23, 3. p. 57. f.) ita vt ἄστυ videretur exiſtimaſſe *vrbem* ſignificare.

lectiſſimorum cohortem, quia in arce Cadmea ſtationem haberet, τὸν ἐκ τῆς πόλεως λόχον vocabant, teſte Plutarch. in Pelop. p. 287. B. qui ſimul addit: τὰς γὰρ ἀκροπόλεις ἐπιεικῶς οἱ τότε πόλεις ὠνόμαζον. Sic Ἰνάχου πόλις in Eurip. Archelao ap. Strab. V. p. 339. A. Argorum arx, vt ipſe Geographus explicuit VIII. p. 570. B. Porro Stephanum ex vetuſtiſſimis ad h. l. ſcholiis, quae notauerat, hauſiſſe credibile videtur. Commodi ſunt et cum his comparandi Ariſtoph. verſus bini, quos ex Agricolis eius ſumtos ſeruauit Hephaeſt. p. 42. Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτόφυές Ἀττική, Χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, σοῦ γὰρ ἀγαθῆς χθονὸς ἦ). Vulgo fuiſſe notos oſtendit adducto initio *Marc. Antonin.* IV, 23. quod Io. Meurſium et Gatakerum praeteriit, non Menagium ad Diogen. L. II, 58. *Hemſt.* Παλλὰς, Minerua, vocatur σεμνὴ, non, *veneranda*, *auguſta*, etſi ſcio omnes deos et deas ſic appellari σεμνάς, et ἐπ' εὐφημισμῷ etiam *Furias*, v. Harpocr. et Heſ. V. Σεμναὶ θεαί· ſed *caſta*, *ſancta*, vt idem ſit quod πάρθενος (Gloſſ. vett. σεμνὴ *Pudica*, *caſta*). Nam Minerua πάρθενος dicta eſt et templum eius in arce Athenn. Παρθενών· v. Meurſ. Cecrop. 14. Et quia Minerua arcis praeſes credebatur (vnde arx dicta Γλαυκῶπιον, dea ἡ Πολιὰς et Πολιοῦχος, v. Meurſ. Cecr. c. 3.), arbitror per πέδον etc. intelligi debere arcem Athenarum; erat enim *ſolum* quaſi *nobile et celebre et pulcrum* Minervae. cf. Heſ. et Gloſſ. vett. in Πέδον. Ipſe Ariſt. videtur eſſe huius interpretationis auctor. Scilicet in priore Pluto ſcripſerat κλ. πέδον· ſed quia viderat, id obſcurius dictum eſſe, in Pluto poſteriore πέδον mutauit in πόλιν. *Fiſch.*

773. Cecrops primus et praecipuus eſt illorum, qui ἐπώνυμοι vocabantur *i*), a quibus decem Tribus denominabantur, imo et tota regio ſ. populus Atticus ab illis, qui nobiliores erant ex iſtis, cognomen accipiebat: ita φυλὴ Κεκροπὶς Au. 1408. Κεκροπίδης ipſe populus Athen. Eqq. 1051. Quod autem hic dicit Παλλ. κλ. π. χ. τ. Κ. id Nub. 299. dixit χθόνα Παλλάδος εὐάνδρου, γᾶν Κέκροπος πολυήρατον. *Bergl.* χώρα πᾶσα Κεκρ. ſunt Athenae, nam quia arx

---

h) Fragm. Γεωργῶν 8. ex ed. Brunck.

i) Incertum eſt vtrum de archontibus, an de regibus, Cecrope I. aut II., intellexerit Bergl. A primo quidem conditore, Cecrope, nomen vrbi et regioni fuiſſe conſtat. v. *Cir.* et *Münt.*

erat in media vrbe, recte additum eſt πᾶσαν. Vrbem χώραν, etiam χθόνα, appellari, docuit Kuſt. ad Theſm. 115. Sic Tyrus Φοίνισσα γῆ Eurip. Phoen. 287. 606. Thebae γῆ ἑπτάπυλος ib. 252. χθὼν ib. 6. Troia Eur. Hecub. 16. Coluth. 271. ἥ μ' ἐδέξατο *quae me hospitio excepit.* Erat enim Plutus Athenis in domo Chremyli *k). Fiſch.*

774. ξυμφορᾶς. συμφορᾶς cod. Doru. alias ſatis adcuratus in hac litera ſeruanda, quam inprimis Attici poëtae negligere non ſolent, veluti mox ξυνών. v. *Ioſ. Waſſ.* Add. ad Thucyd. in praef. Duckeri. *Hemſt.* [συμφορᾶς tamen edidit *Inu.*] *Pudet me meorum caſuum;* quod verſatus ſum cum malis eosque ditaui, bonos fugi eosque in paupertate iacere ſiui. *Fiſch.* αἰσχύνομαι. In Eqq. 1349. αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον συμφοραῖς. *Bergl.* Paull. Ep. ad Rom. 1, 16. vbi ἐπαισχύνομαι cum Accuſ. ſtruitur, contulit Eckard. p. 74.

775. Poſt ξυμφορᾶς ponenda eſt ſaltem coli nota. Nam Plutus indignabundus οἵοις ἄρ', inquit, — ἐλάνθ. i. e. *quibusnam, quibus tandem,* quibus quaeſo (haec enim eſt vis part. ἄρα, v. Deuar. p. 69.) *cum hominibus,* h. e. cum malis, *verſabar me clam l).* Nam ἐλάνθανον (ſcil. ἐμαυτὸν) reddi debet Adu. *clam,* aut Adi. *imprudens.* v. Anim. ad Well. Gramm. III, II. p. 67. *m). Fiſch.*

776. οἱ ἄξιοι τῆς ἐμῆς ὁμιλίας ſunt *boni, probi.* Nam ὁμιλία eſt *familiaritas,* conſuetudo, vſus familiaris, vt ὁμιλεῖν *familiariter vti;* quae verba vſurpantur maxime de conſuetudine coniugum, magiſtrorum, diſcipulorum, qui inde ὁμιληταὶ dicuntur Xen. Mem. 1, 2, 12. vt didactrum ib. ſect. 6. vocatur τῆς ὁμιλίας μισθός. *Fiſch.*

777. In cod. Doru. veſtigium eſt ſcripturae prioris, ὦ τλήμων ἐγώ, ſed ab eadem manu deinde mutatae. Equidem talem lectionem neutiquam aſperner: τοὺς ἀξίους — εἰδὼς οὐδέν· ὦ τλ. ἐγώ, ὡς — quae opportune grauioris quid-

---

k) Quod Eckard. p. 75. ſ. de paſſiuo ſignificatu v. δέχεσθαι obſeruat, ab h. l. alienum eſt.

l) In exclamatione poſita haec verba quoque accepit Girard.

m) Nonnulla etiam *Münt.* congeſſit.

dam affectus habet, quam vulgata. Ceterum horum verſuum interpunctio quomodo ſit collocanda, dubitari poteſt: maiorem omnem ſignant poſt ἐγώ· ſola B. *Gelenii* minimam. Illis accedit cod. Doru. et adſcriptum ſcholion: hanc ſequutus eſt Friſchlinus, neque ego non probandam putaui, niſi tamen, me non inuito, praeferendum exiſtimes, quod initio dixi: in qua quidem lectione ὁ τλήμων ἐγὼ poſueris, an ὦ, perparum refert. *Hemſt.* Mihi quoque praeferendum videtur: ὦ τλ. ἐγώ· Nam ſi poëta ſcripſiſſet ὁ τλ., omiſiſſet, credo, pronomen ἐγώ·· quum Adi. ὁ τλ. partes pronominis ſic agat. *Fiſch.* Eſſe tamen in omnibus libris ὁ τλ., obſeruat *Inu.*, qui cum Brunck. poſt ἐγὼ plene interpunxit, quum aliae edd. comma habeant. Brunckium contra reponi voluiſſe ὦ docet haec eius adnotatio: „Non ſane hic verſus eorum in numero veniet, quorum exemplo quis forte probare conabitur, vocalem brevem produci poſſe ante tenuem et liquidam. Nam manifeſtum eſt, ſcriptum oportuiſſe, εἰδὼς οὐδέν, ὦ τλήμων ἐγώ. Qua oratione augetur etiam affectus.“ Idem in Add. monet ὁ τλ. etiam ſcriptum fuiſſe in codice quinto a prima manu, ſed ab emendatore ο in ω mutatum. „Nullibi, inquit, ap. Comicum ante τλήμων breuis vocalis producitur. Recte Pac. 23. πόθεν οὖν ὁ τλήμων ἐνθάδ' ἔξει σιτία;“

778. Verba ὡς οὐδ' ἐκ. ἆρ' aut coniungi poſſunt cum verbis εἰδὼς οὐδέν, ita vt ὡς ἆρα ſit, *quod ſcilicet*, aut ab iis ſeiungi, ita vt ἐφ. εἰδ. οὐδ. idem ſit, quod φεύγων ἐλάνθανον, et ὡς ἆρα reddatur, *quam!* *Fiſch.* ἐκεῖνο locupletare nefarios, ταῦτα probos negligere. *Münt.*

779. αὐτὰ *n*) hic otioſum eſt. Lego proinde: ἀλλ' αὖ τὰ πάντα — Notum αὖ πάλιν et πάλιν αὖ. *Bentl.* Cod. Doru. Ἀλλὰ ταὐτὰ πάντα, quod multo aptius ingenio linguae graecae, quam metro conuenit. Ergo continere me non potui, quin, vt leniſſimam, ſic certiſſimam Bentleii emendationem reponerem. *Hemſt.* τὰ πάντα ἀνασῴσαι eſt, *ſecus, contra, facere;* omnia alia facere; ſequi bonos, fugere malos; metaphora ducta eſt ab iis, qui aliquid in contrariam partem vertunt. *Fiſch.*

---

n) Legebatur olim Ἀλλ' αὐτὰ — Bentl. emendationem recepit praeter Hemſt. *Brunckius*, qui in Add. monet in codd. [haud dubie etiam ſuis] male ſcriptum eſſe αὐτά, et in textis reliquit *Inu.* quamquam ex Rau. videtur αὐτὰ reſtituere voluiſſe.

780. ſ. τὸ λοιπὸν eſt *iam, poſthac.* v. ad Anacr. Od. 1, 10. ἑαυτὸν ἐνδιδόναι τοῖς πονηροῖς eſt, cum malis hominibus verſari eosque ditare. *Fiſch.*

781. τοῖς πονηροῖς ἐνεδίδουν. Nempe prout ab Eurip. in Aeolo ap. Stob. Floril. tit. 93. de hoc Pluto dicitur: Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεόν, Ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο. Iuxta Grotium: *Laudare Plutum parce; non veneror Deum, Qui peſſimorum ſaepe fit poſſeſſio.* Adducuntur iidem verſus, vt obiter hoc dicam, a Plut. de aud. poët. p. 68. ac praeterea ap. Sext. Empir. adu. Matth. p. 55. ſed indicto eorum auctore. *Spanh.* [v. Musgr. Fragm. Eur. Aeol. 14.]

782. Βάλλ' ἐς κόρακας *abi in malam rem,* apage te a me o). Nam κόρακες per metonymiam adiuncti pro ſubiecto dicitur pro βάραθρον ſ. ὄρυγμα, qui erat Athenis locus alte effoſſus, in quem mortis damnati praecipitabantur. v. *Meurs.* Lect. Att. 1, 25. Sed talia loca ſunt domicilia coruorum. Eſt vox deteſtantis et amolientis, vt 394. 604. Scilicet Chremylum cum Pluto domum pergentem putandi ſunt plures amicorum eius, qui pauperem ne adſpexiſſent quidem, adiiſſe, et prae nimio ſtudio beniuolentiae, quod hominem audiuiſſent diuitem factum eſſe, in corpus eius ita irruiſſe, vt tibias fricuerint. Hac importuna eorum ſedulitate grauiter offenſus Chremylus, qui iam cum diuitiis ſuscipere coepiſſet ſuperbiam et faſtidium, eorum quemque reiicit, βάλλ' inquiens ἐ. κ. p) Ὡς χαλεπόν εἰσιν οἱ φίλοι *quam moleſta res,* quam moleſti, *ſunt amici.* Nam Adiect. neutra quum locum attributi habent, etiam nominibus pluralibus vtriusque generis adiunguntur, vt Phoen. 358. δεινὸν γυναιξὶν ὠδίνων γοναί, atque adeo neutrius generis, vt Plat. Parmen. 23. ταῦτα ἀδύνατον. Sic Virg. Ecl. 3, 80. ſ. *Triſte lupus* ſtabulis etc. Intelligi

---

o) βάλλει ſc. ἑαυτὸν aut σεαυτὸν (Munt.) pro βάλλου. *Gir.* qui etiam quod de Stratonico Athenienſi citharoedo, ad pſaltem obſtrepentem dicente: ψάλλ' (pro βάλλ') ἐς κόρακας narratur, aſſert.

p) Sic et in Nubb. 133. Veſpp. 841. Factus autem eſt nimis delicatus Chremylus noſter νεόπλουτος, qui quum eſſet antea, vt ceteri agricolae, τοῦ πονεῖν ἐραστής, nunc vice verſa nec nimias amicorum gratulationes patienter ferre poteſt. *Bergl.* Supra 405. ἐς κόρακας. Veſp. 51. ἐς κόρακας οἰχήσεται. *Spanh.*

volunt χρῆμα q). Certe Ouid. ex P. 2, 7, 57. *miſer omnis res timida eſt.* Herod. 3, 53. τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. *Fiſch.*

783. οἱ φαινόμενοι. Qui ſimul atque aliquis opibus fuerit auctus, quum ante ſe ſubducerent ipſumque nomen amicorum refugerent, nunc ſtatim aduolant, vilibusque officiis operam ac ſtudium palam venditare non erubeſcunt. Nihil eſt in hac ſententia, quod deſideres: attamen Lucian. in Tim. §. 45. παντα χόθεν συνθέουσι κεκονιμένοι καὶ πνευσιῶντες οὐκ οἶδα ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. ὀσφραινόμενοι tam prope diſtat ab οἱ φαινόμενοι, vt, qui Plutum eo in ſcripto ſaepius expreſſit, hic idem feciſſe videatur: quare ſuſpicio incidit, fortaſſis ap. Ariſt. ὀσφραινόμενοι olim fuiſſe lectum ſenſu non magis facili quam venuſto: *quam graues et moleſti ſunt amici olfacientes* ſ. *odorantes e veſtigio, ſi quis meliorem adeptus ſit fortunam.* Coniecturam eamque, quod vltro fateor, leuem exemplis pluribus illuſtraui ad Lucian. p. 159. r) Schol. cod. Doru. intellexit hunc verſum eodem modo, quo plerique interpretes: prae ſtudio declarandae voluntatis tam improuide irruunt, in corpus, vt tibias, qui dolor eſt acutiſſimus, pungant ac laedant. Longe aliter Caſaub. ad Theophr. Char. 19. *Hemſt.* οἱ φαινόμενοι ſunt, *qui apparent*, qui ſe tales gerunt, ſimulac aliquem diuitem factum eſſe audierint. Nam εὖ πράττειν eſt i. q. 806. πλουτεῖν. *Fiſch.*

784. Locum hunc interpretibus ante non intellectum pulchre expoſuit Caſaub. ad Theophr. Char. p. 316. [p. 198. ed. Fiſch.] cuius verba hic deſcribere non grauabor: „Videtur haec δυσχέρεια (nempe, ἔλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, vt Theophr. ibi ait) frequens per illa tempora Athenis fuiſſe, vt merito Theophr. hanc notam non praeter-

---

q) v. Dos. Ellipſ. p. 535. Schäf. πρᾶγμα quod aliis locis additur, intelligit *Eckard.* p. 74.

r) Vnice probauit Hotibius p. 21. et Terent. Adelph. 3, 3, 42. (prius *olfeciſſem*), Ran. 699. Lyſ. 617. 688. Acharn. 190. ſſ. conferri iubet. Improbat Fiſch. quod articulus ante partic. omitti non potuerit et res ipſa aduerſetur. Nam Chremylum non queri de iis, qui e veſtigio odorentur, ſed qui vbi audierint, diuitem eſſe factum, ſtatim aduolent, et ſe pro amicis ſubito tum gerant.

miſerit. Nam etiam ap. Ariſtoph. in Eqq., quo loco certant adulationis certamen Cleon et Agoracritus, ſartor ille impurus pyxidem vnguenti pollicetur iſtiusmodi hominibus, quibus tibiarum vlcera ſibi inungant: ἐγὼ δὲ (inquit) κυλίχνιόν τε σοι καὶ φάρμακον δίδωμι, Τὰ 'ν τοῖς ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια περιαλείφειν [906. f.]. Alludit idem poëta etiam in Pluto, vbi Chremylus inter moleſta ſedulitatis officia ſibi blandientium hoc ponit: νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσι τἀντικνήμια. Non intelligunt h. l. interpretes, qui φλᾷν hic putant eſſe *frangere*, aut *infringere*; nam contra *molliter tractare* ſignificat et cum gratificandi ſtudio. Heſych. μαλάττειν et τρίβειν exponit. Ideo addit, eos, qui iſta ſibi facerent, hoc ipſo velle declarare ſuam beneuolentiam." Haec Caſaubonus. *Kuſt.* Ab eodem Ariſtoph. aliter in deperdito dramate Αἰολοσίκων inſcripto ap. Hephaeſt. p. 30. mulieres inducuntur dicentes: πᾶσι κακοῖσιν ἡμᾶς φλῶσ' ἑκάστοτ' ἄνδρες, *omnibus malis nos vndique infeſtant mariti.* In Pac. vero 1310. φλᾷν ταῦτα πάντα καὶ σποδεῖν *infringere haec omnia oportet et conterere*; ac ſimiliter Nub. 1373. κἄπειτ' ἔφλα με (me cruciat) κἀσπόδει. Ap. Aeſch. iam ante Choëph. 26. ἔφλασεν ὑπ' ἄλγεσι πρόσεργοι στολμοὶ *crepuerunt prae dolore pectorales ornatus. Spanh.* Adulatores, vt ſuis regibus gratum facerent, ſolebant illis genua etiam fricare. Hinc ap. Plaut. Aſin. III, 3, 80. cum ſeruus blanditiis et adulationibus vellet a ſe impetrari argentum, quod hero promiſerat, inter alia dicit: *Atqui pol hodie non feres, ni genua fricentur.* Cui herus: *Quidvis egeſtas imperat; fricentur;* qui mox deluſus dicit: *Furcifer etiam me deluſiſti?* cui ſeruus: *Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.* Hoc officium erat quandoque neceſſarium, ſi vel *femina inuaſiſſent in genua laſſitudine*, vt loquitur Plautus Epid. V, 2, 5. vel ardore ignis φῶδες atque papulae eſſent exortae, ſenibus maxime, qui tempore hiberno numquam ſatis accedere ad ignem et ibi morari ſeſſitando poſſunt, ſi tibiae ipſis vel ſemitoſtae ſint. In Eqq. etiam Ariſt., adulator populi perſonae dat medicamentum ad inungenda τὰ 'ν τοῖσιν ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια. Chremylum etiam noſtrum fricationis officio demereri ſtuduerunt amici quidam, ſed is eorum nimio ſtudio offenſus dicit: νύττουσι καὶ φλῶσι τἀντικν. *pungunt et frangunt tibias.* At illi tantum *fricuerant*, περιέψησαν, ſed ita eſt ingenium faſtidioſorum homi-

num: obtundi ſe ſtatim putant *s)*. Locum hunc egregie imitatus eſt Plautus Capt. III, 2, [2. ff.]. *Vbi quisque vident, eunt obuiam gratulanturque eam rem: ita me miſerum reſtitando retinendoque laſſum reddiderunt: vix ex gratulando miſer iam eminebam.* Putares hominem ex mediis fluctibus maris cupide emerſiſſe et ereptum eſſe. *Bergl.* Tripliciter locus ab interpretibus explicatur. Plerique ita intelligunt, vt Hemſt. (ad verſ. 784.) Nam ἀντικνήμια ſunt *tibiae t)*, vt γαστροκνήμια *furae* (vid. ad v. 274.). νύττειν eſt *pungere*, fodicare, vt Ioh. 19, 34. Reddi poteſt h. l. *offendere*. Nam quum tibiae offenduntur, exiſtit dolor acutiſſimus, vt quum quis pungitur apiculae aculeo. φλᾷν h. e. θλᾷν (718.) eſt *tundere, contundere*. Secunda eſt Caſauboni, qui φλᾷν ait eſſe, *molliter tractare*. At primo repugnat hoc, quod in Chremyli tibiis nusquam dicuntur fuiſſe vlcera, deinde natura verbi φλᾷν. Nam Heſ. per μαλάσσειν πληγαῖς (h. e. vehementiſſime caedere) explicat; et vbi apud eum per μαλάττειν ſimpliciter explicatur, ſubintelligendum eſt πληγαῖς. Et quid tum fiet de verbo νύττειν, quod ſic commode explicari non poteſt? Aſſentior igitur Berglero, exiſtimanti, adulatores Chremylo, vt gratum facerent, fricare genua, crura, tibias, hunc autem, rebus proſperis prorſus immutatum, queri, ſibi tibias ab iis non fricari, ſed pungi et tundi. ἐνδείκνυσθαι εὔνοιάν τινα dicitur is, qui *oſtendit* et *declarat* amorem ſuum et beneuolentiam aliquo modo erga aliquem. *Fiſch.*

785. ἐνδεικνύμενοι ἕκαστος. Elegans eſt conſtructio et paſſim obuia Singularis ἕκαστος cum verbo vel participio plurali. Exempla vel lexica ſuppeditant. Neſcio cur in Demoſth. Or. I. c. Philipp. p. 57, 7. Reisk. ἕκαστοι pro ἕκαστος viri docti maluerint. *Brunck. v)*. Cod. Doru. ante εὔνοιαν (quod explicat ἦγουν ἀγάπην) addit εἰς, perperam: metro conſuli facile poterat, ſcribendo ἐς· ſed formula loquendi praepoſitionem repudiat. v. Bergl. ad Alciphr. III, 50.

---

s) Quaeritur Chremylus, magna ſe premi hominum turba, qui adeo ipſum vrgeant, vt crura ſibi contundant. *Hunt.* qui etiam morem genua tangendi et vel oſculandi illuſtrat.

t) Perperam *Gir.* κνήμην *ſuram*, ἀντικνήμιον *crus* interpretatur.

v) Porſonus tamen ad Eurip. Phoen. 1265. ex codd. nonn. neſcio quibus et Suid. V. φλᾷν praetulit ἐνδεικνύμενος.

Quamobrem ſeruari omnino nequit, niſi verbum aliud, cui commode iungatur, huc aduocaueris: velut Ἐπειγόμενοι ἕκαστος εἰς εὔνοιάν τινα· verum haec opera metuo ne ſit ſuperuacua. *Hemſt.*

786. ſ. τίς οὐ x). Eurip. Rheſ. 401. τίς γάρ σε κήρυξ ἢ γερουσία Φρυγῶν ἐλθοῦσ' ἀμύνειν οὐκ ἐπέσκηψεν πόλει; *Bergl.* προσειπεῖν eſt, *ſalutaſſe;* nam qui ſalutat alterum, eius nomen appellat. Sic ἀντιπροσειπεῖν *reſalutare*, Theophr. char. 15. vt ἀντιπροσαγορεῦσαι Diog. Laërt. 4, 11. ἀνταspάζεσθαι Xen. Cyr. 1, 3, 3. ὄχλος πρεσβυτικὸς eſt *turba ſenum* (nam pares cum paribus facillime congregantur, Cic. Cat. mai. 3.) et περιστεφανοῦν eſt i. q. κυκλοῦν, περικυκλοῦν *cingere, circumdare*, vt Latinis *corona* eſt multitudo hominum qui circumſtant locum aliquem vel perſonam. De ſitu fori Athenn. v. Meurs. Ath. Att. 1, 3. *Fiſch.* Male cod. Doru. περιες. explicat ἐτίμησεν. στεφανῶσαι ſaepe eſt τιμῆσαι, quemadmodum et Harpocr. expoſuit in Στεφανῶν τοὺς νενικηκότας. Polyb. ap. Suid. in Στακτή [XIII, 9, 5. ed. Schweigh.] ἐστεφάνωσαν τὸν Ἀντίοχον — πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις. Liban. T. II. p. 536. A. εὐφημίαις ἐστεφανοῦτο· ac στέφανος *munus honoris cauſa donatum:* περιστεφανῶσαι, vt opinor, numquam. Senſus apertus: *quae me turbae ſenilis corona ſpectabilis et frequens non cinxit in foro? Hemſt.*

788. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν. Sic codd. omnes. Gloſſa in C Πλοῦτε. In meo ad καὶ σὺ καὶ σὺ gl. Χρεμύλε, Πλοῦτε y). Vnde ſatis liquet, priora verba ὦ φ. ἀ. ad Plutum directa eſſe z): quod confirmat etiam Suidas, qui non ἀνδρῶν, ſed ἄνερ legebat. Ad hunc enim verſum reſpicit in hac nota: Ἄνερ· παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ· φίλτατ' ἄνερ. χρῆσις τοῦ ἄνερ οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς τῆς γυναικὸς εὑρέθη κλητική, ὥσπερ

---

x) Habet hoc admirationem potius, quam interrogationem: *quis non?* quaſi, *nemo non;* ergo omnes. Sic ποῖος οὐκ; *quanta non turba?* igitur maxima. *Gir.*

y) In Doru. verbis ὦ φ. ἀ. ſuperſcriptum: Πλοῦτε καὶ σὺ Χρεμύλε, ſed ad καὶ σὺ κ. σὺ pertinere putat *Hemſt.*

z) Neque enim φίλτατ' cum Fiſch. aliisque pro φιλτάτω (φιλτάτ') accipi recte poteſt. Recte *Gir.* pro φίλτατε dictum putauit, et ad Plutum potius quam ad Chremylum dici inde collegit, quod mulier etiam antea magis de Pluto, quam de marito fuerit ſollicita. Eum ſequitur Francog. interpres.

ἐκεῖ ἐϛι παρὰ τῷ ποιητῇ· (Il. ά, 725.) ἄνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο. Ex Suidae obſeruatione manifeſtum eſt eum in φ. ἄνερ Plutum intellexiſſe. Quod vero ſtatuit, vocatiuo ἄνερ mulieres ſolitas non fuiſſe maritos ſuos compellare, huius rei penes eum fides eſto. Sane ap. Comicum occurrit ὦ ἄνερ Lyſ. 518. Conc. 531. aliisque forte in locis, quos excutere non vacat. *Brunck.* in Add. Genitiuus ἀνδρῶν reſpondet particulis λίαν, μάλιϛα et ſimilibus, quae Superlatiuis adduntur (vid. 78. f. 684.) χαίρϛε eſt *ſaluete* (322. f.). *Fiſch.* Brunckius Dualem χαίρϛον e cod. B. recepit. Reſtituit Pluralem ex vtroque ſuo libro *Inu.*

789. φέρε νυν A. Fl. *Ph. Iunt.* et B. *Crat.* In reliquis exſtat: φέρε νῦν. Digna ſunt, quae ponam *H. Stephani* verba Theſ. L. Gr. T. II. p. 1680. F. „Vt ap. Tragicos nonnulli loci reperiuntur, in quibus νῦν aduerbium temporis ſedem παραπληρωματικῆς voculae νυν occupet, ſic et ap. Ariſtoph. non paucos locos huius erroris ſuſpectos habeo: vt in Pluto φέρε νῦν — λαβοῦϛα. Sic in Pluto pro εἶα νῦν vereor ne εἶά νυν reponendum ſit (316.); ibidem (208.) pro Μὴ νῦν μελέτω ne reponi debeat Μὴ νυν μ. Quibusdam autem in locis errorem lex metri patefacit: quum νῦν producatur, νυν corripiatur.“ *Hemſt.* Scholiaſtes ſupra ad 768. adducit ſimilem locum Theopompi: φέρε σὺ τὰ καταχύσματα ταχέως κατάχει τοῦ νυμφίου καὶ τῆς κόρης, *age tu, miſſilia cito ſparge in ſponſum et ſponſam a).* V. not. ad locum illum. *Bergl.* Νῦν. immo, νυν h. e. δή (768.). νόμος γάρ ἐϛι *ſic enim moris eſt.* Nam νόμος eſt *mos*, vt 795. συνήθεια Heſ. Ex h. l. cognoſcitur, 1. patrem matremue familias ap. Athenn. ſolitos fuiſſe in capita amicorum, qui primum domum intraſſent, effundere, boni ominis cauſa, bellaria, 2. quae fuerint iſta bellaria, vid. 798. et Ammon. [p. 78. f. Valck.] et ex eo Thom. M. [p. 510. f. Bern.], 3. cur illa dicta fuerint καταχύσματα, 4. illud factum eſſe in atrio ad focum (795.). καταχ. ταυτί, quae extulerat e domo (768.). καταχέω *effundere volo b).* Et

---

a) Ex Virgilio [Ecl. 8, 29. f.] *Gir.* affert: *tibi ducitur vxor; ſparge, marite, nuces.*

b) Genit. σου a κατὰ in καταχέω pendet. λαβοῦϛα de caniſtro, calatho, vel ſacculo. Praeſenti καταχέω indicat, quam promta fuerit in ſpargendis bellariis. *Gir.*

part. λαβοῦσα poterat omitti, vt Matth. 13, 33. *Fiſch.* Cod. Doru. vitioſam ſcripturam: ταυτὶ κα ταχέως οὐλαβοῦσα, operae non erat pretium commemorare, niſi puerilis lapſus exemplo pateret, quibus modis et a quam leuibus initiis graues ſaepe maculae vetuſtos ſcriptores contaminent. *Hemſt.* Μηδαμῶς Gl. vett. *abſit, neutiquam. Fiſch.*

791. Ad εἰσιόντος cod. Doru. πρωϑύτερον, εἰσελϑόντος. Praecedere verbum notat, quod poſteriore loco collocari debuiſſet; prius enim viſum Plutus recuperauerat, quam domum Chremyli ingrederetur. *Hemſt.*

792. ſ. πρώτισα c). Nam a Superlatiuis interdum alii et comparatiui et Superlatiui ducuntur in vtraque lingua. v. Priſcian. 3. p. 82. Bas. Et πρώτισα quidem ap. Hom. legitur multis locis. καὶ ante βλέψ. habet vim explicandi, *et quidem d)*, vt Plin. Epp. 3, 7, 4. ſalutabatur, colebatur, *multumque* in lectulo iacens. ἐκφέρειν e domo, εἰσφέρειν in domum, i. e. nihil expendere, erogare, immo accipere aliquid et redigere (v. 803.). πρεπῶδες ἐστιν *decorum, conueniens eſt* (797.). *Fiſch.* Mirifice in Doru. δες corruptus eſt 793. Πρεπῶδες ἐστὶν (πρέπον ἐστι) πρεπῶ λλον εἰσφέρειν. *Hemſt.*

794. e) δέξει δῆτα. Perperam vulgo: δέξῃ ταῦτα. Tres Regii: δέξῃ δῆτα. Atticam terminationem repoſui e perpetuo Comici vſu. *Brunck.* [quocum vterque liber *Inu.* fecit.] εἶτα, vt ἔπειτα (828.) in interrogationibus fere indignationem quamdam admirationemue vehementem indicat: *tu vero* (45. 79.). οὐχὶ δέξῃ *non fines in te effundi?* Pro ταῦτα Ammon. legit δή, inuito metro. *Fiſch.*

795. ἔνδον *in atrio?* ſed ἡ ἑστία eſt *focus*, non *domus ipſa*, de qua Schol. Doru. accepit vocabulum [improbante etiam Hemſt.] ἔπειτα (796.) *tum, ſic.* Sed poteſt etiam

---

c) per me ſcilicet et nullo duce. Nam iam antea ingreſſus fuerat. *Gir.*

d) Alia e Graecis exempla huius ſignificationis part. καὶ attulit Eckard. p. 74. ſ.

e) Citant Ammonius et Tho. M. V. κατακλίσματα. *Kuſt.*

propria partic. poteſtas retineri. Nam affert Plutus duas cauſas, cur nolit bellaria ante aedes in caput ſuum effundi ab vxore Chremyli: 1. quod moris ſit, id in atrio ad focum fieri, 2. quod ſic etiam ineptiae vitentur. Sed vt πρῶτον ponitur, non ſequente ἔπειτα, ita ἔπειτα, non praecedente πρῶτον. *Fiſch.*

παρὰ τὴν ἑστίαν ὦ. ν. Quod etiam praeter Scholia ad h. l. ab anonymo Hermogenis Schol., loco paullo ante indicato, tangitur: καταχύσματα etc. ἃ τοῖς νεωνήτοις ἀνδραπόδοις ἐπέχεον αἱ δέσποιναι πρὸς τῇ ἑστίᾳ καθεζομένοις. *Spanh.*

796. Citat Suidas V. Φόρτος, qui Φόρτον hic interpretatur χλεύην, at Scholiaſtes rectius φορτικὸν γέλωτα. Φορτικὸν autem ap. Atticos ſignificat *ineptum*, *frigidum*, *affectatum*, et omne id, quod ſpectatoribus vel lectoribus taedium creat. Senſus igitur huius loci eſt: nam et minus inepti videbimur, ſi non ex re tam friuola captemus riſum vel applauſum plebis *f)*, cordatioribus et modeſtioribus moleſtum, quod alii Comici facere ſolent. Notandum enim eſt, haec ad perſonam ipſius Ariſt. referenda eſſe, vt Schol. etiam monet. *Kuſt.* Φόρτον. *ineptias.* In Pac. 748. τοιαῦτ' ἀφελῶν κακὰ καὶ Φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ, talia poſtquam detraxit mala et ineptias et ſcurrilitates ignobiles. *Bergl.* Suidas exponit τὴν χλεύην *irriſionem*. Gloſſae, ψόγον, χλεύην, μέμψιν *g)*. Significat *moleſtas*, *odioſas ineptias*, vt Pac. 748. Hinc φορτικὴ κωμῳδία Veſp. 66. *Brunck.* Φόρτος *onus*, maxime nauium, dicitur *quidquid oculis*, *auribus*, *animo moleſtum eſt*, et, quia inepta moleſta ſunt, etiam de *ineptiis*, quum quis dicit vel facit, quod alienum ſit a loco, tempore, perſona vel ſua vel alterius. καὶ τ. φ. ἐκφ. ἂν eſt, *nec inepti fuerimus*, nihil fecerimus, quod ſit a poëtae perſona alienum. Vnde additur οὐ γὰρ πρ. Nam vt διδάσκειν et *docere* dicitur poëta, quum fabulam edit ſpectandam, v. Cic. Brut. 18. Tuſc. 4, 29. Cat. Mai. 14.: ita a Graecis διδάσκαλος vocatur ſcriptor fabulae, vt dithyrambi, comoediae,

---

f) Riſum non tam ſpectatorum, quam ſubſequentis hominum multitudinis, perperam intelligit *Gir.*

g) Cod. Doru. τὴν μέμψιν καὶ τὴν κατηγορίαν. Aliter accepit ac Scholiaſtes, neuter ſatis recte. *Hemſt.* De premente multitudine accipi etiam poſſe putant *Gir.* et *Münt.*

tragoediae, quum eam ſpectandam edit. v. Harpocr. h. v. Ab hoc διδασκάλῳ diſtinguendus eſt ὁ τοῦ χοροῦ διδάσκαλος h. e. is, qui tenet diſciplinam chori eamque alios docet. v. Ern. ad Xen. Mem. 3, 4, 4. Hinc intell. Heſych. V. Διδάσκαλος. Caeterum etiam Latini comoediarum et tragoediarum ſcriptores videntur dixiſſe *doctores*. Certe in Aelii Donati Fragm. de Com. et Trag. ap. Weſterhou. Prolegg. in Ter. p. 57. T. I. leguntur haec: Nec deerant praemia, quibus ad ſcribendum *doctorum* prouocarentur *ingenia*, ſed et actoribus munera offerebantur etc. *Fiſch.* Dicit quidem et hic et in Veſp. 58. ſe nihil proiicere ſpectatoribus; tamen id facit Pac. 1033. τοῖσι θεαταῖσι ῥίπτε τῶν κριθῶν. Sed ſolens eſt Comicus in iſtis leuior, et multa, quae in aliis Comicis, ſuis aemulis, reprehendit *h)*, ipſe alibi committit, vt oſtendam ad Parabaſin in Nubb. et ad Parabaſin in Pace et alibi. *Bergl.*

798. τρωγάλια. Sic Pac. 774. τῶν τρωγαλίων, quomodo ab antiquis dicta τραγήματα ſ. *bellaria*, notant ibidem Scholia. Immo eadem ita a Laconibus dicta, auctor eſt Heſych. V. Τρωγάλια *i)*, apud quem alibi, vt hoc praeterea notem, πόλλυβα, τρωγάλια. Idem vero de antiquo voc. huius τρωγαλίων vſu, pro τραγήμασι ſ. *bellariis*, atque *ſecundis menſis*, tradidiſſe libro de temulentia Ariſtotelem tradit Athenaeus XIV. p. 641. τρωγάλιον in Singulari pro *bellariis* adhibet etiam Clemens Alex. Strom. VI. p. 695. καὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἐφάπτεται φιλοσοφίας, οἷα τρωγάλιόν τι ἐπὶ τῷ δείπνῳ παρεψώμενος. Τρωγάλια vero, quod viderunt alii, eadem quae τρωκτὰ dicuntur ab Hippocrate, quod cruda aut ſicca deuorentur. *Spanh.* ἰσχάδια ſunt *caricae*, ficus aridae. Nam etiam hoc Deminutiuum vim Primitiui habet (vt 710.), nam 801. 812. dicuntur ἰσχάδες. v. Etym. M. Ἰσχάς. Saepe autem vocabulis formarum poſtponuntur vocabula generum, ita vt καὶ τρ. ſit i. q. καὶ

---

h) Inſectatur Comicos quosdam, quod illi, aurae popularis captandae gratia, antequam fabula coepiſſet agi, in coronam ſpectatorum bellaria profundebant. *Girard.*

i) Cuiusmodi verborum Laconicorum magnam copiam congeſſit et illuſtrauit Valcken. ad Theocr. Adon. p. 271. ſſ. *Fiſch.* Cf. quos de voc. τρωγάλια laudauit Tittmann. ad Zon. II. p. 1751.

τἄλλα τρ. (vid. ad 660.). τοῖς θεωμένοις h. e. τοῖς θεαταῖς. Nam etiam Graeci, vt Hebraei, Participiis vtuntur loco Subſtantiuorum. Sic Xen. Mem. 3, 5, 19. οἱ ἐφεστῶτες ſunt, qui §. 18. dicti ſunt οἱ ἐπισάται. *Fiſch.* Mendoſe dedit librarius cod. Doru. δεομένοις· ſed indicium verae lectionis ſeruat explicatio τοῖς θεαταῖς. *Hemſt.*

799. Non infra lectionem vulgatam (προσβαλόντ') poſuerim, quod praeſert cod. Doru. προσβάλλοντ' ἐπὶ τούτοις etc. verſiculi numerus vtrobique commode procedit *k*). ἐπὶ τούτοις Schol. cod. Doru. intellexit *ob ſpectatores proiectas nugas auide diripientes;* quod non probo, neque ratio apparet, cur ante γελᾶν voluerit ὥστε ſuppleri. *Hemſt.* Si poëta vxorem Chremyli iuſſiſſet bellaria effundere in caput Pluti ante aedes, atque adeo in ſcena, ipſe ea viſus eſſet *proiici iuſſiſſe*, vt a ſpectatoribus corriperentur (800. f.). Nam ſaepe facere aliquid dicitur, qui illud facere alterum iubet. ἐπὶ τούτοις (ἰσχαδίοις καὶ τρωγαλίοις) ἀναγκάζειν ſ. ἐπαναγκάζειν γελᾶν *riſus dare* ſpectatoribus *ob bellaria.* Nam ſpectatorum ii, qui bellaria proiecta diriperent, ea re riſum excitaturi erant caeteris. Notantur autem illi Comici iſtorum temporum, qui, quum non poſſent ſpectatoribus probare ipſas fabulas, ſeruos inducerent bellaria ſpargentes ſpectatoribus, vt iis vel hac re excitaretur riſus *l*). *Fiſch.*

800. MS. Arund. [pro olim vulg. δὲ Ξένικος] vna voce Δεξίνικος, quod verum puto *m*). *Kuſt.* Placet, quod ex MS. profers, ὡς Δεξίνικος: tamen ſcabrities quaedam aures adhuc offendit, ὡς ἀνίσασθ', ὡς ἁρπασόμενος. Ego ſic tenta-

k) Vtroque modo, ſiue (vt vulg.) legas προβαλόντ' ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκ. γ. ſiue cum Doru. προβάλλοντ' ἐ. τούτοις ἐπ. γ. verſum immodulatum exiſtere monuit Hotibius p. 21. Itaque probauit lectionem cod. Rau. ab Inu. receptam προβαλόντ', ἐπὶ τούτοις εἶτ' ἀναγκάζειν γ. *haec itaque ridere cogere.* „Terentius Eun. 2, 3, 25. *Itaque ego amantur.* Ad q. l. vetus interpres: Itaque, inquit, nemo illas amat. εἰρωνεία eſt." Haec Hotib. Caeterum προβαλόντ' non pro προβαλόντι, ſed προβαλόντα accipio, qui Accuſ. cohaereat cum ἀναγκάζειν.

l) Riſus hic quodammodo eſt coactus, quoniam res per ſe digna potius eſſet, quae exploderetur. *Girard.*

m) Aſſentitur *Berglerus.*

veram: Εὖ πάνυ λέγεις. Ὁ δὲ Ξένοικος οὗτοσί. Vt Ξένοικος sit viri nomen. Vel sic, quod fortasse omnium verissimum est: Εὖ πάνυ λέγεις· ὄχλος δὲ ξενικὸς οὗτοσὶ — Peregrini scil. spectatores, vrbanitatis Atticae ignari, serio rem agi credentes, surrexerant ad rapiendas caricas. Nimirum plerisque festis Athenienſium aderant exteri, et praecipue Dionyſiis vernis, ad ludos ſpectandos; quod tum aliunde conſtat, tum etiam ex Schol. Ariſt. Acharn. 503. ſ. vbi Comicus Οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγῶν, ait, Κοὔπω ξένοι πάρεσιν. Quo etiam facit illud Comici Eqq. v. vlt. ἵν' ἴδωσιν αὐτόν, οὓς ἐλωβᾶθ', οἱ ξένοι. *Bentl.* Hunc locum quin macula quaedam contaminarit, minime dubitandum reor. A lectione Cod. Arund. non multum abit Doru., quamquam ibi labis aliquid culpa librarii videatur adhaesiſſe: ſic enim ſcriptum praefert: ὡς (ὅτι) δὲ ξένικος οὑ. Notatur ſupra ξ articulus ὁ, vt ſit ὁ ξένικος, quod a corrupta lectione profectum, quia non animaduertebat, iungi debere Δεξένικος. Scholiaſtes quid fuerit ſequutus, compertum haberemus, ſi veteris comoediae loca, in quibus hic homo irridebatur, adhuc exſtarent: crediderim tamen, eum quoque Δεξένικος legiſſe; nam proprium viri nomen Ξένικος mihi nondum innotuit *n*). Etiamſi quod Bentleius affert, ingenioſiſſime cogitatum eſſe, nullus diffitear: tamen viri ſummi dubitatio me mouit, vt diligentius inueſtigarem, an quid aliud, et fortaſſe magis adpoſitum, inueniri poſſet. Primum quidem mihi ſedet, certi hominis, quem Comicus laudat, requiri nomen, ideoque lubens a ſcriptis libris Δεξένικον accipio. Deinde non video, quomodo conſiſtat aut connecti poſſit ὡς ἀνίσατο, quod vix Graecum eſt: ſententia poſtulat, Dexinicum iſtum ſpe vana deceptum fruſtra ſurrexiſſe, vt ſpargendas ex conſuetudine reliquorum poëtarum caricas diriperet. Tentabam igitur: εὖ πάνυ λέγεις· ἄλλως Δεξένικος οὗτοσὶ Ἀνίσαθ', ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰσχ. Anapaeſtus quartae ſedi conuenit: ἄλλως autem, i. e. μάτην, quod frequens Ariſt. v. 1100. Eq. 11. Pac. 1113. Au. 4. vid. Schol. et Ducker. ad Thucyd. p. 260, 28. *Hemſt.* ὡς Δεξένικος perſpicue membr. et C o). In B δεξήνικος· in meo δεξύνοικος·

---

n) *Girard.* intellexit peregrinum quemdam et mulieri ignotum virum, qui manibus porrectis partem bellariorum rapturus fuiſſet. At tum ξένος ponendum erat.

o) Ita et recte vterque cod. *Inu.* et quintus Brunck., quem ſe-

ducta in vtroque ſuperne linea, qua indicatur nomen eſſe proprium. In Ξένικος, etiamſi nomen eſſet proprium, media corripi deberet, ideoque verſus labaret. Gloſſ. in C ad ὡς, ὅτι; ad viri nomen, διαβάλλει τοῦτον ὡς ἅρπαγα. Optima eſt et plana ſententia, nec quidquam coniecturis opus erat *p)*, inter quas duae ſunt, quas metri lex prorſus reſpuit. Bentleii ὄχλος δὲ ξ. οὐ. Clerico, non Bentleio dignus ſenarius, quem dactylus in quarta ſede deturpat. Altera Hemſt. peiori adhuc malo laborat, quae creticum habet in quarta ſede. Δεξίνικος, ex δέχομαι et νίκη compoſitum, penultimam neceſſario producit. Atque iſta excogitata fuere, ne ὡς bis in duobus continuis verſibus conſpiceretur, licet diuerſo ſenſu: prius enim ſignificat *nam q)*; alterum *tanquam*. Hoc ſi vitium eſſet, neſcio quot verſus apud Comicum mutandi venirent, qui tamen nemini correctione indigere viſi ſunt, nec reuera indigent. *Brunck. r)*. Verba ὡς Δ. οὐτ. ἀνίσατο *Fiſch.* interpretatur: *quam cupide Dex. hicce ſurgebat*, vt ὡς ſit particula admirantis, vt 279. et Axioch. 10. ὡς κατοδύρονται τὸ ζῆν *quantopere deplorant vitam*, 851. ὡς ἀπόλωλα.

Poſt 801. in ed. Brunck. additur: Χορός. (λείπει ἡ τοῦ χοροῦ ᾠδή.) Nam interea, dum Carion intus eſt, chorus ſpectatores detinuit, vt *Gir.* obſeruat.

802. Chremylus cum Pluto et vxore et Carione intrauit aedes [interea dum chorus canebat]: ſed quum inſtituiſſet ſacrificare diis, quod diues euaſiſſet: Carion, qui

---

rius contulit, et in quo, vt Br. in Add. monuit, ſuperducta nomini lineola proprium eſſe indicat, atque idem eſt gloſſema, quod ex C protulit.

p) Ita etiam cenſuit *Münt.* qui „fingit, ait, poëta hominem quemdam, Dexinicum, praua comicorum conſuetudine allectum ſurgere ad bellaria rapienda, quum de iis effundendis ſermonem eſſe audiret." *Fiſch.*, qui et ipſe vulgatum, etiam metri cauſa, repudiat, et Δεξίνικος probat, monet, hunc hominem libenter rapuiſſe caricas ſparſas videri.

q) Ita etiam Reisk. in not. cenſuit.

r) Claudicat metrum [lect. olim vulg.]. Forte εὖ μὲν πάνυ, vel ſimile quiddam. Pro ὡς δὲ malim ὥς γε, nam id etiam ita frequenter accipitur, ὡς δὲ non memini me ea ſignificatione legere. *Duck.*

rebus heri prosperis immutatus sumum lignorum ferre non posset, prodiit foras, et expositi spectatoribus (hos enim appellat ὦ ἄνδρες) Chremyli diuitias. *Fisch.*

ὡς ἡδύ. Plaut. Capt. III, 2. [1.] *Quid est suauius, quam bene rem gerere?* Narrat seruus, quantis bonis cumulauerit Plutus Chremyli domum. Est autem hic catastrophe dramatis et rerum mutatio. Nam boni deinceps ditescunt, mali ad paupertatem rediguntur, vidente iam Pluto. *Bergl.* πράττειν εὐδαιμόνως est i. q. εὖ πράττειν 783. h. e. πλουτεῖν (806.). Nam diuites putantur felices esse. καὶ ταῦτα *praesertim*, vel etiam, *et quidem*, *idque*. μηδ. ἐξεν. s) οἴκοθεν *sine vlla impensa*. Nam qui impensam facit, is effert pecuniam e domo. Vnde etiam ἐξοδιάζειν dicitur, qui aliquid *expendit*, erogat, sed εἰσοδιάζειν qui aliquid accipit, redigit. v. Prolusi. de Vit. Lex. N. T. p. 179. s. 511. s. Vti poëta videtur Carionem iussisse his verbis, quia Plutus 792. s. dixerat, μηδὲν ἐκφέρειν — εἰσφέρειν. *Fisch.* Illud repetit, quod Plutus dixerat paullo ante: se domum ingrediente nihil exportandum esse, sed importandum. *Bergl.*

804. ἀγαθῶν σωρός. Achilles Tatius VI. [c. 4. p. 248. ed. Mitscherlich.] ἥκω σοι φέρων ἀγαθῶν σωρόν· Synesius Ep. 94. ἀγαθῶν ἐσμὸν dixit. *Bergl.*

805. ἐπεισπέπαικεν. Locum hunc citat Suid. V. Ἐπεισπέπαικεν et Tho. Mag. V. Παίω. Significat autem ἐπεισπαίειν in locum aliquem irrumpere, vel violenter et non rogatum, vel vocatum aliquo intrare. Sic Athen. I, 7. p. 7. ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκονίων δίκην *vt qui inuocatus ad conuiuia accederet*, *Myconiorum in morem*. Puto hanc vocem olim etiam lectam fuisse Eurip. Hec. 1040. t) vbi hodie legitur ἐπεισπέσωμεν. Nihil certi tamen affirmo, quoniam et vulgata lectio tam per sensum quam metrum illic stare potest. Vti autem ἐπεισπαίειν significat in locum aliquem *irrumpere* v): sic διεκπαίειν vel διεκπαί-

s) Male hoc (ἐξενεγκόντα) pro ἐξενεγκόντι quod ab ἡδύ ἐστι regatur, accepit Münt. Accusatiuus ab εὖδ. πράττειν pendet.

t) V. 1033. ed. Pors. Nemo ibi huius coniecturae rationem habuit, et recte.

v) Verbum militare, *per vim irruere*; violentiam tollit, quum

σασθαι per locum aliquem *erumpere*, vel vi sibi viam per locum aliquem facere: cuius vocis nullum in Lexicis vulgatis exemplum afferri video. Dion. Halic. Arch. XI, 17. de Virginio: διεκπαισάμενος δὲ τὰς πύλας (*e portis per vim*, vel *cum impetu*, *egressus*) ἀνέβη τὸν ἵππον. Iamblichus de vit. Pyth. n. 249. de Archippo et Lyside, ex incendio fuga elapsis: οὗτοι γὰρ τελεώτατοι ὄντες καὶ εὐρωστότατοι διεξεπαίσαντο ἔξω πως. Lucian. in Toxar. p. 74. ed. Amst. [c. 61. v. Reiz. ibi T. II. p. 564. f.] itidem de aliquo loquens, qui ex incendio, quo vndique septus erat, euaserat, voc. διεκπαίσας vtitur. Apud Polluc. V, 28. δι' οὗ τὴν κεφαλὴν διωθεῖ τὰ θηρία ὡς διεκπαισόμενα. Hodie quidem ap. Poll. legitur διεκπεσόμενα; sed quin illuc scribendum sit διεκπαισόμενα, nullus dubito. Nam a διεκπίπτειν non recte formatur διεκπεσόμενα, sed διεκπεσούμενα: quod proinde Edd. quaedam praeferunt, sed refragantibus Mss. quippe quae constanter retinent διεκπεσόμενα, vt veteris veraeque, quam diximus, lectionis vestigium. Ap. Hesych. et Suid. quoque in serie sua pro διεκπέσαντες legendum esse διεκπαίσαντες *x*), monuimus iam ad Iamblich. V. Pyth. d. l. *Kust.* Solemni errore cod. Doru. Ἐπισπέπεκεν (ἐπεισῆλθεν)· αι tamen syllabae penultimae manus eadem imposuit. Quod in Apostolio sic scribitur prouerbium: Μυκωνίων δίκην ἐπεισπέπεκεν εἰς τὰ συμπόσια, emendatius habet Suid. V. Ἐπεισπέπακεν. Idem hos binos Comici versus sine naeuo protulit, memoriter et ordine turbato Thom. Mag. V. Παίω [p. 674.]. Quamuis in Lucian. Symp. p. 850. E. *y*) cunctis Edd. libri scripti consentiant, ἐπεισέπεσεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, eaque lectio possit defendi, Berglerum nihilominus et laudo et sequor, qui, nixus hoc ipso Arist. loco, ἐπεισέπαισεν reddendum statuit ad Alciphr. III. p. 408. [p. 163. T. II. ed. Wagn.]. Pondus addit eius sententiae, quod modo commemoraui dictum, in illos vsurpatum, qui more Myconiorum in conuiuia inuocati irrumpebant. v.

---

subiungat οὐδ. ἡδικ., vt notetur vis ingens diuitiarum, domum Chremyli certatim ingressarum. Datiui ἡμ. ἡδ. possunt in Genitiuos verti: οἰκίαν ἡμῶν οὐδ. ἠδικηκότων. *Gir.*

x) Add. Tittmann. ad Zon. Lex. T. I. p. 544. f. Toup. Emendd. in Suid. et Hes. IV. p. 227.

y) C. 12. T. III. p. 425. vbi v. Reiz.

Athen. I. p. 7. F. De hoc genere dicam plenius in Adnotatt.: nunc ſolum labeculam, at quae viros eruditos hactenus effugit, Heſychio demam: quum enim recte dederit Εἰσπεπαικότες, εἰσπεπηδηκότες, inde non difficulter efficitur, iſtis Προεισπεπταικότες, προεισελθόντες, vt ſana ſint, literam eſſe detrahendam. *Hemſt.* ἐπεισπεπ. *vi ſe intulit.* Xenarchus ap. Athen. II. [p. 63. F. Caſ. p. 245. T. I. Schweigh.] ἀλάσωρ τ' εἰσπέπαικ' εἰς Πελοπιδῶν ἅπαντος οἶκον z) *peſtisque neruis languorem afferens ingruit in Pelopidarum domum.* Scholiaſtes: εἰσεπήδησεν, *inſiliit*, *inuaſit*, *irruit*, vt eſt in Gloſſis. Schol. addit: κυρίως ἐπὶ στρατείας πολεμίων *(de irruptione hoſtili)*: etiam de illis, qui inuocati ſe ingerunt in conuiuia, exſtat prouerbium: Μυκωνίων δίκην εἰσπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια a). Dicit ergo Plutum cum ſuis bonis, tamquam cum hoſtili exercitu ipſis ingruiſſe (Virg. Aen. XII, 628. ingruit Aeneas Italis et praelia miſcet). Hoc vere eſt, κοπιῶν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, vt eſt Auu. 735. *laborare et premi multitudine bonorum.* Ita Chremylus paulo ante dicebat, quum multi beneuolo animo fricuiſſent ipſi leuiter genua, eos ſibi tibias compugiſſe et contudiſſe. οὐδ. ἠδικ. duplex eſt ſenſus; primo iſte: quamuis non laeſerimus ipſum, nec alium quemquam, tamen tali modo in nos irruit et nos oppreſſit: deinde et iſte: quamuis nemini iniuſte bona ſua abſtulerimus, tamen ſupra modum facti ſumus diuites: quum alii plerique multa bona poſſideant, ἀδικῶς αὐτὰ ξυλλεξάμενοι (503.) ſiue οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι (755.). Lucianus hunc locum imitatus eſt in Timone, vbi iſte dicit: χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας b) (quum nemini fecerim iniuriam). Sed ibi alia de cauſa iniquè ſecum agi dicit Timon, ſi Plutus ipſi obtrudatur inuito, nempe quia potiorem ducebat paupertatem diuitiis. *Bergl.* Magna vrbanitas ineſt his verbis. Nam exprobratur Athenienſibus iniuſtitiae ſtudium, quo pararint diuitias. Sed ne offenderentur ſpectatores, vſus eſt poëta eiusmodi verbis, quae

---

z) Immo legitur ibi: ἀ. τ' εἰσπέπαικε. Πελ. ἅπαντος οἶκος. Cf. Schweigh. Anim. I. p. 429.

a) De eo vid. Apoſtol. 13, 33. et Suid. V. Μυκώνιος γείτων et ibi Kuſt., et Phav. *Fiſch.*

b) Cap. 39. p. 151. T. I. Hemſt.

poſſent etiam aliter intelligi. Scilicet vt διεκπαίειν dicuntur ii, qui vi ſibi viam per locum aliquem faciunt (*ferro iter aperiunt*, Sall. Cat. 56.), ita εἰσπαίειν eſt, *irrumpere*, *irruere*, in locum aliquem, vi ſibi aditum aperire (act. pro med.), et ἐπεισπαίειν *irrumpere praeter opinionem aliorum*, vt h. l. et in prou. Μυκωνίων δίκην κ. τ. λ. σωρὸς videtur fuiſſe militare verbum de *globo armatorum;* ita vt ſenſus ſit: *globus bonorum*, tamquam fortium militum, *irruit nobis nec opinantibus in aedes, quum tamen nos nec ipſum nec alium laeſerimus* c)*:* quae ſententia nihili magnopere habet, quo ſpectatores offendat, etſi οὐδ. ἠδικ. (h. e. χρησοῖς) ita, vt nihil rapuerint, neminem fraudarint etc. per ſe ſatis acerbe dictum videri poterat. Haec igitur acerbitas mitiganda erat verborum dulcedine. *Fiſch.*

806. οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμα δή d). *Verſus ἀδιανόητος*, inquit Schol., *aut refer ad ſuperiora illa: καὶ τ. μηδ. ἐξεν. οἴκοθεν.* Florentini hic peſſime verba luxarunt; nam voluit, opinor, Schol. h. l. verſiculum illum ſine ſenſu eſſe, commodius autem collocari poſſe poſt actus huius verſ. ſecundum. Meo quidem iudicio eiiciendus eſt potius: nam in vtrouis loco importunam parentheſin facit, et currentem ſententiam ſufflaminat. *Bentl. e).* Iambus hic

---

c) Eſt potius vniuerſe: quum nullam iniuriam, nullum improbe factum commiſerimus. add. *Münt.*

d) Ita pro vulg. τι e cod. Rau. edidit Inu. (In Borg. που ex interpretamento.) Languet vtrumque et τι (quod cum ἡδὺ iungi debuerat) et δή.

e) οὕτως ironice: tam ſuaue eſt, vt fere pereamus. *Bergl.* οὕτω relationem habet ad ſequentia: ἡ μὲν σιπύη. Explicat enim in quo conſiſtat τὸ ἡδὺ diuitiarum. Concipi debet quaſi ſcriptum eſſet: ὥστε ἡ μ. σιπύη. *Reisk.* οὕτω tam ſubito et ſine vllius iniuria. *Münt.* Vt Bergleri interpretationi aduerſatur reliqua ſerui oratio, etiam ordo et natura verborum (nam οὕτω coniungi cum ἡδὺ non poteſt, cum non οὕ. ἡ. πρ. ſed οὕ ἡ. π. τι, h. e. ἥδιστον, dictum ſit): ita nec Bentl. et Hemſt. ſententiae probari poſſunt. Immo iſte verſiculus, qui a nullo cod. abeſt, commodiſſimum parit ſenſum, dummodo meminerimus οὕτω pertinere ad vv. οὐδ. ἠδ. et τι Poſitiuis additum eſſe i. q. μάλα, πάνυ. Gratuitae, inquit, diuitiae ſuaues ſunt et iucundae: quales nobis contigerunt, ſine vlla cuiuspiam iniuria. Bene partae opes et diuitiae ſunt ſuauiſſimae et iucundiſſimae. Iam inſtituit enumerare ſingulas partes opum heri, ita tamen vt oratio ſerui perſona digna reperiatur. *Fiſch.*

non quidem plane ſenſu carens; quid enim eo eſt ad intelligendum expeditius? ſed qui cum ſerie totius orationis in concordiam redigi nequeat. Parum forte Grammatici auctoritate moueremur, niſi Bentleii iudicium accederet. Neque inficiamur, in quamcumque partem ſcripturam vulgarem vertas, vera videri, quae ille pronunciauit. Quid ſi tamen ita leni mutatione conformari poſſit, vt locum commode tueatur? nihil erit, opinor, quod quantumuis rigido exactori displiceat, dummodo refingas: ὄντως τ. π. ἐ. ἡ. π. τι, *eſt enimuero diuitem eſſe ſine controuerſia res iucundiſſima.* Prae gaudio iterum inculcat Cario, quod iam 802. dicere inceperat, et, ne ſe quidquam abſurdi dixiſſe quis putet, mox enumerare adgreditur, quanta ex poſſeſſione diuitiarum ad rem familiarem commoda redundent. ὄντως autem Ariſtophani ſatis vſitatum (286. 289. 961.) quam ſaepe culpa librariorum abierit in οὕτω vel οὕτως, pluribus exemplis oſtendi poſſet: nunc tantum moneo in Pauli Ep. ad Phil. 3, 17. pro οὕτω περιπατοῦντας, teſte Beza, Claromontanum et alium codicem exhibere ὄντως· quam variationem neſcio quo pacto Millius omiſit *f*). Caput huius verſiculi Doru. inſigniuit praenotato Γνώμη. *Hemſt.* Verſum hunc tamquam parallelum primo Carionis verſui librarius olim margini adſcripſerat, vnde ab alio in textum fuit illatus. Merito eum expunxit Bentleius. Alibi obſeruaui ſolitos olim fuiſſe librarios in codd. margine verſus, qui ſententias continerent ſcribere, praefixo lemmate γνώμη, horumque verſuum complures maxime in ſcenicorum ſcriptis in textum poſtea intruſos fuiſſe, quod hic accidiſſe, iam dudum mihi fuit perſuaſum. Ecce vero manifeſtum interpolationis indicium oſtendit cod. C. In eo verſus in lineas non ſunt diſtincti, ſed, tamquam ſi ſoluta eſſet oratio, continuata ſcriptura eſt, cuius ſpecimen hic ſubiicio:

ἐπεισπέπαικεν οὐδὲν ἡδικη
κύσιν· Γνῶ' οὕτω τὸ πλουτεῖν, ἡδύ ἐστι
πρᾶγμά που. ἡ μὲν γὰρ σιπύη.

Vides librarium non ſolum marginalem verſum, ſed etiam illius lemma in contextus ſeriem intuliſſe. In meo et in B. idem lemma verſui praefixum eſt. Ceterum in eo verſu tres Regii habent πρᾶγμά που. *Brunck.* qui verſum de-

f) Omiſerunt etiam alii recentt. critici editores.

leuit, recte, opinor, quia vel aliunde petita, vel ex ingenio interpretis cuiusdam profecta, gnome hic valde friget numerisque commodis destituitur, mature tamen textis illata videtur e margine.

807. Σιπύη. Eqq. 1294. ἀπὸ σιπύης, vbi Schol. ἀρτοθήκης. Harpocr. tradit esse σιτηρὸν ἀγγεῖον, *vas ad frumentum recondendum*, eamque vocem saepe exstare apvett. Comicos, Eupolin et Aristoph. in Telmessensibus. *Spanh.* σιπύη g) est *farinarium*, arca farinaria, vas, in quo farina reconditur et asseruatur, id quod attributum satis docet. λευκὰ ἄλφιτα est *flos farinae*, farina siliginea, simila. Schol. Doru. σεμιδαλίων, sed σεμίδαλις est siligo, simila *h)*. σιπύην vet. Schol. Doru., Suid. et Etym. M. interpretantur per ἀρτοθήκην *i)*, quasi σιτοβύην, quod farinam tegat et claudat. V. Harpocr. V. Σιπύα, Hes. in Σιπύη (vbi recte viri docti, in his Iungerm. ad Poll. 10, 131. Meurs. Lect. Att. 4, 8. pro σιδηροῦν correxerunt σιτηρόν *k)*). Caeterum in epigr. quod Suidas attulit, *diuites* dicuntur εὐσίπυοι, *pauperes* ὀλιγοσίπυοι. *Fisch.*

808. ἀμφορῆς. Cod. Doru. ἀμφορεῖς, cum gloss. τὰ μαγαρικά. In eiusmodi pluralibus genuinam veteris Atticismi formam *l)*, quo sunt antiquiores libri, eo fidelius obseruant; vix tamen ita constanter, vt ab ea numquam deflectant, quod ex *Thucyd.* Codd. est manifestum. Habemus *Arist.* fabulas, alteram inscriptam Ἱππεῖς, alteram Ἀχαρνῆς, de quo monuit etiam *H. Stephan.* in lib. de Dial. p. 13. 30. non aliam, opinor, ob causam, nisi quod

---

g) Vt σιπύην illustrarent, h. l. Aristoph. adtulerunt H. Stephan. Ind. Thes. L. Gr. Iungerm. ad Poll. X, 131. Meurs. Lect. Att. IV, 8. *Hemst.* Add. idem in Lennep. Etym. L. Gr. II. p. 882.

h) Respici simul ad panes albos, quum Carion hactenus deterioribus vsus fuerit, censet *Gir.* triticeam farinam cum eodem intelligit *Münt.*

i) Vid. et Zonarae Lex. p. 1645. T. II.

k) Ita etiam Phot. Lex. p. 579.

l) De ea vid. Etym. M. v. Ἱππῆς, Gregor. Cor. de Dial. p. 41. *Fisch.* Add. Maittaire de Dial. p. 56. I. ed. Sturz. et Fisch. Anim. ad Well. I. 111.

rariore vſu trita vox Ἀχαρνῆς facilius, ne violaretur, absterruit librarios, quam, qui omnium in calamis atque ore quotidie verſabantur, Ἱππεῖς· in ipſa tamen comoedia ἱππῆς plus vna vice reperies. Verum qui propius aetatem noſtram deſcripti ſunt libri, priſcam illam terminationis Atticae conſuetudinem prorſus floccifaciunt. Sic noſter ille Codex, quod editur in Nub. 1205. ἀμφορῆς νενασμένοι, non ſecus ac Vatic. clare praefert ἀμφορεῖς (τὰ μαγαρικὰ) νενησμένοι (πεπληρωμένοι)· cum quibus Suidas in Ἀμφορεῖς et Νενημένην, vt monitum a Kuſt., conſpirat. μαγαρικά, quae praebet cod. Doru., melius, ſi rationem non vſum loquendi ſpectes, μεγαρικὰ ſcribuntur in Gloſſ. mſſ. ad Plut. Ariſt. et ad Nub. ἀμφορεῖς νενησμένοι, μεγαρικὰ σωρεύματα ap. Car. du Cang. in Gloſſ. M. et Inf. Graec. Oritur enim iſtud vocabulum a Megarenſibus, quorum opera fictilia fuerunt in pretio: hinc τὰ Μεγαρέων κεράμια memorantur a *Syneſ.* p. 77. C. et Μεγαρικὰ πιθάκνια ab *Eubulo* ap. Athen. I. p. 28. D. Recte Suidas: Ἀμφορεύς, ἀγγεῖον, μέτρον, κεράμιον Μεγαρικόν· quae eum in modum latine redduntur [in ed. Kuſt.] vt interpretem facile appareat, verborum ordinem voluiſſe mutari: tu, niſi decipi velis, ducem errantem ne fueris ſequutus. Mercatores vero, vt hominum illud genus eſſe ſolet plerumque literarum ac dictionis expers, praue primam in hoc voc. ſyllabam efferebant per α. En teſtem locupletem Stephanum Byz. in Μέγαρα· οὕτω δὲ καὶ τοὺς Μεγαρικοὺς κεράμους διὰ τοῦ ε χρὴ λέγειν, οὐ διὰ τοῦ α, ὡς οἱ ἔμποροι τὴν ἀρχουσαν παραφθείροντες. Idem accidiſſe nouimus in μέγαρον et μάγαρον, quod tamen Grammaticorum notam effugit: quin Aelius Dionyſius μάγαρον tantummodo ſcribi praecepit, non μέγαρον, ſi deſignandum veniat penetrale illud, in quo myſtica ſacra reconduntur, Euſtath. ad Od. A. p. 1387, 18. Ap. Heſych. inuenio Μαγαρίσκος, πινακίσκος· quod dubito an ab eadem origine pendeat: id quidem non dubito paulo corruptius alio loco legi Μαργαρίσκον, πινακίσκον. Niſi forma voc. vtrobique conſtaret, reponi maluiſſem: Μαγαρικός. πίνακες autem et πινακίσκοι non lignei tantum ſed et fictiles. *Hemſt.* Ἀμφορεὺς ſ. ἀμφιφορεὺς fuit menſura liquidorum, vas, dolium, fictile vtrinque anſatum, quod caperet apud Atticos ſextarios LXXII. *m)* vel ex aliorum ſententia

m) Cf. Romé de l' Isle Metrol. Tab. ex verſione Groſſii p. 81. et 88.

XXXVI. Sed prior ratio confirmatur plurium Grammaticorum et ſcriptt. vett. auctoritate. Moeris [p. 45.] *n)* et Thom. Mag. [p. 44.] praecipiunt eſſe vocab. Atticum pro quo alii ſcriptores vſurparint voc. μετρητής· quo in numero ſunt LXX. 2. Parr. 4, 5. et Ioh. 2, 6. vbi μετρητὴς reſpondet Hebr. *bath*, quod auctore Ioſepho Arch. VIII, 2. cepit ſextarios 72.: et μετρητὴς totidem auctore Schol. Nicandri, cuius verba laudat Eiſenſchmid. p. 80. Ad ἀμφ'. ſubintell. μεσοί εἰσιν. *Fiſch.* ἀμφορῆς bene Aldus edidit. Perperam in IV. codd. ſcriptum ἀμφορεῖς. *Brunck.*

οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου. Sic Pherecrates ap. Athen. VI. p. 269. [531. T. II. Schweigh.] πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου *plenos calices atro et odorato vino:* et infra Ran. 1182. Διόνυσε, πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν. Ad quem Comici locum reſpexit Erotianus Lex. Hippocr. [p. 284. ed. Franz.]: οἶνος ἀνθοσμίας· εὐώδης καὶ ἡδύς, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις καὶ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. Sed pro hac poſtrema fabula dicendum fuerat Ἐκκλησιαζούσαις, vbi legitur 1116. Ἐκλεγομένας, ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχῃ (iuxta Tan. Fabrum: *vinum illud eligens quod maxime odoratum eſt*) aut ἐν Πλούτῳ, reſpectu ad h. l. in quo οἴνου ἀνθ. fit mentio, non vero in Θεσμοφορ. Praeſtantiſſimum ſcilicet habebatur apud vett. *vinum* id genus *fragrans*, ſeu οἶνος ἀνθοσμίας inde dictus. Vnde etiam Ariſtid. p. 447. T. I. Orat. [p. 255. T. I. Iebb.] in Aeſculapii pureum, prae cuius aqua quaeuis alia ſordeat, vt ſi quis, quod addit, poſt vinum fragrans vappam bibat οἷα εἴ τις μετὰ ἀνθοσμίαν τῶν ἐξεσηκότων τινὰ πίνοι. Hinc Gregor. Naz. Or. 38. p. 614. μὴ τιμήσωμεν τοὺς οἴνους τοὺς ἀνθοσμίας. Quale Byblium in Phoenicia prae aliis laudatur ab Achille Tatio II. p. 67. (Salmas.), quodque vt Lesbio magis fragrans, ſed guſtu inferius ap. Athen. I. p. 29. tradit *Ariſtocrates*, vbi praeterea de fragrantibus id genus vinis conſuli poſſunt Hermippi Comici verſus. Quomodo ap. Theophraſtum vinum ad imbibendos odores accommodatiſſimum haud vno loco ἀνθοσμίας dicitur, vt de Cauſſ. Pl. VI, 28. et de Odorib. p. 443., in quo poſtremo loco tradit, quomodo fiant *vina* illa *fragrantia* ſ. ἀνθοσμίαι, nempe vel vnguen-

n) Qui etiam p. 44. dicit eſſe δίκτυον σάμνον, vbi v. Sallier. et Pierſon.

ta vinis illis infundendo vel iniiciendo aromata. Μέλαν autem ſ. *nigrum*, quale hic dicitur, *vinum* hoc fragrans, quod attinet, illud ab Homero laudari dicique ſubinde αἴθοπα tradit Athen. I. p. 26. additque tale *vinum nigrum* apud Chios primum exſtitiſſe. Atticam vero vocem eſſe ἀνθοσμίαν docet Eumoeris Mſ. in dictionibus Atticis: Ἀνθοσμίαν, Ἀττικῶς· ἔμπνουν o) Ἑλληνικῶς. Vnde emendandus continuo in hoc voc. Heſych. ἀνθοσμίας, οἶνος ἔμπνους (non, vt ibi legitur εὔπνους) ἢ ἄνθος ἔχων. Ἐμπνεῖ nempe verbum apud eumdem Heſ., ἐρᾷ μου, ποθεῖ μου, et ap. Plutarch., vt hoc praeterea notem, in Agide et Cleom. p. 805. traditur, ἐμπνεῖσθαι a Laconibus de iis dici, qui puerorum ſe (honeſte quidem ac pudice, vt aliunde, ſeu et Laconum ap. Xenoph. et alibi Plutarch. ea in re moribus ac inſtitutis liquet) amatores profitebantur. Vnde οἶνος ἔμπνους ſ. ἀνθοσμίας idem qui *amabilis* ſ. *ſuauem odorem ſpirans*, pro natiua illarum vocum ſignificatione debet intelligi. *Spanh.* Cod. Doru. ἀνθοσμίου· εὐώδους. Eamdem vocem ad explicandum ἀνθο. adhibuit Schol. Ran. 1181. et ex eo Suidas, apte quidem, vt oſtendit Hippocrates, vtramque coniungens περὶ Ἀφόρ. p. 680. ὁ δὲ οἶνος ἔτω ἀνθοσμίας ὡς εὐωδέστατος. Atticis tamquam proprium adſcribit Moeris, vbi recte εὔπνουν edi iuſſit Hudſonus. Praepoſtera via Spanhemius non tantum prauam lectionem retinuit, ſed etiam Heſychium, in quo nihil erat vitii, ex ea emendare conatus eſt: ne dicam, quae de verbo ἐμπνεῖν huc adferuntur, prorſus aliena videri. In Polluce vero II, 77. reuocandum eſſe, quod culpa deſcriptorum periit, voc. εὔπνους, hoc modo: καὶ οἶνος ἀνθοσμίας, εὔπνους, εὐώδης, facile mihi largietur, qui ad ea, quae praecedunt, adtenderit. Nunquam, ſi bene memini, Dioscorides habet ἀνθοσμίαν· at ſaepius οἶνον εὐώδη, εὔπνουν, εὔοδμον vel εὔοσμον· quod vltimum e Tho. Mag. [p. 73.] quaſi deterioris notae reiicitur: Ἀνθ. οἶνος, οὐκ εὔοσμος· Brodaeus Miſcell. V, 26. „emenda, inquit, ὁ εὔοσμος, τουτέστιν εὐώδης·" gratiam facimus eruditiſſimo viro eius emendationis, quae cum Thomae inſtituto minime conſentit. *Hemſt.* Οἶνος μέλας eſt *vinum nigrum*, *rubellum*, *rubens* (ſanguis vuarum, vt

o) Quamquam ita in Codd. legitur, tamen in Moer. p. 71. editum εὔπνουν eſt a Pierſ. qui Spanhemium ab Hemſt. h. l. et Albert. ad Heſ. refutatum eſſe docet.

Gen. 49, 11. dicitur), Hor. Epod. 4, 20. *vua certans purpurae*, Ouid. A. A. 2, 316. *merum purpureum*, Hom. hoc vinum et ipse vocat οἶνον μέλανα Od. 5, 265. sed Od. 9, 163. οἶνον ἐρυθρόν. Iam vinum hoc est generosum et austerum, quod quum delicata Athenn. palata fastidirent et respuerent, condire illud et mitigare solebant succis variorum florum: quod vinum ab Atticis dictum est ἀνθοσμίας οἶνος p), a reliquis Graecis οἶνος εὔπνους, εὔοσμος, εὐώδης. V. Foëssius Lex. Hipp. V. Ἀνθίνην οἶνον, Albert. ad Hes. I. p. 381. A Virg. Georg. 4, 279. dicitur *odoratus Bacchus*. De variis vini condiendi modis v. Geopon. 7, 13. Varia vinorum genera persequitur Athenaeus 1, 19. ff. qui etiam c. 24. p. 31. f. exponit de modis parandi vini ἀνθοσμίου q). *Fisch.*

809. f. ἀργύριον et χρυσίον sunt *numi argentei et aurei*. Ita enim Singulari horum verborum vtuntur veteres de argento et auro signato. v. v. 131. 519. σκευάρια h. e. σκεύη (nam Deminut. habet vim primitiui r), vt 813. f.) relata ad domum sunt omnino *vtensilia, supellex:* sed h. l. praedicatum docet, intelligi *arces, loculos, scrinia. Fisch.*

811. f. s) φρέαρ fere est *puteus*, locus defossus, in quo colligatur aqua fontana, et e quo, situlae ope, hauriri possit, vnde ὕδωρ φρεατικὸν est *aqua puteana*, et φρέαρ atque πηγή, vt verba idem significantia, posita exstant Ioh. 4, 6. 11. Differt φρέαρ a λάκκῳ, qui est locus in terra excauatus, quo aqua pluuialis excipiatur, Herod. 4, 195. vnde ὕδωρ λακκαῖον *aqua ciſternina*, v. Apollodor. Gelous Athen. 3, 36. p. 125. cuius in versiculis distinguitur ὁ τοῦ λάκκου κάδος et ὁ τοῦ φρέατος κάδος, sed h. l. attributum do-

p) *excellent vin rouge* reddidit Francog. interpres, sensum magis secutus.

q) Commendatur vinum h. l. tum a colore tum ab odore. *Gir.*

r) Vrget deminutiuum *Gir.* et ad curtam supellectilem, quae antea Chremylo fuerit, refert.

s) Totum locum de insigni rerum mutatione accipit *Gir.* „oleum tam nobis abundat, quam olim aqua, et vnguenta, quamtumvis pretiosa, non pluris apud nos sunt, quam antehac oleum.“ Hyperbolice dicta esse censet *Münt.*

cet, intelligi *lacum olearium*, quo oleum excipitur; qui etsi λάκκος potius dicendus erat, tamen etiam Luc. 14, 5. φρέαρ legitur de λάκκῳ, v. Ex. 21, 33. φρέαρ et λάκκος sunt loca in terra excauata. Sic *cisterna vini* est lacus vini, Vlpian. D. 47. tit. 2. l. 21. §. 5. Nam etsi poeta videri possit seruum iussisse iocari, qui, vt ostentaret heri diuitias, diceret cisternam adeo plenam esse oleo: tamen haec ratio omnium minime est probabilis, tum quia naturae rerum repugnat, tum quia Carion nec alibi vocabula rerum permutauit. Diuites homines tum oleo vtebantur maxime in balneis et gymnasiis. Quia vnguenta componuntur etiam ex variis oleis (v. Eschenbach. de vnctt. gentilium c. 1.), et diuites vnguentis maxime vtebantur in conuiuiis, idcirco oleo Carion adiungit vnguenta. αἱ λήκυθοι sunt Lat. *ampullae*, vasa variae materiae, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate (figura lecythi est ap. Eschenb. p. 483. 3.). Erant aliae λήκυθοι ἐλαιηραὶ (Poll. X, 62.) *ampullae oleariae*, quibus vtebantur maxime in balneis et palaestris (Hom. Od. ζ, 79. Theophr. char. 16, 1.), aliae λήκυθοι μυρηραὶ (Poll. VI, 105.) *ampullae vnguentariae*, quibus vtebantur in conuiuiis. v. Hes. Ita h. l. *t)* Ὑπερῷος arbitror cum L. Bos. ad Act. 1, 13. esse proprie Adiectiuum, ductum ab ὑπερὸς, et significare *superum, supernum* *v)*. Sed τὸ ὑπερῷον (intell. οἴκημα) dicitur vt ἀνώγαιον 1. superior aedium contignatio, 2. conclaue, cella, in superiore aedium parte, quaeuis: quae conclauia a Latinis vocantur *coenacula*. v. Vitringa Synag. I, 1. 6. p. 148. f. *x)*. H. l. e praedicato ἰσχάδων γέμει recte existimatur, τὸ ὑπερῷον esse *promtuarium*, cellam penariam, in qua bellaria, ideoque caricae, repositae fuerint (768.). Schol. Doru. τὸ τέγος. Nam hoc etiam vocab. vsur-

t) Pro γέμουσι cod. Doru. γέμουσιν teste *Hemsi.* Vnguenti vsum inter Graecos et Romanos olim frequentem et varium fuisse, docet ad h. l. *Eckard.* p. 75. ff. vbi etiam de voc. λήκυθος p. 78. monet.

v) Ita etiam censet *Eckard.* Obss. ex Arist. Plut. p. 79. f., vbi de hoc voc. disputat.

x) Add. qui de domus Gr. forma et partibus nuper disputarunt, vt Schneider. Epim. ad Xen. Mem. p. 269. ὑπερῷον, pro ὑπερώϊον ex ὑπὲρ et ᾠόν, *fimbria*, compositum esse putat *Gir.* qui plura de hoc voc. dixit, partim aliena.

patur de quouis conclaui ſuperioris partis domus, quia eſt ſub tecto. v. Heſ. in *τέγος*. *Fiſch.*

813. Ὀξὶς etc. Locus hic adducitur ab Athen. VI, 3. p. 229. *y*). Suida V. Ὀξίς, et Tho. M. V. Λοπάδιον [p. 584. Bern.] *Kuſt.* Praeter hos locus Comici eſt prolatus a Schol. Lucian. ad lib. de modo hiſtoriae conſcrib. p. 703. [c. 56. p. 65. T. II. Reiz.] λοπάς, τὸ βρῶμα· καὶ ἡ περικειμένη ἔξωθεν τοῦ κρομύου λεπίς, ὥς τινες φασί. Σὺ δὲ μέμνησο Ἀριστοφάνους λέγοντος· Ὀξὶς δὲ πᾶσα καὶ λοπάδιον καὶ χύτρα Χαλκῆ γέγονεν — ita legendum. Prior explicatio a Polluce VI, 51. vel alio Grammatico, qui idem notaverat, eſt ducta: alteram error peperit, natus ex confuſis, quae multum ſignificatione diſtant, duabus vocibus λοπὰς et λοπός, quod liquidum erit appoſitis Homeri verbis Od. τ, 233. Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κάτα ἰσχαλέοιο· neutro genere ſunt, qui legerint: οἷόν τε vel οἷον δὲ κρ. λόπος — Ὁ λοπὸς igitur, in qua voce v. Suid. ſiue τὸ λόπος eſt exterior allii tunica. *γέγονεν*, vt hic Schol., habet itidem Suid. V. Ὀξίς. *Hemſt.* ὀξὶς quod etiam ὀξύβαφον dicitur *acetabulum*, vas in quo acetum et aſſeruatur et in menſa apponitur, quod cepit auctore Plin. H. N. 21, 34. quartam partem heminae ſ. dimidii ſextarii, v. praeter Schol., Etym. M., Heſ. Moeris [p. 281.]. Acetum ipſum Attici fere μέλι dixerunt. Nam, quae eſt obſeruatio Helladii Chreſtom. p. 22. Meurs. τὸ μὴ λέγειν δύσφημα, πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. Λοπάδιον idem eſt quod primit. λοπάς, *patina*, *patella*, *ſartago*, vas in quo friguntur, aſſantur, obſonia, patens et amplum ſuperne, ſed in anguſtum deſinens. Schol. vet. Heſ. Pollux 6, 88. λοπὰς et χύτρα (de quo ad 688.) coniunguntur etiam Theophr. 10, 2. qui locus et Pollux X, 122. docent, Athenienſes fere vſos eſſe acetabulis, patinis et ollis *fictilibus*, ſed ex iis, quae Carion dicit, intelligitur, diuites habuiſſe ea ex aere *z*). χαλκῆ γέγονεν h. e. ἐστί. De forma χαλκοῦς,

---

y) Ab eo hunc et ſequentes tres verſus laudari, et v. 816. pro ἡμῖν ἔξαπ. ibi legi, contra metrum, γέγονεν ἐξαπίνης, obſeruauit *Spanh.* V. Athen. Schweigh. II. p. 582. et Anim. T. III. p. 528.

z) Acetabula dicit eſſe facta aerea. Atqui melius erat, alias res in aes conferri, quibus ex aere factis vti poſſumus; nam

χαλκῆ v. Moeris [p. 402. et 414. Pierſ.] et Phryn. p. 88. Theophraſti locus docet, non omnino audiendum eſſe Tho. Mag. qui λοπάδιον, inquit, οὐχὶ λοπάς. πᾶσα, *omnes*. Nam Sing. collectiue poſitus eſt. *Fiſch.*

814. (813. Br.) πινακίσκον ἰχθυηρὸν etiam Ariſtophanes in Telmiſſenſibus vſurpauit, vt nouimus ex Poll. X, 82. vbi Iungermannum et Kühnium hic locus non fugit. *Hemſt.* πινακίσκοι idem eſt quod πίνακες. Dicuntur autem ita 1. *tabulae*, 2. *vaſa*, non admodum profunda, ſed *plana* cum margine mediocri, quadrata vel oblonga, in quibus apponuntur *carnes* (Etym. M. V. Πίναξ), piſces, aliaue obſonia, vt Odyſſ. 1, 141. Matth. 14, 8. Marc. 6, 25. 28. etiam *diſci*, *orbes*, vt 997. v. Tho. M. [p. 714.] Schol. Doru. τὰ σκουτάλια, quod eſt Lat. voc. *ſcutellae*. Gloſſ. vett. πινάκιον, catinus, ſcutella. *Catinus* ita legitur Hor. Sat. 2, 4, 77. πινακίσκοι ἰχθυηροὶ ſunt *ſcutrae*, *ſcutellae piſcariae*, in quibus piſces vel elixantur vel apponuntur, quarum hae ἄπυροι, illae ἔμπυροι, πινακίσκοι dicuntur. v. Pollux X, 82. Nam adiectiua in ηρος deſinentia non modo multitudinem indicant, vt δαπανηρός, ſed etiam aptabilitatem, vt σιτηρός, οἰνηρός, μελιτηρός et alia. H. l. intelligi *catinos*, in quibus piſces apponuntur, e verbis ἀργ. πάρεσθ' ὀρᾶν patet. *Fiſch.*

τοὺς σαπρούς. Sic habent omnes, quas vidi, Edd. At videndum tamen, annon Ariſtoph. potius ſcripſerit τοὺς

---

acetabula ſtatim aeruginem ſ. rubiginem aeream contrahunt, ſi ſint ex aere facta et infundatur acetum. Paullo poſt etiam dicit τὸν ὕπνον eſſe factum eburneum; per quam vocem ſiue *furnum* intelligat ſiue *laternam* (nam vtrumque illa ſignificat) non nimiam felicitatem praedicat; nam et furnus vtilior eſt caementitius aut ferreus, et laterna cornea pellucidior. Etiam puteum *oleo* impletum eſſe dicit; aqua ergo aliunde quaerenda erit. Videtur alludere ad fabulam Midae, cui omnia in aurum conuertebantur, etiam quae minime voluiſſet, cibus et potus. *Bergl.* Mea quidem ſententia, non adeo difficile intellectu eſt, cur aerea haec dicantur. Eleganter poëta inducit ſeruum, prae gaudio vix ſui compotem, qui diuitiarum enarrans copiam vel omnia in maius extollit, vel aureorum montium improuiſo adſpectu adeo delirat, vt confuſe loquatur, et res minus inter ſe conuenientes coniungat atque cuncta commiſceat. *Münt.* Aenea dicit, vel quia pulchra et ſplendida innuit, vel quia metallum hoc rubiginis expers eſt et a firmitate commendatur. Illud notum, veteres aeneis poculis eſſe vſos. *Gir.*

σαθρούς *a*)? Nam σαπρὸς potissimum dici solet de rebus putredine corruptis et ideo malum odorem vel saporem habentibus; vt σαπρὸν κρέας, σαπροὶ ἰχθύες etc. At σαθρὸν proprie dicitur de vestimentis, vasis et similibus, quae vetustate vel vsu ita attrita et confecta sunt, vt facile rumpi vel frangi vel lacerari possint, vt σαθρὰ ὑποδήματα Lucian. Necyom. p. 337. et Catapl. p. 437. σαθρὸν βαλάντιον ap. eund. in Dial. Crat. et Diog. fin. σαθρὸν τεῖχος ap. eund. de Calumn. p. 422. ἀγγεῖα σαθρὰ Schol. Arist. Ran. 78. vt alia exempla passim obuia omittam. Quoniam tamen σαπρὸν eodem sensu, quo σαθρὸν et alibi vsurpatum reperio (vt Arrian. in Epict. II, 4. σαπρὸν σκεύαριον *b*), itemque apud nostrum σαπρὸς Φορμός, σαπρὸν σχοινίον etc.) nihil hic mutandum censeo, sed hic potius statuo, omnia σαθρὰ etiam dici posse σαπρά, at non vice versa. *Kust.* σαπροὶ vocantur, vel quia erant *impuri*, *immundi*, *foedi*, vel quia vsu ita *attriti* erant, vt timendum esset, ne frangerentur vel dilaberentur. Nam σαπρὸν propr. est *putre*, 2. *vetustate* vel *vsu corruptum*, 3. *quidquid est eiusmodi*, *vt non praestet vsum*, *ad quem comparatum est* (v. ad 542.). πάρεσθ' ὁρᾶν *licet videre*. *Fisch.*

816. ἰπνός. Hanc lectionem non solum agnouit Scholiastes graecus, sed etiam Suidas V. Ἴπνια et Athenaeus VI, 3. p. 229. *c*). At Pollux X, 155. ad locum hunc respiciens pro ἰπνὸν legit, ἶπον vel εἶπον i. e. *muscipulam*. Ait enim: Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ, εἶπον (ante male legebatur εἰπὼν) τὴν μυάγραν καλεῖ. Hanc lectionem vulgatae praefert Bentleius ad Fragm. Call. 233. quippe censens, sententiam loci huius plus satis Comici et plus ridiculi in se habituram. At vulgatam tuetur Lamb. Bosius Obseruu.

---

a) Cod. (quintus) σαθρούς. Has voces saepissime commutari notum est. *Brunck.*

b) Cf. Schweighaeus. Ind. Graec. Epict. in Monum. philos. Epict. III. p. 410.

c) Schweighaeus. Anim. ad Athen. III. p. 328. monet, in codd. Athen. legi ὁ δεῖπνος pro ὁ δὲ (δ') ἴπνος. Idem hoc vocab. non *caminum* i. *furnum*, neque cum Toup. *fellam familiarem* latrinam, sed cum Schol. (coll. Pac. 841. Hemst. et Dawes.) *laternam*: *pro cornea*, *quae olim fuerat*, *eburnea facta est laterna*; interpretatur.

Misc. c. 8. p. 46. s. existimans nimirum, lectionem Pollucis, εἶπος, ex *Pluto secundo* sumtam esse, vulgatam vero ex *Pluto priore* ad nos deriuatam *d)*. Sed (si meam sententiam hic mihi interponere liceat) non existimo, ad nodum hunc soluendum necesse esse, vt ad Plutum priorem et posteriorem confugiamus; sed potius arbitror διττογραφίαν illam ab ipsis librariis, qui voces scriptura et sono affines, vt constat, saepissime confundere solent, profectam esse. Quare licet vtraque lectio satis antiqua sit, et idonea nitatur auctoritate, mouet me tamen auctoritas Bentleii, vt lectionem Pollucis εἶπος vel ἶπος praeferendam censeam, praesertim quum nuper admodum vir ille doctissimus ad me scripserit, ipsum prioris sententiae necdum poenitere *e)*. *Kust.* Cod. Doru. ἰπνός· τὰ φανάρια. Ad ἰπνὸν explicandum *laternae* significationem elegit, quae sane, si stabit vulgatae lectionis fides, omnium est commodissima. Φανάριον autem et φανάρη in communi Graecorum lingua, quod ex Corona Pretiosa notatum a Meursio et Ducangio φανός. *laterna*, λαμπτήρ. Equidem aliam istius vocab. potestatem non agnosco, quippe qui falli statuam laboriosissimae doctrinae virum, quum praeterea *speculum* interpretatur, neque minus, quum *furnum*, *caminum f)*:

---

d) Praeterea plus ridiculi in lect. ἰπνὸς inesse monet, siue hoc vocab. de camino, olim ex vilibus lapidibus atra fuligine obductis facto, nunc ex pretioso ebore, siue de laterna, intelligatur.

e) Correxi iam olim ad Callim. ὁ δ' ἶπος ἡμῖν — cuius sententiae me necdum poenitet. Nam vt taceam ea, quae ibi iam dicta sunt, hic tantum addam, perire omnino vsum τοῦ ἰπνοῦ, si sit ἐλεφάντινος, quum ebur ignem ferre nequeat, sed cum teterrimo nidore comburatur. At ἶπος eburneus res est ridiculae quidem elegantiae, ad vsum tamen non ineptae. Quare vt haec lectio vrbanitatem Atticam sapit, ita altera illa est γέλωτος φορτικοῦ. *Bentl.* Ei assentitur *Munt.*, vt Cario dicat, muscipulas adeo eburneas herum habere.

f) In Schol. ad Vesp. 139. dicitur ἰπνὸς proprie *caminus*, item *culina*, μαγειρεῖον, ἢ καπνοδόχη, item φανὸς τό τε ἐν τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ. Quae postrema verba respiciunt ad alium huius Comici locum Pac. 845. ἰπνοὺς ἔχοντες, ἐν δὲ τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ, iuxta Florentem: *ignem nocte laternis ferunt*. Quae vox ἰπνὸς ap. Hesych. quum similiter κάμινον, φανόν, μαγειρεῖον, (non vt ibi μάγειρον) tum alia adhuc significare traditur. *Spanh.* Iungermann. ad Poll. X, 34, 156. ἰπὸς, Bentleius ἶπος. Vtrumque denotat μυάγραν. Bentleii sententiam probat Kust. ad Suid.

Oppiani certe Schol. ad Halieut. 430. Ἰπνοῦ χαλκείοιο θεῖον σέλας, vt oportebat, λαμπτῆρος ſ. *laternae vibrantem ſplendorem* accepit, non aliter quam Sch. Doru. in Comico noſtro, eodemque modo *laterna* in Onomaſtico veteri redditur, ἰπνός, φανός· v. Schol. Pac. §41. Accentus his omnibus in locis peruerſe poſitus, ſi modo recte docuit ſeu Cyrillus ſiue Philoponus, tono differre *ἰπνὸν furnum*, et *ἴπνον laternam g)*. Verum *ἰπνὸς* eburneus negotium Grammaticis exhibuit, incertis, quem vocab. eius ſignificatum materiae tam parum idoneae potiſſimum accommodarent: inde factum, vt quidquid *ἰπνὸς* denotat, huc fuerit ex diuerſis interpretibus collatum; ne ſcilicet lectori non foret integra ſeligendi poteſtas *h)*. Praeter Scholl. nititur haec lectio auctoritate Athen. et Suidae, qui *ἰπνὸν* pariter ac ſcripti editique libri defendunt. Sed Pollux diſerte monet (X, 155.) Ariſt. in Pluto *εἰπὸν τὴν μυάγραν καλεῖν*. Nulla quidem eſt in tota fabula ſedes, quam *ἶπος* vel *εἶπος* opportune capiat, niſi *ἰπνὸν* hinc alio migrare iuſſeris. Iungermannum non fefellit emendatio ſpecioſiſſima, quamquam haerens *putabamque* inquit, *forte legendum ὁ δ' ἰπός· ſed alteram lectionem et Schol. retinet.* Maiore fiducia Bentleius (ad Call. Fr. 233.) exulantem per aliquot ſaecula vocem in ſedem priſtinam reduxit. Neque Criticorum principem, quando multis poſt annis ſuas emendationes in priores binas Ariſt. comoedias vulgari paſſus eſt, poenituit eius ſententiae, cui Kuſterus, iudex inprimis idoneus, ſubſcripſit (ad Suid. V. Ἴπνια et Not. h. l.). Nam quae contra diſputauerat L. Bos., haud ita multum diuerſa ab iis, quae iam

---

V. Ἰπνός, reiicit poſtremus editor Pollucis. Ait enim *ἰπνός, furnus*, conuenientius eſſe rei ipſi, et quod in Ariſt. Pluto, e quo laudat Pollux *εἰπός*, ea vox nunc non legatur, non debere quemquam morari, quod forte in Pluto primo eſſe potuerit. Tamen non ſatis intelligo, quid ſit *furnus* vel *caminus eburneus*, aut quomodo iis rebus ebur conueniat; id enim ad loca, in quibus eſt ignis aut fumus, admoueri, nulla ratio eſt; *lucerna* tamen ſ. *laterna eburnea* poſſet intelligi. *Ducker.*

g) Nullum accentus discrimen facere videtur Zonaras Lex. T. II. p. 1116. nec Photius p. 45.

h) *ἰπνὸς* non tantum *furnus* eſt, (vnde *ἰπνοπλάθοι* ſ. *ἰπνοπλάσται* Plat. Theaet. 4. in ed. Baſ. 2. [vbi vid. Fiſch. p. 104. ſ. et Heindorf. p. 298.] h. e. *φουρνοπλάσται* interprete Timaeo [p. 149. vbi v. Ruhnk.] *furnarii*) ſed etiam *laterna*, Heſ. h. v. *Fiſch.*

ante, iuuenis admodum, ad Poll. ipse scripseram, nimis erant debilia, quam vt receptam lectionem tutari possent. Fateor mihi saepius illam emendationem retractanti magis magisque coepisse adblandiri, atque adeo nunc minimum abesse, quin plane verissimam existimem. Primum enim eburnea muscipula ridiculae quidem est elegantiae, sed ad vsum non inepta. Deinde recensetur supellex culinaria, in qua certe muscipulae locus non est negandus, quippe ad defendendum a muribus penum comparatae: post ὀξίδα etc. perbelle succedit et facete ἐπὸς ἐλεφ. Non abnuo, difficultates, quae scripturam editam premunt, ex parte leuari, si ἰπνὸν intelligas *laternam*. Verum ita ambigui vitio, quod plurimis in locis decet, hic absurdum fuerit, haudquaquam medeberis. Porro quid procliuius, quam ἶπον errore descriptoris abire in ἰπνόν; praesertim quum ἰπνὸς ab instrumento culinario neutiquam alienus, facile minus adtentum frustrari potuerit. Nonne Pind. Olymp. IV, 11. pro εἶπον *i)* ἠνεμόεσσαν, quae Aetna dicitur Typhoëum subiectum opprimens, ἰπνὸν aliis in libris legi testantur? Quid? non Aeschylus eodem mendo laborat Prom. 365. In editis enim quod fertur, Typhon ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο, quis corrigendum esse dubitet ἰπούμενος *k)*; vt Cratinus ap. Poll. VII, 41. et Arist. Eqq. 920. ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς vel ταῖς εἰσφοραῖς. Dubitare certe non debuit H. Stephan. Thes. T. I. p. 1726. E. postquam semel in suspicionem verae lectionis inciderat: cuius etsi perquam tenue et obscuratum, non tamen nullum est in Schol. secundo indicium. Ἰπνοῦσθαι, quod Stephanus *in furno* s. *camino ardere*, vel, *coniici in furnum* s. *caminum* exponit, *torreri* Stanleius, verbum est, ni fallor, Graecis auribus ignotum: non itidem ἰπνεύειν, quod a Lexicographis praetermissum ap. Hes. exstat in Ἐκοδομεύετο, et tantumdem valet, atque ἐν ἰπνῳ φρύγειν, quemadmodum Ἐκκοδομεύειν (sic enim scribendum est) idem interpretatur. Ἰπνούμενος autem in Aesch. etiam si tale sit, vt extra controuersiam positum videatur, quam tamen illa macula fue-

---

i) Ἶπον ibi nunc legitur, et redditur *onus impositum*. Schmidius ex libris nescio quibus affert ἰπνόν. Cf. ibi Heyn. Not. Gedik. in Carm. sel. Pind. ad eum loc., etiam meas not. ad P. Ol. p. 386.

k) Repositum ita est a Schützio, cuius Comm. conferendus.

rit vetusta, Schol. noster patefacit ad Vesp. 139. retinens ἱππούμενος. Haec cuncta si quis colligat et consideret, vix erit vt non aequissimum arbitretur, in ἵππου locum iure optimo restitui ἵπος vel εἶπος· vtrolibet enim modo scripseris, nihil refert; nam accentum quo quis loco poni malit, nunc quidem non curo. Ἱπὸς *l)* Hes. habet, quae vox perinde debebat exstare in Ἱππούμενος *m)*, nisi verba forent mutilata: ibidem inuenies εἶπος et multo corruptius εἰλός, cuius erroris, si vocabulorum ordinem inspicias, fieri non potest, quin Hes. ipse culpam sustineat. Interim esse quiddam, forte non magni momenti, quod me paululum retineat, non dissimulo: etenim videndum est, num Arist. ipse, quum in priore Pluto ἱππὸς dedisset, postmodum in secundo ἵπος emendauerit: neque deest exemplum, quod coniecturae nostrae faueat, in hac ipsa comoedia simillimum, v. 115. [vid. p. 64. s.]. Scilicet seruiendum erat eruditis Athenn. auribus, et saepe fabulae, quae prima commissione non steterant, accuratiore lima perpolitae in scenam dabantur: quae ratio multo melius a nobis intelligeretur, si cuiuscumque comoediae duplex editio ad nostram aetatem peruenisset. Pro ἡμῖν Athenaeus habet γέγονεν. *Hemst.* Vtraque lectio ἵπος et ἱππὸς ab Arist. est. Illud erat in priore fabulae editione, hoc in posteriore *n)*. Qui priore Pluto vsus est Pollux, vt 513. pro τροχοποιεῖν legebat ζυγοποιεῖν, quod in nullo cod. nunc comparet, ita hoc in versu ἵπος habebat, non ἱππός. V. eum p. 1340. et intpp. ἵπος s. ἱππός, vtroque enim modo notatur accentu, primam producit; quapropter saepe occurrit εἱππός, e librariorum more, qui pro ι longo solebant ει scribere: significat autem instrumentum omne, quo *stipatur*, *comprimitur*, *exprimitur*, *opprimitur*. Hinc ἵπος vocatur fullonum instrumentum,

---

l) De varia scriptura ἵπος, ἵπος, ἱπὸς, ἵπος cf. Tittmann. ad Zon. II. p. 1116.

m) Etiam in Phot. Lex. p. 86. perperam Ἱππούμενος pro ἱπούμενος legitur.

n) Fischer. existimat, poëtam scripsisse ἱππὸς in priore, ἱπὸς in posteriore Pluto. Nam quum intellexisset, primam scripturam improbari multis, vel vt ineptias diuitum magis rideret, in altera recensione dedisse ἱπὸς ἱλ., ineptius enim eius, qui diuitias ita ostentat, vt muscipulas adeo fieri iubeat eburneas, magis exstare.

quo premuntur, ſtipantur veſtes. Pollux p. 1317. *καὶ ἰπός, τὸ πιέζον τᾶς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος· κέαται δ' ἐν ἰπῷ.* Hic autem *muſcipulam* ſignificat. Pollux priore loco: *καὶ μυάγρα. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι· ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὼν τὴν μυάγραν καλεῖ.* Idem p. 715. *καὶ ἶπος δὲ τὸ τῶν κναφέων ἐργαλεῖον. ἔστι δὲ καὶ μυάγρα οὕτω καλουμένη.* Auctor Etym. M. p. 473. *ἶπος σημαίνει τὴν παγίδα τῶν μυῶν καὶ τὸ πρασισσόριον. παρὰ τὸ ἵπτω, τὸ βλάπτω, γίνεται ἶπος. καὶ γὰρ τοῦτο εἶδος φθαρτικόν ἐστι τῶν μυῶν. καὶ παρὰ τὸ ἶπος γίνεται ἰπῶ ῥῆμα, σημαῖνον τὸ θλίβω. καὶ Ἀριστοφάνης· ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς* (lege *εἰσφοραῖς* ex Eqq. 924.). *ὡς κόπτω κόπος, οὕτω ἵπτω ἶπος.* Perperam vulgo initio huius notae legitur *καὶ τὸ πραιτώριον.* Infimae graecitatis vox eſt *πρασισσόριον.* v. Car. du Fresne Gloſſar. p. 1218. Veteres gloſſae: *ἶπος prenſorium.* Corrigendum forte *preſſorium* o). Quod autem ſupra dixi, in poſteriore Pluti editione *ἰπνὸς* repoſitum fuiſſe, id hoc ſolo nititur argumento, quod hanc lectionem exhibent codd. qui nunc exſtant omnes, agnoſcuntque eam etiam Grammatici aliquot vett. Sed facile fieri potuit, vt ante horum aetatem menda irrepſerit, *ἰπνὸς* pro *ἰπός*, vt et ap. Aeſch. in Prom. *ἰπνούμενος* pro *ἰπούμενος*, quod obſeruaui ad Lyſ. 291. Sane ap. Athen. p. 229. F. vbi profertur hic verſus, iſtoque modo legitur: *ὁ δ' ἰπνὸς γέγονεν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.* In vet. Athen. codice ſcriptum reperi *ὁ δεῖπνος*, quod mendoſum quidem eſt, ſed antiquae ſcripturae indicium dare poſſit, *ὁ δ' εἰπός.* Nam ſi *ἰπνὸς* prior librarius legiſſet, nulla erat cauſa cur *εἰπνὸς* ſcriberet *p*). Vtut haec ſunt, vere meo iudicio veterem lect. *ἶπος* reuocandam cenſuit Bentleius *q*) cuius argumentis ſi quae opponi poſſint, non ſane illa ſunt, quae obmouet Daweſius *r*). *ἰπνὸν* ille

o) Scilicet muſcipulae partes erant *prenſorium* ſ. *preſſorium*, et *puxillus*, quo ſuſtinebatur et ſuſpendebatur prenſorium ſ. preſſorium, et quo ſubruto muſculi prenſorii pondere opprimebantur. *Fiſch.*

p) At vid. ſupra not. p. 438.

q) In texta eam recepit Brunck., et Inu. e Rau. et Borg. *ἰπνὸς* reſtituit.

r) Miſc. Crit. p. 200. ff. Studet ille auctoritatem Pollucis elevare; apte dici corneam laternam in eburneam mutatam mo-

tuetur, *laternamque* significare contendit, vt exponunt Schol. et Suidas, φανός. Laternis vtebantur veteres e cornu vel e vesica factis. Notus est ille Plauti versus in Amphitr. [I, 1, 185.] *Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu conclusum geris?* Sed ebur translucidum non est, proindeque eburnea laterna res est plane inepta et absurda. Quod autem ait *Bentleii commento perquam incommode accidere*, genus scilicet nominis ἶπος femininum, id nullius est momenti. Nam substantiua sunt multa, quae vtroque genere efferuntur, neque si apud Pind. ἶπος femininum occurrit, inde conficitur, femininum etiam Atticis fuisse. Sane Polluci masculinum est, cuius haec sunt verba p. 1317. καὶ περιστροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ τὸν ἰπνὸν περιστρέφον. Non itaque Bentleii *rationes profligauit Dawesius* s). ἰπνὸν si concederem poëtam scripsisse, probarem potius Toupii interpretationem ad Suid. II. 36. t) *latrinam* s. sellam familiarem, *une chaise percée d' ivoire* intelligentis. Pollux p. 527. — τὸν δὲ κοπρῶνα καὶ ἴπνον Ἀριστοφάνης καλεῖ. Eo sensu posita erat haec vox in Cocalo, cuius vltimum fragm. vide. Quo minus autem eam sic a poëta h. l. adhibitam fuisse credam, obstat prioris syllabae modulus, quam ille semper corripit. V. Pac. 536. Au. 436. Vesp. 139. Nec obiiciendus est eiusd. fab. v. 837. quem protuli supra ad v. 98. Manifestum est enim legi debere: ὁ κύων παρέξας εἰς τὸν ἰπνόν, ἐξαπάσας — et in superiore qui est Pac. 892. poëtam scripsisse: διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικεν ἄρ' · ἐνταῦθα γὰρ. — Haec recte emendata esse tam absurdum esset negare, quam si quis contenderet, in nomine δίκη primam rite produci, quia sic legitur Vesp. 400. οὐ ξυλλήψεσθ', ὁπόσοις δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι; Eo ineptiarum redigi se patiantur, qui in veterum scriptis apicem mutari nolunt absque codicis auctoritate:

---

net [vt iam *Girard.* accepit]. Teste Burgess. in App. p. 454. Sanctamandus in Comm. ined. ad h. l. ἴπνος defenderat, quum Arist. semper seruum de edulibus aliquid dicentem introducat, et muscipula cum praecedentibus non sit nexa, contra vocabulum quod ad culinam spectet, quaeratur.

s) Quae sunt verba Toupii Emm. in Suid. et Hes. I. p. 269.

t) s. ex ed. Emendd. in Suid. et Hes. Oxon. 1790. T. I. p. 269. Cf. idem Add. ad Theocr. p. 401. Praesidium autem suae interpretationi petit ex eo, quod sequitur ἀπεψώμισα etc.

nam sic etiam in duobus, ad quos fabulam illam contuli, scriptum est. At me piget, mendam eam praetermisisse, nouitiosque tirones moneo, quod, etiam me non dicente, paulo peritiores videbunt, legendum esse: οὐ ξυλλήψεσθ' ὁπόσοισι δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσ. Dawesius autem, ne sibi e manibus laterna sua eriperetur, lectionem prorsus immutare coactus fuit, nouamque ex ea quam codices exhibent, et misere deprauata illa, quae ap. Athen. legitur *v*), concinnare, cuius parum suaues sunt numeri:

ὁ δ' ἱπνὸς γέγον' ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφαντίνος ϰ).

Quanto satius erat optima in lectione acquiescere, quam commendabant sententiae et metri venustas, tuebaturque doctissimi Grammatici fides. Sed virum ingeniosum abripiebat liuor et Bentleii laudum obtrectatio. *Brunck.* His collectis efficitur 1. iam olim duplicem fuisse scripturam, ἱπνὸς et ἶπος, siue ex duplici editione Pluti, siue ex mutatione antiqua ortam, 2. probabiliter praeferendum esse ἶπος, tum significationis certioris, tum rei, tum metri causa.

817. ἀρτιάζομεν. De ludo hoc dici, in quo *Par* et *Impar* luditur, notatur hic in Scholiis, et e Platone praeterea, Aristot., Polluce, viderunt iam alii, nominatim Meursius lib. de Graecorum Ludis. Ad quem lusum etiam numos ab Augusti filia et singulis conuiuis datos docet in eius vita Sueton. c. 71. Id genus vero ludi, ζυγὰ et ἄζυγα a Graecis etiam dictum hic in Schol. additur; quod ad eumdem Suet. locum monuit Casaubonus. *Spanh.* Versum adduxit Pollux IX, 58. *y*) 101. vtroque loco Mss. ἠρτιάζομεν, priore tantum Edd. priscae: explicare licet, *par impar ludere solemus.* Receptae lectioni consentit Suid. in Στατήρ, et versu truncato in Ἄρτια. Vsi sunt Aristoph. et Schol. verbis, qui de Ludis vett. scripserunt, Iul. Caes. Bulenger. c. 6. et Io. Meurs. in Ἀρτιάζειν. *Hemst.* *Ludere par impar* Horat. Sat. II, 3, 248. Suet. Aug. 71. *micare* Cic. Off. 3, 19. Nam ludentes sumtis in manum talis, fabis, nucibus

v) Memoriae errore lapsum esse Athenaeum, quum pro ἡμῖν scriberet γέγονεν, putat Schweigh. Anim. III. p. 328.

ϰ) Vt prima in ἶπνος breuis sit. V. Daw. p. 199. s. Hanc autem emendationem, s. potius scripturam (in qua γέγον' speciem interpretamenti habet) cod. Rau. confirmatam recepit Inu.

y) Hunc priorem Poll. locum etiam *Kust.* commemorauit.

(1057.), amygdalis, etiam numis, interrogantes colluſorem iubebant diuinare, ἄρτια ἢ περιττά, paria an imparia, haberent *z)*? v. Meurs. Graec. ludib. p. 5. f. Στατῆρες erant numi vel *argentei*, qui valebant drachmas Atticas quatuor, Alexandrinas duas (et reſpondebant *ſiclo* Hebraeorum v. Matth. 17, 27.) vel *aurei*, qui valebant drachmas Atticas argenteas XX. v. Eiſenſchmid. de menſ. et pond. p. 142 *a)*. *Fiſch.*

818. ἀποψώμεσθα *b)* δ' οὐ λίθοις ἔτι. Lapides olim ad nates tergendas adhibitos fuiſſe, patet etiam ex prouerbio illo:

Τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι,
Ἂν ὦσι τραχεῖς· ἂν δὲ λεῖοι, τέσσαρες.

Vide Stromat. Prouerbiorum metricorum, Adag. 896. *Kuſt. c)*. Similis eam in rem Machonis Comici locus ap. Athen. XIII. p. 578. Εἰ δὲ λίθον εἶχες, ὑπολαβοῦσ' ἡ Μανία, Ἔδωκ' ἄν, ἵν' ἔχῃς, φῇσ', ἀποψᾶσθαι πάλαι, *quod ſi lapidem haberes reſpondit continuo Mania, darem tibi, o miſera, abstergendis natibus;* et paullo poſt, p. 584. εἰ δὲ λίθον, ἔφη, εἶχες, ἀποψήσασθαι ἂν σοι ἔδωκα. Apud Heſych. et adpoſite ad dictam v. ἀποψᾶσθαι ſignificationem: Ἀπόψυγμα (vt ibi omnino legendum, non Ἀποψυγμα) ἀφόδευμα, κόπρος. Quid enim ibi ſit ἀφόδυμα, intelligit continuo, qui ἀφόδια γατρὸς (nempe inſerta littera ρ ob metrum, pro ἀφόδια, quod viderunt item alii), *ventris feceſſum* apud Nicandr. duobus locis legit, Ther. 692. Alex. 140. iuxta Schol. τὰ σκύβαλα. Adde ἀφόδευσιν in epiſtola quae Barnabae tribuitur p. 26. in Variis Sacris Steph. le Moyne. *Spanh.* Delicatiſſimum faſtidium: nam allio iam

---

z) Eadem obſeruauit *Gir.*

a) Add. *Eckhel.* Prolegg. ad Doctr. num. vett. I. p. XL. f. Romé de l' Isle Metrol. Taf. p. 104. 116. Pollucem de ſtatere laudant *Gir.* et *Lekard.* p. 81. plura de hoc numi genere habet.

b) Cod. Doru. ἀποψάμεθα. Metro nocet omiſſio literae ς. Sic tamen et Suid. in Ἀποψάμενον. *Memſi.* Attice abundare ς monet *Gir.*

c) Elt ἀποψᾶσθαι *anum ſibi abstergere* ſ. *detergere*. *Fiſch.* Pauperes vlos eſſe hanc in rem lapidibus, lignis, tegulis, herbis, etc. docet *Gir.*

abstergent culum, quod antea esitare solebant *d)*, non lapidibus. Solitos autem fuisse tunc lapidibus tergere podicem patet ex Comico nostro Pac. 1229. vbi Schol. adducit prouerbium istud [a Kust. laudatum], cuius meminerunt alii etiam. *Bergl.*

819. σκορόδια sunt *alliorum folia*, et ἑκάστοτε in lingua Atticorum valuit i. q. πάντοτε *e)*. Phrynich. p. 88. ὑπὸ τρυφῆς *prae luxu f)*. Vtebantur enim diuites ad eam rem fere pannis, linteis. *Fisch.*

820. βουθυτεῖ. non *bouem* tamen, sed quod sequitur, ὗν, τράγον, κρίον, *suem*, *hircum*, *arietem*, quod sacrum τριττὺς (vt in Schol.) ab Athenn. vocabatur. Βουθυτεῖν hic in genere, *immolare*, sicut βουκόλοι subinde *pastores ouium*, vt praeter Hes. notant Scholia ad Eurip. Androm. 280. et ap. Soph. Aiac. 232. καὶ βοτῆρας ἱππονόμους, *qui pecudes et equos pascunt*, ac vbi in Schol. ἱπποβουκόλοι dicuntur. Adde ap. Aesch. Eumen. 196. ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι. Sic de *pascentibus* in coelo *stellis* Callim. in Del. 176. κατ' ἄέρα βουκολέοντα. *Spanh.* Multa verba, duas notionis partes habentia, adiunctis aliis amittunt partem eius alteram, vid. ad v. 666. et Prolus. de Vit. Lex. N. T. p. 21. s. Sic statuere malim, quam part. βου cum Schol. vet. et Doru. referre ad magnificentiam sacrificii *g)*, quod Chremylus immolarit non vnum, sed tria animalia (quae τριττὺς et ἐντελὴς θυσία dicta est). Caeterum Chremylus (ὁ δεσπότης) ἔνδον (in domo) Apollini, qui auctor fuerat, vt Plutum sequeretur, Aesculapio, qui Pluto visum restituerat, et Pluto, qui diuitiis eum cumulauerat, et ἐστεφανωμένος, (coronam fortassis lauream *h)* gestans) sacrifica-

---

d) Nam allia, vt cepae, fuerunt cibus pauperum. (Virg. Ecl. 2, 11.) *Fisch.*

e) Non ex hoc colligi potest cum *Gir.*, dici Carionem hoc saepius facere, quam necessarium sit. Caeterum talia poëtas veteris contoediae dedisse plebeculae monuit *Münt.*

f) Vel per iocum hoc dicit, quia acer allii succus cutim laedit, vel per contemtum, quod allium nunc ita vile habetur. *Münt.*

g) De ea etiam accepit *Gir.*, recte pro simpl. *immolare*. *Münt.*

h) Interpretem, qui *corona comptus aurea* reddiderat, iam re-

vit, quia omnes ſacrificantes erant coronati. v. Paſchal. de Coron. 4, 13. ſ. *Fiſch.*

822. ſ. ἐξέπεμψεν *exire, egredi iuſſit.* τὰ βλέφαρα. Nam fumus, qui, quoniam elicit lacrymas, eleganter a Virg. Aen. XII, 588. *amarus* vocatur, laedit maxime et offendit palpebras. *Fiſch.* οὐχ' οἷός τε ἦν *non poteram intus manere.* Sed perpende ſeruuli inſolentiam: dominus fumum fert, quem ſeruus ferre ſe non poſſe ait. Haec quum iactaret Carion et iam redire domum pararet, ſupervenit, qui, antea diues, liberalitate factus erat miſer, poſtea vero quam Plutus viſum recepit, in diuitem rurſus euaſit. Quoniam autem id ſibi contigiſſe ſcit a Pluto, cum puero ad Chremylum pergit, non immemorem beneficii neque ingratum ſe Pluto probaturus. Puerum ergo ſuum vir Iuſtus in ſeqq. alloquitur. *Gir.*

824. Conſtituitur hic Act. IV. Sc. II. Per totam hanc ſcenam, vbi nunc (in Br. et Inu.) Chremyli nomen praefixum eſt, olim Carionis nomen legebatur. — παιδάριον eſt *ſeruus i)*, vt παῖς (844.). Nam etiam hoc Deminut. habet vim Primitiui, et poeta hominem illo vti iuſſit, quod animus eius plenus eſſet gaudio et laetitia, quia ſubito et praeter opinionem diues erat factus. παῖς eſt *ſeruus*, quamuis ſenex, quia antiquiſſimis temporibus ſerui erant pueri proprie dicti. Conſtructio v. ἕπεσθαι cum μετά reiicitur et ξενικὴ σύνθεσις vocatur a Phryn. Ecl. p. 154. nempe ſi ἀκολουθεῖν ſ. ἕπεσθαι μετά τινος ponitur pro τινί, vt ſit, *ſequi aliquem*, non *ſequi pone, a tergo.* Nam etſi non negem reperiri locos in libris vett. Atticorum vbi ἀκολουθεῖν, ἕπεσθαι, μετά τινος idem valeat quod τινί (nam nec diligentiſſimi ſcriptores liberi ſunt ab omnibus vitiis, nec Atticorum lingua caret omnino peregrinis verborum con-

---

prehendit *Eckard.* p. 82. ſ. Nam non *aureas*, ſed ex arborum ramis factas coronas geſtabant ſacrificantes.

i) Non de ſeruulo, ſed de puero Iuſti placet accipi. Si de ſervo diceretur, potius dixiſſet ἔπου μοι, quam μετ' ἐμοῦ. Nam pater vult, vt, quum ſibi et filio communia ſint bona a Pluto accepta, vna ſe gratos ei exhibeant. Quod ſi cui magis lubet, vt de ſeruulo dicatur, non magnopere refragabor. Vtrumlibet fuerit, inducitur muta perſona, et ideo adiicitur, vt intelligatur, quo Iuſtus, domo ſua egreſſus, ire tendat. *Gir.*

ſtructionibus; v. Kypk. Obſſ. Sacr. et Abreſch. ad Luc. Eu. 9, 49. et Markland. ad Lyſ. p. 437.): tamen magna cautione opus eſt. Nam certiſſimum eſt plerosque locos non repugnare praecepto Phryn., quum *μετὰ*, Genit. ſequente, non modo ad *tempus* referatur, vt ſit *poſt*, (v. Raphel. ad Marc. 10, 30.) ſed etiam ad *perſonas*, vt ſit *pone*, *a tergo*, vt h. l. (coll. 844. i. q. *κατόπιν* 757. et 1210.) et ap. Lyſiam 2. p. 17. *ὥστε τὰ ἔθνη τὰ μετ' αὐτοῦ* (Xerxe) *ἀκολουθήσαντα k)*. Sed aeque certum eſt, in N. T. *ἀκολουθεῖν μετά τινος* id. eſſe quod *ἀκ. τινι*, quia Hebraei verbo הָלַךְ iungunt part. אַחֲרֵי v. 1. Regg. 19, 20. Eſai. 45, 14. *πρὸς τὸν θεόν*, *in domum in qua eſt Plutus*. Nam *πρὸς* Accuſatiuo perſonae iunctum ſaepe indicat locum, in quo eſt is, cuius nomen additur, vt Ioſeph. Arch. 6, 3. extr. *ἄπιτε πρὸς αὐτοὺς ἕκαστοι*. Cic. XVI. ep. 4. *ad ſe transferret* h. e. domum ſuam. *Fiſch.* De ſtructura v. *ἕπεσθαι* cum *μετὰ* v. etiam *Eckard.* Obſſ. p. 82. ſ.

825. Scholiaſtes ad proxime ſequentem verſum notat: *ὦ (δικαίῳ l)) διαλέγεται ἢ ὁ Χρέμυλος ἢ ὁ οἰκέτης.* Manifeſtum eſt, quae per hanc ſcenam Carion eloquitur, in aliis exemplaribus Chremyli, ſacrificio iam facto prodeuntis *m)*, perſonae fuiſſe adtributa: clarius idem docuit ad v. 802., ſimul admonens abſurdum videri atque indecorum, vt cum ſeruulo vir probus et iuſtus ſermocinetur. Ex vett. libris, quorum collationes Kuſtero fuerunt ad manum, nihil excerptum inuenio: ad cod. Doru. ſemoto Carione Chremyli perſonam huic ſcenae ſolam inſeruit: quam ego rationem temere repudiandam non putem; nam ioci, qui hic occurrunt, Carioni in edd. adſcripti, nihil habent ſane vernilis dicacitatis, aut nequitiae, talesque ſunt, vt Chremylum, ſenem facetum, et nunc ex recenti diuitiarum gaudio libenter argutantem, minime dedeceant. Haec autem perſonarum variatio ab vtroque Pluto fluxerit, an ab

---

k) Iſocr. Paneg. c. 40. *μεθ' οὗ συνηκολούθησαν.* Ex Xenoph. *ἕπεσθαι ἐπὶ Κύρῳ* adtulit *Munt.* quod tamen prorſus diuerſum eſt.

l) Hunc Francog. interpres appellat: *homme de bien.*

m) Id negat *Fiſch.* veriſimile eſſe, ſacrificium iam peractum fuiſſe, vt Chremylus foras prodire potuerit. Itaque etſi orationem magis Chremyli, quam Carionis, perſonae conuenire concedit, tamen non illi tribuendam eſſe cenſet.

actoribus, quos nonnumquam praeter poëtarum mentem quaedam innouaſſe ſcimus *n)*, non facile definiuero. *Hemſt.* Perſonam hic et deinceps in toto hoc colloquio Chremyli pono, vbi vulgo perſona eſt Carionis, idque ex trium codd. auctoritate. Solus B famulo tribuit, quae manifeſto heri eſſe, nemo non ſentit, certiſſimisque argumentis oſtendit Hemſt., qui prauam priorum edd. perſonarum diſtinctionem retinere non debuerat. Etiam in quinto codice interlocutores huius ſcenae notati ſunt Iuſtus et Chremylus. Minus bonum eſt, quod verſui 860. (861. noſt. ed.) Chremyli, 863. (864.) Carionis praefixa ſit (in eo cod.) perſona. V. 864. (865.) adſcripta perſona: ἕτερος συκοφάντης, vt etiam eſt in B. et in meo. Melius ceteri codd. vnicum Sycophantam agnoſcunt. *Brunck.* ἔα *o)* eſt vox vel *querentis*, dolentis (v. Luc. 4, 34. Marc 1, 24. et ibi Kypk. in Obſſ. Sacr.) vel vehementer *mirantis* et ſtupentis, *vah! hem!* vt h. l. πρόσεχον (826.) eſt *nuper, antea.* ἄθλιος *pauper*, vel potius *inops, egenus* (vt 834., ταλαίπωρος 33. nam inopes videntur eſſe miſeri et aerumnoſi; ſic ἄθλιον εἶναι et πλουτεῖν inter ſe referuntur Eccl. 587.), εὐτυχὴς *diues, opulentus. Fiſch.*

827. δῆλον, ὅτι. Vt ſupra male duas voces δῆλον ὅτιη in vnam coniunxerant (v. 48.), hic contrario modo peccarunt, ex vna duas perperam facientes. Longe melius in meo cod. ſcriptum δηλονότι *p)*. *Nimirum, vt videris, e bonorum numero es. Brunck.* ὡς ἔοικας eſt, *credo, opinor*, quum ἔοικα in lingua Atticorum idem valuerit quod φαίνομαι. οἱ χρηστοὶ ſunt *boni, probi*; et hic locus docet, Genitiuum partitionis non ſemper pendere a praep. ἐκ, ſed etiam a pron. τις (vt 345.). *Fiſch.*

828. ἔπειτα τοῦ δέει *quid vero tibi vis? quam ob rem huc veniſti?* Nam ἔπειτα habet in interrogationibus vim

---

n) Multo probabilius eſt, eam a librariorum errore repeti.

o) Eſſe pr. Imperatiuum ab ἔχω, *fine*, atque inde abiiſſe in adverbium hominis ſe continentis et ad aliquid conſiderandum ſe comparantis, monet *Gir.* Significare nunc *hem*, nunc *ah*, obſeruat *Munt.*, et ex Plat. Protag. laudat: ὃ δὲ τὴν θύραν ἀνοίξας, ἔα, ἔφη· σοφισαί τινες.

p) Ita etiam *Fiſch.* cenſuit, quia non recte dici poteſt, δῆλον ὅτι, ὡς ἔοικας. In Br. et Inu. ed. tamen manſit δῆλον ὅτι.

augendae orationis; τοῦ eſt τίνος, [Gl. Doru.] et δέει formam Atticam pro [vulg. olim δέῃ], quam v. 1136. habent omnes libri, praeter cod. Leid., h. l. ſeruauit cod. Doru. *q)* cuius Schol. χρήζεις. Heſ. δέῃ· χρήζεις. Leg. δέει, vt cod. Ven. *r)* V. nos ad Plat. Euthyphr. 19, 4. Verba πρὸς τὸν θεὸν ἥκω arbitror ita intelligi debere, *veni vt adirem Plutum*, vt ei gratias agerem et munera afferrem. ἥκω eſt i. q. ἦλθον (284.) et πρὸς, vt ἐπὶ, non raro iungitur Accuſatiuo nominis rei, etiam perſonae, ſic, vt conſilium indicet, quo quis aliquid facit, vt Actt. 3, 10. ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος coll. v. 2. Add. noſt. v. 841. ſ. 845. 849.

829. μοι ᾽στιν. Sic meus: in C. μοι ἐστίν. Duo alii, vt vulgo μοῦστιν. *Brunck.* Cod. Doru. μοι ἐσίν. Poterat per ϑλίψιν ſolam ſcribi μοι ᾽σίν· nunc Edd. omnes [praeter Br. et Inu.] habent per κρᾶσιν et συναίρεσιν, μουσίν, vt Eccleſ. 998. et 1021. Καὶ ταῦτ᾽ ἀνάγκη μοῦστι. — Ἐμοὐποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει adnotatum eſt a Tryphone περὶ παϑῶν. *Hemſt.* μου [μου ᾽στὶν ſcribit *Duck.*] poteſt iungi cum ἀγαϑῶν, vt ſit ἀγαϑῶν μου. Sed malim ex perpetuo vſu huius phraſeos legere μοι. *Duck.*

830. οὐσία eſt in vita communi *patrimonium*, *facultates* (χρήματα 833.). Legitur eodem ſenſu Luc. 15, 13. *s)* v. Heſ. et ad 754. vbi οὐσία συχνή, quae h. l. οὐσία ἱκανή (patrimonium lautum). Nam ἱκανόν, vt Lat. *idoneum*, dicitur quidquid ſuo nomine dignum eſt. v. Ducker. ad Flor. 1, 12. et Druſius ad 1. Maccab. 13, 11. Sic 1094. ἱκανὸν χρόνον eſt *diu*. Et in libris N. T. ἱκανὸς et πολὺς leguntur vt Synonyma. v. Marc. 10, 46. coll. Matth. 20, 29. Luc. 8, 32. coll. Matth. 8, 30. *Fiſch.*

831. ἐπήρκουν. *ſuppeditabam.* Eurip. Hec. 970. τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ πράσσουσιν εὖ φίλοις ἐπαρκεῖν (prae-

---

q) δέῃ omnes, quas videre contigit, Edd. Terminationem Atticam ſeruauit cod. Doru. eamdemque praefert et ſcripturam et explicationem v. 1136. vti exemplaria typis deſcripta conſentiunt, neque aliter H. Stephanus Theſ. T. II. p. 1152. B. quapropter reſtituendum duxi. *Hemſt.* Atticam formam habent codd. A. C. *Brunck.*

r) V. Schow Lex. Heſ. e cod. Ven. reſtitutum p. 204.

s) Cf. *Eckard.* Obſſ. ex Ar. Plut. p. 83.

ſtare)? ὡς ἕτοιμός εἰμ' ἐγώ. Alludit vterque ad prouerbium: *κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Bergl.* *τοῖς δεομένοις ἐπαρκεῖν*, quae frequentiſſima loquendi formula, dixit Lucian. in Nigr. §. 26. *πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπικουρῆσαι* in Tim. p. 109. vbi plura notaui. *Hemſt.* *ἐπαρκεῖν* eſt *opitulari, adiuuare; ſufficere* (Gl. vett. h. e. ſubminiſtrare) pecuniam, quod 836. *εὐεργετεῖν.* v. I. Tim. 5, 10. 16. Heſ. V. Ἐπαρκεῖ, et *ἐπήρκεσεν. οἱ δεόμενοι τῶν φίλων* ſunt *amici egeni*, vt 836. Gloſſ. vett. *Δέομαι egeo, indigeo.* Sententiam, quae continetur verbis *εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον*, Terent. Andr. I, 1, 33. ſ. ita expreſſit: *id arbitror Apprime in vita eſſe vtile.* Nam qui diues aliorum inopiam ſubleuat, is ſperare poteſt, ſibi inopi adiutores non defuturos eſſe. *Fiſch.*

833. *ἀπέλιπε* habent quidem omnes Edd. [antiquiores]. At Graecismi ratio requirit *ἐπέλιπε. Kuſt.* Nollem hoc dictum: praeluſit tamen huic ſuſpicioni *H. Stephanus* Theſ. T. II. p. 665. A. „Legitur vero ap. Ariſtoph. et cum accuſ. iunctum tamquam actiuum pro *deficio* et quaſi *deſtituo*, in Pluto Ἥπου etc. *te cito deſeceruni nummi.* Qua tamen conſtructione conſtat *ἐπέλιπε* frequentius vſurpari, quam *ἀπέλιπε.* Reuocare debuerat eam, etſi non ſit adiunctus accuſatiuus, Iſocratis locus ad Demon. p. 5. E. [T. I. p. 18, 2. Auger.] Τὰ *μὲν γὰρ* (*χρήματα*) *ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ* (*ἀκούσματα*) *πάντα τὸν χρόνον παραμένει t).* Vt claudicantem verſum fulcirem, adieci *ν* illud *ἐφελκυστικόν*, quo cunctae Edd. carent, non cod. Doru. ἦπου interrogatiue Triſchlinus intellexit, ſed minus opportune, hoc quidem in loco. *Hemſt.* *ἐπέλιπεν* optime membr. *x)*, vt et Kuſt. legendum eſſe viderat. In C. *ἀπέλιπον.* Duo alii vt vulgo, *ἀπέλιπε. Brunck.*

---

t) Etiam Palaeph. fab. 26. dixit *ἀπέλιπεν αὐτὸν ὁ βίος*, vbi vid. et Zoſim. 4, 29, 1. eſt *τὰς πόλεις ἀπολειλοίπει τὰ χρήματα.* Sic h. l. *ἀπελ. τ. χρ. deſecit te res, pecunia.* *χρήματα* ſunt Atticis *τὰ ἀργύρια.* v. nos Proluſſ. Palaeph. 2, 3. p. 24. ſ. *Fiſch.*

u) ἦπου eſt particula non dubitantis, ſed affirmantis, *nimirum; certe; haud dubie;* vt 700. et 833. i. q. ὄντως Heſ. aut ὄντως δή, Schol. min. Iliad. 3, 43. *Fiſch.*

x) Cum iis facit vterque cod. Inu. vnde et hic, vt Br. *ἐπέλιπεν* recepit. De ſcriptura *ἀπέλιπεν* v. Porſon. Add. ad Eurip. Hec. p. 100.

834. Verſus hic prorſus abeſt a cod. Doru. Errorem quae cauſa *y*) pepererit, facile patet. *Hemſt.* κομιδῇ [aut potius κομιδῇ] μὲν οὖν eſt vox affirmantis vt 835. 839. i. q. alibi πάνυ μὲν οὖν. Per ſe valet *opido, admodum, valde*, v. Heſ., ita vt 834. ταχέως, 835. ἄϑλιος, 839. κατεγέλων intelligi poſſit. Nam eſt a Nom. κομιδὴ *cura*, cuius notioni ineſt notio magnitudinis, ſed multorum nominum Ablatiui pronuntur pro Aduerbiis, vt σπουδῇ, δρόμῳ (Thuc. 8, 94.), κόσμῳ (*modeſte*, Herod. 8, 67.). *Fiſch.* Gloſſae: πάνυ, *perquam, valde, admodum, oppido, nimis.* a κομίζω *curo.* ἄϑλιος in genere *aerumnoſum* ſignificat, ſed quia pauperes tales ſunt, τὸ ἄϑλιον εἶναι opponitur τῷ πλουτεῖν vt Eccleſ. 590. *Bergl.*

835. ff. πέως eſt *nuper, antea*, πρώην, πρότερον, Sch. Doru., Heſ. Suid. [etiam Gloſſ. Brunck.] Timaeus gl. Plat. [p. 256. vbi v. Ruhnk.] πρὸ τοῦ. Sed poteſt etiam reddi *adhuc, hucusque*, vt Plat. Phaed. 66. Moeris [p. 368.] ἕως ἢ μέχρις. Timaeus [loc. laud.] ἕως τίνος· vel *interea dum diues fui*, Heſ. τότε, τηνικαῦτα. add. Herodian. Philet. p. 434. [ad calcem Moer. Pierſ.] εὐηργέτησα *z*) i. q. ἐπαρκεῖν 831. ὄντως βεβαίους, *vere certos et fidos*, qui meam aliquando inopiam ſubleuarent ſuis copiis. *Fiſch.*

838. ἐκτρέπεσϑαι fere tripliciter vſurpatur. Nam propr. dicitur de iis, qui *deuertunt, deflectunt de via*, aliamque ineunt, vnde nonnumquam adiicitur Genit. τῆς ὁδοῦ, vt Ael. V. H. 14, 49. et Accuſ. τὴν ἑτέραν, vt Lucian. Tim. [c. 5. T. I. p. 110. Hemſt.] quem locum cum h. l., qua rem, conferendum docuere Barlaeus et Berglerus *a*). Deinde ἐκτρέπεσϑαί τινα eſt, *occurſum* alicuius *ita vitare*, vt de via deflectas (einem ausweichen) vt h. l. nam commode

---

y) Nimirum proximi verſus idem initium. Contra in cod. Rau. eadem de cauſa v. 835. eſt omiſſus.

z) Cod. Doru. εὐεργέτησα. *Hemſt.*

a) Lucianus in Timone: οἱ δὲ πόῤῥωϑεν ἰδόντες ἑτέραν ἐτρέποντο (in aliam viam deflectunt) δυςάντητον καὶ ἀποτρόπαιον ϑέαμα ὄψεσϑαι ὑπολαμβάνοντες τὸν οὐ πρὸ πολλοῦ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην αὑτῶν γεγενημένον. Eurip. Med. 561. πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκπεπὼν φίλος· *Bergl.* Theognis optimo iure eos damnat amicos, qui ſunt μέχρι προσηγορίης φίλοι, *ſalute tenus amici.* Quid autem de his dicturus erat, qui congreſſu, imo et adſpectu bene de ſe meritos non dignantur? *Gir.*

intelligi poteſt *με*, ſed poterit etiam recte accipi propre Denique eſt omnino *fugere*, *auerſari*, *declinare*, *euitare*. v. Kuſter. de Verb. Med. 1, 18. et Dreſig. de Verb. Med. N. T. 1, 24. Vnde illuſtrari fortaſſis poſſit locus Ioh. 5, 13. ἐξέτρεπεν, Vulg. *declinauerat*. *Fiſch.*

κοὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι. *Et me videre ſe disſimulabant*. Graecorum vim non perceperat Berglerus *b)*. V. Valcken. ad Eurip. Hipp. p. 217. In Pac. 1051. *μὴ νῦν ὁρᾶν δοκῶμεν αὐτόν*, *feſſons ſemblant de ne pas le voir*. Plaut. Epid. II, 2, 54. *disſimulabam me harum ſermoni operam dare*: *οὐκ ἐδόκουν ὑπακούειν αὐτῶν*. *Brunck.*

839. *καὶ* eſt *etiam c)*, vnde Sch. Doru. vt hanc particulae vim, a multis ſaepe non animaduerſam (v. Palaeph. 22, 2. 44, 2. Moeris V. Παιδάριον [p. 321. ibique Pierſ.] declararet, adſcripſit: *οὐ μόνον ταῦτα ἐποίουν, ἀλλὰ δ*. — Sic 845. 848. *καταγελᾶν* eſt *deridere*. Nam hic eſt plerorumque hominum mos, vt beneficiis etiam cumulati ab altero ſi hunc nimia benignitas reddiderit inopem, eius inopiae non ſuccurrant, immo ſtultitiam eius adeo derideant. *εὖ οἶδ' ὅτι* interponitur orationi, vt ap. Lat. *ſat ſcio*, *ſcilicet*; intell. *κατεγέλων*. v. Viger. de idiot. 5, 8, 16. ibique Hoogeu. *e)*. *Fiſch.*

840. Citat Suidas V. Αὐχμεῖς. Locus autem hic, vt verum fatear, ὕπουλος mihi nec ſatis planus videtur. Niſi forte ſenſus ſit: *ſqualor vaſorum*, i. e. *paupertas*, *me perdidit*. Pauperum enim domus ſqualidae et ſordidae; at diuitum contra, mundae et nitidae eſſe ſolent. *Kuſt.*

---

b) Is totum locum reddidit: Illi autem meum occurſum et adſpectum auerſabantur. — Etiam *Fiſch.* haec vertit: *ſimulabant iam ſe me non videre*.

c) *καὶ praeterea*, augmentum habet ingratitudinis. *Gir.*

d) In cod. Doru. librarii ſtupor valde implicuit interpretationem, quae huic verſ. eſt adpoſita: *οὐ μόνον ταῦτα ἐποίουν ἀλλὰ γινώσκω λίαν*· haec ſine vlla diſtinctione ordine continuo iunguntur. *λίαν* ad *κεμιδῇ* pertinet, ad *οἶδα*, *γινώσκω*· reliqua ſententiae explendae inſeruiunt: *οὐ μόνον ταῦτα* (*τὸ ἐκτρέπεσθαί σε καὶ οὐ δοκεῖν ὁρᾶν*) *ἐποίουν*, *ἀλλὰ καὶ κατεγέλων* etc. *Hemſt.*

e) P. 268. ed. Herm. add. Bos Ellipſ. p. 798. ed. Schaef. Perperam *Münt.* h. l. ſupplet *οὕτως γίγνει*.

Siccitas f), ſqualor ſupellectilis me perdidit; arefactus et exhauſtus amiſi vaſa, i. e. opes; ad paupertatem redactus ſum: metaphora a ſegete. Nam ſiccitate grana, quae ſunt in ariſtis, extenuantur et aduruntur. v. Schol. Suid. Heſych. αὐχμὸς etiam exponitur ἔνδεια. *Duck.* Cur Kuſt. ſuſpectum habuerit hunc verſ., rationem non video. Αὐχμὸς τῶν σκευαρίων, quum ſqualent exinanita vaſa nihilque in iis ſupereſt, quod menſam luculenter inſtruat: illam rerum bonarum penuriam ait ſe perdidiſſe, i. e. effeciſſe, vt, qui prius amicos ſe geſſerant, nunc, dilapſis opibus et ſiccatis cum faece cadis, diffugerent ſibique inſuper inſultarent. *Hemſt. g)* Interpretatio multum negotii faceſſivit Grammaticis et veteribus (v. Schol. vet. *h)* et ibi Hemſt.) et recentioribus. Equidem ita eum intelligo: σκεύαρια ſunt *vaſa, in quibus cibi et apparantur et apponuntur.* αὐχμὸς proprie quidem eſt *ſiccitas* (Gl. vett.), quae exiſtit ex ἀνομβρίᾳ (Heſych.) v. Ioſeph. Arch. 14, 3. Sed h. l. vaſis tribuitur, quatenus in iis apponuntur cibi *ſicci et aridi*, qui ſunt fere *tenues*, vt panis, caſeus, aliique cibi, quibus ruſtici vtuntur. Vnde *vita arida, ſicca*, a Latinis tribuitur omnibus, qui vtuntur victu tenui et vili. Itaque ſenſus eſt: quia victu vtebar tenui, nemini poteram cibos lautos adponere, fugerunt meam conſuetudinem omnes. μ' ἀπώλεσεν *orbauit me vſu et ope amicorum omnium. Fiſch.*

841. ἀλλ' οὐχὶ νῦν h. e. *nunc non eſt ſiccitas vaſorum*, nunc non vteris victu tenui. Ex ὦν intell. ἐστίν *i)*.

---

f) Praeter exſpectationem vocabulo αὐχμὸς (ſiccitas) additum eſſe σκευαρίων, quum τῶν πυρῶν, κριθῶν (tritici, hordei) exſpectari potuerit [imo *agri, ſoli*], monet cum Schol. *Girard.*, ſed metaph. deſignari extremam paupertatem. Ab vredine aut ſiccitate, qua fruges pereunt, repetit etiam *Münt.* qui de etymologia voc. αὐχμὸς (ab αὕω vel ἄζω vel αὔξω) diſputat.

g) Hemſt. notae lucem affundit Scholion ineditum cod. C. [quod inter Scholia reponetur]. Partic. ὢν hic, vt ſaepe, abundat. *Brunck.* Ita non opus eſt coniectura Reiskii: αὐχμὸς γάρ, ὃ τάν, σκευ.

h) Verba Schol. repetiit vertitque *Bergl.* qui dicit ſe in verſione loci Ariſt. vſum eſſe nomine, quod et frumento conuenit et vaſis aereis aut ferreis. Vertit enim: nam *rubigo*, quae ſupellectilem meam ederat, me perdidit.

i) Münt. intelligit ἀπολεῖ σε.

ἀνθ' ὧν *k)* *propterea, quapropter*, quia diues factus ſum, vt 434. πρ. τὸν θεὸν προσ. ἦκω δικ. ἐνθ. *huc veni non temere, vt deo* (Pluto) *gratias agerem*, gratularer. Nam προσεύχεσθαι eſt *gratias agere*, quia Plutus eum diuitem reddiderat. *Fiſch.*

843. τὸ τριβώνιον eſt *pallium detritum, lacerum* (714.), quod recte vno verbo dici poteſt *palliaſtrum* cum Gloſſ. vett. Ap. Apulei. Met. I. p. 104. de pallio Socratis eſt ſciſſile *palliaſtrum* et ſutilis centunculus. Cf. 882. ſ. τί δύναται *quid ſibi vult l)?* vt Thuc. 6, 36. αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται, i. e. eo ſpectant, eo ualent. *Fiſch.* Ironiae plena eſſe haec verba, obſeruat *Gir.*; quum lacerum ſit hoc pallium, in quem vſum geſtari poteſt?

In verbis πρὸς τῶν θεῶν *m)* multum vereor, ne ſolemnis illa iurisiurandi formula priſcam lectionem aboleuerit: τὸ τρ. δ. τί δύναται πρὸς τὸν θεὸν — *illud vero palliolum quid facit, quid pertinet ad deum Plutum?* Videtur ſane, quemadmodum in κομιδῇ *n)* μὲν οὖν, ſic itidem in terna repetitione πρὸς τὸν θεόν, iocum quaeſiuiſſe. *Hemſt.* Sic ingenioſe Hemſterhuſius o). Frigidum eſt, quod vulgo legitur, πρὸς τῶν θεῶν. *Brunck.* πρὸς τῶν θεῶν non tam eſt obteſtantis formula, *per deos immortales!* quam admirantis, *proh dii immortales!* Vtitur Chr. hac formula, ioci cauſa, vt rideat hominem, qui iam ter (824. 828. 841.) dixerit πρὸς τὸν θεόν. Sic certe maior etiam ioci liberalitas apparet, quam ſi legatur πρὸς τὸν θεόν· quum inprimis neſciam, an τί δύναται πρὸς τὸν θεὸν valere poſſit: *quid facit, quid pertinet ad Plutum? Fiſch.*

844. μετὰ σοῦ non eſt *tecum*, vt vertunt Friſchlin. et Bergl., immo, *pone, a tergo*, ὄπισθεν, vt 824. Nam ſerui

---

k) Sophocl. Electr. 587. δίδαξον, ἀνθ' ὅτου (*quare*) ταυῦν αἴτχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις. V. Acharn. 285. *Bergl.*

l) Hunc vſum verbi δύνασθαι pro θέλειν illuſtrauit *Eckard.* p. 83. ſ.

m) Vt vulgo lectum eſt, atque etiam in vtroque cod. Inu. fuit. In textis tamen ille reliquit Brunck. ſcripturam πρὸς τὸν θεόν.

n) Nonnulli huic vocabulo iota ſubſcribunt κομιδῇ.

o) Ei etiam adſentitur *Münt.*, et πρὸς ſaepe relationem ad aliquid ſignificare monet. Et *Reisk.* quoque in eamdem coniecturam incidit.

dominos ſequebantur a tergo. v. Theophr. Char. 18, 2. vnde etiam ἀκόλουθοι *pediſſequi* dicti ſunt. *Fiſch.* Schol. Doru. [qui habet: τουτὶ πρὸς τὸ παιδάριον] cauere voluit, vt opinor, ne quis τουτὶ referret ad τριβώνιον· niſi potius, ne cum φράσον coniungeretur; nam hae quidem voces in cod. Doru. nulla diſtinctionis nota ſeparantur. Edd. poſt τουτὶ vel maiorem interpunctionem, excepta B. Crat. quae minimam ponit, vel ſignum interrogandi praeferunt. Nihil obeſt, quo minus commode φράσον praecedentibus adglutinetur hoc pacto: φράσον, τί δύναται τὸ τριβ. ſimiliter atque v. 56. *Hemſt.*

845. Verba ἀναθήσων ἔρχομαι Sch. Doru. explicat ἀφιερώσω, ἀνάθημα ποιήσω, recte. ἔρχομαι et ἥκω ita iunguntur Participiis Fut. vt exprimantur Futura periphraſtica Latinorum. v. Victorius Varr. Lectt. 9, 4. At ſic ratio conſtructionis non apparet, cur dixerit πρὸς τὸν θεόν. Puto igitur ἔρχομαι ſeiungendum eſſe a Partic. ἀναθήσων et iungendum cum π. τ. θ. *venio ad colendum deum*, et verbis καὶ τοῦτ' ἀναθ. declarari modum cultus, *ita vt hoc quoque palliaſtrum ei dedicem.* Nam καὶ, vt 839. eſt *etiam p)*, et ἀνατιθέναι vſurpatur de iis, qui aliquid deo alicui ita conſecrant et dedicant, vt illud ſuſpendant de parietibus templi, certe ponant in loco edito, vid. 939. ff. et Schol. 944. Vnde ἀναθήματα non ſunt quaeuis *donaria*, ſed ea, quae ſuſpenduntur *q)*, certe in loco edito et conſpicuo collocantur. v. Salmas. ad Solin. p. 767. Quae quia templis ornamento ſunt, propterea Grammatici ἀνάθημα interpretantur κόσμημα. *Fiſch.*

846. Ἐμυήθης etc. Iuxta ritum, quem tangunt hic Scholia, veſtes, in quibus quis erat myſteriis Eleuſiniis initiatus, vbi eaedem longo vſu detritae forent, deo cuipiam, et quidem in eius aede ſuſpendendi et dedicandi. Qualia etiam μυστικὰ δῶρα Eleuſiniis deabus oblata dicuntur in Philiſti Corcyraei, vnius e Pleiade, verſu ap. Hephaeſt. p. 31. Vid. ad 939. *Spanh.* Solebant veſtes, in quibus eſſent initiati, dedicare. Scholiaſtes eius rei teſtimonium affert ex Melanthio. Quia autem dixerat vir iuſtus, ſe velle pal-

---

p) Vel abundanter vel affirmatiue poſitum eſſe putauit *Münt.*

q) Idem *Girard.* monuit. add. *Münt.*

lium ſuum dedicare deo, Chremylus dicit, alludens ad iſtum ritum: *num ergo in illis es initiatus?* Quaſi dicat, *num Pluti myſteriis initiatus ei vis pallium dedicare, vt ſolet in Eleuſiniis ſacris fieri?* τὰ μεγάλα ſubauditur μυστήρια, quod infra 1014. additum. Dicuntur autem *magna* ad diſtinctionem *minorum* myſteriorum: prius enim initiari oportebat *minoribus* myſteriis, deinde ire ad *maiora r)*, vt qui e ſcholiis triualibus ad academias proficiscuntur. Hac ſimilitudine vtitur Aeneas Sophiſta p. 17. vbi quemdam ſuorum discipulorum ad maiora adſpirantem commendat Dionyſio Sophiſtae: διὰ ταῦτα καλὴν ἐλπίζω τὴν εὐπορίαν γενέσθαι τῷ νέῳ· ἄλλως τε ὅτι προτετελεσμένος, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν ἐν παρασκευῇ γενόμενος, ἀπῄρσεν (praeſertim quia profectus eſt hinc praeinitiatus et apud nos bonis artibus praeparatus), ὡς Ἀθήνησιν οἱ τὰ μικρὰ μυστήρια προτελούμενοι τῶν μεγάλων. *Bergl.* Scilicet μυστήρια, *initia* (nam myſteriis, ſacris arcanis, homines credebantur perduci ad veram virtutem, et ad illum ſtatum, in quo fuiſſent animi ante quam in corpora veniſſent. Cic. Legg. 2, 14.) erant duplicis generis, alia *minora*, quae celebrabantur in honorem Proſerpinae, menſe Anthesterione, menſe hiberno ſecundo *Agris* ſ. Agrae, quod erat χωρίον ante vrbem ad Iliſſum fl., vnde dicta ſunt τὰ ἐν Ἄγραις, ἐπὶ Ἄγρᾳ, μυστήρια, qui iis initiati erant, dicebantur μύσται· alia *maiora*, quae etiam ſimpliciter μυστήρια dicuntur, (Theophr. char. 3, 2. f.) celebrabantur Eleuſine, in honorem Cereris, menſe Boëdromione, aeſtiuo tertio *s)*, vnde vocantur Ἐλευσίνια, *ſacra Eleuſinia*, et qui iis initiati erant, ἐπόπται, ita vt nemo fieri poſſet ἐπόπτης, qui non eſſet μύστης. Scripſit de Eleuſiniis libellum ſingularem Io. Meurſius L. B. 1619. *t)*. Idem factum erat a Melanthio quodam, (vid.

---

r) Maiorum originem quidam referunt ad Erechtheum, qui ea ex Aegypto Athenas detulerit, minorum auctor fuiſſe dicitur Eumolpus, Herculi gratificaturus. *Münt.*

s) De menſibus Athenn. eorumque ordine cf., qui Meurſium correxit, Corſin. Faſt. Att. I. 65. ff.

t) ex chirographo auctoris auctus in Gronouii Theſ. Antt. Gr. T. VII. vbi et alia ſcripta leguntur, quae huc pertinent. Tum ſunt, praeter antiqu. Graecae ſcriptt. conſulendi libri hi: *Chriſtoph. Meiners* über die Myſterien der Alten beſonders die Eleuſiniſchen, in ſ. vermiſchten philoſ. Schriften, Tomo

Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 310. ed. Harl.) cuius opuſculum *περὶ μυστηρίων* laudat ad h. l. Scholiaſtes. Iam omnes Athenienſes his ſacris initiabantur, h. e. ea docebantur, coronati myrto, noctu (v. Meurs. d. l. c. 9. f.) ita vt Socrati et Demonacti probro datum legatur, quod ſe initiandos non curaſſent. v. Meurs. c. 16. Vnde apparet, cur Chr. quaerat *μῶν* (h. e. *μὴ ἄρα*, Moer. p. 263. vid. v. 271.) *οὖν ἐμυήθης* v) etc. Nam verbo *μυεῖσθαι* ſic additur accuſativus nominis (v. Steph. Theſaur. V. *μυέομαι*), quia ei ineſt notio *τοῦ διδάσκεσθαι*. Nam *μυέω* eſt *doceo, ſacra, arcana* maxime. Sed *ἐν αὐτῷ* eſt, *eo amictus*. Nam initiati pallium, quo amicti initiati erant, non deponebant niſi detritum et lacerum, et tum illud Cereri et Proſerpinae dedicabant, aut etiam alii deo: quidam illud ſibi reſeruabant ad faſcias infantum inde conficiendas. v. Meurs. d. l. c. 12. *Fiſch.*

847. *ἐνεῤῥίγωσ'*. Citat Tho. M. V. *Ῥιγέω*, ſed cuius notam eſſe mutilam recte monuit Lamb. Bos. Obſſ. Critt. c. 8. x) [p. 48.]. Eſt autem inter *ῥιγεῖν* et *ῥιγοῦν* ap. Graec. haec differentia, vt *ῥιγεῖν* ad animum pertineat, et *timere, metu horrere*, ſignificet, hoc vero *algere, frigere* et de corpore dicatur. *Kuſt.* Senſus: *eo amictus alſi*, ſcil. hyeme, quia erat lacerum et detritum.

848. *τὰ δ' ἐμβάδια*. v. Suid. V. *Ἀνατρήτους*. *Kuſt.* Subint. *τί δύναται*, quod Schol. Doru. ſupplet e v. 843. Deminut. loco primitiui *ἐμβάδες*, de quo genere calceorum dictum eſt 759. *συγχειμάζεσθαι* eſt, *vna affligi, infeſtari, frigore hyberno*, et *σὺν* in hoc verbo non reſpicit ad *pal-*

III. (L. 1776.) p. 164 — 342. *de Sainte-Croix* Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Religion ſecréte des anciens peuples, ou Recherches ſur les myſtéres — Par. 1784. 8. (cuius libri auctior edit. dudum eſt promiſſa) german. a *C. G. Lenz.* Goth. 1790. 8. p. 174. ff.

v) In cod. Doru. ſcribitur *ἐμνήσθης* (cum gl. *ἐδιδάχθης*), quod vel vitii cauſa notandum eſt. Ita *μνησθῆναι* pro *μνησθῆναι* iamdudum in Gregorio Naz. Billius emendauit. *Hemſt.* Quod in Rau. eſt *μᾶν ἐνεμυήθης*, id, etſi per ſe ferri poterat, (nam ſaepe ita verbis compoſitis a praepoſ. adduntur eaedem praepoſitiones) tamen offendit dactylo.

x) Cf. Intpp. Tho. M. in ed. Bern. p. 782.

lium, quo Sch. Doru. refert, ſed ad ipſum hominem (847.): *vna mecum frigore hyberno afflicti ſunt*, i. e. a me geſtati ſunt totidem annos. ἀναϑ. ἔφερες eſt i. q. ἀναϑ. ἤνεις *y*). *Fiſch.* Immo ἔφερες *afferri iuſſiſti*, a ſeruo.

850. In hoc verſu plane dormitauit librarius cod. Doru. Χαρίεν (δῶρα εἰρωνικὸν) γ' ἤνεις (ἦλϑες) τῷ ϑεῷ φέρων δῶρα. *Hemſt.* χαρίεντα δῶρα ſunt *lepida*, *bella*, *donaria*. *Fiſch.* γ' h. l. ironiae exprimendae inſeruit.

851. Conſtituitur hic in plerisque edd. prioribus actus 4. ſcena 3. Prodit ſycophanta cum ſuo teſte, et cum iis, qui iam in ſcena erant, Chremylo et Dicaeo agit.

851. ff. οἴμοι eſt vox lugentis et lamentantis, *heu! heu mihi*, et οἴμοι κακοδαίμων dictum eſt, vt 169. et 881. οἴμοι τάλας *heu me miſerum!* δείλαιος proprie idem eſt, quod δειλός, *timidus*, *ignauus*, ſed quia miſeri fere ſunt timidi, ponitur etiam de *infortunato* et *miſero*, ita vt vices pronominis ἐγὼ ſuſtineat. Nam ὡς ἀπόλωλα eſt, *quam miſere*, aut, *quam ſubito perii!* Queritur autem ſycophanta ſe periiſſe, quia inops factus erat praeter opinionem (vid. 858.). Eiusmodi homines animus commotus ita queri cogit, vt vix finem et modum querendi faciant, vnde pergit: καὶ τρισκακοδαίμων *z*) — μυριάκις *a*) h. e. o me longe miſerrimum. ἰού, ἰού eſt vox gementis et dolentis ſortem vel alterius vel ſuam. *Fiſch.*

854. Vinum πολύφορον apud Graecos dicitur, quod *multam aquam ferre poteſt*, i. e. forte. Hinc ſumta metaphora Sycophantes fatum ſuum vocat πολύφορον, i. e. moleſtiſſimum et triſtiſſimum, quocum ſe dicit *commixtum*, i. e. *coniunctum*, alludens ad mixturam vini et aquae. Hic eſt verus huius loci ſenſus: quod etiam veterem Scholiaſten non fugit. *Kuſt.* πολυφόρῳ *valido*, *vehementi*, metaphora a robuſto vino, quod multum aquae admiſtum

---

y) Male cod. Doru. pro ταῦτ' habet τοῦτ'. *Hemſt.*

z) Diuiſim τρὶς κακοδ. ſcribi iuſſit Porſonus praef. ad Eurip. T. I. p. XXX.

a) In cod. Doru. eſt τράκις et καὶ ἰοῦ, ἰοῦ, vitioſe. *Hemſt.* Ex incremento numerorum vult incrementum notari malorum. *Gir.* καὶ ἰού ἰού eſt etiam in Rau.

ferre poteſt, nec amittit bonitatem, vt ſi duobus vini poculis tria aquae pocula miſceantur, et tunc dicitur vinum, τὰ τρία φέρειν καλῶς· vt in Eqq. 1184. ἔχε καὶ πιεῖν κερασμένον τρία καὶ δύο· deinde alter, poſtquam guſtauit: ὡς ἡδύς, ὦ Ζεῦ, καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς b). *Bergl.* δαίμων πολύφορος eſt *fortuna ſiniſtra varia et multiplex, fata dura, crudelia.* Sch. Doru. [et Brunck.] πολλαπλασίῳ, πολλὰ κακὰ φέροντι c). Non omnino recte. Nam metaphora ducta eſt a vino generoſo; tale vinum eſt imago *crudelium et durorum fatorum. Fiſch.*

συγκέκραμαι. Manet in metaphora et ſe ipſum inſtar aquae dicit commixtum eſſe cum infortunio, quaſi cum forti vino. Soph. Antig. 1316. ἄθλιος ἐγώ, φεῦ, φεῦ· δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ. Idem Aiac. 900. τὴν δουρίληπτον δύσμορον νύμφην ὁρῶ Τέκμησσαν, οἵκτῳ τῷδε συγκεκραμένην. *Bergl.* Senſus eſt: *tanta me fatorum crudelitas vrget!* Loquendi forma eſt magis tragica, quam comica, vt non dubitem, quin ea, vt pluribus aliis, vſus ſit Ariſt., quo notaret nimiam Tragicorum ſuae aetatis in hoc genere audaciam. *Fiſch.*

855. In huius ſcenae perſonis ordinandis editi conſentiunt, Chremylo penitus exturbato *d)*, cui tamen non videntur nullae partes hic concedendae. Ex codd. Mſſ. quos Kuſt. conſuluit, nihil eſſe variationis adnotatum deprehendi, niſi quod Vatic. v. 861. Iuſti perſonae Chremylum ſubſtituat. Verum longe aliter cod. Doru. qui ſummo iure ſuas Chremylo partes adſignans ab illa, quam Edd. ſequuntur, perſonarum distributione multum discrepat. Primum enim Carion hic nusquam comparet ante v. 873.; priora, quae Carionis nomine vulgo ſunt ſignata, in hoc

---

b) Cui opponitur εἶνος ὀλιγοφόρος. v. ad Anacr. Od. LVII, 5. *Fiſch.*

c) Ita et *Münt.*: multa mala ſimul et eodem tempore inuehente; vel, vario. Affert tamen et alteram explicationem. *Girard.* monet ſycophantam dici vires ſuas et bona non aliter amiſiſſe, quam vinum dilutius vim ſuam amittere ſolet, iuxta prouerbium illud: ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. συγκεκρ. idem monet de vino diluto et temperato dici, et h. l. ſignificare: oppreſſus, attritus ſum.

d) In cuius locum Carionis perſona ſubſtituta eſt.

codice Chremylo cedunt, qui ferunli locum occupat 886. 890. 897. 932. 934. Contra Carion pro Δικαίῳ ſupponitur 899. Deinde pleraque noſter Codex, quae publicati libri Iuſto viro tribuunt, in Chremylum transſcripſit, non tantum 892.; ſed et totum illud cum ſycophanta colloquium 902 — 928. quae fere cuncta iamdiu, antequam ipſum codicem inſpexiſſem, coniectura fueram aſſequutus. Parum igitur abfuit, quin hoc in diuerbio Pluti perſonarum partes eum in modum digeſtas conſtituerem *e)*: attamen illud poſterorum curae ſit relictum, vbi maius ab aliorum ſuffragiis noſtrae ſententiae firmamentum acceſſerit. *Hemſt.* Carioni tributa haec vulgo, Chremylo adſignant tres codd., vt ſupra 825. *Brunck.* Ei cum Br. adtribuit Inuern.

835. De formula Ἀπ. ἀποτρ. egimus ad v. 368. *Spanh.* Verba Ἀπ. ἀποτρόπαιε *(Apollo auerrunce)* καὶ θεοὶ ϕίλοι *(dii boni)* ſunt etiam h. l. voces hominis admirantis cum quadam indignatione et ſimul deprecantis, ne ipſi eadem accidant mala, quae alter ſibi accidiſſe queritur. *Fiſch.*

836. τί ποτ' ἐστιν etc. *quidnam, quid tandem, mali accidit homini? Fiſch.* Cod. Doru. τίς ποτ' ἐστιν — Poterat ita concinnari: τίς ποτ' ἐστίν; ὅ τι πέπονθεν ἄνθρωπος, (vel ὦ ἄνθρωπος) *f)* κακόν; ſed inter verſus ὅ τι adſcriptum habet ὅπερ, quae interpretatio tolerari nequit, niſi praeceſſerit τί. *Hemſt.*

837. ff. Οὐ γὰρ — Haec verba putari debent cohaerere cum 854., vt γὰρ ſit *enim.* Sycophanta enim nondum loquitur cum Chremylo, ſed adhuc ſtans eminus queri ſecum pergit. Aliter Deuar. p. 90 *g)* σχέτλια πράγματα ſunt *magna mala.* Nam σχέτλιον proprie eſt *lamentatione dignum*, Heſ. h. v. ἅπαντα τὰ ἀπὸ τῆς οἰκίας *omnem rem, pecuniam.* vid. 872. quatenus ei, qui pecu-

---

e) Probauit eamdem perſonarum mutationem *Münt.*, non item *Fiſch.*

f) Dubium non eſt, quin ſcripſerit poëta ὅ τι πέπονθεν ὦ ἄνθρωπος κακόν. *Brunck.* in Add.

g) Qui cenſet interrogationi cum quadam indignatione proferendae inſeruire.

niam perdit, ea e domo tollitur et aufertur. v. ad Plat. Phaed. 22, 2. 57, 19. ad Cic. Epp. VII, 1, 3. *διὰ* per, *opera, iniuria. Fiſch.* *τὸν θεὸν* omiſit, verſu fracto, cod. Doru. Ad *τὸν ἐσόμενον* Schol. Doru. *τὸν γενησόμενον* Πλοῦτον· confuſa credo: Πλοῦτον adſcribi debuerat neglectae voci *τὸν θεόν. Hemſt.* *πάλιν αὖθις h)* vt *πάλιν ἐξαρχῆς* 867. V. ad 25. et 221. *Fiſch.*

860. Non ſollicito quidem lectionem [vulg. *μὴ λίπωσιν*]: ſed tamen videndum, annon ſcripſerit forte Ariſt.: *μὴ ᾽κλίπωσιν* (i.e. *μὴ ἐκλίπωσιν*). Nam *ἐκλείπειν* pro *deficere* ap. ſcriptt. Att. multo frequentius occurrit, quam ſimplex *λείπειν. Kuſt.* Non improbandum eſt, quod Kuſt. ſuſpicabatur, *μὴ ᾽κλιπ.* poſſes etiam *μὴ ᾽πιλίπωσιν*, quo verbo vſus eſt Comicus 554. Peius ſcribunt *λείπωσιν H. Stephanus* Theſ. L. Gr. II. p. 663. B. atque alii. *Hemſt.* Nec *λείπειν* nec *ἐκλείπειν* ap. ſcriptt. Att. vsquam ſignificat *deficere:* quam tamen notionem huius loci ſententia poſtulat. Hoc graece dicitur *ἐλλείπειν.* Proinde reſcribo, quod ad vulg. lectionis ſonum proxime adeo accedit, vt ab eo vix diſtingui poſſit, *ἢν μὴ ᾽λλίπωσιν αἱ δ. Dawes.* M. Crit. p. 210. [Eum Brunck. ſequutus ita repoſuit, nec mutauit Inu., quamquam codices non addicere videntur.] *αἱ δίκαι λείπουσι* eſt, *iudicia agi et exerceri deſierunt;* quod quum fiat etiam tum, quum iudices cupidi ſunt et iniuſti, aſſentior Scholiaſtae, qui notari animaduertit iniuſtitiam iudicum Athenn. *λείπειν* poſitum eſt vt Neutrum *deſinere, deficere;* neque *λίπωσιν,* quod omnes codd. habent, mutandum eſt. *Fiſch.* [qui tamen nulla huius verbi *λείπειν* exempla attulit.]

861. *ἐγὼ σχεδὸν* etc. Coniecturam facit vir iuſtus, quis ille ſit, qui hic lamentatur fortunam ſuam *i)*, ex eius ſtatu et oratione. Concludit ergo illum eſſe oportere primo malum hominem, quia hoc tempore redactus ſit ad paupertatem, quum omnes boni ditentur *k)*; deinde et

---

h) Ἐκ παραλλήλου [ita etiam Sch. Doru.] Altera enim dictio ſuffeciſſet. *Cir.*

i) Sycophanta nondum viderat Iuſtum et Chremylum remotius ſtantes et colloquentes, ſed dum propius accedit, ita lamentatur.

k) Nam Plutus promiſerat Chremylo, ſe omnes malos redditurum eſſe inopes, ſimulac recepiſſet viſum. *Fiſch.*

ſycophantam, quia minatur ſe velle efficere, vt Plutus denuo fiat coecus, ſi iura non deficiant. Sycophantae autem illo tempore ſuis delationibus, calumniis et falſis criminationibus multum valebant, reip. ſtatu corrupto. *Bergl.* τὸ πρᾶγμα *rem*, quod iſte tantopere queratur de iniquitate et crudelitate fortunae. Pro γινώσκειν [olim vulg.] reſcribi debet γιγνώσκειν [metri cauſa]. v. ad Aeſch. Socr. 1, 10, 2. et ad v. 91. 578. Obſeruanda eſt vrbanitas hominis ingenui, quod dixit primo σχεδὸν *paene, propemodum*, deinde γιγν. δοκῶ ſc. μοι, (v. 1187. f.) non γιγνώσκω, vt 863. ἔοικε i. e. φαίνεται εἶναι, non ἐστι. κακῶς πράττων eſt *inops*, qui e diuite factus eſt egenus. *Fiſch.*

863. πονηροῦ κόμματος. Sic et infra 957. Latine poſſis dicere: *malae monetae;* ſimili metaphora, quae ſemel iterumque occurrit apud noſtrum. Videndus praecipue ille locus in Ran. 724., vbi dicit, Athenienſes, ſicuti non vtantur veteri pecunia, quae proba eſt, ita nec probis viris vti ad remp., et ſpectatae fidei, ſed contra. *Bergl. m*). κόπτεσθαι dicuntur numi, quia *cuduntur*, et ſignum iis impreſſum, *nota*, dicitur κόμμα, quia incuditur (das Gepräge, der Schlag). Sic Ran. 735. νομίσματα ὀρθῶς κοπέντα ſunt *numi bonae notae*, *probi*, quibus opponuntur χαλκία πονηρὰ et κοπέντα τῷ κακίστῳ κόμματι *peſſimae notae*, ſed *numi malae notae* dicuntur etiam παρακεκομμένα νομίσματα. Vnde Acharn. 516. ἀνδρίκια μοχθηρὰ παρακεκομμένα. Ex hactenus dictis manifeſtum eſt, εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος idem eſſe quod πονηρόν, μοχθηρόν, εἶναι. vid. 958.

864. Huic verſui in tribus Regiis codd. praefixa perſona Carionis [vt olim vulg.]. Melius in meo tribuitur Chremylo. *Brunck.* καλῶς τοίνυν *l*) ποιῶν ἀπόλλυται. Vt Pac. 271. εὖγε ποιῶν ἀπόλλυ· ἐκεῖνος. *Bergl.* [qui vertit: recte ergo ei fit, quod perit.] *Merito, iure, recte, miſer*

---

l) Vt in edd. Brunck. et Inu. nunc legitur.

m) Ἔοικε dixit, quia quemadmodum numiſma ex imagine dignoſcitur, quale ſit, ita ingenium hominis et mores ex oris figura colligimus. *Girard.* qui hanc in rem Eurip. Ion. 259. f. laudat.

n) Cod. Doru. τοίνυν καλῶς *inuito verſu. Hemſt.*

eſt, egenus factus eſt. De quo vſu partic. ποιῶν vid. Viger. 6, 4, 4. [p. 362. Herm.] *o)* et ibi Hoogeu. Cruquius ad Hor. Sat. I, 4, 17. p. 354. b. *Fiſch.*

865. Huic verſui praefigit cod. Doru. ἕτερος συκοφάντης *p)*· quaſi non vnus tantum, ſed bini ſycophantae in ſcenam prodiiſſent, eorumque alter loquendi vices nunc ſusciperet. Fateor adſuiſſe perſonam teſtis, verum mutam v. 892., qui clam ſycophanta ſe proripuit v. 934., quare nullus videtur, praeterquam vni ſycophantae, qui has partes peragat, locus relinqui. *Hemſt.* ποῦ *qua in domo*, et animus commotus ſycophantam repetere iuſſit ποῦ. *Fiſch.*

866. ὑποσχόμενος (ab ὑπισχνέομαι i. e. ὑποσχέομαι, i. q. ὑπέχομαι) eſt, *qui oſtenderat* (Plutus ſcil.) etc. Nam ὑπισχνεῖσθαι videtur propr. eſſe, *in ſe recipere*, quod et Latinis dicitur pro *polliceri*; nam qui aliquid in ſe recipit, is illud ſuſtinet; ſed qui promittit aliquid, etiam illud ſuſtinet. ἅπαντας ἡμᾶς *nos* ſycophantas, quorum proprium erat *calumniari*; nam Plutus oſtenderat, ſe bonos ad vnum omnes ditaturum, non malos. εὐθέως εἰ *ſimulac*, *quam primum. Fiſch.*

867. πάλιν ἐξαρχῆς. Eſt pleonasmus, vt Soph. Oed. Tyr. 132. ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις αὖτ' ἐγὼ φανῶ· *ſed denuo haec oſtendam. Bergl.*

868. πολὺ μᾶλλον *multo magis*, reddi recte poteſt: *immo, potius.* ἐστὶν ἐξολωλεκὼς pro ἐξολώλεκε, i. e. *miſeros, egenos reddidit.* Attici hoc verborum compoſitorum genere inprimis delectantur, vt ἐξευλαβεῖσθαι Plat. Polit. 7. ἐξευρίσκειν Euthyphr. 14. ἐξυβρίσαι Xen. Cyrop. 3, 1, 15. ἐξειδὼς Eurip. Phoen. 93.

869. καὶ τίνα. Quaeſtionem hanc Chremylo adſignant tres codd., vt et v. 870. *q)*. *Brunck.* καὶ etiam h. l. in

---

o) et ad eum loc. Hermann. p. 759. qui recte docet, vertendum eſſe: *probe factum, quod periiſti*, ne quis putet, ſignificari id, quod ius et aequitas poſtulat.

p) Ita etiam Rau. Caeterum haec dixiſſe Sycophanta cenſendus eſt, quum Chremylum et Iuſtum conſpexiſſet.

q) Vulgo vterque locus Carioni tribuitur.

interrogatione hanc habet vim, vt admirationem indicet: v. Raphel. ad Marc. 10, 26. Verbo ἐρᾷν, vt verbis ποιεῖν, ἐργάζεσθαι et aliis fere Accusatiuus personae additur *r*). vid. v. 87. *Fisch.* Cod. Doru. ταῦτα δῆτα· vtrum malis ταῦτα δῆτ', an δῆτα ταῦτ' *s*), perparum interest. *Hemst.* ἐμὲ τουτονὶ *me ipsum hunc, quem vides.* Sic fere oratores et Comici, quum demonstratiuo vtuntur pronomine, quod h. l. vim personalis pron. auget, manu adiuuisse censendi sunt orationem, commonstrando quos significarent. *Eckard.* Obss. p. 85.

870. ἦ est *certe, vtique t*). Genitiui πονηρῶν et τοιχωρύχων (de quibus v. 165.) pendent a pronom. τις *tt*), vid. v. 827. ἦσθα Attice ponitur pro ἦς, v. Moeris p. 175. *Fisch.*

871. οὐμενοῦν *v*) est *non vtique*, *haudquaquam*. v. Viger. VII, 13, 3. Sed verba μὰ Δία negationem etiam magis augent. ὑγιὲς arbitror accipiendum esse, vt v. 362. *x*) de *probitate*, *fide*, *integritate*. Nam e v. 872. intelligitur, sycophantam putasse, pecuniam suam transiisse ad Chremylum, quod ille negaret. Nam οὐδενὸς est *nuspiam*, vt 362., ὑμῶν pendet ab isto aduerbio loci, vt sensus sit: *nuspiam vtique apud vos inuenitur fides et probitas* h. e. vos vtique omnino improbi estis. Frischlinus male vertit: *vestrum nemo sanus est:* neque melius Berglerus: *nihil sani verbis inest;* quasi pro οὐδενὸς legendum sit οὐδέν *y*).

---

r) Vt Aelian. V. H. 8, 16. ἔφασε κακὸν σέλινα. *Münt.*

s) Ita in omnibus edd. legebatur. Inu. ex vtroque suo cod. edidit: δῆτα τεῦτ'.

t) Recte Schol. Doru. partic. ἦ secundum Denarii sententiam expositi ὄντως ἆρα, quem de eius h. l. vi affirmatiua disputantem vide p. 204. (159. Reusm.). *Hemst.* Nimirum in plerisque edd. punctum in fine versus ponitur, at Br. et Inu. interrog. notam posuerunt. Tum ἦ est *num*.

tt) εἴς vel ἐκ intelligit *Gir.* τις etiam *Münt.*

v) In ed. Kust. et Hemst. est οὔμενουν, vt ap. Viger. p. 463. Herm., at vid. Hoogeu. Doctr. part. II. 959. vbi et hic locus laudatur. In cod. Doru. μὰ δία, vt saepe solet.

x) H. l. etiam Brunck. laudauit.

y) Scaligero placebat εὐδεὶν pro εὐδενές, vt ed. LB. additae no-

Horum verborum ſententia declaratur magis verbis 872. *κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετε z)* etc. h. e. *fieri non poteſt, quin vos mea poſſideatis bona, meos numos*, h. e. vos certiſſime meos habetis numos *a)*. *Fiſch.*

873. ſ. Hos verſus, et *οἴμωζ' ἄρα σύ* 877. etiam Br. et Inu. Carioni tribuunt.

ὦ Δάματερ, licet forma Dorica, Comicis vſurpatum fuiſſe obſeruat Euſtathius ad Odyſſ. p. 1885. 53. vbi de *Ζάτερος* et *Ζατέρα* mira quaedam tradit ab aliorum Grammaticorum placitis discrepantia: *εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα Δωρικὰ καὶ ἡ λοιπὴ τούτων ἀνάλογος κίνησις Ἀττικοῖς γέγονε φίλα, καινὸν οὐδὲν εἴ τις ἐνθυμοῖτο καὶ τό, ὦ Δάματερ, τὸ Ζαυμαστικόν, ὃ κεῖται καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ, Δωρικὸν μέν ὄν, φιληθὲν δὲ εἰς κοινὴν χρῆσιν τοῖς Ἀττικοῖς.* Occurrit iam ſupra v. 555. *Brunck.* Eſt, *pro Ceres:* nam Carion, ſeruus Chremyli, agricolae, iurat per Cererem, vt herus 64. dicit autem *Δάματερ*, non *Δήμητερ*, credo, quia pronuntiatio ſeruorum, hoc certe in nomine, imitata eſt pronuntiationem Dorum: etſi Grammatici multi formam illam etiam Atticam fuiſſe docent. *σοβαρὸς* ductum eſt a *σοβεῖν*, quod eſt 1. *abigere*, vt *σοβεῖν μυίας* Theophr. Char. 25, 3., 2. *properare*, vid. Alciphr. ep. 1, 34. p. 142., 3. incedere ita, vt iactes manus, etiam obuios ſubmoueas, vnde *σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους* Theophr. char. 25, 2. eſt *incedentem iactare eiusmodi voces:* quod eſt ſignum hominis ſuperbi et inſolentis. Hinc *σοβαρὸς* dicitur vel *is, qui feriur gradu citato*, vel *is, qui ſubmouet obuios*, vel *inſolens, ſuperbus*, vt h. l. *b)*. Nam ſycophanta vocatur ſic a Carione, quia ipſum et herum et *Δίκαιον* illum dixerat improbos eſſe, qui

---

tae teſtantur: non memmerat Vir maximus v. 362. *Hemſt.* Poſſunt autem facilius verba ita accipi: *οὐδενὸς ὑμῶν οὐκ ἔστιν ὑγιὲς* ſcil. *τι*. Ita fere *Gir.* qui ſenſum reddit: non eſt ſana mens in vllo veſtrum. *οὐδὲν* probat *Münt.* et ex v. 37. defendit. Reiskius legi iuſſit *οὐδὲν οὖν* (fortaſſis pro *οὐ μενοῦν*).

z) Errore vulgato cod. Doru. *ἔχεται*, ſed adſcriptum *ὑμεῖς*. *Hemſt.*

a) Longa verborum circuitione (*κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ*) irritati animi ſignificationem magis exprimi cenſet *Gir.*

b) Elato et audaci animo, vt qui vix dum ingreſſus et deum vanitatis atque impoſturae et nos furti accuſat. *Gir.*

abstuliſſent ipſius numos. *εἰσελήλυθεν venit, acceſſit ad nos*, vnde Sch. Doru. ſimpliciter interpretatus eſt *ἦλθεν c). Fiſch.*

874. *ὁ d) συκοφάντης* h. l. eſt *vitilitigator* (ſic enim legi debet in Gloſſ. vett. pro *vitiligator*) *calumniator, accuſator falſus*, qui minatur inſontibus, ſe eos accuſaturum eſſe, quo auferat ab iis aliquid pecuniae. *Fiſch.*

In cod. Doru. ſpatium inter *συκοφάντης* et *δῆλον* eſt relictum, quod litteras *Δι.* Iuſti perſonam indicantes capiat. Edd. diſſident: potiores quidem A. Fl. Ed. *Ben. Iunt.* et G. illa *δῆλον ὅτι βουλ.* non minus, quam praecedentia Carioni tribuunt: ſecus Fl. *Ph. Iunt.* B. *Crat.* LB. A. minor et ed. Kuſter. [etiam Bergl.] quibus hic interiungere perſonam Iuſti placuit. Mihi ſtandum videtur ab earum partibus, quae ſeruulo vernilem iocum vindicant: idem ſuadet ſycophantae reſponſum Carionem vtique in rotam mittentis; quem Carion iterum vleiſcens plorare atque in malam rem abire iubet: tum demum ea conſequuntur, quae iuſti viri perſona minime ſint indigna. *Hemſt.* Verba *δῆλ. ὅ. βουλ.* in 4. codd. vt et in vett. edd. plerisque famulo continuata ſunt: aliae ea Iuſto minus bene tribuunt. *Brunck.* Quintus cod. Iuſto tribuit, vt fecit etiam Bern. Iunta. Recte in Ald. et altera Iunt. quam curauit Ant. Fracinus, continuantur famulo vt in 4. primum inſpectis codd. Neſcio cur in priore Baſil. inſerta fuerit Iuſti perſona, vnde recepta fuit in duas Venetas. Altera Baſil. hac in re, vt in aliis fere omnibus, Fracini editionem refert. Operarum culpa aliquid turbatum fuit in Hemſt. nota. *Idem in Add.*

βουλιμιᾷν eſt, *grandi fame laborare*. Nam *βου* in verbis compoſitis eſt *ἐπιτατικὴ* particula, h. e. ſignificat i. q. *μέγα, πολύ*, Heſ. v. Anim. ad Well. [III, I. p. 236. f.]. Ductum eſt hoc verbum a nomine *βούλιμος*, quod Heſ. et Alexander Trallianus 8, 6. interpretantur per *μέγας λιμὸς* (cf. Gloſſ. vett.): eſt enim genus morbi, qui oritur e nimia quadam oris ventriculi refrigeratione et continetur vi

---

c) Gir. etiam interpretatur: *nos adortus eſt*, et *Münt. irruit in nos.*

d) ὁ pro *οὗτος* hic poni cenſet *Gir.*

quadam famis non tolerabili. v. Gell. XVI, 3. Foës. Lex. Hippocr. h. v. [p. 126.]. Exprobratur sycophantae insignis iniquitas et leuitas, qui aliis negotium facessere conetur tantum propterea, vt auferat aliquid *e)*. *Fisch.*

875. *εἰς ἀγορὰν ἰὼν οὐκ ἂν φθάνοις f)*; Videtur haec solennis quaedam formula fuisse illorum, qui aliquem in ius raperent, vt coniicere licet ex Schol. Eurip. in Or. 934. quem citaui supra 485. φθάνω, inquit, *τὸ προλαμβάνω καὶ τὸ καταλαμβάνω. καθὸ λέγεται· οὐκ ἂν φθάνοις εἰς τὸ δικαστήριον ἰὼν καὶ διδοὺς δίκην, ἤγουν οὐκ ἂν ἀρκοίης, οὐκ ἂν καταλαμβάνοις· τοσοῦτόν σε ἕλξουσι συντόμως, ὡς μὴ δύνασθαι καταλαμβάνειν τοὺς ἕλκοντας· ἀφ' οὗ κατὰ μεταφορὰν ἐνταῦθα.* Glossae: φθάνω, καταλαμβάνω, *praeuenio, occupo, adtingo, anteuerto.* Eaedem: φθάνω, παραγίνομαι. *peruenio*, V. not. ad 1134. *Bergl.* Valet: *tu vero statim abi mecum in forum g)*, quae forma loquendi satis illustrata est ad 485. Adu. *ταχέως* omitti potuerat.

876. *ἐπὶ τοῦ τροχοῦ.* Citat Suid. V. *ἐπὶ τροχοῦ h)*. Caeterum apud vett. Athenn. moris fuisse, vt homines supplicii gratia in rota distenderentur, non solum patet ex h. l. sed etiam infra Pac. 451. Lys. 846. *Kust.* [quem vtrumque locum etiam *Bergl.* verbis exscriptis laudauit.] Serui qui aut aufugissent aut furtum fecissent, in foro imponebantur rotis earumque radiis districti ita pendebant, vt flagris caederentur, quoad verum confessi essent *i)*. *τροχὸς* ea rota dicitur. (v. Gallon. de mart. cruciat. c. 2. p. 58. ff.) *τρεβλοῦσθαι* est *torqueri, prauari*, Gloss. vett. cf. Hes. *Fisch.*

---

e) Iustus dulpam iracundiae in famem sycophantae reiicit. Dictum est autem vetere prouerbio: *Fames et mora bilem in nasum conciunt.* Et famelicorum ventrem latrantem dicunt et iratum. *Gir.*

f) Pleraeque edd. post φθάν. colon aut punctum ponunt, interr. notam Br. et Inu.

g) nulla ratione te poteris expedire, quin mecum in ius eas. *Gir.* Ex Luciano *οὐκ ἂν φθάνοις ἀνηρόμενος* affert *Münt.*

h) Integre hunc versum adduxit Suid. V. *Τροχισθεῖσα*, vitiosius et fractis pedibus in *Ἐπὶ τροχοῦ*. *Hemst.*

i) Cf. *Eckard.* Obss. p. 85. s. vbi de hoc tormenti genere egit.

877. πανουργεῖν h. l., vt 368. (vbi vid.) in malam rem positum est de eo, qui aliquid commisit, vnde Schol. Boru. non male interpretatus est κέκλοφας. Nam sycophanta putabat, Carionem furatum esse ipsius numos. *Fisch.* ἄρα priori longa, metro sic flagitante, edidi: perperam vulgo excusum ἄρα. In C. Chremylo male tributa haec imprecatio. *Brunck.* Est vox male precantis. Nam vt is, qui alicui omnia bona contingere vult, eum iubet χαίρειν, ita is, qui alicui omnia mala accidere cupit, eum iubet οἰμώζειν h. e. *plorare*, vnde Hor. Sat. I, 10, 91. *iubeo plorare* est, male opto, male precor. cf. Cruqu. ad Hor. epod. 5, 74. Scilicet Carion ea voce iubet sycophantam semper miserum et egenum manere *k)*. In gloss. vett. est οἴμωζε *vale*, quomodo et h. l. verti possit. Nam qui egenum, sed insolentem, valere iubet, ostendit se nolle ei consulere et optare vt egenus maneat. *Fisch.*

878. τὸν Δία τὸν Σωτῆρα. Sic Ran. 750. et Eccl. 1037. 1095. νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρα *l)*. Adde mox in hac fabula 1152. σωτῆρος ἱερεύς, dein 1163. ὁ Ζεὺς ὁ σωτήρ, qui Athenis colebatur, de quo ibidem ad priorem versum dicitur. *Spanh.* Ab aliis, vt Aesch. Socr. 2, 1. Iupiter ille dicitur ὁ Ἐλευθέριος, quia porticus templi eius, quod erat *iuxta forum*, aedificata erat ab ἐξελευθέροις, *libertis*. v. Hemst. ad 1176. Bach. ad Xen. Oecon. 7, 1. et Index Aesch. V. Ἐλευθέριος. *Fisch.*

879. Principis ed. scripturam, facilem illam et metro conuenientem, quam tenent Ed. *Ph. Iunt.* B. *Crat.* G. L. B. et A. minor itidem, vt Kust. [et Bergl. atque Brunck.] repraesentaui. [Ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς ἔσθ', ὅτι —] Turbae nonnihil dedit Fl. prauam lectionem binosque simul

---

k) Minatur illi verbera et luctum. Aut contemtus significatur. *Girard.*

l) In conuiuiis maxime hoc cognomen vsitatum fuisse, vbi tertium poculum Ioui σωτῆρι sacratum fuerit, propterea, quod putauerint, eousque compotationem recte procedere posse (vnde poculum hoc τέλειον dictum), quod vltra erat, ad libidinem et intemperiem vergere, monet *Gir.*, et Iussum per Iovem σωτῆρα iurare coniicit, vt recordatio conuiuiorum, in quibus sycophanta fuerat, eum, nunc miserum, grauius offendat. Repetiit haec magnam partem *Iliant.* et Mimon. philos. de luxu Graecorum c. 3. laudauit. Voc. σωτὴρ de diis vsurpatum illustrauit *Eckard.* Obss. p. 86. s.

versus debilitantem amplexa: Ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς ἔσθ' οὗτοσί, Εἰ τοὺς συκ. etc. Eamdem *Ben. Iunta* et *Gelenius* expressserunt. Ne Fracinum tamen temerarii facinoris agamus reum, vetat cod. Doru., in quo simili fere modo perscriptum: Ἅ. τ. Ἕλλησιν οὗτοσὶν ἔσθ' (ὑπάρχει) ὁ θεὸς Εἰ (ἐπεὶ) τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ (φθείρει· melius dixisset: φθερεῖ) κακοὺς (ὄντας) κακῶς. Haec quantumuis vitiata paruo labore cum metro possunt in gratiam redigi: Ἅπασι τοῖς Ἕλλησι θεὸς ἔσθ' οὗτοσί, siue, Ἕλλησιν οὗτος ἔσθ' ὁ θεός, Εἰ συκοφάντας etc. vbi ἔσθ' intellige positum pro ἔστω. *Hemst.* In quatuor codd. scriptum ὁ θεὸς ἔσθ' οὗτοσὶ εἰ τοὺς συκ. Cod. B. in eo tantum differt, quod habet οὗτοσὶν *m)* — Inde apparet sinceram lectionem sic reconcinnandam esse, electo verbo substantiuo: ἅ. τ. Ἕλλησιν ὁ θεὸς οὗτος, εἰ τ. σ. *n)* etc. *Brunck.* ὁ θεὸς (Plutus) πολλοῦ (sc. τιμήματος Sch. Doru.) ἄξιος etc. est: magni faciendus, multum celebrandus est ab omnibus omnino Graecis. Sed quia sycophantae, proprie ita dicti, erant tantum Athenis, etiam improprie dicti Athenienſibus maxime erant et molesti et exosi, non dubito quin per ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας intelligantur *omnes ciuesſi Athenienſes.* Certe etiam Theophr. Charr. prooem. 1. Athenae s. potius Attica dici videtur Ἑλλάς, et πάντες Ἕλληνες omnes Athenienſes. *Fiſch.*

880. ἐξολλύειν κακῶς (quod aduerbium fere addi solet ab Atticis in hac formula, vid. 63. 68.) est, reddere maxime inopes et egenos. Et Futurum positum est, quia continuatio actionis indicatur; κακοὶ autem dicuntur sycophantae *o)*, quia nullum genus peius et perniciosius aliis est, quam criminatores et accusatores falsi. *Fiſch.*

881. οἴμοι. A. Ed. *Ph. Iunt.* et B. *Crat.* ὤμοι. An pro ὤμοι; *Hemst.* Dictum est vt 851. οἴμοι κακοδαίμων. Vocat se sycophanta τάλαν. h. e. ἄθλιον, quoniam, quum inops factus esset, tamen deridebatur. μετέχων nempe τῆς πλουτῆς *p)* (877.). μετέχειν est, participem esse alicuius rei,

---

m) Codd. Inu. ὁ θεὸς ἔσθ' οὗτοσὶ εἰ τ. σ.

n) Recepit hanc emendationem in texta *Inuern.*

o) De voc. συκοφάντης et v. συκοφαντεῖν *Eckard.* p. 87. s. egit.

p) *Münt.* intelligit *participem iniuriarum*; male.

atque adeo facinoris, sceleris, furti; et ex 882. s. manifestum est, sycophantam credidisse, hominem illum furto repente ditatum esse. *Fisch.*

882. s. ἐπεὶ est: *quod ni ita esset*, nisi particeps esses furti, εἰ δὲ μὴ Hes., vt Plat. Euthyphr. 10. Phaed. 47. Epictet. Enchir. 2, 10. v. Deuar. de partt. p. 136. s. et nos ad Plat. Euthyphr. 10, 6. εἰληφέναι recte explicari potest *emisse*. Nam λαμβάνειν dicuntur, qui aliquid *emunt*, v. Theophr. char. 18, 3. Anacr. od. 10, 7. vt Lat. *sumere* Cic. Epp. 7, 23, 5. ϑοιμάτιον dictum est pro τὸ ἱμάτιον, Tho. Mag. [p. 453. Bern.] ἱμάτιον est *pallium* integrum, recens, candidum. Opponitur ei τριβώνιον *palliastrum*, pallium detritum et lacerum (843.). ἔχοντα recte Sch. Doru. interpretatur per φοροῦντα, vt 953. ἔχων per φορῶν. Ita ἔχειν Matth. 22, 12. Luc. 9, 3. legitur. Pro ἐχϑὲς Aristoph. dixit etiam χϑὲς 344. 1047. vnde intelligitur, χϑὲς fuisse Atticis proprium, sed ἐχϑὲς iis commune cum reliquis Graecis. v. Moeris [p. 402. Tho. Mag. p. 913.]. *Fisch.* εἶδον bene meus et B., vt impressi. Perperam in A, C, ἴδον. Aliter hunc versum exhibet cod. quintus, numeris concinnioribus: ἐχϑὲς δ' ἐχοντά σ' εἶδον ἐγὼ τριβώνιον. *Brunck.*

884. Οὐδὲν προτιμῶ σου. Citat Suidas V. Προτιμῶ. *Kust.* Sola B. *Crat.* προϑυμῶ· quae peruersa est hominis ignorantis Atticum προτιμᾷν emendatio. *Hemst.* προτιμᾷν propr. est, *pluris aestimare, anteferre, praeponere*, i. q. προαιρεῖσϑαι. v. Aesch. Socr. 2, 4. H. l. est simpliciter *curare*, οὐδ. πρ. σου *nihil te curo*. πρὸ in multis verbis compositis vim suam amittit.

885. Versui huic simillimus est ille Antiph. ap. Athen. III, 34. p. 123. παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστι μοι δραχμῆς· *a Phertato est mihi annulus emtus drachma*. Loquitur ibi Antiphanes de annulo magice consecrato *q*), vt et h. l.

---

q) In annulis magicam quandam ineſſe virtutem antiquitas exiſtimauit, vel ad depellenda inconimoda vel commoda iis concilianda, qui annulos geſtarent. Gyges Lydorum rex tantae efficaciae annulos habuiſſe fertur, vt iis ditesceret, amabilis eſſet, et quocumque libuiſſet, iret. Iuſtus ſe talem annulum habere ait, emtum ab Eudamo, rerum naturalium peritiſſimo, qui annulos conficiebat etiam aduerſus ſerpentum morſus, qui

Ariſtophanes. Tales autem annulos (qui vim habere credebantur auerruncandorum malorum) drachma *r)* olim Athenis emi ſolitos fuiſſe, hinc colligi poteſt. *Kuſt.* Annulos *phyſicos* dictos geſtabant veteres, quibus ineſſe putabant vim ſanandi aut auertendi morbos et quaeuis mala. v. Caſaub. in Athen. III, 34. ad hos Antiphanis verſus: ἐν χύτρᾳ δ' ἐμοὶ κ. τ. λ. *s)*. *Brunck.* *Φορεῖν δακτύλιον* eſt formula Plauti Curc. 5, 2, 4. *geſtare annulum.* Intelligitur autem *annulus magicus*, ritu, arte magica conſecratus, qualis annulus vocatur τετελεσμένος, *Φαρμακίτης*, (v. Heſ. V. Δακτύλιος *Φαρμακίτης*) *Φυσικός*· v. Salmas. ad Vopiſc. p. 360. Paris. Hi annuli credebantur eſſe remedia, vt ad alia mala, ita etiam ad venena ſerpentum, ita vt, qui eiusmodi annulum geſtaret, tutum ſe fore ſperaret ab eorum morſibus. v. Kirchmann. de Annulis c. 21. *Fiſch.*

Εὐδάμου *t)*. Cod. Doru. Εὐδράμου, et ad marg. etiam Εὔδραμος· cuius deprauatae lectionis cur rationem vllam habeamus, nihil eſt cauſae. Quod autem *Kirchmanno*, hos verſus citanti, de Ann. c. 20. p. 209. in mentem venit, eum annulum forte valuiſſe ad conciliandum amorem iudicum, alienum puto. *Hemſt.* Εὐδήμου e ſuis codd. repoſuit *Inu.*

886. Hunc verſum Chremylo recte tribuit Cod. meus. In tribus Regiis famulo adſcriptus eſt. Huic verſui, vt et 890. praefixa in cod. (quinto) Carionis perſona. *Brunck.* Vulgo ea praefixa erat.

[Ante Br. editum fuit: Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκ. δήγμ. *v)*]. Citat Suidas V. Ἀλλ' οὐκ ἔστι et V. Οὐκ ἔστι συκοφ. *Kuſt.*

Φαρμακῖται et *Φυσικοὶ* (propter mutuum rerum naturalium conſenſum aut diſſenſum) dicebantur. *Gir.*

r) δραχμῆς cohaeret cum πριάμενος. *Gir.* Eſt Genit. pretii, vt Anacr. Od. 10, 17. ſ. δὸς κἀτὸν ἡμῖν δραχμῆς. *Fiſch.* Talis annuli vi conſiſum omnes ſe ſycophantae conatus ridere ait luſtus. *Münt.*

s) Sunt illi verſus quorum poſtremum Kuſter. laudauerat. v. Schweighaeuſ. Anim. ad Athen. T. II. p. 360.

t) Eudamus ſ. Eudemus fuit pharmacopola, qui etiam Theoph. H. Pl. 9, 18. commemorari videbatur Hemſterhuſio. *Fiſch.*

v) Sycophanta quum diceret: *vnde habes hanc veſtem?* vole-

ἔνεστι· τῷ δακτυλίῳ δύναμις ἀποτρεπτικὴ cod. Doru. haec nimirum, vt commodi ſupplementi auxilio verſiculi ſententiam aſſequaris, extrinſecus adhibenda docens: neque alio tendunt vnus atque alter Scholiaſtarum: nam is, cuius Scholion eſt extremo loco poſitum, diuerſus abit, nec videtur legiſſe ἔνεστι, ſed Ἀ. οὐκ ἂν ἔτι pro ἂν εἴη. Suidas certe ἔτι praefert in Οὐκ ἔτι συκοφ. ἀγγω. quamuis alibi vulgatum teneat in Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι etc. Haud iniuria ſuſpicetur aliquis, latere quiddam in h. l. labis occultioris, tum quia ſenſus et ſtructura paulo ſit intricatior, tum ob Grammaticorum diſſenſum, quorum interpretationes vix eſt, vt receptae lectioni omnes congruere poſſint: illam tamen, ſi defendenda videatur, multo ſecus atque vllus priorum fecerit, explicari debere cenſeo; quod alias de induſtria conabimur adfirmare. *Hemſt.* ἀλλ' οὐκ ἂν ἔτι *x)*. Perperam vulgo — ἔνεστι. v. Toupium ad Suid. in fine T. II. *y)*. Nubium ver-

---

bat furti reum agere illum, qui eam habebat, ſed is non timet minas ſycophantae, quia gerit annulum magicum: eum tamen Carion (Chremylus) non iubet eſſe ſecurum, quia non ſit *amoletum dentis ſycophantae;* non tam vt illi contradicat, quam vt ſycophantam vrat, cuius *malam linguam* comparat cum *morſu viperino*. Similiter Thesm. 536. ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που χρὴ, μὴ δάκῃ ἐκπωρ, ἀθρεῖν. *Bergl.* Vulgata ſic ſtruit *Gir.*: οὐκ ἔνεστι ſc. φάρμακον δ. σ., aut οὐκ ἔνεστι δακτύλιος δ. σ., i. e. ἔχων ἰσχὺν πρὸς τὸ δῆγμα συκ. Prius probat *Münt.*

x) Ita edidit Brunck. cumque eo Innern. in cuius etiam codd. fuiſſe ἔνεστι videtur (vnde corrigendus eſt Hotibius.)

y) T. I. ed. rec. Oxon. p. 466. vbi ſimiliter emendauit — ἂν ἔτι atque ἂν cum verbo modi indicatiui habere vim δυνητικὴν oſtendit. ἔνεστι non poſſe idem eſſe quod ἰσχύει aut cum Genit. recte iungi, monet Dawes. M. Crit. p. 211. ideoque emendat ἀλλ' οὐ περίεσται σ. δ. non *ſuperabit* (περίειμι i. q. περιγίνομαι) ſ. non *valebit contra* ſycophantae morſum. „Emendationem hanc violentam non immerito, vt videtur, dicit Reiskius in Act. Erudd. 1750. [m. Iul. p. 418.] qui putat ἔνεστι δάγμ. bene graecam eſſe dictionem, *facit contra morſum*, vt ap. Aelian. N. Anim. paſſim ἀγαθὸν ὀφθαλμῶν vel νευρῶν *facit contra morbos oculorum* vel *nervorum*, atque hoc ἔνεστι ſimili analogia eſſe dictum pro ἐμποδών ἐστι, qua ἔξεστι pro ἐκποδών ἐστι. Deinde in Animm. ad Ariſt. [p. 189. f.] confert Eqq. 691. [εἴ τι τῶν λοιπῶν ἐμοὶ ψευδῶν ἔνεστι] quem tamen locum alii aliter quam ille legunt et intelligunt. κατὰ ſubintelligi videtur: οὐκ ἔνεστι (δακτυλίῳ κατὰ) συκ. δ. vel legi fortaſſe poſſit facilius: ἀλλ' οὐδὲν ἔτι (κατὰ) σ. δ. annulus vero iſte nihili eſt, οὐκ ἰσχύει, contra morſum ſ. Praepoſitionis κατὰ ſimiliter ſubintellectae exempla dabunt Weſſeling. ad D. S. 92. 57. et Taylor. ad Lyſ. 123, 3.

ſum, quem eumdem ad modum emendat, nos aliter legimus. ἄν potentiale cum praeſente etiam Indicatiui conſtruitur. Noſter Anu. 1069. ἕρπετα — ὁπόσα περ ἂν ἔσιν — *quocunque eſſe poſſint numero:* et hic: *ſed annulus eſſe non poſſit aduerſus ſycophantae morſum.* Nub. 395. ἀλλ' ὁ κεραυνὸς πόθεν ἂν φέροιτο; *vndenam venire poſſit z)? Brunck.* Merito fidem harum lectionum (ἔνεσι et ἄν ἐσι) addubitabat Hemſterhuſius. Fuit, niſi omnia me fallunt, Ariſt. haec manus: Ἀλλ' οὐκ ἀνέξει συκ. δ. at ſycophantae morſum *ferre non poteris*, quamuis annulo iſto munitus. *Hotib.*

887. Hic ego publicatae [Ἀλλ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐσί] ſcripturam Cod. Doru. anteponere non dubito: Ἀλλ' (ἆρα) οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐσὶ πολλή; nam et collocatio verborum eſt numeroſior, et illud Ἀλλά, quod adſcriptum habet ἆρα, ipſa repetitionis elegantia mirifice placet: veluti 1072. 1073. quamquam ibi ratio ſignificandi nonnihil ſit diuerſa. *Hemſt. zz)* [*Brunck.* ex ingenio, vt videtur, et metri cauſa, quod vulgata ſcriptura corruperat. edidit: Ἆρ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐσὶ πολλή; idemque Inu. ex ſuis codd. recepit.] ὕβρις omnino *iniuriam* notat: ſed in iure Attico numerabantur *quatuor* maxime *iniuriae*, ὕβρεως, genera; primum dicebatur κακηγορία, etiam λοιδορία et βλασφημία, quae fit *conuiciis* et vocibus, legum auctoritate vetitis, in

---

quos non praeteriit neque non eorum copiis plura addidit Reisk. ipſe Anim. ad Lyſ. [An. ad Scr. Gr. T. II.] p. 33. et ad Dion. Caſſ. p. 14. Atque haec ſcripſeram. Sed non dubito praeferre emendationem Viri ſummi ad Suid. P. II. p. 196. ἂν ἔσι. Potentialem illam ἂν cum praeſenti etiam Indic. adfirmavit Toupius, exemplum quoque habet Hoogeu. p. 64." *Burgeſſ.* in App. ad Daw. — *Abreſchius* Diluc. Thuc. p. 119. vulgatum tuetur ſic vt ἔνεσι aut ſit i. q. ἐσί, aut valeat, *licet, datur*, ſuppleaturque πρίασθαι (οὐκ ἔνεσι, licet, πρίασθαι δακτύλιον σ. δ.) vel φορεῖν αὐτόν. Nam Genit. valere *aduerſus morſum. Piſch.* ad ἔνεσι ſubintelligebat τῷ δακτυλίῳ τοδὶ et Genit. δήγμ. pendere putabat ab omiſſo τι, vt ſit i. q. πρὸς δῆγμα.

z) Copioſius de vi part. ἂν cum Indicat. disputauit Hermann. ad Viger. p. 785. ſ. qui iam laudauit Brunck. ad Soph. Philoct. 290. Add. Hoogeu. Doctr. Part. p. 53. ſ. ed. Schütz. Matthiae Gramm. Gr. p. 981. ſ.

zz) In Add. emendat *Hemſt.* Ἀλλ' οὐ. δ. ταῦτ' ἐσὶ π. metri cauſa. Ad marg. ed. Gryph. in bibl. Leid. e cod. notatum vidit: καὶ, ταῦτ' ἐσὶ πελλή.

alterum iaciendis, quae voces dicebantur ἀπόῤῥητα, atque de hoc genere iniuriae hic locus debet accipi; multabatur autem huius criminis reus drachmis 500. Secundum genus ὕβρεως appellatur αἰκία, quum quis alterum pulsat et verberat. Tertium est τραῦμα ἐκ προνοίας, quum quis alterum sciens prudensque vulnerat. Quartum et προπηλακισμὸς dicitur et simpliciter ὕβρις, a Latt. *iniuria contra bonos mores*, quum quis alterum persundit et oblinit fimo, coeno, etiam suligine, raptat, trahit eum per coenum. v. Salmas. Obseruu. ad I. A. et R. c. 9. *a*). σκώπτειν et σκῶμμα dicitur in vtramque partem de iis qui in aliquem voces et cauilla iaciunt, quum dulcia tum amara. v. Macrob. Sat. VII, 3. *Fisch.*

888. ὅ τι ποιεῖτον ἐνθάδε, h. e. *cur hic sitis?* nam sequitur: οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἐνθάδ'. ἐσὸν οὐδ. h. e. *non estis hic propterea*, eo consilio, *vt boni quid moliamini*, de qua potestate et vsu part. ἐπὶ consuli potest Raph. ad Matth. 5, 33. et 26, 50. *Fisch.* εἰρήκατον. Non fuit, cur illi dicerent, praesertim non roganti; sed hoc illi graue, quod nihil de illis audiat, vnde causam arripiat, qua eos possit in ius vocare. Quod erat facturus, quum Carion (Chremylus 870.) dixit: ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα — (cf. 875. sed illi nondum aderat testis, qui postea quasi aliud agens eo adrepsit, vbi hi contendebant *b*). At coram teste cauent, ne quid inconsultius effutiant. *Gir.* Mendose cod. Doru. 889. Οὐκ ἐπ' ἀγαθῶν γὰρ ἐνθάδ' ἔστιν οὐδενί· verum supra ἔστιν additum ἐσέ, rectae lectionis indicium. *Hemst.*

890. Hic versus in quatuor Regg. famulo tributus: melius in meo Chremylo. *Brunck.* [quocum Inu. Chremyli personam praefixit.] Pro ἔσθ' cod. Doru. οἶσθ', sed interpretatio (γίνωσκε) scripturae vulgatae conueniens, errorem librarii detegit. *Hemst.* τῷ γε σῷ intell. e v. 889. ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ. Sensus est: *nobis crede*, *haudquaquam hic sumus eo animo, vt te ditemus, vt tibi amissos numos restituamus. Fisch.*

---

a) Nonnulla etiam de δίκῃ ὕβρεως monuit *Matthiae* in Miscell. philol. I. p. 248.

b) At probabilius est eum statim cum sycophanta aduenisse.

891. Ante verba ὑπὸ τῶν ἐμῶν (scil. χρημάτων c) v. 872. non πραγμάτων, vt Schol. Doru.) γὰρ — intelligi e superioribus debet ἔσημι, εἶδε, simileue verbum. quod vultu et gestu corporis expressum putari debet, aut, quod magis placet, cohaerent haec sycophantae verba cum 889. δειπνήσεσθον· nam Chremylus intus sacrificauerat, et reliquiae victimarum absumebantur epulis. Nidore igitur sacrificii et epularum ictus sycophanta (894. f.) suspicabatur, eos vna epulaturos esse. *Fisch.* ναὶ μὰ Δία. Has particulas coniunxit etiam Eqq. 280. Vesp. 133. *Bergl.*

892. Hi versus vulgo Iusto tribuuntur, consentientibus duobus Regiis: in B. famulo adscripti sunt: in meo Chremylo d) *Brunck.* ὡς δὴ 'π' ἀληθείᾳ pro ὡς δὴ ἐπ' ἀληθείᾳ. Aesch. Suppl. 635. Ζεὺς δ' ἐφορεύοι ξένιος ξενίου σώματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ *Iupiter autem hospitalis inspectet vere preces nostri oris, quae fumus peregrinae. Bergl.* Paulo peius in vetustis edd. ὡς δὴ 'παληθείᾳ. Schol. habet: ὡς γ' ἐπαληθείᾳ, vt quidem ante Kusterum indistincte scribebatur: eiusmodi lectio nisi voculam inserendo sulcias, per metri legem stare nequit. Idem quid sibi velit, quando δειπνεῖς ad orationem implendam deesse notat, multo minus intelligo: nam nihil est alienius, si versus hi bini serie continua decurrant. Equidem inuenio in cod. Doru. maiorem interpunctionem post ἀληθείᾳ· an igitur istum in modum alicubi fuit scriptum: ὡς σύ γ' ἐπ' ἀληθείᾳ· μετὰ δὲ τοῦ μάρτυρος κ. τ. λ. Sic demum aliqua ratione ferri potest, qui dixerit integrandum: ὡς σύ γε δειπνεῖς νῦ *tu nimirum reuera coenas, ita de tuo coenabimus:* quamquam melius ἐπ' ἀλ. sequentibus adiungi praestaret: ὡς σύ γ'· ἐπ' ἀληθείᾳ δὲ μετὰ τοῦ μαρτ. Sed haec sunt contorta nec tamen vulgatis deteriora. Frischlinus reddidit: *Vtinam, si hoc verum est, tu cum tuo teste crepes Medius, licet nullo distentus sis cibo:* cui persuadebit, vt cetera non tangam, ἐπ' ἀλ. significare: *hoc verum est?* Scilicet color quaerendus erat, quo negasse videretur Vir iustus

c) ἀγαθῶν intelligit *Gir.* et *Mlint.* ἀγαθῶν, ἃ ἠρπάσατε.

d) Chremyli nomen praefixerunt Br. et Inu. Monet *Gir.* prudenter conuitium in risum verti, hoc sensu: si nos de tuo coenabimus, tu velim vt rumparis inuidia. Quod si non contiuget, merito mendacii ex accusandus. Omnis igitur culpa in te erit retorquenda.

[Chremylus] crimen, cuius erant inſimulati a ſycophanta: praeterea ſequebatur: Ἀρνεῖσθον; Ego ſane et quo pacto haec cum proximis atque inter ſe cohaereant, et quid valeat ἐπ' ἀλ., parum perſpicio, neque longe abeſt, quin credam vlcus quoddam inueteratum hic penitus inſediſſe, quod ſine vetuſtioribus membranis curationem vix recipiat *e)*. De partt. ὡς δή *H. Stephanus* Thes. L. Gr. IV. p. 817. F. eſt audiendus: ὡς δή ex Plat. pro *nempe* in v. l. Ex Ariſtoph. autem in Plut. pro *Vtinam:* ὡς δή δ., *vtinam crepes medius.* Sed huic expoſitioni, niſi inſpecto loco, fidem adhibere non auſim." Adparet Stephanum non iniuria dubitaſſe de poteſtate, quam Friſchl. etiam comprobauerat: vt enim aliquando formam optandi non reſpuant, hic certe particulas eas commodius interpretaberis per ὄφελον ὄφ. Enimuero coenabimus de tuo, vt ſcilicet cum teſte tu disrumparis *f)*. *Hemſt.* Merito ad haec offendit Hemſterh. ſagacitas. Scribe: Ὡς δή π' ἀληθείας σὺ — vel quia particulae ὡς δή poteſtatem optandi rarius habent, ὡς δῆτ' ἀληθείᾳ σὺ — Vtinam ſane tu *circumuagando*

---

e) Vulgatam lectionem retineri poſſe arbitror, plurium codd. auctoritate firmatam, hoc ſenſu: vtinam tu cum teſte, vt appareat te vera dixiſſe, medius dirumpare — ſi tu vera dixiſti, nos pecuniam tibi abſtuliſſe, velim tu cum teſte, nullo cibo repletus, dirumpare, h. e. neutiquam epulabimur de tua pecunia. Nam ὡς δή, etiam ὡς ſimpliciter, ſequ. Optat. eſt *vtinam.* v. Viger. 8, 10, 4. [p. 560. add. Hoogeu. Doctr. part. II. p. 1184. f.] Homerus ita dixit ὡς δὴ ὄφελον, ὡς ὄφελον ſeq. Inf. v. Od. α, 217. β, 183. f. — ἐπ' ἀληθείᾳ aut cohaeret cum διαῤῥ. vt ſit i. q. ἀληθῶς — nam ἐπὶ iungitur nominibus ſecundi et ſexti caſus ſic, vt exprimantur Aduerbia, vt ἐπὶ ψεύδει Malach. 3, 5. LXX., ἐπ' ἐλπίδι *ſecure* Act. 2, 26. neque tantum ἐπ' ἀληθείας pro *vere* legitur Demoſth. de cor. c. 7. ſed etiam ἐπ' ἀληθείᾳ Aeſch. Suppl. 636. [645.]. Iuſtus autem videtur conſulto dixiſſe *vere, plane, dirumpare*, vt oſtenderet eo magis, ſe abeſſe a crimine furti, et ſycophantam mentitum eſſe — aut ſeiungi poteſt a v. διαῤῥ., vt ſit *ea lege, vt te vera dixiſſe appareat:* nam ἐπὶ cum Abl. conditionem indicat, vt ἐπ' ἐλευθερίᾳ v. Weſſ. ad Diod. S. 2, 24. p. 138. T. I. Ruhnk. ad Xen. Mem. 2, 2, 8. Sed prior interpretatio vera videtur, quia eſt facilior et conuenientior conſuetudini loquendi. *Fiſch.*

f) Probat hoc Münt., vt exiſtimetur Chremylus praeuertere imprecationi, quam a ſycophanta exſpectabat.

rumparis cum teſte tuo, cibo nullo guſtato. Seruus Terentianus Hec. 3, 4, 20.

Perii, vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluus domum
Rediſſet vmquam, vt ne ambulando rumperet:

Minus tritum vocab. ἀλητεία cum frequentiſſimo ἀληθεια facile ſuit permutatum. — Haec ſcripſeram abreptus tanti viri auctoritate, quum pene nihil nouandum eſſe vidi, ſed reſcribendum tantummodo: ὡς δὴ 'π' ἀληθείας, vel, quod malim, ὡς δῆτ' ἀληθείᾳ vtinam quidem *vere* tu disrumparis — vere, ſicut falſo dixiſti, nos tua comeſuros. Imo videndum, annon ipſum illud ἐπὶ ἀληθείᾳ ſignificare poſſit, ea conditione, vt verum dixeris. Facetiſſimum ſane hoc foret, et ingenio Ariſt. digniſſimum. *Hotib.*

μετὰ τοῦ μάρτυρος g). Nempe κατὰ τὸ σιωπώμενον teſtem adduxerat ſycophanta vt hos ad iudices citare poſſet: qui teſtis eum deinde deſerit 934. Sic Veſp. 1405. femina quaedam, in ius vocatura quemdam ſenem, ſecum adducens teſtem, dicit: προσκαλοῦμαί σ' ὅστις εἶ — κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί. *Bergl.* Nam eiusmodi teſtes proprio vocab. appellabantur κλητῆρες, et κλήτορες, qui iidem ſubſcribebant. v. Harpocr. V. κλητῆρες, Pollux 8, 49. Salmas. Obſſ. ad Ius A. et R. p. 858. ſ. et Herald. Animaduerſſ. in eas 6, 12. 19. ſ. διαῤῥαγείης vſurpatur ab iis, qui iurant ita vt alteri male precentur, quod mentitus ſit. v. v. 279. *Fiſch.*

893. μηδενὸς ἐμπεπλησμένος. Quia ſycophanta dixerat: *de meo coenabitis;* alter dicit: *Vtinam ergo, dum nos coenam tuam conſumimus, tu cum tuo teſte, vacuus cibi, disrumparis, non autem nos pleni.* Nimirum occupat id dicere in ſycophantam, quod iſte in ipſos dicere potuiſſet: potuiſſet autem dicere: διαῤῥαγείητε ἀπὸ τῶν ἐμῶν δειπνοῦντες, Vt Pac. 31. ἔρειδε· μὴ παύσαιο μήποτ' ἐσθίων τέως, ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς. Optat ergo, vt, quamuis nullo fartus cibo, nihilominus tamen ἐπ' ἀληθείᾳ *vere* disrumpatur, nempe inuidia aut ira turgens. Plautus Caſ. II, 5, 18. *Nunc in fermento tota eſt; ita turget mihi.* Deinde alter: *Aedepol, ego illam mediam diruptam velim. Bergl.* Verba haec addita ſunt ioci cauſa, vt derideretur ſycophanta egenus. *Fiſch.* Scriptum in cod. (quinto) μηδενός

g) Demonſtrat teſtem [art. τοῦ]. *Gir.*

γ' ἐμπεπλησμένος. Sic est etiam in membr., nec aliter in C. scriptum esse opinor. Non temere inserta comparet part. γε. Scripserat Comicus: διαῤῥαγείης, μηδενὸς γ' ἐμπλήμενος. Librarius hic, vt saepe alias, ἐμπλήμενος mutauit in ἐμπεπλησμένος. V. not. ad Conc. 56. *Brunck.* Verum hoc puto, etsi codd. non adeo multis adiuuatur.

894. ἀρνεῖσθον est forma futuri contracta: *negabitis?* non, *negatis?* vt vertunt Frischlin. et Bergl. v. ad Plat. Phaed. 7, 5. et 40, 17. ἔνδον, *in domo.* μιαρωτάτω vocat, quia putabat, eos furto diuites factos esse. *Fisch.* Cod. Doru. ἔνδον δ' ἐστιν· quam particulam a Mss. oblatam vt non adspernor, sic absentem non desidero. *Hemst.*

895. πολὺ χρῆμα τεμ. Citat Tho. Mag. V. Τέμαχος [p. 839. f.] *Kust.* Quod Atticis solemne, prout init. Nub. 2. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν et Ran. 1312. τὸ χρῆμα τῶν κόπων. Quales pleonasmi eorum poëtis inprimis familiares, vbi de nominibus propriis agitur: sicut Ἀθηναίας σθένος, Αἰγίσθου βία, Ἱππομέδοντος σχῆμα, δέμας Ἀγαμέμνονος, aliaque id genus pro *Minerva*, *Aegistho*, *Hippomedonte*, *Agamemnone*, apud Tragicos, Aeschylum aliosque obuia. *Spanh.* τεμάχη sunt *copadia*, *frusta*, *piscium.* Nam frusta panis, placentarum, carnium, dicuntur τόμοι, non τεμάχη, cuius vocabuli sedes propria est in piscibus. v. Phryn. Ecl. p. 8. et Tho. M. *h)* etiam Sch. Doru. κρέα ἀπτημένα sunt *carnes assae*, *assatae.* Attici dicunt κρέα, κρεῶν, non κρέατα, κρεάτων. v. Tho. M. V. Τέρα [p. 840.]. Sed χρῆμα τεμάχων, κρεῶν, dictum est per periphrasin pro τεμάχη, κρέα, vt Xen. Cyrop. 2, 1, 2. σφενδονητῶν χρῆμα, Eurip. Phoen. 207. χρῆμα θηλειῶν *mulierculae*, Nubb. 2. χρῆμα τῶν νυκτῶν, vbi v. Bergl. et Spanh. itemque Muret. Var. Lect. 6, 9. *i*). *Fisch.*

---

h) Vtrumque locum laudat etiam *Hemst.* vt Muretum de form. χρ. τεμ. Verba autem Thomae M. affert haec: διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, καὶ κρεῶν, ἐδήλωσεν ὅτι τὸ τεμαχῶν ἐπὶ τῶν ἰχθύων λέγει, et Etym. M. in Κεφάλους luculentissime τὰ τόμια καὶ τεμάχη ἰχθύων monet.

i) Voc. χρῆμα cum Genit. excellentiam quandam notare censent *Gir.* et *Munt.*, vt χρῆμα φρονήσεως mirabilis prudentia, et (quod Munt. addit) ap. Lucian. πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου. Igitur πολὺ χρ. τεμ. esse *ingentia frusta piscium.*

896. ὔ ὔ ὔ ὔ etc. ſemper tenues aſperosque ſpiritus diſtinguenda ſtatuit Voſſius de poëmatum cantu p. 53. et ideo, quod vocalis υ naribus potius quam ſono proferatur, idque ſycophantam hic indicare, qui totum ſacrificium naribus abſoluit, et prior pedis ſyllaba ſpiritu tenui, ſequens ſit denſo ſcribenda. Quod eruditi lectoris iudicio relinquimus. *Spanh.* Aſſentior Iſ. Voſſio de poëm. cantu et vir. rhythm. p. 53. *k)* vbi poſtquam dixerat „lepide Ariſtophanem inducere ſycophantam olfacientem ſacrificiorum nidorem, qui totum ſenarium naribus abſoluit, ὔ ὔ *l)* etc.“ notandum eſſe monet, „priorem cuiusque pedis ſyllabam ſcribi debere ſpiritu tenui, ſequentem denſo, ipſa id exigente rei natura.“ Hoc niſi verum ſit, iambi numerus peſſumdatus, quem tamen legitimis pedibus explere voluit Ariſtoph. In cod. Doru. ſingulis υ ψιλοῖς lineola ſola eſt ſuperducta, ad oram vero ὑ ῦ ſcribitur. *Hemſt.* Sexies repetita olfaciendi interiectio ὔ ὔ perperam vulgo et contra metri rationem duplici circumflexo notatur; prima brevis eſt, altera longa. *Brunck.*

897. κακ. ὀσφρ. τι. Verba haec tres Regii hero (Chremylo) tribuunt, melius quam meus, qui ea, vt impreſſi, famulo adſcribit. *Brunck.* κακοδαίμων cod. Doru. metro contrarium eſt, eiusdem δ' ἴσως cedere debet vulgatae lectioni. *Hemſt.* κακόδαιμον Friſchlin. et Bergl. vertunt *ſcelus*. At 1. non memini, κακοδαίμονα dici hominem ſceleſtum, 2. quum ſycophanta ipſe ſe 851. dixerit κακοδαίμονα *miſerum*, *calamitoſum*, propter egeſtatem, probabilius eſt, Carionem, ſiue potius Chremylum (huic enim in cod. Doru. tribuitur iſta vox) ſycophantam ita appellaſſe eodem ſenſu, ſic vt videretur commotus ſorte hominis, qua tamen cum laetari facile appareret. ὀσφραίνει [Att. pro. ὀσφραίνῃ] vt ἐκπυθάνει 60. λοιδορεῖ 456. Senſus: *quid odoraris, miſer?* Nam oſtenderat ſycophanta naribus (896.) ſe odorari nidorem carnium aſſarum. τοῦ ψύχους. Notanda eſt primum varietas caſuum; nam quum Chr. dixerit τί; Iuſtus poterat dicere: τὸ ψύχος, ſed indicatur pars totius

k) Aſſentitur etiam *Fiſch.* qui pleraque haec repetiit.

l) Exprimitur ſonus eorum, qui ſpiritu per nares ducto et reducto nidorem ciborum olfaciunt. *Girard.*

rei *m)*): deinde iocus, qui ineſt verbis τοῦ ψύχους γ' ἴσως int. ὀσφραίνεται; nam frigus nemo odoratur, ſed ſentit: verbo autem ὀσφραίνεσθαι ineſt notio τοῦ αἰσθάνεσθαι. *Fiſch.*

898. τοιοῦτόν γ' ἀμπέχεται. Particulam γε in membr. eleganter inſertam recepi *n)*. Si minus placeat, delenda eſt etiam in ſup. v. Neutram agnoſcit C., priorem habent tres alii: poſteriorem ſolae membr. Verba haec in A. C. famulo tributa, in B. D. vt in impreſſis Iuſto. *Brunck.* Theophylact. Simoc. Ep. 7. τὸν ἀδελφιδοῦν ὑπερρῶς θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντα, ἀθλιώτατον τριβώνιον ἀμπεχόμενον (miſello pallio amictum)· τῶν λόγων ὄντως ἀλογώτερόν σοι τὸ φρόνημα· κύνας ἀλλοτρίους τιτίζεις· οὕτω γὰρ τοὺς περὶ σὲ κόλακας εἰπεῖν οἰκειότερον. *Bergl.* τοιοῦτον τριβώνιον *tam detritum palliaſtrum.* ἀμπέχειν eſt *amicire*, et Med. ἀμπέχεσθαι *amictum eſſe*, atque dicitur de *pallio*, quod totum corpus circumdat, et inde ἀμπεχόνη, ἀμπεχόνιον vocatur. *Fiſch.*

899. In priſcis Edd. excepta *Ph. Iunt.* ἀνασχέτ'· poſt Portum reliquae ἀνάσχετ'. Verum de accentibus cauſa non eſt, cur multum laboremus. *Hemſt.* In Acharn. 618. ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά; idem quod ἀνεκτά. Sophocles Oed. Tyr. 437. ἦ ταῦτα δῆτ' ἀνεκτὰ πρὸς τούτου κλύειν; *Bergl.* ἀνασχετὸν eſt *tolerabile*, *ferendum*. Et pronomen ταῦτα o) explanatur verbis τούτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ· nam Plurali numero poëta vti ſycophantam iuſſit, quia ei iſta iniuria videbatur magna eſſe et multiplex. *Fiſch.*

900. Notent hic elegantiae Atticae ſtudioſi differentiam illam, quam magiſtri Graeci tradunt intercedere inter ὑβρίζειν τινὰ et ὑβρίζειν εἴς τινα, non eſſe perpetuam. Statuunt quippe ὑβρίζειν τινὰ ſimpliciter eſſe, aliquem contumelia vel iniuria afficere, at ὑβρ. εἴς τινα in alicuius amicos vel liberos et quidquid ad aliquem pertinet, contumelio-

---

m) τι aut δεμὲν ſubintelligi cenſet *Gir.* Quod narium eſt, inquiens, ad totum corpus transfert. Verba enim ſenſuum confundi nouum non eſt.

n) Recepit etiam Inu., etſi codd. non laudatis.

o) οὖν vrget et indignationem exprimit. *Girard.*

ſum et iniurium eſſe. Lucian. Soloec. p. 760. Amſt. *p)* ὅτι τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν, τὸ σῶμά ἐστι τὸ σόν, ἤτοι πληγαῖς ἢ δεσμοῖς ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· τὸ δὲ εἰς σέ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις. καὶ γὰρ, ὅσις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σήν, εἰς σὲ ὑβρίζει, καὶ ὅστις παῖδα καὶ φίλον καὶ ὅσις γε οἰκέτην. Eadem docet Moſchopulus. Secundum hoc igitur praeceptum, qui e. gr. vxorem meam contumelia vel iniuria afficit, ὑβρίζει τὴν γυναῖκα, at idem ὑβρίζει εἰς ἐμέ, quia contumelia illa in me redundat. Sed, vt dixi, differentia illa non eſt perpetua. Nam h. l. ὑβρίζειν εἰς ἐμὲ ſimpliciter eſt, *me contumelia afficere q)*. Et apud Lucianum ipſum in dial. Ven. et Cupid. [Dial. Deor. 12. T. I. p. 233.] ἃ μὲν γὰρ εἰς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις. Intelligendus nimirum eſt locus ille de iniuria, quae ipſi Veneri fiebat. Eurip. Phoen. 623. ὅδε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζει. Polynices nimirum ibi de iniuria, non alicui ſuorum, ſed ſibi ipſi a fratre Eteocle illata conqueritur. *Kuſt.* Sic Attice Lyſias Or. I. p. 9. ὑβρίζων εἰς σὲ et p. 13. ὑβρίζων εἰς τὴν οἰκίαν et ſimiliter Aeſch. adu. Timocr. p. 262. ſ. εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν, item ὑβρίζειν εἰς παῖδα. Ita etiam Demoſthenes, a quo tamen in Midiana p. 330. lex Attica refertur his verbis (vbi ὑβρίζειν cum quarto caſu citra praepoſit. legitur) *r)* ἐάν τις ὑβρίζῃ ἢ παῖδα ἢ γυναῖκα ἢ ἄνδρα τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων. *Spanh.* οἴμ' pro οἴμοι (851. 881.). ὡς ἄχθομαι *quam doleo*. Nam ἄχθεσθαι ad animum refertur ita, vt ſit i. q. λυπεῖσθαι. *Fiſch.*

901. ſ. χρηστὸς eſt *homo bonus*, φιλόπολις *ciuis bonus*, patriae amans *s)*; partic. ὤν additum eſt, quia ſigni-

p) C. 10. p. 580. T. III. ad q. l. Graeu. et Reiz. cfrr. Nam quae Hemſterh. T. I. p. 232. ſe ad eum locum dicturum eſſe promiſerat, non addita ibi ſunt.

q) Scilicet ὑβρίζειν εἴς τινα eſt non tantum, iniuria *afficere* ea, quae ad aliquem *pertinent* quocunque modo, ſed etiam *illum* ipſum, cuius vocab. praepoſitioni additum eſt. v. Index Palaeph. V. ὑβρίζειν. *Fiſch.*

r) Imo ibi etiam c. 14. p. 24. ed. Spalding. legitur: ἐάν τις ὑβρίσῃ εἴς τινα — Sed ita vt Spanh. legem etiam laudauerat Petit. Leg. Att. p. 569.

s) *Fiſch.* coniicit, ap. Suid. et Schol. vet. transpoſita eſſe vocabula Ἀττικὴν et κοινήν, atque φιλόπολις Atticum eſſe.

ficatur cauſa: *quum ſim homo et ciuis bonus.* πάσχω κακῶς *miſer ſum*, nempe inops et egenus. ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ eſt: Sum homo et ciuis longe optimus. Habent illa verba Superlatiui vim. *Fiſch.*

902. In toto hoc diuerbio [— 928.], quae vulgo Iuſto tribuuntur, meus et B. Chremylo adſcribunt; quam perſonarum diſtinctionem decoro congruam et veteris codicis [Deru.] auctoritate confirmatam non probare ſolum ſed et reponere debebat Hemſt. *t)* [v. eum ad 855.] ὡς οὐδεὶς γ' ἀνήρ. Particulam, quae vulgo abeſt, hic rurſus inſertam exhibent membr. *Brunck.*

903. καὶ μὴν eſt: *atqui, immo vero, iam* vero. v. Deuar. p. 193. ſ. *v)* τὸ τί, *quidnam?* vt Auu. 1039. Nubb. 773. Sed infra 1077. eſt *quare?* v. Hoogeu. ad Viger. 3, 11, 3. [p. 146. Herm.] *Fiſch.* τότι praeter cod. Doru. in omnibus Edd. ante Kuſt.: et Τοτί in V. L. ex Ariſtoph. pro τὸ τί notari monet H. Steph. Ind. Theſ. L. Gr. Alibi tamen, vt infra 1077. Pac. 692. 695. Ed. princeps: τὰ τί, τὸ τί. Hos verſus protulit Sam. Petitus Comm. ad LL. Att. p. 425. [521. Weſſ.] vt probet, nemini licuiſſe Athenis eſſe inerti. *Hemſt.* Pro ſimplici τι articulo abundante. *Gir.*

904. γεωργὸς eſt vel *agricultor*, *agricola* (nam γῆ ſaepe ſunt *agri* v. Aeſch. Socr. 2, 2. Plat. Theaet. 24. Xen. Oec. 1, 8. vt h. l.) vel *vinitor*, *vineae cultor* (Matth. 21, 37.) vt *agricola*, Cic. Cat. mai. 15. μελαγχολᾷν μ' οὕτως οἴει; h. e. *neutiquam.* Nam iis, qui libenter verſantur in multitudine (quales erant ſycophantae) videntur ii, qui ſolitudine delectantur, (quales ſunt agricolae) furere *x)*; hominibus mollibus et deſidibus (quales ſunt ſycophantae) ii, qui ſe aſſiduis et duris laboribus exercent

---

t) Bruncknum ſequutus eſt *Inu.* Probauit etiam *Münt.*

v) De virtute partt. καὶ μὴν in h. l. argutius, quam neceſſe erat, philoſophatur Deuar. p. 252. *Hemſt.* ἐπερ. ἀποκρ. Ita conſuecuit iis qui inconſultius et amplius, quam par eſt, loqui ſolent, quod vitium proprium ſycophantarum.

x) Sycophantae diuites potius quam pauperes infectantur. Igitur pro, inſano ſe haberi vult, ſi, vrbibus relictis, ſolitudinem quaerat.

(quod faciunt agricolae) insanire (de μελαγχολᾶν vid. v. 12.). ἔμπορος est mercator, qui currit per mare et merces e terris longinquis importat in suas, vel contra. cf. ad 521. *Fisch.*

ναὶ, σκήπτομαι κ. τ. λ. Verbum hoc Schol. Doru. et omnes Grammatici exponunt προφασίζομαι, et Suid., hoc loco producto in Σκῆψις· ad illum an referenda sint, quae scripsit in Ἔμπορός εἰμι σκηπτόμενος, nonnihil addubito: citius enim sumta esse crediderim ex alia quadam Arist. comoedia, propterea quod ista, εἰσάγεται γάρ τις λέγων, ὅτι, ὅτε πέμπομαι εἰς πόλεμον, σκήπτομαι ἔμπορος εἶναι, nec huic versui satis conueniant, neque alteri, qui prorsus similis occurrit Eccles. 1019. ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκήψομαι· vbi Schol. προφασίζομαι (vt tempus quadret, lege πριφασίσομαι) εἶναι ἔμπορος· ἐπεὶ οὐκ ἐστρατεύοντο οἱ ἔμποροι· quamquam fatear, haud ita multum discrepare, quae notantur a nostro Schol. Ceterum e Suida facile correxeris Accession. ad Vlpiani Comm. in Demosth. p. 1159. Nam pro μὴ si reponas ψευδῆ, integra sunt Grammatici verba, et stellula deficientis orationis index remouenda. Etiamsi vero ibi quoque perinde legatur atque apud Suidam Ἔμπορός εἰμι σκηπτόμενος, vix tamen sanam esse lectionem eam mihi persuadeo, quippe quae contineat aliquid ab vsu ipsius verbi σκήπτομαι abhorrens: quocirca scribendum autumo, ἔμπορος εἶναι σκήπτομαι, quod dixerit in nescio qua fabula nonnemo, qui mercaturam praetexere se aiebat, si ad militiam cogeretur. χ' ὅταν in hoc versu cod. Doru. alias illud γ particulae γε ante vocalem adspiratam diligenter custodire solitus. Pro τύχῳ Kust. malit τύχοι γ), quod, vel τύχῃ, licet omnino necessarium non putem, haud tamen improbo. *Hemst.* Tunc se simulat mercatorem, quum milites conscribuntur, nam mercatores erant immunes militia, vt docet Schol. ad h. l. et ad Eccles. 1022. vbi adolescens, quum quouis pacto vellet declinare concubitum vetulae,

---

γ) Kust. in not. ad Schol. legi malunt ὅταν τύχοι, *quum res ita fert.* Id etiam vsitatius et linguae conuenientius esse censet *Fisch.* Ita in exemplis a Vigero p. 501. et Schäfero Melet. Crit. p. 24. collectis. Tamen etiam Xen. Hell. 4, 1, 15. (34. Schneid.) est ἂν οὕτω τύχωσιν. *Bergl.* vertit h. l. *quandoque*, sed *Fisch. re ita postulante*, orto bello, imperato tributo; *Gir.* si quando e re mea fuerit, si quid inde consequar.

quae cum iure quodam cogebat, inter alia dicit: ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκήψομαι, comparans concubitum illum cum militia. *Bergl.* A muneribus publicis mercatores Athenis immunes erant, ob operam quam praestabant inuehendo frumento. Ideo sycophanta hic dicit, mercaturam se causari, si quando vsus veniat. *Brunck.* (qui et ipse facete dictum Conc. 1027. contulit.)

905. Affectus est cod. Doru. τὶ δὲ τέχνην τὴν ἔμαθες. Consistere nequit versus, nisi quid aliud immittas: τί δὲ σὺ; τέχνην z) τιν' ἔμαθες; quod tolerari posset; sed verum est: τί δαί; v. 156. Nub. 491. 1269. 1278. et Deuar. de partt. L. Gr. 135. Non raro permutantur, quod difficilius in oratione soluta, quam ligata deprehendas. Supra 172. nulla est librorum nostrorum variatio; Suidas habet: τί δαί; τὰς τριήρεις etc. Praeferendum censeo, dummodo τὰς metro infestum expungatur *a*). *Hemst.*

907. In Auu., vbi sycophanta exagitatur itidem, vt hic in Pluto, ille qui eum ad frugem redigere conatur, dicit 1433. ἀλλ' ἔστιν ἕτερα νὴ Δί' ἔργα σώφρονα, ἀφ' ὧν διαζῆν ἄνδρα χρῆν τοσουτονὶ ἐκ τοῦ δικαίου μᾶλλον ἢ δικορραφεῖν. Illud autem πῶς οὖν διέζης, ἢ πόθεν Euripides breuius extulit: πόθεν δ' ἐβόσκου Phoen. 357. (403.). *Bergl.* διέζης est *victum quaesiuisti, inuenisti.* Nam Attici ἔζην dixere pro ἔζων, v. Moer. [p. 148.] et compositum διαζῆν idem valet quod simplex ζῆν. Sic Palaeph. fab. 2, 8. ἁρπάζων βοσκήματα οὕτω διέζη· μηδὲν ποιῶν idem est quod 923. ἀργός, *iners. Fisch.*

908. τὰ τῆς πόλεως πράγματα sunt *res publicae*, ad ciuitatem, ad vniuersos ciues pertinentes, vt 920. τὰ ἴδια πράγματα *res priuatae*, ad ciues singulos pertinentes. Qui vsus voc. ἴδιος Atticis admodum familiaris est. Harpocr. V. Ἰδίαν, Suid. V. Ἰδιῶται, Timaeus Gl. Plat. V. Ἴδιον et ibi Ruhnk. [p. 146. f.] Earum se sycophanta esse ait ἐπιμελητὴν h. e. curatorem, quatenus obseruabat actiones mo-

---

z) τέχνην τινα liberalem aut illiberalem. *Girard.*

a) Attici ita scribunt, auctore Ammonio, quum est σύνδεσμος ἐρωτηματικός. cf. nos ad Plat. Crit. 10. *Fisch.* add. ad 156. In v. 172. articulus non commode omitti potest, et τί δέ; *quid?* est, *porro.*

resque ciuium, ita vt, si ab aliquo violatas esse leges vidisset, eius nomen indicaret, neque raro ipse crimina fingeret. *Fisch.* ἐπιμελητὴς aliud est, si proprie loquaris, aliud διοικητὴς [quo voc. illud interpretatur Schol. Doru.]: hic pecuniae publicae dispensator, quem *ordinatorem* recentiores vertunt, ille publico operi curando praepositus: iure tamen inferioris aetatis consuetudinem sequutus alterum ad alterius explicationem adhibuit [Sch. Do.]; laxius enim διοικητὴς eum significat, qui cuiusuis negotii mandati administrationem gerit. *Hemst.*

909. τί μαθών; Interpres Latinus: *qua arte?* minus recte. τί μαθὼν enim vel τί παθὼν Atticis significat *qua impulsus* (vel *adductus*) causa, vel simpliciter *quare*. Exempla apud scriptt. Att. passim obuia sunt. Vide saltem Ind. nostrum in Aristoph. et Casaub. ad Athen. 13, 9. *Kust.* Talem huius participii vsum saepe occurrere apud Comicum et esse formulam exprobrandi imprudentiam s. insciti am monuit Bisetus ad Nub. 1507. qui et loca indicat omnia praeter hunc in Pluto. Isocrates in Trapezit. [T. III. p. 196. Auger.] καίτοι τί μαθόντες, ὦ ἄνδρες δικασταί, προσετάττομεν ἀποδοῦναι Σατύρῳ, ἐὰν μὴ διαλλαγῶμεν; *quid nobis in mentem venit vt iuberemus reddi* (syngrapham) *Satyro* etc. Aelian. Ep. 14. τί γάρ μαθὼν ἐνθυμίζεις με; *cur me corrigis?* v. ad Nub. 1507. *Bergl.* Scribendum hic etiam, vt Lys. 599. τί παθών. Saepissime in hac formula peccarunt librarii. *Brunck.* [qui tamen texta non mutauit.] τί μαθών; *qua re impulsus? cur?* sc. ἐπιμελητὴς εἶ. Quo quidem sensu haec formula, in vtroque numero, legitur multis locis et ap. Arist. (Vesp. 251. Ach. 826. Lys. 599. vbi v. Bergl.) et apud scriptt. Att. alios. Dicunt iidem sic etiam τί παθών; *quid tibi accidit?* et τί βουλόμενος; v. Hoogeu. ad Vig. 5, 9, 13. et 6, 1, 7. Vnde fuerunt, qui μαθὼν mutandum in παθὼν, sed perperam censerent. v. Bos. Animaduu. p. 192. Wolf. ad Demosth. c. Leptin. p. 348. f. *b*). *Fisch.*

---

b) Is vtriusque formulae tamen diuersam potestatem, sed discrimen tenue esse ostendit. Nam τί παθὼν esse, *quanam re affectus? quo casu? qui fit ut* etc. et plane ad πάθος quoddam pertinere; sed τί μαθὼν esse formam exprobrantis temeritatem et pertinere ad μάθημα quod in nobis desideretur: *quo argumento? quid sequutus? qua ratiocinatione vsus? cur tam stulte, temere* etc.

βούλομαι. Nemo putet propter hoc verbum illud *τί μαθὼν* accipiendum esse pro, *quid edoctus*, quasi altero interrogante *τί μαθών*; *quam artem edoctus?* sycophanta respondeat: *βούλομαι μανθάνειν volo discere.* Nam hoc pacto sibi ipsi contradiceret infra 925. *Bergl.* Absonum, quod Schol. Doru. *βούλομαι* exponat *βουλευτής εἰμι·* longe dissidet a verbo *βούλεσθαι* ea potestas, quam posuerunt in *βουλεύειν*, similiter atque in *πρυτανεύειν, ταμιεύειν, ἱππεύειν* etc. Media valde vereor, vt ista significatione vsquam inveniantur. Haud multo melius, modo ne quid vitiosi subsit, Schol. v. 919. *βουλόμενος* interpretatur, vbi recte cod. Doru. *ὁ θέλων.* Quid esset *βούλομαι*, et quorsum pertineret, *Frischlinum c)* quoque non intellexisse notat Herald. Anim. in Salmas. Obss. ad Ius Att. et R. II, 15. §. 10. [p. 142. ff.] „nempe quia Athenis, inquit, publica crimina exequi poterat *ὁ βουλόμενος*, quod est verbum ipsarum legum, ideo dicebat sycophanta, *βούλομαι [volo]*". *Hemst.* Publica crimina cuilibet licebat Athenis exequi; quod notum e solemni legum formula, quae toties apud oratores occurrit, vt: *ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος· δοκιμασίαν δὲ ἐπαγγειλάτω ὁ βουλόμενος.* Hinc iocus, qui mox sequitur. *Brunck.*

910. *ὦ τοιχωρύχε* (870.). Est vox animi indignantis, qua ostendit alterum esse hominem scelestum, respondens latt. vocibus *scelus*, *pestis*, et eius generis aliis. v. 1142. Ap. Plaut. Pseudol. 4, 2, 23. leguntur de lenone verba *parietum perfossor. Fisch.*

911. *μηδὲν* scil. *τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ἐπιμελητὴν καὶ τῶν ἰδίων d).* Vt *τοῦτο προσήκει μοι* est, hoc ad me pertinet, meum est hoc curare (vt 912. pro quo 920. dicitur *εἰς ἐμ' ἥκει*): ita *προσῆκον μηδὲν* est Nominatiuus, vel potius Accusatiuus absolutus, vim Genitiui consequentiae habens. v. Anim. ad Well. III, I, 383. 392. f. et Moll. ad Long. Past. p. 7. Part. *εἶτα*, et *οὕτως, τότε*, et aliae ponuntur post participia, fere vim Genitt. consequ. habentia. vid. 79. 207. 321. et Deuar. p. 133. Similis locus est Theophr. char. 25, 2. Latine modo omitti debet, modo reddi potest

c) Nec *Bergl.* intellexit. Vterque vertit: *sic lubet. Fisch.* Etiam *Münt.*: Sic mihi est libitum.

d) Hoc repetendum esse etiam Hemst. in Obss. ad Schol. vidit.

tum,' tamen. ἀπεχθάνεσθαι *e)* non poteſt paſſiue accipi h. l. ob verba πᾶς — χρηστός, vt ſit μισεῖσθαι *odio eſſe f)*, verum actiue, *offendere, infeſtare*, Gl. vett., vt intelligatur πᾶσι. Nam poteſt quis χρηστὸς eſſe, etſi alii eum perſequuntur odio, ſed nemo, qui infeſtet alios iisque nocere ſtudeat, gloriari poteſt ſe eſſe χρηστόν. Sycophantae nocere omnibus ſtudebant, ita, vt nomina eorum deferrent, a quibus aliquid commiſſum eſſe ſcirent, certe crederent. *Fiſch.*

912. Etſi videri poſſit, partic. γὰρ agere partes partic. δέ, ita vt indignationem interrogantis declaret, tamen praeſtat dicere, ante verba illa omiſſam eſſe integram enuntiationem: *quam vana ſunt, quae dicis: nugae!* quam ſycophanta vultu et motu corporis expreſſerit (v. ad 535.). μοι cohaeret cum v. προσήκει (vid. 911.) et εὐεργετεῖν τὴν πόλιν eſt, *bene mereri de ciuitate, de patria. Fiſch.*

913. Cod. Doru. εὐεργετεῖν (εὐεργεσίαν παρέχειν) ὦ
π
κεμφε (λάρε.) Vt pronomen illud (μ'), quod omittit ſi plane ab omnibus exularet libris, vix aut omnino non deſiderarem, ſic poſſeſſioni cunctarum Edd. conſenſu firmatae litem mouere nimis immodeſtum foret, quin imo libentius eam ob cauſam retineas, quia ſycophantae iactabundi notam atque imaginem expingit, dum perſonam ſuam iterum ac tertium inculcando operam adrogantius venditare ſtudet. Κέμφος autem vel κέμπφος, itidemque κέμπος, inferto μ, quod fieri frequentiſſime ſolere ante litteras illas, quae preſſo labio formantur, aliquot exemplis ſupra docuimus (ad v. 729.), ferioris aeui more ſcribuntur: quamquam nec vereribus illa ratio displicuerit, ſi μ blandimento ſoni ſuauioris in alienam ſedem inuitetur. Heſych. ha-

---

c) Cod. Doru. ἀπεχθάνη· formam Atticam, vt ſaepe ſolet, remouit. Friſchlin. interpretatur *odioſus ſias omnibus*, Deuarius de Partic. p. 170. *tamen ſtomacharis*, neuter, vt quidem arbitror, ſatis adpolite: quamuis alioqui in hoc orationis articulo duri quiddam et abrupti perlucere non diffitear; cuius generis pluribus exemplis haec ipſa ſcena non deſtituitur. *Hemſi. Bergl.* vertit: *odium tibi concilias*, (eumque ſequutus eſt Francog. interpres) ſed *Hemſi. infenſus es omnibus*, vel, *aduerſus quoslibet inimicitias ſuscipis.*

f) Vti cum Schol. *Münt.* accepit.

bet Ἀλιάποδα, τὸν κέμφον, ἢ θαλάττιον ὄρνιν. Idem Κεμπός, κοῦφος, ἐλαφρὸς ἄνθρωπος· quod alio referri non debere, ſtatim patebit, ſimulac compones, quae de nomine leuiſſimae auis ad hominem futilem et vanum translato monuit in V. Κέμφος. In Gloſſ. mſſ. κεμπφωθεὶς et κεμφωθεὶς reperiſſe me commemini. Ceterum Etymologus, vbi vocabulum illud exponit p. 503., turpiter eſt mutilatus, ſic, vt, quo tendat, intelligi non poſſit, niſi vulnus immiſſo vno alteroque verbo talem in modum reſarcias: Κέπφος, κοῦφος καὶ ἐλαφρός, (huius adiectiui vice aliud aliquod finitima virtute praeditum, velut εὐμετάβολος, ὀξύς, εὐχερής, εὐτελής, quae a Grammaticis κέπφον interpretantibus vſurpantur, ab auctore potuiſſe proficisci non nego) ἄνθρωπος, ἀπὸ τοῦ ὀρνέου, ὅ ἐστι κοῦφον καὶ ἐπιπλέον τοῖς ὕδασιν. His ea proxime conglutinantur, quibus eſt cum hoc articulo nihil commune: idque propterea contigit, quia noui membri caput fuerat amputatum; quod ſi nunc denuo praefixeris, nulla reſtabit amplius difficultas: Κεροβάτης g), ὁ τὰ ἀκρωτήρια τῶν ὀρῶν, τουτέστι τὰς κορυφάς, βαίνων, οἱονεὶ κεροβάτης· κέρατα γὰρ καλοῦσι πάντα τὰ ἄκρα, ὡς φησι Πίνδαρος· Ὑψικέρατα πέτραν ἀντὶ τοῦ, ὑψηλὰ ἀκρωτήρια· in fine addendum etiam reor, ἔχουσαν h). Panis epitheton explicari licet ex Heſych. et Comici noſtri Ran. 232. Sylburgius autem vir non minus eruditus, quam accuratus, corruptum putat ὑψικέρατα πέτραν, et ſcripturae duplicis indicia praeferre, ὑψικέρωτα πέτραν, aut ὑψικέρατοι πέτραι, quarum prior tamen ipſi verior videtur. Non indigemus hac quidem in parte manus emendatricis: ſarta tecta maneat Etymologo vetus lectio; ideoque magis, quod eius beneficio iam compertum habeamus, vnde ſumſerit Ariſtophanes: Δήλιε, Κυνθίαν ἔχων Ὑψικέρατα πέτραν, Nubb. 597. ne quem forma vocis inſolens offendat, cauet Scholiaſtes: μεταπλασμὸς

g) Siue Κεραβάτης vt eſt in Zonarae Lex. T. II. p. 1185. vbi huius loci non immemor fuit Editor.

h) Schneider. Fragm. Pind. p. 64. qui monet, Etymol. Gudianum (vbi tamen male Κεραβὰς) et Etym. Askewianum confirmare Hemſt. emendationem in Etym. M.; Heyne Carm. Pind. T. III. P. I. p. 139. vbi Hermann. putat, apud Pindarum fuiſſe:

Δηλίαν Κύνθου ἔχων
ὑψικέρατα πέτραν.

ἐστι ἀντὶ τοῦ ὑψικέρατον. *Hemſt.* Pronomen μ᾽ poſt εὐεργ. etiam in cod. quinto a Brunck. collato defuit.

De *aui viliſſima* inſignisque ſtuporis, ac deinde de *ſtolido* et *fatuo* vt h. l. vſurpari hanc vocem (κέπφος) docent Scholia, ac ſimiliter ad Pac. 1071. vbi κέπφοι adducuntur. Meminit eiusdem auis Nicander Alex. 166. ad q. l. κέπφος *auis marina* et *laro ſimilis* in Schol. illius poëtae dicitur *i)*. Exſtat vero, vt hoc addam, formatum ab eadem voce verbum κεπφωθεῖσα *k)* ap. Iren. adu. Haer. I, 9. cuius ibi textum authenticum debemus Epiphanio, vbi de muliere a domino ad prophetandum erecta dicitur: ἡ δὲ χαυνωθεῖσα καὶ κεπφωθεῖσα ὑπὸ τῶν προειρημένων, iuxta Petauium: *illa iſtius inflata verbis ac elata*, prout in I. E. Grabe editione etiam legitur, nempe vt ea voce mulieris illius ſingularis *leuitas* ac *fatuitas* ſimul, quod ſequentia ibidem arguunt, deſignetur. *Spanh.* Eſt nomen auis marinae, quae a Latinis *fulica* dicitur, et leuiſſimae (multum enim plumarum habet, parum carnium) et fatuae (paſcitur enim ſpuma maris, qua oblata pueri eam alliciunt iniectaque manu capiunt *l)*. Hinc eſt imago hominis et leuiſſimi et inprimis fatui atque vecordis. v. Ariſtot. Hiſt. An. 9, 35. *m)*. Heſ. et Suid. V. κέμφος, et inprimis Bochartus Hieroz. 2, 2, 18. p. 264. f. T. II. [T. III. p. I. ff. ed. Lipſ.] Hebr. dicitur שַׁחַף e quo vocab. ortum fortaſſis eſt graecum. Saepe confunditur haec auis, etiam a vett. ſcriptoribus, cum λάρῳ h. e. *gauia*, et ἐρωδιῷ h. e. *ardea*, et αἰθυίᾳ h. e. *mergo*. v. Salmaſ. ad Solin. p. 64. f. Cae-

---

i) Schol. καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος. Gloſſae: Λάρος, *Larus*, *Fulica*, *Gauia*, *Ardea*. Idem Schol. dicit in prouerbium abiiſſe, vt κέπφος dicatur de homine *ſtulto*. Comicus Pac. 1067. καὶ κέπφοι τρήρωνες, vbi Schol. aliud prouerbium de eadem aue commemorat. *Bergl.*

k) Antiquius vſus v. κεπφεῦμαι exemplum eſt ap. Cic. ad Att. XIII, 40.

l) Hoc vberius etiam enarrauit et praeterea Pompeium prodigioſum cepphum quadrupedem Romam aliquando ex Aegypto adportaſſe, retulit *Gir.*

m) Add. idem H. A. 8, 3. et Camus ad illum T. II. p. 333. f. Dubitatur tamen, quaenam auis ita dicta ſit. Ad genus *Procellariae* ap. Linn. refertur. *Waſſerhuhn, poule d' eau.*

terum καθ' ὅσον ἂν τένω id. est quod alibi κατὰ δύναμιν pro viribus. *Fisch.*

913. τὸ πολυπραγμονεῖν *male curiosum, ardelionem esse:* idem ac πολλὰ πράττειν Ran. 749. *Brunck.* Explicatur v. 932. verbis τἀλλότρια πράττειν, atque cadit in eum, qui curat res alienas, quae ad ipsum nihil pertineant. In Gloss. vett. hoc verbum explicatur verbis latinis *fciscitari, percontari, rimari,* et πολυπράγμων dicitur *scrutator, fiscitator, ardelio, curiosus.* Nam qui aliena curant, scrutantur et fiscitantur omnia ab omnibus. A graecis Grammaticis verbum πολυπραγμονεῖν n) verbo περιεργάζεσθαι, et nomen πολυπράγμων nomine περίεργος explicatur: vtrumque verbum vsurpatur de eo, in quo est nimia et immodica alicuius rei cura. v. Periz. ad Ael. V. H. 2, 44. p. 188. Sed eiusmodi cura cadit in eos, qui curant res alienas. De his legitur 2 Thess. III, 11. Libellum περὶ πολυπραγμοσύνης reliquit Plutarchus Opp. T. II. p. 515 — 523. [ed. Reisk. VIII. p. 42 — 76. ed. Wyttenb. T. III. P. I. p. 75 — 105.] et character περιεργίας est ap. Theophr. ch. 13. *Fisch.*

914. μὲν οὖν verti potest, aut *certe quidem,* vt habeant hae particulae vim magis affirmandi, aut *enimuero, immo quidem,* τοιγαροῦν, μέντοι γε Hes. οἱ νόμοι οἱ κείμενοι, sunt *leges publicae, leges fancitae,* quas seruare ciues tenentur. Est verbum hoc in genere proprium. v. Xen. Mem. 4, 4, 16. 1 Tim. 1, 9. et ibi Albert. βοηθεῖν τοῖς νόμοις *opitulari legibus* dicitur is, qui videt vt leges a ciuibus seruentur neque violentur, qui nomina eorum defert, a quibus leges violari videat. *Fisch.* Subint. est συνεργετεῖν ἐστι quod etiam Schol. Doru. suppleuit.

915. Cod. Doru. καὶ μὴ ἐπιτρέπειν, ἐάν τις ἐξ. cui lectioni non est cur vulgatam postponamus o). *Hemst.* Sen-

---

n) οἰκειοπραγεῖν ei oppositum esse monet *Gir.* τὰ αὑτοῦ πράττειν apud Plat. de rep. lib. IV. ei opponi, docet *Munt.* qui Suidam, ex Alex. Aphrod. Top. L. II. sua suratum notat ob discrimen inter πολυπράγμονα et φιλοπράγμονα fictum, dici autem etiam in bonam partem πολυπραγμονεῖν *diligenter inquirere,* ex Ael. V. H. 14, 7. elicit.

o) Recepit tamen eam ex Borg. cod. Inuern. quum in Rau. le-

ſus: numquam, nullo modo, ſinere quemquam delicta et peccata impune ferre; quod quidem fit indicando et accuſando legum violatores. Nam compoſitum ἐξαμαρτάνειν idem eſt quod ſimplex ἁμαρτάνειν, vt ἐξόλλυμι et alia huius generis verba. Ad ἐπιτρέπειν intell. Infin. ἐξαμαρτάνειν *p)*, vt Marc. 5, 13. ad ἐπέτρεψεν intell. εἰσελθεῖν εἰς τοὺς χοίρους e v. 12. Etiam praedicatum enuntiationis repeti debet e v. 914. nempe εὐεργετεῖν τὴν πόλιν. *Fiſch.* Eurip. Hecub. 832. ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ ὑπηρετεῖν καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί. *Bergl.*

917. [Etiam h. l. olim lectum eſt: Οὐκοῦν — καθίσησιν.] Senſus: *fruſtra ſane ciuitas iudices conſtituit, qui iudicia exerceant.* Pro οὐκοῦν legi haud dubie debet οὔκουν. Nam 1. hanc ſcripturam inuenerat in codd. antiquis Scholiaſtes, cuius verba haec ſunt: γράφεται καὶ ἐν σχήματι ἀποφατικῷ, οὔκουν. 2. ita ſcriptum reperit Suidas qui V. Ἐξεπίτηδες hunc vers. ita laudat: οὐκ ἐπίτηδες ἡ πόλις ἄρχειν καθίστησι δικασάς. 3. ita legit Schol. ille, qui voc. ἐξεπίτηδες explicauit per μάτην. 4. commodior loci ſenſus ſic exiſtit. Nam ἐξεπίτηδες ſ. ἐπίτηδες (vtrumque enim Attici vſurpant, Tho. Mag. docente p. 358.) eſt *conſulto, de induſtria, data opera*; ſed οὔκουν ἐξεπίτηδες *temere ſane, ſine cauſa, fruſtra*, μάτην, ἀργῶς, Sch. et Suid. Schol. Doru. legit οὐκοῦν et ἐξεπίτηδες interpretatur ἐπὶ αὐτὸ τοῦτο, hoc ſenſu: *ciuitas vero propterea conſtituit iudices.* ἄρχειν *q)* quod eſt omnino, *magiſtratum gerere*, h. l. ſingulatim eſt, *iudicare, iudicia exercere*, ideoque curare ne leges violentur, et vt ciues, qui eas violarint, puniantur. *Fiſch.* Cod. Doru. ſeruat in οὐκοῦν eumdem, quem omnes Edd. et Suid. in Ἄρχειν, accentum, ab illaque ratione pendet interpretatio ſatis opportuna τοῦ ἐξεπίτηδες. In aliis tamen exemplaribus inueniri οὔκουν ἐν σχήματι ἀποφατικῷ, de quo dictum ad [Schol.] v. 505., monet Schol. Eo ſane modo legit is enarrator, a quo profecta ſunt: ἐξ

---

gatur: 'πιτρέπειν, ἢν τ. ἐξ. (fine ποθ'). Sed vulg. κ. μὴ 'πιτρ. ποθ' ἢν τ. ἐ. numeroſius eſt. Caeterum cod. Rau. auctoritate Inu. ita vt Brunck. perſonas ſcenae poſuit.

p) Male *Girard.* ἐπιτρέπειν valere h. l. dixit: *noxam remittere.*

q) Ponitur pro, πρὸς τὸ ἄρχειν, vt aliis ciuibus praeſint. *Gir.*

ἀνάγκης ἢ μάτην· ἀργῶς καὶ μάτην· haud enim existimandum, illam esse significandi potestatem in ἐξεπίτηδες, si per se solum sumatur; sed tum demum haec explicatio procedet, vbi iunctum erit: οὔκουν ἐξεπίτηδες· *nequaquam igitur ex vsu reip.*, i. e. *nequicquam igitur iudices, qui magistratum gerant, ciuitas constituit:* eoque videtur spectare, quod Suidas, quamquam corrupte, versum Arist. ita protulerit: Οὐκ ἐπίτηδες etc. Neque hoc fefellit Henr. Stephanum Thes. L. Gr. T. I. p. 1217. *r)*. Ceterum vtra lectio οὔκουν an οὐκοῦν palmam mereatur, commodiore loco exigere est animus. *Hemst.* Ab vtroque igitur, etiamsi legatur οὔκουν, non interrogatiue acceptus esse locus videtur. At Br. et Inu. ediderunt: Οὔκουν — καθίσησιν; et Br. vertit: *annon vero data opera ciuitas iudices constituit, qui his praesunt s)?*

κατηγορεῖ. Aperte hic sycophanta turpi se delatoris munere fungi ex eoque quaestum facere fatetur, *nequicquam*, inquiens, *iudicia sunt instituta, nisi accusator noxios deferat. Gir.*

919. ὁ βουλόμενος, *quilibet, quiuis.* v. 909. et Locella ad Xen. Ephes. p. 268. *Fisch.* H. l. a Br. et Inu. seruatum est Οὐκοῦν, et affirmatiue verba sunt accepta *t)*.

εἰς ἐμ' ἥκει i. q. προσήκει μοι 911. f. *Fisch.*

921. Labat versus [ex vulg. script. νὴ Δία — ἄρα], cui Kusterus vt subueniret, ἆρα clam lectore suo contra pristinas edd. instruxit accentu circumflexo. Non probo factum: quamuis enim metrum iuuet, eam tamen particulae mutationem inducit, quae locum hic nullum habeat. Certius remedium praebet cod. Doru. ex quo repetiui: νὴ τὸν Δία — ἄρα *Hemst.* Sequuti sunt hoc iudicium *Münt.* et *Fisch.* atque emendationem Hemst. in texta receperunt,

---

r) Eius verba, ab H. adlata, repetere non necesse videbatur, vti etiam quae ad scholia sola spectant, hic omisi.

s) Cum interrogatione accipi posse etiam *Gir.* monuit, sed hoc sensu: Ergo vrbs magistratus sibi frustra constituit? Ita et *Münt.* seruata scriptura οὐκοῦν. Etiam *Bergl.* sic interpretatur, sed sine interrogatione.

t) ἐκεῖνος, *ille nobilis delator;* quam rem non vitio sed laudi sibi dandam existimat. *Gir.*

qua et metro et orationi hominis consultum esse Fisch. animaduertit. At Br. et Inu. retinuerunt Kust. lectionem, ne memorata quidem Hemst. correctione. Neque enim articulo τὸν Δ. hic opus est, et recte ἆρα (etiam sine interrog.) potuit circumflecti.

προστάτης est *praepositus*, *praeses*, *antistes;* singulatim ap. Atticos, *patronus:* nam omnes aduenae et peregrini debebant Athenis ciuem aliquem habere patronum. v. Harpocr. V. Προστάτης, et Hesych. V. Προστάται. Dictus etiam sic est, qui genti alicui et prouinciae praeest. v. Wessel. de Archont. Iudd. p. 12. Hinc προΐστασθαι est, *defendere, tueri*, v. Symm. vers. Ps. 20, 2. et προστάτης *propugnator, tutor* v). *Fisch.*

922. f. x). ἡσυχίαν ἄγειν est i. q. ἡσυχάζειν, *quiescere, quietum esse.* Quod, si refertur ad eos qui bellum gerunt, aut partes alterius eorum sequuntur, est, vt Lat. *quiescere*, neutras partes sequi. v. Stauer. ad Corn. Nep. Att. 7, 3. H. l. refertur ad πολυπράγμονα, et est, *non curare res alienas sed suas tantum*, vt ἡσυχάζειν legitur 1 Thess. 4, 11. et ἡσυχία 2 Thess. 3, 12. vbi μετ' ἡσυχίας ἐργάζεσθαι refertur ad περιεργάζεσθαι, h. e. πολυπραγμονεῖν. ζῆν ἀργὸς (de quo voc. propr. eum, qui opus rusticum non facit, deinde desidem, inertem, denotante dictum est ad v. 516.) sycophanta iubetur, h. e. viuere ita, vt neminis vitam et actiones obseruet, neminem accuset. Sed sycophanta hanc vocem ita accipit, ac si iubeatur nihil omnino agere. *Fisch.* Cod. Doru. ζῆν ἀργῶς, sed eadem manus correxerat ἀργός. *Hemst.*

923. προβατίου βίον λέγεις. Citat Thom. Mag. V. Πρόβατον. [p. 738.] *Kust.* Recte Schol. Doru. προβάτιον accepit tanquam ὑποκοριστικὸν s. deminutiuum voc. πρόβατον· quod negare in Refut. vtriusque El. Cercopetau. p. 86. Salmasio pro ea, qua pollebat, graecae linguae peritia nunquam venisset in mentem, nisi aduersus Petauium ipsi standum fuisset; qui summi viri magnisque meritis insignes vbi sese inuicem infesti adoriuntur, saepius ab im-

---

v) προστάτης πονηρὸς iniustitiae summae fautor et praeses. *Gir.*

x) Ad βούλοι' ἂν *Girard.* suppleri iubet μᾶλλον, vtrum non *malles* ἐκεῖνο, quod tibi propono etc. Quo non opus est.

prouido animi concitati motu iraque mutua, quam ex rerum veritate consilium capiunt. Pugnatum fuit iis solum exemplis, quae Stephani Thesaurus submiuistrabat: litem decidere potest Plutus Arist. 293. 299. *Προβάτιυς παράγωγον*, quod Salmasius ingerere nobis conabatur, metuo ne graeci sermonis vsus plane respuat. *Hemst.* *προβατίου* (h. e. *προβάτου*) *βίος* cadit in eum, qui omnino nihil agit, nisi hoc, vt viuat, h. e. edat et bibat et dormiat. v. Mich. Apostol. 16, 68. Sed ouicula est etiam imago hominis stupidi ob causas ex Aristotele allatas *y*) ab Erasmo Adagg. p. 398. in Prou. *ouium mores.* Vnde Diogenes Cynicus hominem opulentum sed stupidum dixit *πρόβατον χρυσόμαλλον*. v. Diog. Laërt. 6, 47. *Fisch.*

924. *διατριβή*. In Auu. 156. (*βίος*) *οὐκ ἄχαρις εἰς τὴν τριβήν*, vbi v. nott. *Bergl.* *διατριβὴ* est *studium, occupatio* (v. Schol. et Suid.); nam qui in studio alicuius rei versantur, ei immorantur; et quum *φανεῖται* id. *ἔσαι*, apparet, sensum loci esse: *iners et otiosa vita est vita ouiculae; qui ita viuit, vt omnino nihil curet, ouicula est, non homo. Fisch.* Schol. Doru. *διατριβὴν* intellexit, vt videtur, idoneam agendi facultatem, vsu rerum ciuilium et exercitio quotidiano firmatam: neque enim memini, *ἐπιτηδειότητα* [quo voc. Sch. Do. *διατρ.* interpretatur], ne ex more quidem Graeciae serioris, vocari, quae veteribus erat *ἐπιτήδευσις* vel *ἐπιτήδευμα. Hemst.*

925. *μεταμανθάνειν* est omnino, *omissa aliqua re aliam discere*, omisso vitae genere superiore aliud sequi; (nam *μετὰ* in verbis compositis fere declarat mutationem quandam), h. l. omissa rerum publicarum et priuatarum cura, aliud studium sequi, persona sycophantae posita aliam induere. *δοίης* pro *δῴης* est Attica forma, v. Moeris [p. 117.] *Fisch.* Similiter Nubb. 108. *οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι τοὺς Φασιανούς, οὓς τρέφει Λεωγόρας.* Et Ach. 965. *οὐκ ἂν μὰ Δί' εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα. Bergl.*

926. De singulari olim pretio et raritate *silphii Cyrenaici* illiusque Batto Cyrenarum conditori oblati, ac nato

---

y) Eodem Aristot. hanc in rem vtitur etiam *Cic.* v. Arist. Hist. An. IX, 3.

inde de re pretiosa nec facile parabili prouerbio, Βάττου σίλφιον, alibi egimus z), adductis etiam insignibus numorum iconibus, in quibus cum silphii illius Cyrenaici, tum Batti ipsius impressa occurrit effigies. Adde ad v. 718. dicta. *Spanh.* Non minimam partem felicitatis Cyrenaeorum, quos Battus condiderat, faciebat silphii prouentus, quod longe lateque exportabatur ob vsum praestantem in culina et medicina. *Bergl.* Battus, alio nomine dictus Aristoteles, Theraeus (quia in Africam venit e Thera, insula maris Aegaei de numero Cycladum) fuit Cyrenarum, vrbis Africae, conditor. Eius in honorem signarunt Cyrenaei numos, quorum in parte aduersa cerneretur imago Batti, altera manu regnum a ciuibus, altera silphium s. laserpitium accipientis. v. Strab. XVII, p. 837. Casaub. a). Fuit autem laserpitium Cyrenaicum (vnde laserpiciferae Cyrenae Catull. 7, 4. [vbi v. Intpp.] planta praestantissima, ita vt Romani legantur in aerario recondita habuisse multa eius pondo. v. Plin. H. N. 19, 3. qui est locus de silphio eiusque generibus classicus, Theophr. Hist. plant. 6, 3. et ibi Bodaeus p. 589. ff. vbi species eius exstat. Hinc verba Βάττου σίλφιον abiere in consuetudinem prouerbii, quod vsurparetur de amplissimo et pretiosissimo munere, de singulari et exquisito honore. v. Apostol. 5, 40. (e Schol. h. l.) et Erasm. Adagg. p. 182. Sycophanta igitur ostendit, se nolle suum vitae genus commutare alio, nec si ipsum acciperet Plutum, amplissima et pretiosissima munera. *Fisch.*

927. καταθέσθαι ἱμάτιον est, *exuere sibi*, vel certe, *exui sibi sinere*, *pallium*. Nam ἱμάτιον est, quod 898. τριβώνιον. Sensus: *exue ocyus pallium*. *Fisch.* Non satis apparet, cur sycophantam veste spolient, eumque v. 936. pallio illo, quod *vir iustus* volebat Pluto dedicare, vestiant; nam ipse sycophanta videtur male vestitus fuisse lacero pallio, adeo vt frigeret etiam (897.), nisi forte multo peius fuit *viri iusti* pallium, quod antea gestaue-

z) De Vsu et Pr. Num. T. I. p. 293. ff.

a) Add. *Aug. Fr. Walther* de silphio in veterum numis. L. 1746. 4. *Eckhel* Doct. num. vett. IV. p. 119. *Rasche* Lex. num. T. IV. P. II. p. 1017. *Hemsterh.* ad Polluc. 9, 60. p. 1026. ff.

rat *b*). *Bergl.* Scilicet ad ſpectatorum riſum excitandum res haec fuit comparata.

οὗτος eſt, *heus tu!* vt 439. Nam ſycophanta ceſſaſſe intelligitur. *Fiſch.* Itaque etiam Carion haec loquutus eſt non ſtatim, poſtquam Chremylus ſuperiora dixerat, ſed ſpatio quodam interiecto.

928. ἔπειτ' vt 796. non praecedente πρῶτον. ὑπολύσασθαι eſt *calceos ponere, exuere ſibi*, certe *exui, detrahi ſinere*, verbum proprium in hac re, quod refertur ad ὑποδεῖσθαι Xen. Mem. 1, 6, 6. Anab. 4, 5, 11. *Fiſch.*

ταῦτα πάντα. Sic membr. concinnius, quam πάντα ταῦτα, quod eſt in impreſſis. *Brunck.* quem ſequutus eſt Inuern.

929. προσελθέτω — ἐνδαδί· nempe qui calceos et pallium exuentem adiuuet. *Fiſch.* Rectius Münt., Girardum c) reprehendens, cenſet, ſycophantam prouocare Chremylum et Carionem, non hoc auſuros, eo fere ſenſu: Quodſi cui veſtrum pallio me nudare viſum fuerit, is accedat eiusque rei faciat periculum. Ad ὑμῶν ſubintelligit τις.

930. Illudit ſycophanta et irridet Chremylum, qui interroganti κατηγορεῖ δέ τις; reſponderat ὁ βουλόμενος 919. Hoc quum videret Carion, ſycophantam vicillim irridet, repetens vocem, quam ille v. 919. emiſerat *d*). *Fiſch.*

931. Carion dum iſta, quae praecefferunt, dixit, putandus eſt acceſſiſſe ad ſycophantam, eique pallium et calceos exuiſſe. Vnde ille exclamat: οἴμοι τάλας (vid. 881.)· ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν e). ἀποδύεσθαι eſt *exui, ſpoliari, veſtibus*, vnde cellula balnei illa, in qua veſtes exuebantur

---

b) Ita cenſuit *Münter.* ad h. l., vt ſycophanta frigoris vim etiam magis ſentiret.

c) Qui quidem putauit, ſycophantam haec dixiſſe, opem (ſpectatorum) implorantem, ne ſcilicet veſte ſpolietur.

d) Acerba eum repetere verba ſycophantae animaduertit etiam *Bergl.*

e) Iuſte hoc fieri potuiſſe Gir. cenſet, quia poſthac bonos tantum ditari et felices fieri oportebat.

et deponebantur, dicta est ἀποδυτήριον, *spoliarium*. μεθ' ἡμέραν ap. Atticos valet i. q. κατὰ τὴν ἡμέραν *interdiu* (Schol.) *f)*, vnde Xen. Mem. 3, 11, 8. μεθ' ἡμέραν et τῆς νυκτός, Polyb. 1, 42. extr. μεθ' ἡμέραν et νύκτωρ inter se referuntur. Fieri potest, vt hic vsus praepositionis ex oriente ad Graecos venerit. v. Prolusſ. de Verſſ. Graec. litt. Hebr. magistris p. 98. et ad Weller. [III, II, p. 201.]. Sycophanta queritur de eo, quod interdiu spoliatur vestibus, quia id noctu quidem Athenis saepe multis accidebat a grassatoribus. vid. ad 165. *Fisch.*

932. et 934. Hi versus in cod. Doru. tribuuntur Chremylo, non Carioni, et sunt sane persona ingenui hominis digniores quam seruili *g)*. Ante σὺ γὰρ ἀξιοῖς intelligi arbitror verba: *merito id tibi accidit*, vel similia, quae Chremylus censendus est expressisse vultu et gestu corporis. ἀξιοῖς Hes. interpretatur βούλει, προαιρῇ, vt Xen. Mem. 2, 1, 9. Sed arbitror tamen ἀξιοῖς ἐσθίειν per periphrasin dictum esse pro ἐσθίεις, et τἀλλότρια πράττων (h. e. πολυπραγμονῶν 914.) ἐσθίειν dicitur *is, qui victum quaerit et invenit cura rerum alienarum h)*. *Fisch.*

933. ὁρᾷς ἃ ποιεῖς; Omnino legendum: ποιεῖ. *Viden' tu, quem testem huc adduxi, quid faciat seruulus nequam?* Haec ad eum conuersus, quem adhuc adstare sibi credebat, testem *i)* dicit: nunc aptius Carionis [f. Chremyli] responsum: alioquin scribi debuerat: ὅρα γ' ἃ ποιεῖς, *vide, quid agas: caue, ne me vocante in ius tibi*

f) Demosth. in Steph. Or. I. [p. 1125. T. II. Reisk.] μεθ' ἡμέραν εἰ σὺ σώφρων· τὴν δὲ νύκτα, ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία, ποιεῖς. Exaggerat sycophanta facinus eorum; nam alii κωποδύται noctu grassantur, isti autem non verentur eum interdiu spoliare. *Bergl.* De form. μεθ' ἡμέραν cf. Spanh. ad Callim. in Dian. 208.

g) Brunck. et Inu. v. 932. Carionis personam praefixerunt, sed v. 934. Chremyli.

h) Sensus: merito a nobis plecteris, quum ex alienis negotiis, quibus te immisces, victum quaerere gestias. *Münt.*

i) Quem quidem adduxerat secum (892.) et adesse adhuc putabat, quum tamen iam clanculum abiisset, seque ei surripuisset. — Friſchlin. vertit: *viden' quid agat?* Etiam Budaeus ita, vt Hemst. legendum censuit. v. Steph. Thes. V. Μαρτύρομαι. *Fisch.* qui Hemsterhusio adsentitur, vti et Münterus.

ſit ambulandum. Sed illud, quod propoſui, verum eſt, et vt iam primum video, ab interprete Friſchlino animadverſum. *Hemſt.* Recepit hoc *Brunck.* qui in Not. praeterea addidit: „Si ad Chremylum directus eſſet hic ſermo, dixiſſet: ὅρα τί ποιεῖς. Facilis in iſtis terminationibus librariorum lapſus.“ Sic Thesm. 809. male φήσεις editum pro φήσει.“ Reſtituit tamen vulgatum Inu., propter codd. omnium in eo conſenſum, et Carionem putat Chremylum alloqui *k*), qui propterea, quod ſycophantam viderit nullo teſte ipſum anteſtari, quae ſequuntur, dicat.

ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι, intell. σέ· *cito te, iubeo te eſſe huius iniuriae teſtem. Fiſch.* Scipio Gentilis Parerg. I, 25. vbi monet, de Graecis et illud eſſe tractum, *teſtari*, pro rem teſtibus confirmare, teſtes aduocare, quod antiqui *amteſtari* dicebant, hunc Comici verſum proponit. *Hemſt.*

934. οἴχεται φεύγων eſt, *celeriter, ocyus, aufugit*, h. e. *auolauit.* Nam οἴχεσθαι, vt βαίνειν, iungitur participiis aliorum verborum ita, vt exprimat celeritatem actionis et agentis ſtudium, atque aduerbiorum *ſtatim, continuo, celeriter*, habeat vim. v. Ind. Palaeph. h. v. Vtitur poëta Praeſenti, quia homo adhuc erat in via, et nondum peruenerat, quo ſtudebat. Sed huius loquendi formae origo ducenda videtur ex Oriente. v. Proluſſ. de Verſſ. Grr. p. 102. Cauſam cur aufugerit, quem ſecum habebat *l*), teſtis, cauſam Sch. Doru. oſtendit hanc fuiſſe: εἶδε γὰρ αὐτὸν [ſycophantam] ἀπολλύμενον, καὶ ἐφοβήθη [ne ipſe etiam ſpoliaretur]. Haec quoque verba in cod. Doru. rectius tribui videntur Chremylo. *Fiſch.* Cui etiam Br. et Inu. tribuerunt.

935. περιείλημμαι. Quamquam vitioſius in cod. Doru. ſcribatur περιείλλειμμαι, quaſi voluiſſet, περιείλειμμαι, addita tamen interpretatio, πεκρώτημαι, lectioni vulgatae ſa-

---

k) *Girard.* cenſet, μαρτυρ. dici ad populum circumſtantem, et ταῦτα explicat περὶ τούτων.

l) ὃν ἦγες μ. vid. 892. *Bergl.* Quod accommodatius videtur, quam vniuerſe magis dictum εἶχες, quod e cod. Rau. recepit *Inu.* Enallagen verbis ο. φ. ὃν ἦγες μάρτυρα pro οἴχεται φεύγων μάρτυς non ineſſe, ſi modo ſic ordinentur *quem adduxiſti teſtem, aufugit*, obſeruauit *Eckard.* p. 89. et hanc verborum ſtructuram illuſtrauit.

vet. Hesych. *Περιείληπτο, περιεγέγραπτο, ἢ ἐκεκράτητο ἐκ τοῦ περιλαμβάνεσθαι m).* Haud inepte sane legi posset, *περιείλειμμαι μόνος, destitutus sum solus*, quemadmodum Elias III. Regg. 10, 10. *καὶ ὑπολέλειμμαι ἐγὼ μονώτατος*, nisi ab Attica forma difficultas obstaret, quae, vt est in *εἴληφα, εἴλημμαι* tritissima, sic in *εἴλειμμαι*, quantum memini, pro *λέλειμμαι* nusquam occurrit: quin ipsum *περιλέλειμμαι*, si cui blandiatur, non repugnabit metri modulus. Sed nihil est necesse, vt vetus et proba lectio sollicitetur: eum dicunt *περιειλῆφθαι*, qui obsessus tenetur, vt elabi nequeat: parum dissidet *ἀπειλῆφθαι*. Etym. p. 121. *Ἀπειλημμένοι, συνειλημμένοι, συγκεκλεισμένοι, κεκρατημένοι.* Strabo narrat VI. p. 403. C. *n)* Milonem *ἀπολῃφθέντα* (editur *ἀπολειφθέντα*) *ἐν τῇ τοιαύτῃ πάγῃ θηρόβρωτον γενέσθαι* in eadem historia Theocriti vetus Enarrator: *ἐκρατήθη ἐκεῖ.* Sext. Empir. *Ἀντιῤῥ.* V. §. 91. *ἐν συμπτώμασιν οἰκιῶν ἀπολῃφθέντας.* Similius etiam Aristophanis est loquendi formulae, quod ex Philemone conseruauit Scholion ad Hippocr. Iusiur. *ὡς καὶ Φιλήμων ἐν Κόλακι φησίν· Ἀλλ' οὐδὲ γεννητὴν δύναμ' εὑρεῖν οὐδένα Ἐκ τῶν τοσούτων· ἄρα γ' ἀπείλημμαι μόνος o).* Iambos paululum modo adiutos in ordinem redigere non fuit operosum: praeterea *Φιλήμων* scripsi pro eo, quod ediderant *Φιλήβαν·* vnde nobis *Philebum*, nomen antiquae scenae prorsus ignotum confinxit Meibomius *p).* Ceterum *Philemonis Κόλαξ*, quo titulo *Menandri* fabulam noui, alibi nondum a me repertus: de *Κόλακος* auctore, Philemon fuerit an Menander, olim fuisse dubitatum, non temere adfirmauero. *Hemsi.* Tempora verborum *λαμβάνεσθαι* et *λείπεσθαι* saepe confusa sunt a librariis inter se. v. Doruill. ad Char. p. 563. et 608. et Wessel. ad Diod. S. I. p. 139. A *λείπομαι* in Prae-

---

m) περιλαμβάνω complector, circumdo, vt Aelian. V. H. V, 6. *ὃ δὲ περιληφθεὶς τῆς φλογός. Münt.*

n) Ed. Almel., T. II. p. 243. c. 12. extr. ed. Siebenkees. vbi nihil in textis mutatum est.

o) Deest hoc fragmentum ap. Cleric. in Men. et Phil. Reliqu. p. 308.

p) Vnde recte eum omisit Fabric. in Not. Comic. vett. in Bibl. Gr. T. II. p. 476. Harl.

ter. dicitur λέλειμμαι, non εἴλειμμαι q). Περιείλημμαι eſt, *comprehenſus teneor*, vt elabi nequeam. v. Heſ. et Gloſſ. vett. r) νυνὶ quum ſolus teneare, quum teſtis tuus abierit. *Fiſch.*

936. ſ. δὸς σύ· appellat Carion ſeruum Iuſti, qui eius palliaſtrum portabat (843. ſ.) s) Schol. Doru. ὦ παιδάριον. Recte. Eo ſycophantam amicire vult, quia ei exuerat palliaſtrum proprium (931.) ἀμφιέσαι, vt *amicire*, dicitur de veſtibus totum corpus cingentibus, quale erat pallium. Differt Act. a Medio ſic, vt hoc ponatur de eo, qui ipſe *ſe amicit*, vel certe *amiciri ſe ſinit*. v. Kuſter. de verb. med. I, 6. et Dreſig. de V. Med. N. T. I, 4. *Fiſch.*

938. μὴ δῆτα eſt, interprete Sch. Doru. etiam Heſych. μηδαμῶς, *neutiquam*, *haudquaquam*, vt 966. ἱερὸν t) — πάλαι. Nam Iuſtus conſtituerat palliaſtrum ſuum dedicare Pluto, grati animi declarandi cauſa, v. 845. ἱερὸν dicitur, quidquid deo alicui conſecratum eſt, et πάλαι de quouis tempore praeterito, etiam breuiſſimo, dici, vt Lat. *dudum*, vidimus ad 257. et 642. Certe Iuſtus paullo ante diues factus erat. (883.) *Fiſch.* ἱερὸν κ. τ. λ. nempe pro more non ſolum, de quo paullo ante ad 846., initiatorum, vt veſtes ſuas adtritas, quibus initiati quondam fuerant, deabus Eleuſiniis conſecrarent, ſed aliorum etiam qui deo aut deae, a quibus fuerant ſingulare aliquod beneficium nacti, aut in cuius peculiari veluti tutela vixerant, veſtes pretioſas vel adtritas, capillos, arma, praedae partem, aliaque id genus ſuspendere ac dedicare ſolebant. Sic Dianae venationis πρωτάγριον, vt a Callim. dicitur H. in Dian. 104., ſeu *primitiae* a venatoribus dedicari ſolitae: a Gallo Cybeles miniſtro, veſtes et capilli eidem deae ſuſpenſi ob viſum leonem, qui audito tympani ſonitu aufugerat, quod

---

q) Quamquam enim λέλημμαι dicitur Eurip. Ion. 1113. pro εἴλημμαι, tamen non vice verſa εἴλειμμαι pro λέλειμμαι. cf. Fiſch. ad Well. III, I, 425. 427.

r) μόνος ſine teſtibus, vel, nemine opitulante. *Gir.*

s) Idem *Gir.* et *Münt.* obſeruarunt.

t) ἱερὸν pro Subſt. τὸ ἀνάθημα, donum, male accepit *Gir.*

in epigrammate inedito Antiſtii legitur v). Singularis vero eſt eam in rem, et qui adduci hic meretur, ap. Hippocr. locus de virginum morbis ſect. 2. ſub finem, vbi de virginibus reſipiſcentibus a quibusdam deliriis et panicis terroribus addit: τῇ Ἀρτέμιδι αἱ γυναῖκες ἄλλα τε πολλὰ καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν ἱματίων καθιεροῦσι, κελευόντων τῶν μάντεων ἐξαπατώμεναι. Adde notos Maronis verſus Aen. XII, 768. qui a viris doctis ad 944., vbi *oleaſtri* mentio, adducuntur:

Nautis olim venerabile ſignum:
Seruati ex vndis, vbi figere dona ſolebant
Laurenti diuo, et votas ſuſpendere veſtes. *Spanh.*

939. ſ. ἔπειτα, vt εἶτα 794. auget interrogationem ita vt admirationem cum indignatione quadam coniunctam indicet x). ἀνατεθήσεται *ſuſpendetur*, vid. ad 845. Quia palliaſtrum, quo quis amicitur, ex eius corpore ſuſpenditur ita, vt illud circumdet et cingat: propterea Carion περὶ πονηρὸν ἄνδρα, inquit, καὶ τοιχωρύχον y) h. e. *ſceleſtum*, vid. 910. Et quia palliaſtrum ſciſſile et detritum vt perſona, ita corpore hominis improbi digniſſimum eſt, idcirco Carion ποῦ κάλλ.. ἀνατ. inquit. *Fiſch.*

---

v) Integrum illud epigramma ediderunt Kuſter. ad Suid. III. 642. Reisk. in Conſt. Ceph. Anthol. n. 487. Brunck. in Anal. II. p. 284. Iacobs. in Anthol. Gr. II. p. 259. n. 1. Cf. Iacobs. Anim. II, II. p. 320. vbi etiam quaedam a Spanh. dicta correxit.

x) ποῦ κάλλιον i. e. quem magis decebit illud nullius pretii pallium, quam hunc nebulonem? Münt. Certe quando vilis et detrita veſtis vili homini et inutili accommodetur, omnino illic eſt, quod vulgo ſertur adagio: *dignum patella operculum*. *Gir.* Perperam in Rau. κάλλιον ἄν.

y) Heſychio τοιχωρύχος, λῃστής, κλέπτης. Suidas, ſi modo manum eius ſeruauerint Edd., discrimen facere videtur duarum vocum: τοιχωρύχης, κλέπτης· τοιχωρύχος, λῃστής· τοιχωρύκτης δέ· priora Mediol. princeps nulla diſtinctione feiungit: idcirco verius puto: τοιχώρυχης, κλέπτης, τοιχωρύχος, λῃστής· τοιχορύκτης δέ· quod eo additum, vt moneat, vhum, qui τοιχωρύχης per ω ſcribi iuſſerit, in τοιχορύκτης o poſtulaſſe. Et haec quidem extremae vocis ſcriptura fide nititur vetuſti codicis, quem H. Stephanus vſurpauit Th. L. Gr. III. p. 1582. B. in ceteris tamen, quae aliter ac vulgo feruntur expreſſit, Edd. eum poſthabendum duco. *Hemſt.*

941. κοσμεῖν ἱματίοις. Aeſchylus Eumen. 55. καὶ κοσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα φέρειν δίκαιος οὔτ' ἐς ἀνθρώπων στέγας· ornatusque (furiarum) *talis eſt, qualis nec ad deorum imagines recte inferatur, nec in aedes hominum*, i. e. turpiſſimus. Agam. 93. θεούς τοι τοῖσδε τιμᾶν χρεών· *quippe deos oportet hisce honorare. Bergl.* κοσμεῖν Πλοῦτον *ei dicare*, ſuspendere. ἱμάτια σεμνὰ eſt *pallium integrum*, candidum. Nam refertur ad τριβώνιον. *Fiſch.*

942. ἐμβαδίοις, *calceis*, non quos Carion detraxerat pedibus ſycophantae, ſed hominis probi, quos eius ſeruulus portabat. vid. 848. et 952. Nam quia etiam calceos, vt palliaſtrum, apparebat Pluto non eſſe dignos, quaerit homo: τοῖς ἐμβ. τί χρησ. τις h. e. *cedo, quid fiet de calceis?* De vario vſu v. χρῆσθαι accurate expoſuit Hemſt. ad Callim. h. in Dian. 69. *Fiſch.* ἐμβάδια dici τὰ ἁπλῶς, ſiue potius ἁπλῶς τὰ ὑποδήματα, notat hunc verſum profe-rens Tho. Mag. in Ἐμβάδες [p. 330. f.]. *Hemſt.*

943. f. Circa templa deorum erant luci, in quibus erant vt aliae arbores, ita etiam oleaſtri: de his maxime ſolebant donaria clauis affixa ſuſpendi, quia earum tanta eſt viuacitas, vt, etiamſi clauis configantur multis, tamen nihil laedantur. v. Herald. ad Tertull. Apol. p. 58. et Turnebus ad Virg. Aen. 12, 766. ff. Eo igitur reſpiciens Carion dicit z): hos (calceos) quoque continuo huicce, tanquam oleaſtro, affigam ad frontem paxillis. Nam τουτωὶ eſt ſycophantae, quem comparat Carion iocans cum oleaſtro. κότινος ab Atticis vocatur oleaſter, olea ſylueſtris, quam reliqui Graeci vocant ἀγριέλαιον (Moeris p. 237.),

z) Aliter accepit, ſed perperam, *Gir.* cuius haec ſunt verba: „In templis perticae erant, de quibus donaria pendebant. Perticae autem, quo iam nullo discrimine ex arboribus ſumebantur, ſpeciem pro genere ſumit, quum ait: προστατ. etc. h. e. *agam in hanc perticam oleaſtrinam*, h. e. in hunc nebulonem, quem cum ligno et ſtipite conferre poſſim. Diis quae offerantur, non ipſi portant, ſed in ligna quaedam reiiciuntur; hic ferat ipſe, perticae loco, quae ſacrata ipſi ſunt, calceos et paltiaſtrum." Nec bene reddidit Francog. interpres: Je veux les ficher à ſon front avec des clous, comme on le fait avec des branches d' olivier dans les temples. κότινον pro quauis arbore dici conſet quoque *Münt.*

recentiores etiam ἀνδριαλκίαν (Heſ. V. Κότινος). Cf. ad 586. προσπτερνίζειν eſt, paxillo, clauo affigere, clauis affixum ſuſpendere, vt Theophr. Char. 21, 2. *Fiſch.* Vide quae ad huius loci illuſtrationem affert Spanhem. ad Callim. p. 205. [ed. Graeu.]. *Kuſt.*

945. ἄπειμι *abibo*, v. ad 70. et 605. Pro γινώσκω reponenda eſt haud dubie forma Attica γιγνώσκω *a)*, vel metri cauſa (v. ad Aeſch. Socr. 1, 10, 2.), etſi non ignoro ap. Hom. Il. V. 824. nunc legi γινώσκω, vt prima ſit longa, ſed ibi quoque leg. γιγν. *b)*, quae forma eſt in aliis locis carminum poëtae. ὤν pro Infinit. ponitur (video me eſſe), et ἥττων eſt *impar*, *inferior*, et dicitur maxime de iis, qui vel e pugna vel e iudicio omninoque e certamine victi diſcedunt. *Fiſch.*

946. σύζυγον. Sic Oreſtes Pyladis dicitur σύζυγος in Eurip. Iph. Taur. 251. τοῦ συζύγου δὲ τοῦ ξένου τί τοὔνομ' ἦν; *Bergl.* Eſt *ſocius*, *adiutor*. Nam ductum eſt vocab. a iumentis, curru et vehiculo iunctis, quorum vnum adiuvat alterum in trahendis vehiculis *c)*. Sic Paul. Ep. ad Phil. 4, 3. σύζυγος i. q. 2, 25. συνεργός, *collega*. *Fiſch.* Cod. Doru. πρὸς ſuper τινὰ ſcripſerat, vt indicaret, opinor, λάβω idem hic eſſe, ac προσλάβω. *Hemſt.*

947. σύκινον. Intelligit ſycophantam, qualis ipſe eſt: alludit autem ad etymologiam; nam voc. συκοφάντης componitur ex σῦκον et φαίνω, *oſtendo ficus*, nempe illas quae exportantur ex Attica, ſiue, defero illos qui ficus exportant apud magiſtratum. Sic Veſp. 145. καπνὸς ξύλου συκίνου, vbi v. not. Aliquando alludit ad verbum φαίνω, vt Ach. 726. μήτ' ἄλλος ὅστις φασιανὸς ἦν' ἀνήρ, et alibi. Auu. 1693. ἐσὶ δ' ἐν Φαναῖσι πρὸς τῇ κλεψύδρᾳ etc. *Bergl.* Σύκινον, ſi ſimpliciter capias, quo prior Schol. Doru. interpretatio vergit, pro ἀσθενῆ vel ἀσθενέσατον, potius ſcribendum

---

a) γιγνώσκω e membr. edidit *Brunck.* eumque ſequutus eſt *Inu.*

b) Ibi etiam Hcyn. et Wolf. ediderunt γιγνώσκω.

c) Hinc verſus ille eſt prouerbialis: Ἐγώ τε καὶ σὺ ταυτὸν ἕλκομεν ζυγόν, h. e. ſtudio pari, ſimili contentione, commune peragimus negotium. *Gir.*

alicui videatur: Κἂν σύκινον· *quod si ſocium aliquem nactus fuero vel ficulneum ac plane debilem, perſiciam profecto, vt viribus* iſte potens deus hodie poenas luat. Verum quoniam fieri vix poteſt, quin duplicem in σύκινον virtutem concipi voluerit Ariſtoph., primam, quae τῷ συκοφάντῃ reſpondeat, ſecundariam alteram, quae τῷ ἰσχυρῷ per iocum opponatur, libentius retineo καὶ σύκινον· *at ſi conſortem aliquem inuenero meisque ſycophantae moribus ſimillimum, efficiam profecto hodie* etc. τήμερον enim vtrique verbo, nullo ſententiae detrimento, aeque commode adiungi poteſt. Quem autem errorem *Erasmus* Chil. Adagg. V. *Ficulnus*, hunc Comici verſum proferens latineque vertens commiſerit, eum facile quiuis, praeſertim monitus, deprehendat. *Hemſt.* σύκινος propr. eſt, *ficulnus, ficulneus.* Quia lignum ficulnum eſt molle et inutile, hinc σύκ. dicitur *infirmus, inutilis.* V. Etym. M. V. Σύκινοι ἄνδρες et Apoſtol. Prouu. 17, 79. H. l. credo poëtam ſimul reſpexiſſe ad etymon v. συκοφάντης et intellexiſſe adiutorem non debilem tantum, ſed etiam ſycophantae ſimilem, alium ſycophantam *d*). Nam 1. referuntur inter ſe σύκινος et ἰσχυρός· 2. Ariſt. etiam aliis locis alludit ad etymon v. συκοφ. *Fiſch.*

Vocabulum ἰσχυρὸς mediam ſyllabam producit; ergo (in) quarto pede non poteſt conſiſtere [ex vulg. lect. τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεόν]. Lege igitur ordine inuerſo: τοῦτον τὸν ἰσχ. θεόν. *Bentl.* τοῦτον τ. ἰ. θ. Sic recte tres Regii, vt legendum eſſe monuerat Bentl., cui morem geſſit Hemſt. *e*). Vulgo inuerſo ordine et profligato metro: τ. ἰσχ. τοῦτον θ. *Brunck.* Plutus a ſycophanta appellatur ἰσχ. θεός, quia

d) *Gir.* tantum de homine improbo et nullius pretii intellexit. *Münt.* autem monet, ſycophantam non ex ſua opinione, ſed Iuſti et Carionis, qui omnes ſycophantas nihili ducebant, ita loqui. Nam *Brunck.* haec adnotauerat: „Nullam ad nomen συκοφάντης alluſionem reperire hic poſſis, niſi fingas, eum, qui loquitur, ſemet ipſum fugillare voluiſſe: σύκ. σύκινος opponitur ἰσχυρῷ θεῷ. Hoc ſatis argutum eſt, nec aliud quaerendum."

e) Primus is ita recepit, auctore Bentleio; tum eum ſequutus eſt Fiſch., atque idem, vt videtur, ex Rau. dedit Inu., nam e Borg. affertur vulgata ſcriptura. Ceterum contemtim et inuidioſe addi τοῦτον (iſtum) obſeruat *Gir.*

inopes, ſed probos, ditauerat, opulentos ſed improbos reddiderat inopes. *Fiſch.*

948. ff. τήμερον Sch. Doru. interpretatur ἰσήμερον, quae eſt communis vocabuli forma. Solent autem Grammatici antiqui formas verborum Atticas communibus explicare. δοῦναι δίκην eſt Lat., *poenas dare.* Videtur ſycophanta minari *f)*, ſe effecturum eſſe, vt Plutus oculorum luminibus iterum orbetur. δημοκρατία eſt *imperium populare, populi dominatio* (Gl. vett.), ea ciuitatis forma, quum ſumma rerum eſt penes populum. καταλύειν δημοκρατίαν *tollere, euertere, imperium populare,* vt Xen. Cyrop. I, I, I. *g)* περιφανῶς eſt φανερῶς (Sch. Doru.) *palam neque clam.* εἷς ὢν *h)* μόνος *quum ſit vnus et ſolus,* omnibus adiutoribus careat (vid. 735.). Nam vnus et ſolus Plutus ciues opulentos reddiderat inopes et contra *i)*. *Fiſch.* καταλ. περιφ. *democratiam deſtruit palam.* Sic fere Chorus Veſp. 461. ἆρα δῆτ' οὐκ αὐτὰ δῆλα τοῖς πένησιν, ἡ τυραννὶς ὡς λάθρα γ' ἐλάνθαν' ὑπιοῦσά με, εἰ σύγε — τῶν νόμων ἡμᾶς ἀπείργεις, ὧν ἔθηκεν ἡ πόλις, οὔτε τιν' ἔχων πρόφασιν, οὔτε λόγον εὐτράπελον, αὐτὸς ἄρχων μόνος. Statim autem ſi quis potentiorum aliquid noui moliretur, ſuſpectum habebant affectatae tyrannidis: ὡς ἅπαντ' ἡμῖν τυραννὶς ἐστι καὶ ξυνωμόται, Veſp. 485. *Bergl.*

950. f. Tribus Athenis erant tum, e Cliſthenis inſtituto, *decem:* e ſingulis in ſenatum legebantur ciues quinquageni: vnde ſenatus dictus eſt ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων (Pollux 8, 19. et 155.), h. l. ἡ βουλὴ ἡ τῶν πολιτῶν. Summa ſenatus erat vno eodemque tempore penes quinquagenos, qui πρυτάνεις dicebantur; hi deſcripti erant in quin-

---

f) Minatur iisdem verbis, quibus Paupertas v. 433. *Münt.*

g) Formulam hanc et ſignificatum v. καταλύειν diſſoluere, deſtruere, illuſtrat *Eckard.* p. 89. f.

h) Ὢν redundare et adiectum eſſe, vt culpam violatae democratiae in Plutum expreſſius conferat, cenſet *Gir.* εἷς abundare exiſtimat *Münt.*

i) Quaedam monocratia erit, ſi Plutus vnus diuites reddat Athenienſes vel pauperes. Hinc calumniandi occaſionem arripit, quam Athenienſibus ſcit ſemper optatiſſimam eſſe, vt Plutum deferat, tanquam democratiae hoſtem. *Gir.*

que decurias; decuriae singulae praeerant senatui singulis hebdomadibus; hi dicebantur *πρόεδροι* et eorum princeps appellabatur *ἐπισάτης ἐν τῷ δήμῳ, ἐπισ. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐπισ. τῶν προέδρων.* v. Ind. Aesch. V. *Πρόεδροι k).* Iam vero senatus nihil poterat agere in rebus publicis sine reliquorum ciuium consensu, vnde additur *οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.* *Ἐκκλησία* autem est *concio* populi (Ammon.). Populus conuenire solebat vel in foro vel in theatris vel in loco quodam iuxta arcem, qui *πνὺξ* dicebatur, et quidem ter singulis mensibus; hae conciones dicebantur *ἐκκλησίαι νόμιμοι*, h. e. legitimae, etiam *κυρίαι*, sed conciones *extraordinariae* vocabantur *ἐκκλησίαι σύγκλητοι l),* quae habebantur in templis, vt Bacchi, v. Aesch. Orat. T. I. p. 241. Reisk. Itaque *οὔτε τὴν βουλὴν — ἐκκλησίαν* est, inconsulto et inuito senatu atque populo *m).* Nam *πιθὼν* est Aor. 2. verbi *πείθω*, i. q. *καταπείσας*, Sch. Doru. *Fisch.*

952. *πανοπλία*, vt *ὅπλα* (quod voc. proprie vt Lat. *arma*, instrumenta omnium artium et rerum indicat, v. Ind. Palaeph. h. v., deinde singulatim bellica instrumenta, quibus in defendendo corpore homines vtuntur) dicuntur, *clypeus*, *lorica*, *gladius*, *galea*, (v. ad Anacr. 17, 3. *n*)) quo significatu legitur Ael. V. H. 3, 24. Eph. 6, 11. ff. vbi tamen tropice positum est. Cf. Lydius Agonist. Sacr. c. 9. f. H. l. per iocum sic nominantur *palliastrum* et *calcei*; hic enim fuerat nuper ornatus hominis, quum inops esset *o).* v. 843. 847. *Fisch.*

953. *ἔχων βαδίζεις*, h. e. *ἔχεις* i. e. *φορεῖς*, *gestas* (vid. 883.). Neque verbum *βαδίζειν* caret acrimonia. Est Lat.

---

k) De his Epistatis et Proëdris post Corsinium Fast. Att. Diss. VI. T. I. p. 260. et Clem. Biagium de decretis Athenn. c. 2. et 13. copiosius et subtilius egit *I. Luzac* singulari disquis. adiecta eius Orationi de Socrate ciue p. 92 — 125. LB. 1796. 4.

l) De vtroque *ἐκκλησιῶν* genere dixit etiam *Eckard.* Obss. p. 90. f.

m) Qui *βουλὴν* et *ἐκκλησίαν*, quae remp. Athenn. vniuersam moderabantur, euertenda censebat, omnem rempubl. euertere velle censebatur. *Gir.*

n) Add. *Eckard.* Obss. p. 91. f.

o) Carion interea sycophantam his Iusti vestimentis ornauerat. *Girard.*

incedere, quod dicitur de hominibus cum quadam pompa et faſtu ingredientibus, quod ii faciunt, qui magnificis veſtibus ornati ſunt. *εἰς τὸ βαλανεῖον.* Intell. *balneum publicum*: quae balnea quum Athenis eſſent hyeme domicilia egenorum, apparet, cur ſycophanta ſe in balnea iubeatur conferre *p*). *Fiſch.*

954. *κορυφαῖος ἐσ.* Nempe vt velut otioſorum et egenorum in balneis, quo ibi caleſierent, anteſignanus ſedeat; *κορυφαῖος τῶν χορευτῶν*, ſ. *ſaltatorum dux*, vt de eo Demoſth. adu. Mid. p. 334. [c. 17. ed. Spalding.] *ἦν δὲ ποθ' ἡγεμὼν τῆς φυλῆς κορυφαῖος*, vt hoc iam et alia eam in rem notaui ad Call. in Lau. Pall. 67. *Spanh.* *κορυφαῖος* eſt propr. *verticalis*, 2. is, qui in aliquo genere *primus* eſt et *princeps*, inprimisque *princeps chori*, h. e. vel *praeſultor*, vel *praecentor*, v. Pollux 4, 106., et *locus* eius, etiam *munus*, dicitur *σάσις*. Vnde ratio ioci cognoſcitur. Nam comparat homo multitudinem pauperum in balneis degentium cum choro, quia fere in orbem ſtant; in eo ſycophantam iubet occupare primum locum, quem (*τὴν σάσιν ταύτην q*)) ipſe nuper (*ποτέ*), quum egenus eſſet, tenuerat. *θέρεσθαι* eſt verbum Atticum; reliqui Graeci dicunt *θερμαίνεσθαι*. Moeris [p. 183.] Tho. Mag. [p. 440.]. *Fiſch.*

956. ſ. Huic verſui in meo codice recte praefixa perſona Chremyli. *Brunck.* Cum eo praefixit *Inu.* — *Ἕλξει.* In Eqq. 768. *καὶ τῇ κρεάγρᾳ τῶν ὀρχιπέδων ἑλκοίμην ἐς Κεραμεικόν.* Auu. 443. *μήτ' ὀρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν.* Sed et alibi ſaepe inclementer tractantur apud noſtrum teſtes. *Bergl.* *ὁ βαλανεὺς* eſt *balneator*, qui curam habet balnei et operam dat lauantibus, vnde et *λουτροχόος* dictus eſt (nam *λοῦτρον* eſt *aqua balneatica*) et *περιχύτης* v. Theophr. Charr. 9, 3. *θύραζε* eſt *foras*, vt 244. cf. Heſ. Moer. p. 185. Eſt vocab. Atticum, vt *ἕλξει* forma Attica pro

---

p) Superius v. 535. dicebat, Paupertatem dare ſolere *φῶδας ἐκ βαλανείου*, quia illuc ſoleant confugere pauperes hieme: hic eodem ablegat ſycophantam, iam pauperem. Alciphron. I. ep. 25.: *θραμὼν — ἐπὶ τὸ βαλανεῖον — ὑπερόμην* [vbi v. Bergl. et quos laudat Wagner. T. I. p. 131.] *Bergl.*

q) *Gir.* putabat, *σάσιν* h. l. eſſe militare vocab., de loco quem miles defendendum ſuſcipit, dictum, et ad *παραλίαν* reſpicere. Aſſentitur ei *Mint.*

communi ἕλκύσει. Moeris p. 134. τὰ ὀρχίπεδα ſunt *teſtes*, *teſticuli*, *colei*, et verba prehendendi et capeſſendi iunctum habent Genitiuum rei, qua quis prehenditur, qui Genit. pendet ab omiſſa praep. ἐκ. Nam Acc. αὐτὸν pertinet et ad ἕλξει et ad λαβών. Cf. Matth. 9, 25. Marc. 9, 27. ἰδὼν — γνώσεται etc. *videbit enim ſtatim, eum eſſe improbum hominem.* γνώσεται reliquis Graecis commune eſt cum Atticis, εἴσομαι his proprium. v. Moeris p. 161.

958. ὅτι ἔς'. Sic bene membr. Vulgo ὅτ' ἔς'. In C. ὡς ἔς' *Brunck.* [quem *Inu.* ſequutus eſt.]. ἐκείνου qui mutet, nullum inueni *r)* nec ſcriptum nec formis impreſſum codicem, idque tale eſt, vt locum haud abſurde tueri poſſit, ſed cui tamen praeferendum putem ἐκεῖνος. *Hemſt.* Ita mihi etiam legendum videtur, vt perſpicuitati orationis conſulatur *s)*. (De verbis πον. κόμμ. cf. ad v. 863. dicta.) Eiiciebantur autem e balneis publicis homines nequam, ne forte furarentur veſtes eorum, qui balneatoribus operam dabant. v. Ind. Theophr. V. βαλανεῖον. *Fiſch.*

959. Si admittenda ſit in hanc ſcenam Chremyli perſona, vt admittendam eſſe arbitramur, longe illi congruentius, quam Carioni, verſus hic vltimus dabitur *t)*: aequum enim eſt, vt ipſe dominus aedium alium foris venientem inuitet, ne plus, quam par ſit et decorum, ſeruulus ſibi ſumere videatur. Chremylum autem in hac ſcena, ſicut monuimus ad 855. ſuas peregiſſe partes, anus, quae interea dum domum erant intraturi *v)* ſuperuenit, ſatis demonſtrat: ad quos enim alios blandum illud adloquium, ὦ φίλοι γέροντες, referri poſſit, niſi ad vtrumque ſenem, Chremylum et Iuſtum virum *x)*, quibuscum ſycophanta, quem

---

r) Gir. explicat: illius et notiſſimi commatis; iam enim percrebruit, eos tantum pauperes eſſe, qui mali ſint.

s) ἐκεῖνος etiam ex h. l. attulit *Eckard.* p. 92. et, vt οὗτος, in contemtum poni docuit: eſt *iſte* malae notae.

t) Ita etiam cenſuit *Fiſch.*, ſed ap. Br. et Inu. totus locus Chremylo tribuitur. Νὴ (i. e. ἡμεῖς, Moer. p. 265. Chremylus et Iuſtus, *Fiſch.*) ſcribitur vulgo Νή, vid. 401.

v) εἰσίωμεν, *intro*, in domum, *eamus*.

x) At vid. Not. ad ſequ. v.

male mulcatum abegerant, rixa fuerat? Imo Chremylus ipſe, niſi ſuas in hac ſcena vices ſuſtinuiſſet, qui poterat ad vetulam dicere 971. ἦπου καὶ σὺ συκοφάντρια ἦσθα; quaſi diceret: num tu quoque pariter atque ille, quem modo hinc reiecimus, inter viros ſycophanta fuit, in mulieribus itidem ſycophantriam geſſiſti? Neque obſtat 966. ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελ. quod ita non eſt accipiendum, tanquam hoc ipſo demum temporis articulo domo ſe prodire ſignificaret: eo tantum tendit Chremyli ſermo, vt nihil eſſe cauſae dicat, cur ſeruulorum aliquem, qui eam intromittat, foras euocet; ſe quippe familiae dominum proceſſiſſe atque adeo iamdudum adſtare. αὐτὸς ſcilicet dominum deſignat, qua de re nota eſt Caſauboni obſeruatio ad Theophr. charr. c. 2. Vim elegantem vulgo minus perſpexerunt in Theocr. Id. 24, 50. Ἄνσατε δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἄϋτεῖ. Vſus inprimis Ariſtophani familiaris: egregie conuenit hic illud Ran. 523. αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι. Pollucem audiamus III, 74. Ἀριστοφάνης μέντοι κατὰ τὴν πολλὴν συνήθειαν τὸν δεσπότην αὐτὸν κέκληκεν, εἰπὼν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, Ἀνοιγέτω τις δῶμα᾽, αὐτὸς ἔρχεται· haec praeclara ſoli debentur codici, quem vocamus, Falkenburgiano, cuius in proxime ſequentibus non minus inſigne beneficium, maculis nonnihil obſcuratum, nos per hanc occaſionem emendando illuſtrabimus: εἰ δὲ ὁ κατὰ Δωροθέου λόγος Ὑπερίδου, φησίν, Ὥσπερ τὸ ἀτιμότατον θεραπόντιον· illa oratio Philini foret, an Hyperidis, dubitatum olim fuiſſe conſtat ex Harpocr. V. Ἐπὶ κόρρης. Iuſti perſona, vt eo redeamus, in ſequenti ſcena non amplius adparet: quae enim ibi aguntur, facile, ſine eius interuentu abſolui poterant. Quamuis igitur Schol. ad 964. neſcio quam ob rem ſcribat: προσπαίζουσι τῇ πρεσβύτιδι οἱ γέροντες, exiſtimo tamen eum ſcena exceſſiſſe, dum Chremylus reſtat, ab anu garrula primum et amore percita, deinde ab adoleſcente, cuius ingenium vino incaluerat, occupatus. Porro Tho. Mag. in Εὔχομαι [p. 396. f. Bern.] *y)* notat, προσεύχεσθαι Datiuo ſolere iungi, ἅπαξ δὲ

y) Tho. M. etiam laudauit *Kuſt.* προσεύχεσθαι τὸν θεὸν eſt, vt 842. [vbi πρὸς additur, quem loc. etiam *Gir.* attulit], *gratias agere Pluto*. Attici enim προσεύχεσθαι conſtruunt cum Accuſat., reliqui Graeci cum Dat., qua ipſa tamen conſtructione vtuntur nonnumquam Attici. v. Xen. Cyrop. 1, 6, 1. Moeris [p. 314.] *Piſch.* Verbi ipſius amplum ſignificatum illuſtrauit Eukard. p. 95. f.

καὶ πρὸς αἰτιατικήν, adiectis Comici noſtri verbis: idem a vett. Grammaticis velut rarius et animaduerſione dignum fuiſſe obſeruatum, ex Suida liquet in προσεύξῃ z). *Hemſt.*

Poſt h. v. in ed. Brunck. legitur: ΧΟΡΟΣ. (λείπει ἡ τοῦ Χοροῦ ᾠδή). Incipit a ſequ. verſu in edd. plerisque Actus quarti ſcena quarta.

Carione et Iuſto domum Chremyli ingreſſis Sycophanta diſparuit, Chorus in proſcenio canit; cui ſuperuenit anus libidinis indomitae, Plutum quaeritans, vt apud eum expoſtulet de iuuene amatore, a quo ipſa paulo ante fuerit relicta. Diſceſſionis cauſa diuitiae fuerunt, quas ſpecioſus adoleſcens ideo nactus eſt, quod probus eſſet. Nam paupertate coactus aniculae amore ſe captum eſſe ſimularat, reuera a putidis meretriculae moribus alieniſſimus. *Gir.* Poëta inſtituit iam, poſt ſycophantam inducere alias perſonas querentes, quae, quum vel ex opibus hominum diuitum ſed malorum vel ex inopia bonorum multos magnosque cepiſſent fructus, nunc ſe iis orbatas viderent. *Fiſch.*

960. Haec vt pleraque huius dramatis, manifeſto ſunt e Pluto priore, in quo Chorus ſuas agebat partes. Chremylus abducto ſecum Viro iuſto domum ingreſſus fuerat: ſolus erat in ſcena chorus canticumque canebat. Supervenit anus, quae ſcire cupiens, vbinam habitaret nouus deus, nullos alios quam chori perſonas percunctari poterat. Male Hemſterh. verba ὦ φίλοι γέρ. ad Chremylum et Iuſtum refert a) verſuique 962. Chremyli perſonam praeponit. Sic quidem eſt in B. At verius tres alii duos illos verſus choro tribuunt. In ſcenam non prodit amplius Vir Iuſtus. In C. textui inſerta παρεπιγραφή, ſic: Γραῦς τίς φησι πρὸς τὸν Χορόν. Γραῦς· ἀλλ' ὦ φίλοι γέροντες. *Brunck.*

Ἆρ' ὦ φίλοι. Ita ſolent percontari locorum ignari, quum aedes alicuius quaerunt. Soph. Electr. 1104. ἆρ',

---

z) Aberrauit igitur librarius cod. Rau. προσεύξῃ ſcribens.

a) Eos etiam per γέροντας intellexit *Fiſch.*, dictos ita quod fuerint decrepiti; ſcilicet conſtituiſſe quidam eos introire (959.) ſed nondum intraſſe, quod iis ſuperuenerit anicula, quae adoleſcentula videri vellet; adeo erat illi os fucatum. Rectius *Gir.* iam vidit chorum dici, vt 258. Ceterum Chremylus non ita multo poſt exiiſſe rurſus domo cenſendus eſt (966.), in qua Carion cum Iuſto remanſit.

ὦ γυναῖκες, ὀρθά τ' εἰσηκούσαμεν, ὀρθῶς τ' ὁδοιποροῦμεν, ἔνθα χρήζομεν; Idem Oed. tyr. 934. ἆρ' ἂν παρ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, μάθοιμ' ὅπου τὰ τοῦ τυράννου δώματ' ἐστὶν Οἰδίπου; Vide noſtr. infra 1172. *Bergl.*

961. ὄντως cohaeret cum v. ἀφίγμεθα h. e. ἤλθομεν, Sch. Doru. Nam comitatae aniculam ancillae videntur. ἡ οἰκία τοῦ νέου τούτου θεοῦ eſt *domus in qua Plutus eſt* (Chremyli domus) qui νέος θ. dicitur, quia viſum modo receperat. vid. 769. τῆς ὁδοῦ τοπαράπαν ἁμαρτάνειν eſt *tota via* (ad domum dei ferente) *aberrare*. Nam ἁμαρτάνειν dicuntur propr. qui propoſitum non tenent, qui a propoſito aberrant, et opponitur v. τυγχάνειν. Sic διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ Zoſim. 1, 70. Verba aberrandi conſtruuntur cum Genit. rei *b*). *Fiſch.* νέου θεοῦ. Quo νέου ſ. νέον κρατοῦντος θεοῦ, *nouiter imperantis*, ac νέου inter deos τυράννου, titulo decoratur haud ſemel ipſe rex deorum, Iupiter, Aeſch. Prom. 35. 310. 389. Sic ap. eumdem Eum. 162. οἱ νεώτεροι θεοί, et rurſus 781. eiusd. dram., a quibus proinde diuerſi dicti infra 1027. θεοὶ πρεσβυτικοί, ſeniores dii. Inde vero νέου θεοῦ elogio dictus hic Plutus, quod modo oculorum aciem receperat, et hinc facultas ei ſuppeteret ditandi deinceps quos vellet. *Spanh.*

963. Hoc non loquitur XO. i. e. chorus, ſed XP. Chremylus, et ſic corrigendum. Χοροῦ *c*) non indicat chorum hic loqui, ſed chori cantica ibi olim fuiſſe, nunc deficere. *Bentl.* In cod. Doru. non ſecus atque in cunctis edd. huic verſui praefigitur Χορός. Morem geſſi magno Bentleio monenti, perſonam Chremyli reuocandam eſſe: non enim haec chorum ſed Chremylum proloqui. *Hemſt.* [V. not. ad 960.] ἴσθι, vt Ran. 434. ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὴν τὴν θύραν ἀφιγμένος. *Bergl. ſcito.* Participium poſitum eſt loco Infinitiui, et Pluralis θύρας valet i. q. θύραν Ran. l. l. Non ſolum dignior eſt pluralis numerus Pluti perſona, ſed vitata ſic etiam eſt crebra repetitio earumdem vocalium, ι et η, auribus et ori moleſta. *Fiſch.*

964. Citat Suidas V. Ὡρικῶς et Tho. M. V. Μείρακ̃ [p. 605.] *Kuſt.* μειρακίσκη propr. eſt *aduleſcentula*, puel-

b) πλανᾶσθαι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ contulit *Eckard.* p. 95.

c) Quod etiam ap. Münt. huic ſcenae praefixum eſt.

la inde ab a. aet. XIV. vsque ad a. XXI.' v. Pollux 2, 4. Sed h. l. *anicula* a Chremylo ita vocatur ioci et ludibrii cauſa *d)*, quia comas fuco ornarat, colorem fuco mentita erat. vid. 1065. 1072. 1080. *Fiſch.*

ὡρικῶς. Infra Acharn. 271. ὡρικὴν ὑληφόρον *ancillam nubilem*, vbi Schol. ὡρικὴν, ἀντὶ τοῦ ὡραίαν ἢ ἀκμαίαν. ὥρα γὰρ ἀκμή. *Spanh.* ὡρικῶς vel *lepide*, *decore*, *ſcite*, vt iuuenculam decet ſcilicet. Nam haec anus non volebat videri vetula, verum ὡρικὴ μειρακίσκη. Amabat enim ἴσα ταῖς ὡρικαῖς φλεγομένη, vt cum Alciphrone dicam Epp. I, 13. [vbi cf. Wagner. p. 81.]; ſic Ach. 271.; vel εὐκαίρως, *opportune*. In Electr. Soph. (1106.) loco paullo ante citato reſpondetur: τάδ' ἐστίν, ὦ ξέν' αὐτὸς εἰκασας καλῶς, *hae ſunt aedes, hoſpes: ipſe recte coniecisti.* Ibid. 1108. ἀλλ' εὖ γ' ἱκάνεις. *Bergl.* Suidas in ὡρικῶς quam praebet cod. Doru. interpretationem eius aduerbii ibidem adiecit. (νεωτερικῶς). In eodem cod. eſt πυνθάνη. *Hemſt.* Non carent haec verba elegantia et feſtiuitate, propter ambiguitatem. Nam ὥρα dicitur ſaepe *tempus opportunum et commodum*, ita vt ὡρικῶς ſit *opportune*, *commode*, *tempeſtiue e)*. Nam anicula ſciſcitata erat, ſtans ad ipſas fores domus, quam quaerebat. Sed ὥρα ponitur non modo de quatuor anni partibus, inprimis de vere et aeſtate adulta, ſed ſignificat etiam *maturitatem aetatis*, *aetatem nubilem*; *pulcritudinem* item et *venuſtatem*; denique *leporem* ſermonis et *feſtiuitatem*; *ſuauitatem* et *modeſtiam*; qualis eſſe ſolet in dictis, etiam voce, puellarum ingenuarum. Itaque ὡρικῶς etiam eſt *feſtiue*, *lepide*. Nam anicula cenſenda eſt non ſolum oris fuco, ſed etiam vocis mollitie et orationis humanitate ſe puellam ſimulaſſe. Quae eius leuitas ſimul notatur iſta voce. *Fiſch.*

965. φέρε νυν. Ita plane exhibent Ald. Ed. *Ph. Iunt.* et B. Crat. [et cum Hemſt., Fiſch. Brunck. Inu. pro vulg. φ. νῦν] quemadmodum mox Ἄκουέ νυν v. 976. Fracinus immutauit, quem ſine cauſa ſequuti ſunt recen-

---

d) Hanc deriſionem, quae vocabulo ineſt, etiam *Gir.* animadvertit.

e) Ita etiam interpretatur *Gir.* κατὰ καιρὸν, ſcil. quod nec citius nec ſerius iuſto quaeſiuerat.

tiores. v. ad 788. Cod. Doru. φέρε νῦν· ἄγε δή. Accentus igitur particulae fuerat tollendus. Tum enim Grammatici, quando κατ' ἔγκλισιν legitur, exponere solent per δή. v. Schol. noſt. ad 414. Aeſchyli ad Agam. 946. Apoll. Rhod. Arg. 1, 664. *Hemſt.*

τῶν ἔνδοθεν. Sic IV. codd. recte. Perperam impreſſi τῶν ἔνδοθι. Sic ſupra 228. τῶν ἔνδοθεν τις εἰσενεγκάτω λαβών. *Brunck.* [Recepit etiam *Inu.*] Seueriores Muſas coluiſſe video poëtas Atticos, quam quae in vocis hyperdiſyllabae vltimam correptam accentum cadere paterentur ac proinde iſtud ἔνδοθι perperam hic haberi. Conieceram: τῶν ἔνδοθ' ἐκκαλέσω. Poſtea vero comperi nihil opus eſſe, cur ad coniecturam confugerem: quippe in cod. Mſ. Baroc. lectionem optimam haberi τῶν ἔνδοθεν καλέσω, quae etiam in altero cod. cuius meminit Hemſt. exhibetur, niſi quod pro τῶν per incuriam ſcriptum ſit τόν *f)*. Auu. 1168. τις τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος. Immo hodie pene pronunciare auſim, τῶν ἔνδοθι καλέσω τινα ne Attice quidem dici. *Daiues.* M. Crit. p. 211. ſ.

καλέσω. Sic codd. Mallem hic etiam καλῶ. V. ad Ran. 298. et ad Lys. 851. *Brunck.* Poſt τινά notam interrogationis [quae vulgo erat] tollendam eſſe, vel verba φέρε νυν docent. *Fiſch.* [Sustulerunt *Br.* et *Inu.*] Hoc idcirco rogat, quoniam veretur, ne Pluto fiat importuna et ne repentino ingreſſu Plutum magis in ſe prouocet, quam eum ſibi conciliet. Poſt haec verba Iuſtus, qui antea cum Carione ingreſſus erat, domo egreſſus in anum hanc incidit, cuius querelam excipit, nec minus feſtiue ludit, quam paulo ante ſycophantam luſerat. *Gir.* [Quod non probandum eſt. Imo Chremylus, qui haud dubie anus vocem audiuerat, progreditur.]

966. μὴ δῆτα *haudquaquam* (938.). αὐτὸς h. l. refertur ad τοὺς ἔνδοθεν et τὴν οἰκίαν ideoque eſt, *herus, paterfamilias, dominus.* Nam αὐτὸς quid ſit, ſemper cognoſci debet e vocabulo, ad quod refertur. v. Ind. Theophr.

f) Cod. Doru. τὸν ἔνδοθεν, c. gloſſ. τὸν ἐντός. Prius tolerari nequit: alterum haud aegre feram, ſi quis vel metri gratia anteponendum putet. *Hemſt.* Etiam *Fiſch.* ἔνδοθεν praeſert. Nam qui euocatur e domo, inquit, is debet et ſolet inde prodire. ἔνδοθεν ſupplendum eſſe monet *Gir.*

Charr. h. v. Sic αὐτοὶ Hom. Od. 9, 40. sunt ciues, ratione vrbis; Od. 10, 26. nautae ratione nauis; αὐτὴ Od. 6, 99. hera, quia refertur ad δμῶας, Il. 2, 317. mater, ratione τέκνων. *Fisch. g).*

967. ὅ τι, sic enim scribi debet, non ὅτι *h)* (vid. ad 19.) est *cur*. De ἐχρῆν ad 405. et ad Plat. Apol. 1, 5. *Fisch.* λέγειν σ' ἐχρῆν. Sic B. recte. In C. λέγειν σε χρή. Vulgo pronomen omissum. V. not. ad 432. et 624. vbi eodem modo peccatum fuerat. *Brunck.* Recepit et *Inu.*

968. ff. πέποιθα δεινὰ καὶ παράνομα est: *patior perquam grauem indignamque iniuriam, perquam iniquam experior fortunam.* ἀφ' οὗ, vt 83. ἐξ οὗ *ex quo* (tempore). ἤρξατο βλέπειν *recepit oculorum lumina*, i. q. πάλιν ἀνέβλεψεν ὥσπερ πρότου. Βίος ἀβίωτος est *vita non vitalis*, misera, molesta, insuauis, (Cic. Orat. 2, 6. coll. c. 5.) quae v. 197. dicta est οὐ βιωτὸς βίος. v. Hes. V. Ἀβίωτον, et nos ad Plat. Apol. 28, 4. Spernebatur scilicet et negligebatur muliercula ab amatore suo, qui ex inope opulentus euaserat, et cuius consuetudine ipsa nuper erat delectata. *Fisch.* Aeschines de f. legat. *i)*: ἀβίωτον εἶναί μοι τὸν βίον νομίζω. Gorgias Orat. Palamedis [p. 112. T. VIII. Oratt. Grr. Reisk.] πῶς οὐκ ἂν ἀβίωτος ἦν ὁ βίος μοι πράξαντι ταῦτα; Antipho [Apol. caed. inuolunt. T. VII. p. 666. Orr. Reisk.] ἀβίωτον τὸ λειπόμενον τοῦ βίου διάξω (quod idem est quod in Soph. Oed. Col. 1688. ἔμοιγε ὁ μέλλων βίος οὐ βιωτός, de qua phrasi supra v. 197.) Aliquando in neutro genere: Eurip. Ion. [670.] εἰ μὴ γάρ, ἥτις μ' ἔτεκεν, εὑρήσω, πάτερ, ἀβίωτον ἡμῖν. Idem Herc. F. 1257. ἀναπτύξω δέ σοι, ἀβίωτον ἡμῖν νῦν τε καὶ πάροιθεν ὄν *non viuendum mihi ne-*

---

g) Perperam ille ἐξελήλυθα interpretatur simpl. *sum*, et dictum a Chr. putat, vt anus intelligeret, ipsum scire Plutum esse in domo. Imo ita loquitur, quia modo egressus erat, aut egrediebatur; et αὐτὸς malim reddi: ipse, non vocatus, sponte mea. *Gir.* sic accepit: ego ipse nunc primum ex aedibus prodeo, ita vt fides mihi maxime sit habenda. *Münt.* non opus est, vt quemquam euoces, quum modo illinc egressus sim.

h) Quod pro διότι, τίνος ἕνεκα dictum accepit *Münt.*

i) P. 28. extr. ed. Tayl. p. 191. T. III. Orr. Grr. Reisk. Cf. Reisk. Ind. Aesch. T. IV. h. v.

que nunc, neque antea fuiſſe. Ariſtides in Panathenaico ὡς ἀβίωτον ὂν ἡττηθεῖσι. Vtuntur et voce βιώσιμον. Soph. Electr. 572. τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ' ἄτερ βιώσιμον; Eurip. Heracl. 606. χρησμοῦ τε μὴ κρανθέντος, οὐ βιώσιμον. *Bergl.* A in compoſitis adiectiuis ſaepe vim habet τοῦ κακοῦ eumque in modum a Grammaticis explicatur: fidem facit vel ſolus Heſych. in A, Ἀγεννήτων, Ἀμήτωρ, Ἄνυμφον, Ἀπρόσωπος etc. Apollon. Soph. Lex. Il. et Od. ap. Monteſalc. in Bibl. Coislin. p. 457. τὸ δὲ φαῦλον (δηλοῖ τὸ ᾱ) ὅταν φάσκωμεν ἀπρόσωπον καὶ ἀτράχηλον, ἴσον τῷ κακοπρόσωπον, κακοτράχηλον· ſic enim eius verba ſunt reſtituenda *k*). *Hemſt.*

972. f. ἦπου eſt aut, *certe, credo*, vt 700. et 833. *nimirum* Gl. vett. v. Hoogeu. Doct. particc. c. 21, 2. 3. 1. f. ſed tum nota interrogationis poſt ἦσθα (h. e. ὑπῆρχες) tolli debet: aut, *an forte:* v. Hoogeu. c. 21, 2. 3. 7. et tum ſignum interr. retineri debet, quod melius eſt, quia praecedit interrogatio: τί δ' ἐστιν (*quid*)? συκοφάντριαι) ἐν ταῖς γυναιξὶν eſt *criminatrix, accuſatrix, falſa*, quae minatur mulierculis, ſe eas accuſaturam eſſe, quo auferat ab iis aliquid numorum (vt συκοφάντης 874). Nam quia ſuperiore ſcena queſtus erat ſycophanta quidam de iniquitate ſcil. Pluti, qui ipſum reddidiſſet inopem: ſuſpicabatur Chremylus, aniculam, quae et ipſa accuſaret Pluti iniquitatem, eſſe ſycophantriam *m*). μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ eſt *neutiquam, haudquaquam. Fiſch.*

973. De h. l. abunde interpretes [veteres]: quibus adde, quae notauimus ad 277. Similis iocus occurrit Eccles. 679. Εἰδὼς ὁ λαχὼν ἀπίη καίρων ἐν ὁποίῳ γράμματι δεικνῦ. Cfr. etiam Suid. V. Ἀλλ' οὐ λαχοῦσα vbi locus hic citatur. *Kuſt.* Accurata huius loci expoſitio in Scholiis

---

k) Laudauit iam hanc Hemſt. coniecturam Villoiſonus editor Lexici Apoll. Sophiſtae p. 2. f. Aliam coniecturam propoſuit Herm. Tollius, qui idem Lexicon iterum edidit (1788.) p. 2.

l) Formam συκοφάντρια illuſtrat praeeunte Schol. *Gir.* ſimili voc. πανδοκεύτρια. Singularem vim part. καὶ (καὶ σύ) quam Graeci praemittunt, ſi cum admiratione interrogant, exemplis firmat Eckard. Obſſ. p. 96.

m) Lepide vetulam interrogat, an forſan inter mulieres eamdem exerceat artem, quam ſycophanta inter viros. *Blunt.*

redditur ex Athenienſium, de quo iam ante egerat Comicus, ritu ſortiendi iuxta litterarum ſeriem iudicis in eorum dicaſteriis munus. *Spanh.* Alludit ad ſortitionem iudicum, qui, vt ſors ferebat, in illo vel illo dicaſterio iudicia exercebant: diſtinguebantur autem dicaſteria inſcriptionibus certarum litterarum, vnde ἐν τῷ γράμματι idem eſt, quod ἐν τῷ δικαστηρίῳ· et videbatur dicturus ἐδίκαζες, ſed ex inopinato dixit ἔπινες *n)*, vt mulierum bibacitatem perſtringeret; nam τὸ φιλόδικον virorum eſt *o)*. In Lyſiſtrata, vbi mulieres apud craterem vini coniurant, vna earum vult bibendo prima iurare, ſed altera non ſinit, niſi prius ſortiatur v. 208. μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐκ, ἐὰν γε μὴ λάχῃς. Vt autem hic ἐν τῷ γράμματι πίνειν, ita Eccles. 681. ἐν τῷ γράμματι δειπνεῖν. Vid. 277. *Bergl.* Metrum refutat cod. Doru. lectionem: Ἀλλὰ λαχοῦσ' ἔπινες· inter verſus adiectum: ὑβρίζει αὐτήν. De Scholiaſtis vnus, is nimirum, cuius eſt: τάχα οὖν σύ, φησί etc. inuenerat, ni fallor, in exemplari ſuo: Ἀλλ' οὖν λαχοῦσ' etc. quod ſane non ita abhorret, quin facile adprobatorem ſit habiturum. Additur autem ἐρωτηματικῶς οὖν· id equidem perſuadere mihi non poſſum ab eodem eſſe enarratore profectum: nam ſi ſcribatur ἀλλ' οὖν, inepta fuerit haec obſeruatio: vertendum enim *at certe*. Igitur alterius iſta Grammatici nota referri debet ad ſcripturam vulgarem et talem in modum legi: ἐρωτηματικῶς οὔ: etiamſi vero haec prioribus adiuncta ſatis apte receptam lectionem interpretari ſtatuas, nihilo minus ſic tamen, vt dixi, refingendum erit. *Hemſt.*

974. Senſus: *cauillaris: ego vero vror | miſella.* De σκώπτειν vid. 887. *Fiſch.* Verbum ſimplex κνίζειν et

n) Id etiam Schol. ap. Brunck. monuit.

o) Hoc ait: ſi non es calumniatrix, an non es egregia quaedam potrix? Potuit hoc accidiſſe, vt ſortitione facta inter te et tuas compotrices litera bibendi locum tibi dederit poſtremum: proinde tu fortaſſe turbatior nunc es, quod exſiccatis poculis, quod bibas, nihil ſit relictum. *Gir.* Scilicet ſingendum eſt, mulierculas, vt iudices, diſtributas eſſe in varios ordines et claſſes; claſſem quamque ſortiri de variis officiis ita, vt ex vrna educant tabellas, litteris notatas officii cuiusque et muneris indicibus. Anicula igitur fingitur eduxiſſe tabellam notatam litera, π, qua obuenerint illi partes bibendi. Itaque ἀλλ' — γράμματι eſt: *at potrix, bibacula, fuiſti? Fiſch.*

κνίζομαι pro *vellicare* et *aegritudinem adferre* cum infra Ran. 1231. tum Pind. Pyth, IV, 94. ἔρως ἔκνιξε τὰς φρένας *amor exulcerauit mentem:* tum κατακέκνισμαι [vt olim editum eſt] h. l. pro *amore pereo p).* Vocem autem δειλάκρα quod attinet, pro, *miſerrima*, neſcio an alibi legatur *q).* Exſtat vero infra Auu. 143. vox ὦ δειλακρίων σύ, quae in Schol. redditur, δειλότατε, κακόδαιμον, et quo reſpexit Heſ. Δειλακρίων, ἐλεεινός. ταλαίπωρος. Occurrit quidem ap. Maccab. ſcriptorem, ſed ab h. l. alienum verbum δειλανδρεῖν, nempe L. II. c. 8. v. 13. οἱ δειλανδροῦντες (*metuentes*) καὶ ἀπιστοῦντες τῇ τοῦ θεοῦ δίκῃ. Neque alia exempla harum vocum alibi me legere memini. *Spanh.* Verbum κνίζω apud Graecos et ap. Romm. v. *vro*, de moleſtiis, quas amor ſecum fert, ſaepe accipitur. Amor ipſe vrere dicitur. Virg. Ecl. II, [68.] *me tamen vrit amor.* Herodot. L. VI. [c. 62. ad q. l. vid. Valcken. p. 465. extr.] τὸν δὲ Ἀρίσωνα ἔκνιζε ἄρα τῆς γυναικὸς ταύτης ὁ ἔρως. Etiam illi qui amantur, ſi amantibus aegre faciant, vrere eas dicuntur. Terent. Eunuch. [III, 1, 48. f. v. 387.] Scin', ſi quando illa mentionem Phaedriae facit, aut ſi laudat, te vt male vrat. Alciphron. Epp. I, 37. εἰ δὴ κνίσαι ποτὲ ἐκείνην βουληθείη r). Hinc ſicut κνίδη, quae latine *vrtica* dicitur, a κνίζω deſcendit, ita *vrtica* ab *vro*. V. et not. ad v. ſeq. *Bergl.* κατακέκνησμαι et v. ſeq. κνησμόν s).

---

p) Eſt *prurio*, *ſubo*, *vror*. Eſt enim verbum amatorium et Venereum. Praet. Paſſ. habet vim Medii, idemque valet quod κνησείω, pro quo ceteri Graeci dicunt κνησικᾶς ἔχω. v. Moeris V. κνησείειν [p. 206.] nam pro κνίζειν, prurire iubere aliquem, pruritum excitare, dicitur etiam κνήθειν [Moer. p. 234.], v. 2 Tim. 4, 3. vbi Med., vt κνησμὸς pro κνισμός, [v. Intpp. Moer. p. 39. ff.] quo nomine indicatur omnis generis pruritus, ſed maxime tamen ſubatio, ἡ πρὸς τὴν μίξιν βακχεία καὶ πύρωσις, Sch. vet. *Fiſch.*

q) Idem eſt quod ἄθλια Sch. Doru. et δειλαία Heſ., quomodo ſycophanta v. 851. ſe dicit δείλαιον. H. l. vices pronominis perſonalis ſuſtinet, (v. ad Anacr. 8, 15.) ita vt ἐγὼ ſit i. q. articulus ἡ δ. Aniculą ſe vocat δειλάκραν, quia adoleſcens amori eius et libidini iam non reſpondebat, immo eam negligebat. *Fiſch.*

r) Ex Appiano [de Bell. Hisp. c. 37.] laudat Münt. σύφακα ἄρα κἀν ὀυνάτην ἔρως ἔκνισε τῆς παιδός. [Add. eund. de reb. Pun. c. 10. Σύφαξ κνιζόμενος ὑπ' ἔρωτος ἐπὶ τῇ παιδί.]

s) Brunckium ſequutus eſt Inu.

ram hanc alteri per ι praetuli ad membranarum fidem itemque Euſtathii. Sic ille ad Il. λ', p. 872, 5. τοῦ δέ γε κνίζειν χρῆσις παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ, ἔνθα παίζων παροχεῖ τὸν διὰ τοῦ ῆτα γραφόμενον κνησμὸν ἐκ τοῦ κνίζειν. Hunc locum reſpicit, vbi ſaltem κνησμὸν legebat. Vtro modo ſcribatur, parum intereſt. *Brunck.* Suidas in Δειλάκρα prolatis Comici noſtri verbis *t)* ſubiicit: σκώπτει καπρῶσαν τὴν γραῦν· δειλάκρα δέ, ἄκρως δειλαία. Sponte liquet, huc oculos intendiſſe Euſtath. ad Il. ω. p. 1363, 3. τοῦ δὲ τοιούτου δειλοῦ σύνθεσιν ἔχει καὶ ἡ παρὰ τῷ Κωμικῷ δειλάκρα, ὅ ἐστιν ἄκρως δειλαία, παιχθεῖσα πρός τινα ὁμοιότητα τοῦ, φαλάκρα. Veniam citius quam laudem meretur adnotatio de δειλάκρᾳ per iocum ad exemplar τῆς φαλάκρας ficta, mimium ſubtilis. *Hemſt.*

975. Οὔκουν. Conſpirant Edd., quibus alioquin in accentu huius partic. diſſidere ſolemne eſt. Solus cod. Doru. Οὐκοῦν ἐρεῖς (c. gloſſ. λέγεις), male. Soph. Antig. 250. Οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἴτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει; *Hemſt.* τοῦ κνισμοῦ *v)*. Pro κατακνισμόν, iuxta Schol., ſeu ingentem amoris aeſtum. Neque mirum ab Euſtathio coniungi in natiuo harum vocum ſenſu κνησμόν, κνῆσμα, et κνίσμα, κνισμόν, pro *pruritu*, et κνήθω, κνίζω, et compoſita, κατακνήθω, κατακνίζω, pro, *prurio*, aut *pruritum excito*. Vnde τὰς ἀκοὰς ὑμῶν κνηπιῶσας *aures veſtras prurientes* dixit Iohannes Imp. epiſt. 21. Sic infra Conc. 36. κνίσμα τῶν σῶν δακτύλων, *fricationem tuorum digitorum*. Apud Heſ. vero legitur peculiari ſignificatione: κνισμός, ζηλοτυπία ἢ μέλος τι, carmen nempe ad tibiae cantum conditum, prout inter tibiales cantus recenſetur κνισμὸς ap. Athen. XIV. p. 286. *Spanh.* Alciphron I. ep. 29. quae eſt Glycerae ad Bacchidem: ἄλλως τε κἂν μοι κνισμός τις πρὸς αὐτὸν ἢ διαφορὰ γένηται, *praecipue ſi mihi contra illum aliqua iniuria aut inimicitia orta fuerit.* Baſilius κνίσμα dixit ep. 9. οἱ πρὸς τὸ ῥᾴδιον ἔχοντες, ὡς τοὺς φιλοκάλους εἰκός, οὐδὲ πρὸς αὐτὰς τὰς ἀκάνθας, ὧν τὸ ἄνθος ἐκφύεται, δυσχεραίνουσι· καί τινος ἤκουσα τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῶν παίζοντος τάχα ἢ καὶ σπουδάζοντος· ὅτι καθάπερ ἐρωτικά τινα κνίσματα, (*quaſi*

t) Eum citare hunc locum etiam Kuſt. monuit.

v) κνησμόν Br. et Inu. ediderunt.

moleſtias quasdam ſuas amor ſecum fert amatoribus), τὰς λεπτὰς ἐκείνας ἀκάνθας ἡ Φύσις τῷ ἄνθει προσέφυσε, πρὸς μείζονα πόθον τοῖς ἁπλήτοις κέντροις τοὺς ἁρπομένους ὑπερεθίζουσα. *Bergl.* ἐρεῖς ἀνύσασα, idem eſt quod λέγε ἀνύσασα, ita vt poſterius verbum habeat vim Aduerbii, v. ad 349, 648. Itaque οὔκουν etc. eſt: *dic continuo, quo vrare igni x)?* Nam intell. κατακέκνισαι. *Fiſch.*

976. Ἄκουέ νυν· ἦν γ) δή μοι [vt olim editum eſt.] δή particulam haud nimis apte poni, vel inexercitatior aliquis animaduertat z). Hunc ſcrupulum eximit cod. Doru. praeferens: Ἄκουε νῦν· γ᾽ ἦν μοι τὶ μ. Scribendum igitur: Ἄκουέ νυν γ᾽· ἦν μ. τ. μ. quo pacto ſimul cauetur, ne ſententiae nouae principium ἦν cum praecedentibus in vnum pedem coaleſcat. Ortum videtur illud δή ex interpretatione τοῦ νυν, vnde per errorem in ipſum verſum migrauit: v. v. 965. Kuſterus autem quum exiſtimaret, vt ex ſcriptis eius adnotationibus intelligo, metro δή redundans officere, plane deleuit a); eo minus probandus, quod ſublatae particulae lectorem nullus admoneat: ſcripſiſſet ſaltem, Ἄκουε νῦν· nunc, dum retinet Ἄκουέ νυν, in metri legem imprudens offendit: νυν enim encliticum, ſequente vocali, corripitur, vt docuit noſter Schol. ad 414. et Schol. Eurip. ad Hec. 996. *Hemſt.* μειράκιον vocatur adoleſcentulus inde ab anno aetatis 14. vsque ad 21. μοι φίλον, h. e. *amabatur a me. Fiſch.*

---

x) Quoniam κνισμὸς multarum rerum poteſt ſignificare deſiderium, nunquam autem crediturus fuerat Iuſtus anum adeo effoetam amoribus adhuc indulgere puellaribus, percontatur, de quo κνισμῷ, eiusque rei audiendae cupidus, rogat, vt id demum quid ſit, propere dicat. *Gir.* et *Münt.*

y) ἦν *fuit.* Non amplius igitur ipſi eſſe innuit; vnde illi tam vehemens querimoniarum cauſa. *Gir.*

z) Praeterea metrum laborat, quum ſecundus pes ſit *anapaeſtus*, non iambus, neque tribrachys. *Fiſch.*

a) Kuſt. edidit, Ἄκουέ νυν. Ἦν μοι τὶ μ. quo verſus etiam magis corrumpitur. *Brunck.*, quem ſequutus eſt *Inu.*, Ἄκουε νῦν. ἦν μοι τι μ. *Fiſch.* νῦν imperatiuo Ἄκουε inepte iungi exiſtimabat: vnde practulit Hemſt. correctionem. At particulae γε hic prorſus non eſt locus, neque video, cur Chremylum non *nunc* ſtatim audire iubere poſſit anus.

977. f. πενιχρὸς idem eſt, hoc certe loco, quod πτωχός. v. Luc. 21, 2. coll. v. 3. Εὐπρόσωπος *b)* in Gloſſ. vett. dicitur *bonifacies*, h. e. is, qui eſt pulcro ore. Nam εἶδος, vt μορφή, et Lat. *facies* (Ter. Eun. 2, 3, 5. et ibi Donat.) notat totam corporis ſpeciem et formam, quae apparet et cernitur, ſed πρόσωπον ponitur tantum de ore et vultu. vid. 1052. 1066. Vnde etiam εὐπρόσωπος dicitur *is, qui eſt ore et vultu venuſto*; neque aliter h. l. accipi debet, quum καλὸν h. e. εὐειδὲς pertinere videatur ad venuſtatem faciei, quae continetur membrorum ſymmetria, decente filo corporis membrorumque corporis recta compage. Genes. XII, 11. Sara vocatur εὐπρόσωπος ap. LXX., qui Rebeccam c. 24, 16. vocant καλὴν τῇ ὄψει. Voc. ὡραῖος, quo Schol. Doru. εὔπρος. interpretatus eſt, ſaepe coniungitur cum voc. καλός, eodem vt opinor ſenſu, vt καλὸς referatur ad faciei venuſtatem, ὡραῖος ad pulcritudinem oris. v. Palaeph. fab. 24, 3. 46, 2. 47, 1. v. ibi Ind. V. ὡραία. Χρησὸς *c)* idem eſt quod ἀγαθός, *probus, liberalis*, vt 1004. τοὺς τρόπους οὐ μοχθηρός. Et ἄλλως eſt *alioquin, caeteroquin. Fiſch.*

978. f. Verba εἰ γάρ του (h. e. τινος) δεηθείην ἐγώ poſita ſunt ſenſu turpiculo: *ſi ego eum vellem libidini meae ſatisfacere*, rem mecum habere *d)*. Atque eodem ſpectant verba ἅπαντ' ἐποίει μοι vt 1030. μ' ἀντευποιεῖν. Κοσμίως puto eſſe *liberaliter* et *temperanter* et *moderate e)*, ita vt modum non excedas, vt et honeſtatis et decori rationem habeas. Nam κόσμιος eſt is, qui facit quae leges naturae fieri iubent. v. Periz. ad Ael. V. H. 14, 7. καλῶς autem eſt, *ſcienter, praeclare. Fiſch.*

---

b) In cod. Doru. mendoſius exaratum: ἄλλως δὲ καὶ πρόσωπον καὶ καλόν. Suſpicaretur aliquis, veteris eſſe cuiusdam lectionis veſtigium: ἄλλως κ' εὐπρόσωπον καὶ καλόν, niſi in hac ſtructura δὲ paene neceſſarium foret. Interpretatio (ὡραῖον) congruit vocabulo εὐπρόσωπον. *Hemſt.*

c) χρησὸν *Gir.* interpretatur: *rerum mearum ſtudioſum.* „Multis nominibus, inquit, probat amabilem fuiſſe."

d) Magis vniuerſe interpretatus eſt Francog. interpres: et, ſitôt que je le priois de quelque choſe, il le faiſoit de la meilleure grace du monde.

e) κοσμίως opponitur τῷ ἀτάκτως, *praepoſtere, inordinate*, et καλῶς τῷ κακῶς, *male*, vt ſit ab iis, qui non ex animo, ſed coacte

980. πάντα ταῦθ' [vt olim vulg.]. Languet ταῦτα *f*), hilque ad iuuandam orationem videtur conducere: nam edibile vix eſt, quo tamen ſolo colore ταῦτα defendi poſt, vt in hac dictorum ſerie turpiculi quiddam indecoro eſtu vetula demonſtrarit. Atque rotundus exibit verſus, ſententia, ni fallor, haud paulo concinnior, ſi reponas: γὼ δ' ἐκείνῳ πάντα γ' ἀνθυπηρέτουν *g*). Proximis ἅπαντ' οἷσι μοι aptiſſime reſpondet ἀνθυπηρετεῖν vices pro benefactis reddere, rependere. Ariſtot. Eth. Nicom. V. p. 86, ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ καὶ πάλιν αὐτὸν ἀρξαι χαρισάμενον. IX. p. 169, 15. πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐποιον. Idem eſt ἀνθυπουργῆσαι χάριν, vt in illo Sophocleis ex fabula Colchidum verſu ap. Suid. [Fr. 3. T. III. p. 521. Brunck.] Ἦ ῥᾳ̈ς ὑπομνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν; qui ne dubio Medeae fuit operam Iaſoni promittentis, ſed ſub ea conditione, vt ipſe gratiam pro benefactis referret, ſibique viciſſim nouae nuptae maritus vacaret. Ἀντευποιεῖν infra 1030. *Hemſt.* Vulgo legitur πάντα ταῦθ'. Concinnius in membr. ταῦτα πάνθ' — Sed pro ταῦτα ſententia agitat ταὐτά, i. e. τὰ αὐτά, vel κατὰ τὰ αὐτά. *Brunck.* quocum *Inu.* recepit ταὐτὰ πάνθ'.] Hoc non minus friget, quam vulgata lectio, in qua vel languet ταῦτα vel obſcuritate laborat. Imo vt in hac horum verborum poſtremus, ita in cod. Brunck. prius, eſt deprauatum, reſcriben-

---

et perfunctorie opus faciunt, atque ea de re ab inuiſo negotio ſe vtcumque expediunt. *Gir.*

f) Vox ταῦτα indicat, anum in animo habuiſſe, ordine ac figillatim referre, quae ſufficere adoleſcenti ſolebat. Iuſtus autem occeptam interrupit narrationem. Vel de induſtria et vt comico ſeruiret riſui, dum ταῦτα protulit, totam ſe demonſtrauit hoc modo ſignificans, ſe liberam ſui copiam adoleſcenti facere conſueuiſſe. Quo reſpiciens Iuſtus [Chremylus] ſubdit τί δ' ἦν; Ex omnibus illis rebus et corporis tui partibus, quaenam illa erat, qua potiſſimum indigebat quotidie? αἰδοῖα notans. *Girard.* Prima ratio placuit etiam Fiſchero, vt putetur Chremylus interpellaſſe anum, quae deinceps commemoratura erat omnia illarum rerum genera, ad quae pertineret pronomen ταῦτα· commemorare etiam illa 983 — 987. ſed ita, vt alia verborum ſtructura vtatur, cuius rei cauſa quaerenda ſit in Chremyli interpellantis interrogatione. ταῦτα πάντα de victu et cultu accipit *Eckard.* p. 96.

g) Eandem coniecturam attulit *Reisk.* neſcio vtrum e ſuo ingenio, an ex Hemſt. petitam.

dumque, si quid ego video vel, Ἐ. δ' ἐκ. πάντα, πάνθ', ὑπ. repetitione pathetica, vel potius Ἐ. δ' ἐκ. πάντα πάνθ' ὑπ i. e. πάντως πάντα, quod vel forte deprauatum fuerit, vt fa cillime quidem potuit, vel a descriptoribus, quibus ταυτο λόγως dictum videretur, sedulo mutatum est: nam sic com poni solent Graecis πᾶς et πάντως, Latinis *omnis* et *omni no*. Eurip. Med. 854. σὲ πάντες πάντως ἱκετεύομεν. Cic Ep. ad Att. 5, 13. omnino omnia se facturum recepit *Hotib.* p. 22. s. Neutrum probari potest. Repetitio tali pathetica in h. l. recentius magis, quam antiquum spira ingenium. πάντα pro πάντη, παντῶ, πάντως metrum respuit

981. ὅτι omnes Edd. ante Portum, quem cum Kust sequor [edendo ὅ, τι]. *Hemst.* Nam ἐδεῖτο iungi sibi vul Accusatiuum rei, quippe quod significat h. l. non χρήζειν sed *rogare, petere*. Nam et sic verbo δεῖσθαι additur Ge nitiuus personae. v. Theophr. Char. 17, 2. Matth. 9, 38 Sensus: *quid vero a te maxime petiit semper? Fisch.*

982. Οὐ πολλὰ scil. ἐδεῖτο. Nam perperam Schol Doru. ex 980. repetiisse ὑπηρέτουν iam *Hemst.* monuit Similiter tamen fere *Gir.* qui ἦν supplet, et monet, anum respondentem de quantitate, fingere, se non intellexisse quorsum spectarent verba Chremyli, sed in memoria ha bere, quae adolescenti suppeditauerit, pauca fuisse.

Ἐκνομίως μ' ἠσχύνετο. Citat Suid. V. Ἐκνομίως. *Kust.* Etym. p. 347. monet, ἐξαίσιον quum *magnum* significa dici ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τὸ καθῆκον, ὥσπερ τὸ ἐκνομίως παρὰ τῷ Ἀρι σοφάνει ἀντὶ τοῦ μεγάλως· eumdem vide in ista voce p 323. *h*). Ἡ ἐξ προθεσις, observante Eustathio ad Il. E. p 532. οὐ μόνον τὴν ἔξω δηλοῖ σχέσιν, ἀλλὰ καὶ ὕψωμα πολλα

---

h) Est *eximie, vehementer, valde, vnice, supra modum*, Suid Hes. [add. Zonarae Lex. T. I. p. 681.] Nam νόμος est *mo consuetudo*: id quod fieri solet publice. Conuenit igitur ἐκνο μίως quodammodo cum Lat. voc. *enormiter*, et ἐκν. μ' ἠισχ. el singularis quaedam eum verecundia mei atque pudor teneba vt 989. *Fisch.* ἠσχύνετο poni pro ἠδεῖτο, verecunde se gereba et ita verebatur, vt prae pudore multa petere non audere monuit *Gir.* Idem addit: „Vide autem facetum Arist. inge nium: vsurpat verbum hoc in significatione ambigua, quando quidem potest significare *i. q. αἰσχύνω vitium et stuprum offe ro*. Repetiit hoc *Münt.* αἰσχύνεσθαι esse interdum i. q. διακ ρεῖσθαι, sed exempla desidero.

ις σημαίνει· ὡς καὶ ἐν τῷ ἐξωγκώθη, καὶ ἐν τῷ, ἐκνομίως ἠσχύ-
το. *Hemſt.* ἐκνομίως nempe iuxta Scholia ὑπερβαλλόντως,
ὑπὲρ τὸ νενομισμένον, quomodo paullo poſt 993. λέγεις ἐρῶντ'
ἄνθρωπον ἐκνομιώτατα, *dicis hominem ſupra omnem mo-*
dum amantem. Ἔκνομον nempe pro *iniuſto* et *praeter*
ius, ſicut ap. Orpheum ſ. Onomacritum in Argon. 59. ὃδ'
ἔκλυεν ἔκνομον αὐδήν (iniuſtam vocem), et Aeſch. Agam.
1482. ἐκνόμως ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται (nefarie hymnum ca-
ere gloriatur). Nempe quod idem alibi νόμον ἄνομον,
antum infauſtum, vocat in eodem dram. 1151. et qui-
ıs ab eodem alibi opponitur ἔννομος h. e. *legitimus*, vt
hoëph. 480. et inde alio apud eum loco ἔννομοι de legiti-
is regionis incolis; Suppl. 574. βροτοὶ δ' οἱ γᾶς τότ' ἦσαν
νομοι nempe qui γᾶς ἔνοικοι ib. v. 546. erant dicti, ſeu
ıxta Aeſchin. adu. Timarch. p. 261. [p. 31. T. III. Orr.
eisk.] ἡμῖν δὲ προσήκει τοῖς τὴν ἴσην καὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν
χουσι. *Spanh.* Huc reſpicit v. 993. et 989. *Bergl.*

983. δραχμὰς εἴκοσι. Huc reſpicit v. 1021. *Bergl.*
ργυρίου δραχμι. Nam Attici etiam aureis drachmis vſi
ınt, vt Aeſch. Socr. 2, 3. τάλαντον ἀργυρίου. Drachma
utem Attica pretio fuit par denario Romano *i)* [et valuit
ere 5. groſſos], dicitur fere ſimpliciter δραχμή· vid. 1020.
ν ᾖτησ'. h. l. ἄν habet vim coniecturalem: *fieri* potuit, vt
eteret *k)*. v. Hoogeu. doctr. Partt. 4, 2, 6. [p. 68. T. I.].

984. Particulam γε [nam olim legebatur: Εἰς ἱμάτιόν
' —] cod. Doru. ignorat: vtrum rectius, vix diſcerno.
i cum vulgatis retineas, ſententia paulisper eſt ſuspen-
lenda in εἴκοσιν, quaſi dicat: *Haud ſane multa: etenim*
ſupra modum me reuerebatur: erat tamen, vt argenti
drachmas peteret viginti: et has quidem in pallium: tum
etiam octo alias in calceos: in quibus eſt fatendum ᾖθος
dmirabiliter exprimi. Sin ſcripti libri rationem ſequaris,
ontinuandus eſt vno tractu vterque verſus: *ſed fieri pote-*
rat, vt argenti drachmas flagitaret a me viginti in pal-

i) Cf. Eckard. p. 97. Obſſ.

k) *Hermann.* ad Vig. de Idiot. p. 785. vertendum potius eſſe oſtendit: ſed nunc petebat, *ſi ita occaſio ferret*, drachmas 20. ad pallium emendum, nunc etc. *Girard.* aut ἄν exprimere, quod adoleſcens facere potuit, aut reſoluendum ita eſſe: αἰτεῖ ἂν ᾔθει *petere ſolebat*, exiſtimauit.

lium, octo vero alias in calceos: quae simplicitate qua dam narrandi praestant. *Hemst.* Inutilem partic. γ' nul lus agnoscit Regiorum. Qui versui fulcrum hoc addidit li brarius, arbitrabatur primam in ἱμάτιον corripi, quae pro ducitur semper *l)*. Vide 530. 540. Thesm. 656. Ran 1061. *m)*. Eadem prosodiae ignorantia occasionem dedi peruertendae sententiae in versu abhinc secundo. *Brunck* ὑποδήματα. Huc respicit v. 1013. *Bergl.* ὑποδήματα sunt *calcei*, qui totum pedem tegunt *n)*. v. Salmas. ad Tert de pall. p. 386. ſſ. Sed locus ipse vel propterea tenendus est, quia inde cognoscitur, quantum Athenis tum fuerit et pallii et calceorum pretium. *Fisch.*

985. καὶ ταῖς ἀδ. Citat Suidas V. Ἀγοράζει, et Thom M. V. Χιτών [p. 914.]. *Kust.* χιτώνιον deminutiuum vim habet primitiui χιτών, atque *institam*, *stolam*, significat his enim verbis Latini appellant tunicam muliebrem, quae erat ad talos demissa, v. Ind. Palaeph. V. Χιτῶνες ποδήρεις Poëta aniculam iussit deminutiuis vti, vt referret amatoris orationem. Nam amatores, quando ab amicabus petunt aliquid pro aliis, vtuntur fere deminutiuis, quo facilius petita impetrent *o)*. *Fisch.* In B. χιτώνια, ex inutili librarii emendatione ob praecedens ἀδελφαῖς. De hoc nomine quaedam lectu digna habet Eustathius, quae describere ee

---

l) v. Dawes. M. Crit. p. 212.

m) εἰς ἱμάτιον est εἰς τὴν τοῦ ἱματίου ὕνησιν, εἰς τὸ περίεσθαι ἱματίῳ *Gir.* ἱμάτιον non tantum pallium, sed etiam vestem quamcunque significare, obseruat *Eckard.* p. 97. f. H. l. tamen propter seqq. de pallio haud dubie intelligendum est.

n) *Solcas*, quae plantas tantum pedum tegebant, intellexit *Eckard.* p. 99. easque ex Luciano docuit duabus drachmis fere emtas esse, vnde coniecit adolescentem emungere vetulam voluisse. Fortasse tamen intelligendos esse monet calceos, qui superius etiam pedes texerint, qui et ipsi ὑποδήματα appellati et elegantiores fuerint. Non enim plura calceorum paria, sed vnum per Pluralem indicari.

o) Scilicet rei vilitatem et pretii tenuitatem ita significant. Quod sibi adolescens vestem et calceos peteret, cogebat necessitas; quod matri et sorori, caritas et genuina probitas; quod vilia et pauca, verecundi animi simplicitas. Ita anus delirans probat omnibus modis adolescentem a culpa immunem. *Girard.*

minus pigebit, quod in iis Comici verſum proferat, quem in fragmentis omiſſum fuiſſe credo. Sic ille p. 1166, 50. σημείωσαι δὲ ὅτι περὶ χιτώνων τοιαῦτα φασὶν οἱ παλαιοί. Χιτὼν, ὁ ζωστὸς καὶ γυναικεῖος· ὁ δὲ ἀνδρεῖος, χιτωνίσκος, ὅ τινες ἐπενδύτην· τὸ δὲ βραχὺ, χιτωνισκάριον. χιτώνιον δὲ καὶ χιτωνάριον, λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον πολυτελές. Μένανδρος·

λελουμένη γὰρ ἡτέρα καὶ διαφανὲς
χιτωνάριον ἔχουσα.

Ἀριστοφάνης· ἐνδὺς τὸ γυναικεῖον τοδὶ χιτώνιον. *Brunck.*

986. Cod. Doru. ita ſcriptum exhibet: ἐκέλευσε δ' ἂν τῇ μητρὶ θοιματίδιον· praeterea notam interpunctionis poſt χιτώνιον, poſt ὑποδήματα nullam ponit: quo quidem pacto, vt hoc verſu repeti debet ἀγοράσαι ad ἐκέλευσε δ' ἂν *p)*, ſic proxime priore pendebit ab ᾔτησε. Quamuis arte videri poſſit et de induſtria quaeſita talis collocatio, vt interciſa per breues articulos oratione luctam anus cupidae, quae parum erant honeſta morbumque animi detegebant expromentis, praeſtringeret, magis tamen ad publicatam lectionem propendeo. *Hemſt.*

θοιματίδιον *q)*, h. e. τὸ ἱματίδιον, vt 882. θοιμάτιον eſt pallium muliebre. vid. ad 813. ſ. Ductum eſt ab ἱμάτιον vt ἀργυρίδιον ab ἀργύριον. *Fiſch.* Articulum [τὸ in θοιμ.] reſpuit ſenſus et linguae indoles. θοιματίδιον ſignificat *la robe*, ἱματίδιον *vne robe*. Quam perite hic mendam ſuſtulit Daweſius *r)*, eamdem relinquere non debebam Nubb.

---

p) κελεύειν interdum quoque ſignificat *petere*, vt ap. Thucyd. III. [c. 105. T. I. p. 528. Gottleb.] κελεύοντες σφίσιν βοηθεῖν πανδημεί. *Münt.* Quando hoc verbum de maioribus erga minores dicitur, *imperium* ſignificat, quando contra, vt h. l. *preces. Girard.*

q) Vt ante Br. lectum et ab Inu. reuocatum eſt.

r) Miſcell. Crit. p. 212. vbi reſcribendum eſſe docuit τῇ μητρί θ' ἱματίδιον. „Non ſecus, inquit, atque in proxime praecedentibus absque articulo habentur ἱμάτιον, ὑποδήματα et χιτώνιον. Mendo autem quod correximus aliqua ex parte ortum dediſſe crediderim imperitam de metro ſollicitudinem, quod vtique ἱματιδ. primam minus recte producere videretur. Eidem cauſae acceptum refero, quod ſupra τῷ ἱμάτιον ſubiecta fuerit vocula γε. Nam neque vox iſta aliam quantitatem vsquam ſortitur. vid. Plut. 540. Veſp. 1053. Eccl. 410. Lyſ. 471. Quaeri autem poterit, qua ratione ἱματίδιον, ἀργυρίδιον et ſimilia an-

179. vbi legendum: ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο. Si verſum hunc conferas cum eiusdem fab. v. 1498. intelliges, quid interſit inter ἱμάτιον et ϑοιμάτιον, ſeu ſubſtantivum definitum per articulum et indefinitum ſine articulo. Ad differentiam inter ἀγαϑὸν et τὸ ἀγαϑὸν non adtenderunt docti viri, qui Philemonis fragmenta vel ediderunt vel emendarunt, in verſibus e Pyrrho a Stobaeo ſeruatis in Floril. Grotii p. 211., quos, quia *Almae Pacis*, qua nihil eſt, quod nunc *s)* bonorum omnium votis magis expetatur, laudes continent, emendatos hic ſubiungam:

οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί τἀγαϑόν ἐστι· κοὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω,
τί ἐστίν. ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι, καὶ
λέγουσι πάντα μᾶλλον, ἢ τί τἀγαϑόν.
ἐν ἀγρῷ διατρίβων τήν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ
νῦν εὗρον· εἰρήνη ἐστίν. ὦ Ζεῦ φίλτατε,
τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανϑρώπου ϑεοῦ.
γάμους, ἑορτάς, ξυγγενεῖς, παῖδας, φίλους,
πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονὴν
αὐτὴ δίδωσι. ταῦτα πάντ' ἂν ἐκλίπῃ,
τέϑνηκε κοιῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος. *Brunck.*

987. ἂν ἐδεήϑη *opus habuerit*, h. e. *petierit a me numos, quibus ſibi emeret triticum.* Nam petimus ab aliis ea, quibuscumque indigemus. πυροὶ eſt *triticum*, vt Theophr. Charr. 3, 2., quod a Latt. κατ' ἐξοχὴν *frumentum* dicitur, et a Graecis recentt. σῖτος. v. Heſ. Etym. M. et Steph. Theſ. h. v. Μέδιμνος Atticus par fuit modiis ſex, h. e. XCVI. *t)* ſextariis Romanorum. v. Corn. Nep. Att.

---

tepenultimam longam habeant, quum tamen γναμῖδιον, νοῖδιον, ἀδελφίδιον, χυτρῖδιον, σακρατῖδιον aliaque haud pauca ſyllabam iſtam vbique corripiant. Sic igitur collige: qua analogia a γνώμη, νόος etc. fluunt deminutiua γναμῖδιον etc. eadem ab ἱμάτιον, ἀργύριον, deriuantur ἱματῖδιον, ἀργυρῖδιον. Haec craſi Attica ἱματῖδιον, ἀργυρῖδιον, efferuntur; vt ap. Latt. a *tuba*, tubīcen, a *tibia*, tibīcen, pro tibĭīcen."

s) Haec a Brunckio exeunte anno 1782. ſcripta, profecto nunc etiam magis valent.

t) Aliis, vt Münt. h. l., LXXII. Cf. etiam Romé de l' Isle Metrol. Taſ. ex vers. Groſii p. 90. cum eius adnot.

2, 6. vbi tamen pro *fex* alii libri *feptem*. v. ibi Boſius. Sed Graeci recentiores nomen μέδιμνος interpretantur per μόδιος (v. Hemſt. ad Schol. h. l.). Athenienſes veſci panibus triticeis ſoliti ſunt. v. Nep. l. l. *Fiſch.*

988. f. μὰ τὸν Ἀπόλλω h. e. *certe, ſane, profecto.* Nam forma Ἀπόλλω Attica eſt, (v. Moeris p. 33., vt 396. Ποσειδῶ), ſed librarii eam ſaepe mutarunt in communem, omiſſa etiam littera α *v*). v. ad Plat. Phaed. 4, 3. Recte Schol. cod. Doru. ad verba οὐ πολλὰ adſcripſit εἰρωνικὸς ὁ λόγος, id quod vel ex eo manifeſtum eſt, quia Chremylus repetit aniculae verba. vid. v. 982. *Fiſch.* ἀλλὰ δῆλον *x*). Sed manifeſtum eſt, inquit, eum admodum eſſe te reuerito, quum ſcil. tam tenuia atque puſilla, pudore impeditus, poſtularet; ironice. *Münt.*

990. Senſus: *haec vero* (v. 984. ff.) *aiebat ſe petere, non laſciuiae, ſed amoris cauſa, vt, geſtans meum pallium, memor eſſet mei. Fiſch.*

μισγητίας auctoritate Mſſ. Bodleiani et Arundelliani ante reponendum cenſebam *y*), pro μισητίας, quod priores Edd. habent. Exiſtimabam enim, ſignificationem, quam Grammatici voc. μισητία tribuunt, τῷ μισγητία melius conuenire, vtpote a μίσγεσθαι, quod de concubitu viri et feminae apud Graecos dici notum eſt. At nunc per δευτέρας Φροντίδας nihil mutandum cenſeo; tum quia τὸ μισητία Grammatici vno conſenſu agnoſcunt *z*); tum etiam quia vox illa recte notare poteſt ſoedam et obſcoenam libidinem, a μισεῖν, quod interdum accipitur pro βδελύττεσθαι, *auerſari, abominari*, teſte Schol. ad Nub. 445. Talem enim impudicitiam honeſtiores et caſtiores auerſantur *a*).

---

v) In cod. Doru. vitioſe ἀπόλλον et mox iunctim δηλονότι. *Hemſt.*

x) Et hoc ridicule in anum torquetur. ἀλλὰ *verumtamen*. Etiamſi iſta modica fuerint, certum tamen eſt, eum tua conſuetudine ſubinde vſum eſſe. *Gir.*

y) Et recepit in texta Kuſterus, nemine eum ſequuto.

z) Ad alios accedit Photius Lex. p. 200. Μισητία ἡ πρὸς ὁτιοῦν ἄχαρις ἀπληστία. Qui tamen in V. Μισητὴ ipſe etiam ad μίσγεσθαι retulit.

a) Sic Auu. 1621. μισητίαν ἀναπράξομεν, *turpia committamus.*

Nugantur ergo Grammatici, qui μισητία dictum volunt quasi μισγητία, a μίσγεσθαι, nisi tamen haec allusio potius quam etymologia dicenda est. Hinc autem apparet, vnde orta sit vox μισγητία, quae in duobus Mss. reperitur. Nimirum librarius aliquis eam ex Scholiis, vel, vt variam lectionem, vel, vt etymologiam, ad marginem codicis sui adnotauerat; vnde postea, vt fieri solet, in textum migrauit et in alios codices propagari coepit. *Kust.* Kusterus μισγητίας reposuerat, tum prauae Mss. lectioni morem incautius gerens, tum speciosa vocis ἀπὸ τοῦ μίσγεσθαι Grammaticorum interpretatione deceptus; cuius eum facti postea iure merito in notis poenituit. Paulo deterius etiam Cod. Doru. μισγοτίας cum gl. μίξεως, συναφείας. In eumdem errorem alibi quoque librarios imperitos deuocauit vitiosa scribendi forma ex origine falsa manans; velut in codice Pollucis Antw., sed illo omnium, quos vsurpauimus, fere pessimo, VI, 189. μιγητόν, μιγητήν, μιγητείαν. Nam minime persuadeor, Graecos a μίσγειν, siue potius, quod deriuandi norma flagitabat, μισγεῖν, ducere voluisse μισγητὸν et μισγη-

---

μισητίαν de turpi ad scortationem propensione, et sic μισητὴν γυναῖκα de *prostitutae libidinis muliere* ab Atticis dici, cum in Schol. ad h. l. tum in altero illo ad Auu. dicitur. Quod postremum in voc. μισητὴν notat itidem Hesych., et quo turpi sensu has voces μισητίαν et μισητοῦ vsurpari tradunt etiam Pollux VI. c. 42. §. 189. et Suidas. *Spanh.* In Auu. 1618. μισητίαν ἀναπράζομεν καὶ ταῦτα, *ad abundantiam*, s. *abunde, exigemus haec etiam.* Vbi Scholia: μισητίαν δὲ οἱ περὶ Ἀριστοφάνη (Aristophanes Grammaticus) τὴν εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκρασίαν — ἐξηγοῦνται· μήποτε μέντοι γενικώτερόν ἐστιν, ἀπληστία, ὃ καὶ νῦν ἐμφαίνεται. Hes. μισητός, μίσους ἄξιος, ἄπληστος· Hinc μισητὴ γυνή, *insatiabilis libidinis mulier. Bergl.* Suidas μισητείας, et Eustath. in Od. κ. p. 1650. Atque ita etiam ap. Poll. VI, 189. [p. 678. ed. Hemst.] in Mss. vt notant Interpretes. Eustath. contra quam Schol. et Suid. a μισεῖν esse tradit, in quo sorte fallitur. Ap. Suid. in μισήτην, se restituisse τὸν δὲ ἁπλῶς μισητόν, pro τῶν ἁπλῶν, ex Photii Lex. inedito [p. 200. ed. Herm.] notat Kust., sed hoc potuerat fieri ex Hesych., apud quem eadem leguntur. Hes. locus in μισητὴν corrigi debebat e Suida, qui e Cratino laudat μισῆται δὲ γυναῖκες ὀλίσβῳ χρήσονται, quod fugit Palmerium. In notis Hesych. pro παχνεία leg. παχεῖα e Suid. et Eustath. p. 1651. Quod autem in Suida pro τὸ εἰς συνουσίας ἐπίφορον Kuster. videtur velle legi εὐεπίφορον e Schol. Aristoph., rationem non video; quum vtraque vox idem notet ea significatione; et, si hoc admittas, infinita essent loca in Suida corrigenda. *Ducker.*

τείαν. licet legibus analogiae non aduerſari concedam. Apoſtolium vero ne quis mihi opponat, cuius in Prouerb. C. XV. n. 69. reperiatur τῇ μισγητίᾳ, et, μισγήτη γὰρ τίς ἐστι καὶ μισήτη. Apoſtolius enim is eſt, cui, niſi auctorem dederit idoneum, haud temere fidem habendam putem. Haec autem fluxerunt, vt ex Suida conſtat in Μισήτη, a Grammaticis, qui, dum ſuo more etymologiis excudendis indulgent, ea ſaepe comminiſcuntur, quae numquam exſtiterunt. In Comici verſu μισητείας habet Suidas, quemadmodum et optimae Pollucis membranae VI, 189.; apud eumdem eſt ἕνεκα, atque ita cod. Doru. quamquam ſcriba mutare videatur voluiſſe in ἕνεκεν. *Hemſt.* In quatuor Codd. [a Br. collatis] ſcriptum μισγητίας, gl. μίξεως, πορνείας· quod ineptum eſt. μισητίας legebat Euſtathius, ſed perperam interpretabantur, ſignificationem huic nomini tribuens, quam non admittit huius loci ſententia. Sic ille ad Od. κ'. p. 1650. extr. αὐτὸ δέ γε τὸ μισεῖν, κοινότερον ἐπὶ τοῦ ἐχθραίνειν τεθέν, ἡ κωμικὴ σεμνότης ἐπὶ μίξεων εἴθετο ἀστέμφων. Ἀριστοφάνης γοῦν μισητίαν ἐπὶ καταφερείας ἔφη, ἤγουν ῥοπῆς ἀσχέτου τῆς περὶ μίξεως. Rurſus occurrit iſtud nomen Auu. 1620. vbi Schol., poſt ineptā quaedam, ex Euſtath. l. cit. ſupplenda, veram dubitabundus profert interpretationem: μήποτε μέντοι γενικώτερόν ἐστιν ἀπληστία, ὃ καὶ νῦν ἐμφαίνεται. Hoc etiam in loco ἀπληστίαν ſignificat. Propter Veneris ἀπληστίαν libidinoſae mulieres μισήτραι appellantur, vt in hoc verſu, quem profert Euſtathius: περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη γυνή. Et in hoc Cratini, qui eſt ap. Heſych. μισήται δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισι χρήσονται. Nihil hoc nomen cum v. μίσγειν commune habet, nec ab eo deriuatur. μισγητία vox eſt nihili, ab imperitis librariis conficta, quamque non agnoſcit graecus ſermo. De poſtremo μισήτη v. Valcken. elegantes in Ammon. animaduerſiones II, 18. *Brunck.* μισητὴ propr. eſt μίσους ἀξία, ſed quia mares et feminae ſalaces et inſatiabili libidine incenſae ſunt bonis omnibus maxime odioſae, Attici ſcriptores, inprimisque Comici, pro ſuo vrbanitatis ſtudio, poſuerunt hoc vocab. de feminis et maribus laſciuis, libidinoſis. v. Pollux 6, 189. Valcken. Lectt. Ammon. 2, 18. Sed nonnulli Grammatici tum, mutato accentu, ſcribi iubent, μισήτη. v. Ammon. h. v. et Tho. Mag. [p. 617.]. Hinc μισητία eſt *laſciuia, ſalacitas.* Grammaticorum, qui a μίσγειν deriuant, ſententia conuincitur vel compoſito vocabulo μισήνεμος, quod ipſum, vt θρήνεμος, dicitur de homine

miſere amante, ἐρωτομανεῖ. v. Pollux d. l. Neſcio cur Berglerus οὐχ ἕν. μισ. verterit: *non propter auaritiam b)*; melius Friſchlinus: *non — vt copiam ſibi aliquam facerem mei. Fiſch.*

991. *με a me*; et οὕνεκα idem eſt quod ἕνεκα. Ex obſeruatione Ammonii [p. 106. Valck.] debebat εἵνεκα ſcribi: nam οὕνεκα eſt ὅτι, εἵνεκα valet χάριν. [Cf. Anim. ad Weller. III, II. p. 75.] Fortaſſis emendari debet εἵνεκα. *Fiſch.*

992. τοὐμὸν ἱμάτιον *pallium meis numis emtum c)*, vid. 983. f. Etiam vernacula lingua ſic vtitur pronominibus poſſeſſiuis. φορεῖν, geſtare, eſt verbum hoc in genere proprium, v. Theophr. Charr. 10, 4. 22, 3. Anacr. Od. 20, 8. Matth. 11, 8. Iac. 2, 3. *Fiſch.* μεμνῆτο *d)*. Praeteritum Optatiui *e)*. V. not. ad Lys. 253. In B μεμνοῖτο. *Brunck.* Dicta haec prorſus ſunt ex amatorum more. Vnde perperam *Gir.* monuit, non videri animo adoleſcentis amorem aniculae alte infixum inſediſſe, ſi memoria eius veſte non conſpecta potuerit euaneſcere.

993. Cod. Doru. ἐκνομιώτατον, quem librarii errorem arguit adiuncta interpretatio ὑπερφυῶς, ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. *Hemſt.* Vide ſupra 982. *f)*. *Bergl.*

994. Vulgo [in edd. ante Br.] ſic legitur hic verſus: ἀλλ' οὐχί νυνὶ γ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει. In B. D. ἀλλ' οὐχὶ νῦν γ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει. Sic etiam membr. [atque cod. Borg.] niſi quod poſt νῦν partic. γ' in iis omiſſa,

---

b) Similiter *Münt.*: „Recte forſan per inſatiabilem pecuniae cupiditatem hic poſſet exponi." Nimirum quia redditur ἀπληστία.

c) Veſtem a me ipſi donatam interpretatur *Münt.*

d) Perperam in ed. Kuſt. Hemſt. Bergl. ſcribitur μεμνῆτο (ſine iota). v. Matthiae Gramm. gr. p. 253. Cod. Doru. μεμνήτο.

e) Ita etiam *Münt.* Nam *Fiſch.* pro Plusquamperf. Opt. Paſſ. vim Medii nacto habuit, vt ἰδυνῆτο 721.

f) Perperam anum ſupra ita dixiſſe, vt ab ἐκ et νομίζω compoſitum eſſet, exiſtimauit *Gir.* vt ſit ἔξω πάσης νομίσεως, *incredibiliter*, Chremylum autem aliter accipere, ab ἐκ et νόμος deductum, enormiſſime, contra omnes honeſti et amoris leges. Rectius *Münt.* per ludibrium dici ἐκνομιώτατα cenſuit.

quam expunxiſſe vellem. Demum in C. vt in Doru. *g).* ἀλλ᾽ οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς ἔτι τὸν νοῦν ἔχει. *Brunck.* Itaque non recte Inu. dixit Brunckium ex ingenio repoſuiſſe: ἀλλ᾽ οὐχὶ νῦν γ᾽ ὁ βδελ. ἔτι τὸν νοῦν ἔχει *h)* τ. ἀ. Multo autem minus probari poteſt, quam ex Rau. recepit Inu. ſcriptura: ἀλλ᾽ οὐχὶ τοίνυν ὁ βδ. τ. ν. ἔ. Nam neceſſarium eſt, vt adoleſcens dicatur *nunc* non habere eamdem mentem, quam olim, et τοίνυν ex v. 990. male repetitum videtur.

ὁ βδελυρὸς *i)* eſt *ſceleſtus*, dignus quem quis auerſetur ob vitia et ſcelera, vt h. l. ob leuitatem et perfidiam. v. Heſ. et infra 1070. add. de verbo βδελύττεσθαι dicta ad v. 700.; et quam late pateat poteſtas Adiectiui non minus quam Subſtantiui βδελυρία, cognoſci poteſt e Theophr. char. 11. *Fiſch.*

995. πολὺ μεθέστηκεν *k)* πάνυ i. e. *quam longiſſime a priſtina mente diſceſſit*, vel *receſſit;* vel *animum prorſus mutauit.* Sic ſupra 365. ὡς πολὺ μεθέστηχ᾽ etc. *Kuſt. Plane alius factus eſt.* Nam μεθιστάνειν propr. eſt, *transferre, in alio loco ponere et collocare.* Iam Praeteritum Act. habet hoc verborum in genere vim Praeſ. Medii, ita vt μεθεστηκέναι ſit, *in alio loco ſtare*, atque, quum ad animum refertur, *aliter animatum, aliter affectum, eſſe.* v. Heſych. in μεθεστάναι. *Fiſch.*

996. πλακοῦντα intell. ἄρτον. Nam πλακοῦς eſt *placenta*, facta fere e farina ſiliginea, caſeo et melle ſubacta, ita dicta a forma tabulam (πλάκα) referente. v. Etym. M.

---

g) Hic Cod. Doru. eam ſuggerit lectionis varietatem, quae ſi interdictum vnde vi aduerſus vulgatam poſtulet, iure agere videatur: Ἀλλ᾽ οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς (ὁ αἰσχρὸς) ἔτι (εἰς τὸ ἔξῆς) τὸν νοῦν ἔχει, τ. ἀ. *Hemſt.* At vero mihi et forma partic. νυνί, et ipſa part. γε, vix a Grammaticis proficiſci potuiſſe videntur: ſed partt. νῦν ἔτι fere ab omnibus coniungi ſcriptoribus ſolent. *Fiſch.*

h) Pro ἔχει in ed. Venet. 1542. 8. eſt ἔχαι. Hemſt. autem haec notauit: „Pro ἔχω (ſic) in ed. Farr. legas ἔχοι.“

i) Articulum ὁ βδ. vrget *Gir.*: *nimis ſceleratus ille.*

k) Fulciendi metri gratia primus Kuſter. in μεθέστηκεν ν ἐφελκυσ. adpoſuit. *Hemſt.* πολὺ πάνυ iunctae eiusdem ſignificatus dictiones vehementem animi adfectum indicant, per ſuperlativum exprimendae: alieniſſimus eſt. *Gir.*

h. v. et ad v. 191. 1127. Vnde πλακουντάριος dicitur *placentarius, dulciarius*, Gl. vett. De generibus variis placentarum v. Athen. XIV, 12. ff. τουτονί. Anicula putari debet placentam mane tenuiſſe *l)* et demonſtraſſe Chremylo, vt v. 1000. Erant autem placentae iſtae in numero bellariorum, vnde additur καὶ τἄλλα τραγήματα, de quo voc. ad v. 190. dictum. τἀπὶ τοῦ πίνακος *m) quae in lance ſunt.* Nam πίναξ eſt *orbis, quadra, lanx*; vas, in quo cibi vel apponuntur (Hom. Od. I, 141.) vel eduntur, Tho. M. [p. 714.] v. Matth. 14, 8. 11. Luc. 11, 39. *Fiſch.* Videtur etiam hanc lancem manu tenuiſſe, aut, ſi forte adſtabat, prehendiſſe.

τἀπὶ τοῦ πίνακος τραγήματα. Nempe praeter placentam, cuius facta erat mentio, ac prout inter bellaria, quae a Clearcho enumerantur ap. Athen. XIV. p. 649. ἄμης (de quo placentae genere mox etiam hic agitur), πλακοῦς, ac plura dein, quae πίναξι impoſita ad amaſium miſerat. Alibi vero apud Athenaeum IV. p. 130. *bellaria* ſ. τραγήματα dicuntur ſingulis conuiuis data ἐν πλεκτοῖς ἐλεφαντίνοις, *caniſtris eburneis*, et, quod ibidem additur, placentae inſuper omnis generis, Creticae, Samiae, Atticae αὐταῖς ταῖς ἰδίαις τῶν πεμμάτων ἥκαις, *propriis earum placentarum loculis.* Ἀποτράγημα vero, vt hoc addam, de *bellariorum reſiduo* dictum ab Eupoli Comico apud eundem Athen. XIV, p. 658. *Spanh.*

998. Ἐνίντα *n)* ſcribas, an ἐπόντα, etſi parum referat, illud tamen aliquis forte malit: vtraque certe ſolent inter ſe facile permutari; eoque magis, quia ſaepe ſenſus, quin alterum in alterius locum ſubiiciatur, minime repugnat. *Hemſt.* Etſi ἐπόντα h. l. aptius eſt haud dubie, quia praecedit τἀπί· tamen ἐνόντα per ſe repudiandum non eſt. Certe Luc. 11, 41. τὰ ἐνόντα dicuntur ea, *quae ſunt in po-*

l) Illam ipſam offert placentam, quam ad adoleſcentem miſerat, vt intelligatur, eam non fuiſſe indignam, quae reciperetur. *Gir.* et *Mlint.*

m) Ita in omnibus Edd. legitur, praeter Inu., vbi e Rau. cod. datum eſt: τἀπὶ τοὺς πίνακας, ſed hoc fuerit: quae lancibus imponi ſolent, anus autem indicare vult bellaria, quae in lance ſunt.

n) Ἐν ὄντα in cod. Doru. ſcriptum eſt cum gl. ὑπάρχοντα.

culis et quadris o), coll. v. 39. h. e. potus et cibus; etsi non ignoro, Grotium, Dan. Heinsium, Lamb. Bosium et alios τὰ ἐνόντα ibi interpretari, *pro viribus*, i. q. κατὰ τὴν δύναμιν· sed haec tamen interpretatio loci Lucae mihi propterea parum probabilis videtur, quia ille verborum τὰ ἐνόντα vsus est reconditus, vt non credibile sit, eum Lucae fuisse cognitum. *Fisch.*

ὑπειπούσης. Haud inepte declaratum ab Enarratore Doru. (κρυφίως μηνυσάσης) aliter explicatur a Suida: nam ad h. l. sine dubio pertinent: Ὑπειπούσης, παρὰ Ἀριστοφάνει, ἀντὶ τοῦ, ἠρέμα φθεγξαμένης. Diuersus abit Budaeus Comm. L. Gr. p. 192., cui H. Stephanus adsentitur App. de D. Att. p. 185. *p)*. *Quum praedixissem*, vel *praedicente me, quod sub vesperam ventura eram.* Quartam denique Io. Clericus interpretationem adtulit Ind. Aeschin. in V. Ὑπειπεῖν· *cum addidissem*, aut *subiecissem*, *me sub vesperam venturam*, non, *praedixissem.* Haec nihil habent alieni: postea nimis paene confidenter pronunciat: „Nec ea est vis praepositionis ὑπὸ in compositione, quicquid aliis videatur.“ Quid veri in his, quid falsi subsit, diligentius alias disputabitur *q)*. *Hemst.* Frischlinus vertit: *vt dicerem.* Mihi vnice placet interpretatio Sch. Doru. (neque aliter intelligenda esse puto verba Suidae).

---

o) Ita etiam Segaar. Obss. phil. in Luc. capp. XI. p. 322. et Paulus in Comm. in N. T. T. II. p. 167. interpretati sunt, quae tamen explicatio Schleusnero in Lex. N. T. T. I. p. 793. ed. tert. arguta magis, quam vera, visa est, qui maluit κατὰ intelligi.

p) ὑπειπούσης nihil aliud significat, quam προειπούσης, eamdem potestatem habente in hoc composito praepositione, quam in ὑπάδειν Ran. 874. nec vllam aliam significationem sententia admittente. Ineptam interpretationem retinuimus: *et subindicassem* [e Bergl. versione]. Verti debebat: *et praedixissem ad vesperam me venturam. Brunck.* in Add. Tradunt ὑπὸ ἀντὶ τοῦ πρὸ accipiendum, ἐμοῦ τε προειπούσης. Nihil vetat, quo minus valeat *post*, et vltimi loci quamdam habeat rationem. Anus primum cogitauit de dono mittendo; deinde placentam et bellaria censuit mittenda; post illa omnia dixit illuc se ituram. *Gir. Münterus* reddit *addere*, *subiungere*, et ex Demosth. pro Cor. καὶ τούτων ὑφέξω λόγον, τοσοῦτον ὑπειπών. [Cf. Reisk. Ind. Dem.]

q) Certe et Suidas et Tho. M. V. Ὑπάγειν [p. 866.] ὑπειπεῖν poni pro προειπεῖν animaduerterunt. *Fisch.*

Nam quum anicula placentam amatori miserit per ancillulam: credibile est illam ei signis certis indicari iussisse, ideoque obscure et tecte, non aperte et plane, se venturam esse εἰς ἑσπέραν, h. e. *sub vesperam*, vt 1202. et Xen. Cyr. 1, 4, 16. εἰς τοῦτον τὸν χρόνον· i. q. ἐπισάσης ἑσπέρας. Nam pro εἰς ἑσπ. dicitur etiam πρὸς ἑσπ. vt πρὸς ἡμέραν. Sic Charit. 1, 10. ἤδη ἐσὶ πρὸς ἡμέραν, sed c. 12. ἐπισάσης ἡμέρας. Chremylus, auiditate cognoscendi statim rem omnem, interpellat anum *r)*, vt 981. τί σ' ἔδρασ', εἰπέ μοι. *Fisch.* ἥξοιμι. Temporibus praeteritis optatiuos fut. ita subiici hoc ipso loco laudato docuit *Dawes*. Misc. Crit. p. 105. Pro vulg. εἰπέ μοι Br. et Inu. tacite dederunt εἶπ' ἐμοί.

1000. Ἄμητά τε προσέπεμψεν [vt olim vulg.] Citat Etymologus V. Ἄμης et Suid. ead. voce. *Kust.* Ἄμης *placentae* genus cum *lacte* iuxta Schol. *s)* Hesych. Ἄμητες· πλακοῦντος εἶδος· et Athenaeus I. p. 9. [p. 33. Schweigh.] καυδύλην [κάνδυλον] καὶ ἄμητας. *Spanh.* τε [post ἄμητα] defendi posse non diffiteor: satis enim apte cohaerent: ἐμοῦ — πεμψάσης — ἄμητα τε πρ. — καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν, oratione, quam instituerat, continuata: iamdudum tamen suspicatus sum, expostulatoriae prurientis anus indignationi magis conuenire γε· suspicionem meam planissime confirmat cod. Doru. Verum est receptam lectionem ap. Suid. inueniri in Ἄμητα· sed istud τε nullum adparet in ed. [Suidae] prima; vt credibile sit, postea demum ex Comico fuisse adiectum, tanto magis quod eo fulcro versus indigeret: omittit etiam Etym. p. 83. in Ἄμης· at lectionem diuersam idem praebet, quae metro simul consulat: Ἄμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τουτονί *t)*. Illa nisi talis mihi

---

r) Quoniam hoc tantum superesse videbatur, vt anus diceret, se in amplexus adolescentis irruisse, excitat eam his verbis, vt promtius et liberius proferat, quae in animo habebat. *Gir.*

s) Est placenta ex lacte confecta: sapidior quam si ex aqua et farina temperaretur. Vult placentam, quae ipsi missa est ab adolescente, intelligi non fuisse vulgarem. *Gir.* Fuit genus placentae confectae e farina, lacte et ouis subacta. v. Athen. XIII, 13. p. 644. Etym. M. h. v. et Pierson. ad Moer. p. 84. s. Sensus: *non modo non accepit placentam, quam ego ei miseram,* sed *remisit mihi cum ea aliam hancce. Fisch.*

t) Probauit *Fisch.*, in ordinem recepit *Brunck.* (quem Inu. auctoritate cod. Rau. sequutus est), quoniam copulam nullus

fuiſſet viſa, quae vtrique ſcripturae memoratae anteponi fortaſſe mereatur, particulam γε reuocaſſem. *Hemſt.* τουτονί. Exhibet placentam a iuuene datam. *Gir.*

1001. ἐφ' ᾧ τε ν) h. e. *hac conditione vt* — vt 1142. Nonnumquam praemittitur ἐπὶ τούτῳ. v. Plat. Apol. 17. interdum omittitur τε. v. Hoogeu. ad Vig. 9, 4, 11. [p. 618.], qui monet pro ἐφ' ᾧ et ἐφ' ᾧ τε poſſe etiam dici ἐπὶ τῷ, ſequente Infinitiuo, quocum conſtruitur, quia idem eſt quod ὥστε. *Fiſch.* In Acharn. 722. ἀγοράζειν — ἔξεστιν — ἐφ' ᾧτε πωλεῖν *in foro verſari licet ad vendendum.* Thesm. 1193. σπονδὰς ποιήσασθαι — πάρα, ἐφ' ᾧτ' ἀκοῦσαι etc. (vt audiatis) et alibi. Phalaris Ep. 52. [96. Leun.] ἐγὼ πάντα — πράττειν ἕτοιμός εἰμι, ἐφ' ᾧ τε θεῖον ἄνδρα — περισώσασθαι *ad ſeruandum diuinum virum* [ad q. l. omnino vid. eſt Leunep.]. Vide infra 1142. *Bergl.* ἐκεῖσε eſt vel, *in aedes adoleſcentis*, vel, *in locum vbi conuenire antea amantes conſueuerant. Fiſch.*

1102. πρὸς ἐπὶ τούτοις eſt *praeterea.* Schol. Doru. adſcripſit ἐκ παραλλήλου, quibus verbis admonere voluit lectores, alterutram praepoſitionem omitti potuiſſe. v. Abreſch. Dilucidd. Thuc. p. 112. [vbi hic ipſe locus, in quo Gir. x) et H. Steph. nonnihil haeſerint, laudatur]. Nam etiam ἐπὶ cum Dat. eſt *praeter*, vt Hom. Od. 3, 113. εἶπεν h. e. *dici*, *nuntiari iuſſit*, nempe per eum, per quem placentam remiſit. *Fiſch.*

Vim participii ἀποπέμπων qua ratione expediuerit Schol. Doru. (exponens: τὴν πρὸς ἐμὲ ἀποδιώκων συνήθειαν), apertum eſt: adſcito nimirum extrinſecus Accuſatiuo ἐμὲ

---

agnoſcit codicum [ab ipſo collatorum], qui pariter omnes habent ἄμυτα προσέπεμψεν (etiam Borg.) et veram lectionem Etym. ſeruauit.

ν) ἐφῷτ' aduerbialiter pro ἵνα ponitur: poteſt diductis partibus etiam dici, ἐφ' ᾧ· cum μὴ iunctum ſignificat *vt ne*, ἐφῷ μηδεπ. μ' ἰλθεῖν ἔτι vt numquam omnino ad eum irem, ſed via ad illum eſſet in totum mihi praecluſa. *Gir.*

x) Atticis πρὸς quandoque videtur redundare, quomodo hic eſſe putes; niſi pro πλεῖον capias: καὶ ἐπὶ τούτοις πλεῖον *his etiam amplius.* Praeter miſſam ſuam placentam, et meam remiſſam — καὶ πρὸς εἶπεν ſiue iunctim προσεῖπεν. *Gir.* Etiam *Mant.* πρὸς interpretatur *plus, amplius*, laudato Suida.

vel τὴν πρὸς ἐμὲ συνήθειαν. ἀποπέμπειν vero et ἐκπέμπειν saepe a Grammaticis exponuntur ἀποδιώκειν, ἐκδιώκειν. Sententia, me quidem iudice, planior erit, si referas ad ἄμυτα· quomodo non leue momentum accedet Etymologi lectioni προσαπέπεμψε, simulque in his exstabit conuenientissima quaedam anilis μακρολογία. Forte tamen aliquis hunc in modum capere maluerit: *Et super haec praeterea dici iussit missio ad me nuncio:* quod vt non prorsus damno, sic vsum illum in ἀποπέμπειν paulo rariorem esse arbitror. *Heusd.* Ex Schol. Doru. sententia ἀποπέμπειν esset, *valere* amicam *iubere*, eam iubere res suas sibi habere. Non male. Sed rectius fortassis referetur ad πλανοῦτα, ita vt sit: *placentam remittere.* Nam notio valere iubendi continetur verbis sequentibus γ). *Fisch.*

1003. πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Occurrit denuo prouerbialis hic versus infra 1076. Dictum vere illud de Milesiis, quod, vt de iis Athenaeus XII. p. 523. quamdiu voluptatibus fuerunt inuicti, conditis insuper variis in Hellesponto praeclaris vrbibus, et debellatis Scythis Ioniae principatum iidem tenuerint; Ioniis vero et Colophoniorum deliciis dein emolliti ac popularibus seditionibus impliciti, viles deinceps euaserint; idque sit prouerbiali illo versu decantatum. Exstat vero idem quum ap. Philostrat. de Soph. p. 527. tum apud Synes. Ep. 80. Adde quod Miletum, ob vagos Histiaei amores, in excidium incidisse a Pausania dicitur X. p. 675. *Spanh.* Prouerbium hoc occurrit et ap. Synesium Epist. 80. De pristina felicitate Milesiorum Herodotus [V, 28.]: κατὰ τὸν αὐτὸ χρόνον ἡ Μίλητος αὐτή τε ἐωυτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίας ἦν πρόσχημα. Alludit ad hoc prouerbium in Vesp. 1063. ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ὑμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς, ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις. *Bergl.* Milesii quondam strenui, fortes, et opulenti z), tandem ita voluptatibus

γ) ἔτι a Graecis sic vsurpari, vt, eo demto, sensus tamen constet, obseruat *Gir.* Adhiberi eam particulam, quia verba iuuenis recitantur, monet *Eckard.* p. 103. i. qui cum part. vsum illustrat.

z) Polycrati, Samiorum tyranno, oraculum consulenti num vtile futurum sit in bello socios habere Milesios, hoc responsum esse traditur πάλαι etc. Hinc dictum illud de iis qui, de-

erunt, vt vna cum fortitudinis laude amiserint opes, Hystaspis, Persarum regis, saeculo. Vnde natum rouerbium de iis, qui ex opulentis et beatis facti miseri et inopes. v. Athen. XII, 5. Apostol. XV. 59. naer. fragm. 28. Exprobrat igitur adolescens anicu- nopiam et egestatem, quum nuper fuerit diues et enta *a)*, atque ostendit se nolle amplius ipsius con- dine vti, quod ipsa in egestate iaceat. *Fisch.*

1004. τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς est *homo nequa- i ineptus et stultus et absurdus*, h. e. prudentissimus, ntissimus, qui v. 1024. dicitur οὐ σκαιὸς ἄνθρωπος. ηρὸς propr. *laboriosus;* deinde *miser;* denique *ma- Fisch.* Toupius Emendd. in Suid. II. p. 328. ed. οὐ μοχθηρὸν interpretatur *adolescentem moribus haud origeris, the young man was very obliging.*

1005. ἔπειτα πλ. Si hic continuanda est persona Chre- , pro ἔπειτα scribendum est ἐπεί γε *siquidem*, vt praecedentibus illa cohaereant. Vel, si ἔπειτα relin- dum est, versus hic cum tribus sequentibus aniculae is tribuetur. *Kust.* De priore (Kusteri sententia) rius intercedet p. 181. [p. 141. ed. Reusm. vbi hic tractatur] quamuis in hac particula eiusque prae- ra positione subtilius ille, quam par sit, pro more suo sophetur. Alterum haud facile probet, qui paulo di- tius ad illud adtenderit: καὶ μὴν προτοῦ γ' ὀσημέραι liquido versum praecedentem personae diuersae con- re demonstrat: v. Deuar. p. 280. *b)*. Equidem multo is, paruula mutatione inducta, personas sic ordinari ı: Χρ. Δῆλον, ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθ. ἦν. Γρ.

---

eriores facti, desierant esse, qui ante fuerant, et praestare, quod antea praestiterant. *Gir.*

Münt. potius eo refert, quod, olim formosa puella, nunc enio et rugis deturpata, ad amorem allicere neminem am- plius possit. *Gir.* vtrumque coniungit, atque opibus exhau- tam et ob senium ad amores ineptam notari putat.

p. 191. Reusm. vbi tamen Reusmannus aduersatur Deuario, qui καὶ μὴν non ad proxime antecedentem Chremyli oratio- nem, sed ad verba anus praecedentia retulerat, et cum proxi- me praecedentibus cohaerere existimat, ita fere: *ey freylich; das war es eben; sonst kam er wenigstens alle Tage.*

Ἔπειθ' ὅτι πλ. οὐκ ἐϑ' ἥδ. φ. Χρ. Προτοῦ δ' etc. Scilicet interiectum Chremyli dictum persequitur anus coe fermonem, vnde, quod hic deest, arcessi conuenit: εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι πλουτῶν οὐκ ἐϑ' ἥδεται φακῇ. E nihil minus hoc, quam alienum videatur, contentus t sum lectione vulgata, quae seni faceto tres versus ac cat c): sententiam vero aliter, ac Deuarius fecit, sic dandam existimo: *Adparet, moribus esse iuuenem i haud sane absurdis:* qui scilicet te vetulam res tib habere iusserit, condignoque responso fuerit vltus: *porro nihil est mirum, si diuitiis auctus non am lenticula delectetur d). Hemst.* Etiam Brunck. hos sus seni reliquit.

οὐκ ἐϑ' ἥδεται φακῇ. Nempe quod *lentis* cibus haud insuauis, vt antea vidimus, vel a delicatis etian machis haud vilipensus olim fuerit, tenuiorum tame ret cibus. *Spanh.* Pherecrates ap. Athen. IV. p. Μή μοι φακούς, μὰ τὸν Δί' · οὐ γὰρ ἥδομαι · ἢν γὰρ τρώ τοῦ σώματος ὄζει κακόν. *Bergl.* Hunc versum Suid Φάκαι notat esse paroemiam ἐπὶ τῶν πλουσίων γεγονότω πενήτων · sequutus est Erasmus, quem inter adagia re re non piguit: *Diues factus iam desiit gaudere Hemst.* Φακῇ sunt, vt v. 192. *lenticulae coctae*, se κὸς ex obseruatione Ammonii p. 141. Tho. Mag. [p. 88 et aliorum, *lenticulae crudae*. Sed secus praecepit ris [p. 382.] Φακήν, ἑνικῶς καὶ ϑηλυκῶς, Ἕλληνες · φ πληϑυντικῶς, Ἀττικῶς. Neque tamen huic eius obser ni repugnant loci Aristoph. Neque enim negat M Atticos abstinuisse vsu nominis φακή. Ceterum Chr lus ostendit, adolescentem diuitem nolle vesci an lenticulis e), quas egenus libenter ederit (ἥδε

c) Omnis euanesceret lepos, si istos versus aniculae t cuius amorem lenti, vilissimo tenuiorum cibo, facile fas parienti, facete adsimilat Chremylus. *Münt.*

d) Ordo verborum est: πλουτῶν ἔπειτα οὐκ ε. φ. Nam eleganter postponitur participiis, vt εἶτα, οὕτως, τότε. v 207. 521. 911. *Fisch.* Hemsterhusii rationem sequut Hoogeuen. Doctr. part. gr. I. p. 594. vt ἔπειτα fit τ Eodem modo *Münt.* statuit.

e) Lens tenuium et pauperum est cibus et fastidio esse vbi lautior contigit fortuna. *Gir.*

nas ab anicula iam egena videat ſibi appoſitum iri.
h.

1006. *προτοῦ f)* eſt *antea*, tum quum eſſet egenus
ops. v. Gloſſ. vett. *πενία* eſt h. l. *egeſtas*, *πτωχεία*, et
ῆς πενίας dictum eſt, vt Strab. XV. p. 1041. *οἱ μὴ δυ-
οἱ ἐκδιδόναι τὰς παῖδας ὑπὸ πενίας. Fiſch.*

Locum hunc adducit Athenaeus IV. c. 21. p. 170. vt
et, ſcilicet, Ariſtophanem voce *ἐπεσθίειν* vſum fuiſſe,
n noſtri codices hodie exhibeant *κατεσθίειν*. Verba
naei haec ſunt: *Ἐπεσθίειν εἴρηκε Τηλεκλείδης Πρυτα-
οῦντως· Τυρίον ἐπεσθίοντα. καὶ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Προ-
ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπήσθιον g).* Sic enim locus hic
nuandus eſt, qui hodie ap. Athen. male diuulſus eſt.
. Pro *ἅπαντα κατήσθιεν* Athenaeus habet *ἅπαντ' ἐπή-*
peius enim *ἐπήσθιον* editur. Genuinum puto: nam
non poterat Athenaeus, qui conſulto protulit, vt
θίειν hac auctoritate firmaret: alterum huc illatum ex
025. idque verbum ſaepius infra recurrit v. 1129.
. 1144. quibus in locis opportune ponitur; hic contra
o melius quadrat *ἐπήσθιεν*. Vtrumque vſurpant *ἐπέ-*
et *ἐπεσθίειν*. Epicharm. ap. Athen. III. p. 85. D. *τὰ
ία μὲν ἐντὶ ἐπέσθειν*. Pherecrat. XIV. p. 645. A. —
τῆς ἁπλησίας Διακόνιον ἐπῆσθεν ἀμφιφῶντ' ἔχων. Calli-
n. epigr. LI. *ἅλα λιτὸν ἐπέσθων. Hemſt.* Venuſtam
pii coniecturam *ἅπαντ' ἐπήσθιε* recepi, quem vide ad
. III. p. 272. *h)*. Elegans vſus eſt praepoſitionis *ἐπὶ*
verbis comedendi nominibusque cibi et obſonii. Pac.
κολλύραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ. Acharn.
παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν, αἴκα τις διδῷ. Supra 628.
υσιλημένοι ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις. Eadem hic vis eſt
poſitionis in compoſito *ἐπήσθιε i)*. *Brunck.* Ex Rau.

Scribitur etiam diuiſim *πρὸ τοῦ*.

ἐπήσθιεν legitur in ed. Schweighäuſ. T. II. p. 161. ſed ex loco
Ariſt. correctum. cf. Schweigh. Anim. T. II. p. 607. Add.
de verbo *ἐπεσθίειν* Caſaub. ib. p. 570. et Schweigh. p. 592.

ἅπαντ' ἐπήσθιεν (vt in Athen.) ille legi iuſſit T. II. p. 328. ed.
recent. Oxon.

ἅπαντ' ἐπεσθίειν eſt *omnino omnia opſonia edere ad panem*,
cum pane, vt Xen. Mem. 3, 14, 2. dixit: *ἐσθίουσι πάντες ἐπὶ τῷ*

libro, quod recepit *Inu.* ἅπαντ' (scrib. ἅπαντ') ὑπήσθιε, haud dubie ex ἐπέσθιε ortum est, si recte lectum est. ὑποσθίειν vix commodum h. l. est verbum. Borg. cum plerisque aliis codd. ἅπαντα κατήσθιε.

1007. ὀσημέραι est vocab. Atticum, i. q. καθ' ἡμέραν ap. reliquos Graecos. v. Moeris [p. 285.]. *Fisch.* Significat πάντοτε, siue quod sequitur ἀεί. *Gir.*

νὴ τὼ θεώ· τὸν Ἔρωτα καὶ τὴν Ἀφροδίτην Schol. Doru. ne scilicet per sua numina non iurarer anus libidinosa. Hesychium audi, meliorem interpretem: νὴ τὼ θεώ *k)*· ὅρκος κατὰ Δήμητρος καὶ κόρης *l)*. Poll. X. 97. Emenda Lys. p. 103. v. 27. *Hemst.* Anicula iurat per Cererem et Proserpinam potissimum, vt dicetur ad v. 1014. Cf. ad Aesch. Axioch. 20. Et ὁ θεὸς dicitur etiam *dea.* v. Verheyk. ad Antonin. Lib. 29. p. 191. s. *Fisch.*

1008. ἐπὶ τὴν θύραν — ἐμήν· quod amatores Athenis fere nocte facere solebant ebrii, coronati, facesque gestantes et cantantes: quod dicebatur κωμάζειν πρὸς τὴν ἐρωμένην. vid. 1041. s. et Theophr. char. 12, 1. *Fisch.*

1009. ἐπ' ἐκφοράν *m)*. Sic Concion. 921. οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε; *anne ad elationem funebrem?* Ἐκφορὰ nempe de *funere seu elatione mortui* ad tumulum dicta. Aesch. S. C. Th. 1032. Ἄτιμον εἶναι δ' ἐκφορᾶς φίλων ὕπο, *sed vt*

αἰτῷ ὄψον· sed ἅπαντα κατεσθίειν est, *omnino omnia opsonia devorare.* nam κατεσθίειν est, vt καταφαγεῖν, ἐξῆς φαγεῖν, auide vorare, v. Schol. ad Pac. 6. Hoc vero vel maxime conuenit in adolescentem egenum. Et Athenaeum facile fallere potuit memoria vel scriptura codicum, quibus vsus erat: id quod multis saepe aliis, etiam doctissimis Grammaticis accidit; praesertim quum non appareat facile, qua re adducti Grammatici ex ἐπήσθ. fecerint κατήσθ., v. 1025. indicio. Puto igitur poëtam dedisse h. l. κατήσθιεν. Sic etiam magis exstat insolentia hominis, qui ex egeno diues subito factus erat.

k) νὴ τὼ θεώ, Duali numero, iusiurandum muliebre esse volunt; virorum enim potius esse μὰ τοὺς θεούς. *Gir.*

l) Add. Schaefer. Melet. Crit. p. 30. s. qui et ipse Scholiasten Doru. notauit.

m) Scil. ἐβάδιζε, vt efferret. Non tam propter te, quam propter tua te quotidie adibat. *Gir.*

infirmus ne ab amicis quidem ad ſepulcrum efferatur: et Eurip. Alc. 422. Ἀλλ' ἐκφορὰν γὰρ τοῦδε θήσομαι νεκροῦ. Adde ſoluto ſermone Lyſiam Orat. I. p. 6. ἐπ' ἐκφορὰν αὐτῇ ἀπολουθήσασα. Ab Atticis vero non ἐκφορὰν ſolum, ſed ἐκκομιδὴν etiam dici hanc *mortui ad tumulum elationem*, notant ad dictum Aeſch. locum veteres Critici, et firmatur antiqua Solonis lege ap. Plutarch. Sol. p. 90. οὐδ' ἐπ' ἀλλότρια μνήματα βαδίζειν, πλὴν ἐκκομιδῆς: quomodo ἐκκομίζειν dictum eodem verſu. Εἰσκομίζειν vero ab Eurip. Herc. Fur. 1422. et ſic συνεκκομίζειν ab eodem Electr. 73. Eodem ſenſu ſimplex κομίζειν dictum in eadem Elect. 959. κομίζειν τοῦδε σῶμ' εἴσω χρεών. *Spanh.* Vel, ad efferenda bona tua, vel ad te efferendam ſi mortua forte fueris *n)*; nam annoſa quum ſis, morti es vicina. In Eccles. 926., vbi vetula itidem vt haec pruriens dicit ad adoleſcentulam: οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ, haec reſpondet: οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν; *Bergl.* Cod. Doru. ἐπ' ἐκφορᾷ· ἤγουν ἐπ' ἐξαγωγῇ τινὸς πράγματος. Ferri poſſet ἐπ' ἐκφορᾷ *o)*, quippe ingenio linguae graecae non repugnans: ſed vulgatum communis loquendi vſus tuetur: βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν· Synes. Ep. III. ἐπ. ἐκφορὰν ἥκειν τινὸ τεθνειῶτος Lys. ap. Athen. XIII. p. 613. D. ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν ἀπαντᾶν Lucian. Demon. p. 1017. C. *exequias* ire. Hic ſenſus Ariſtoph. loci quum ſit perſpicuus, et legenti ſtatim in oculos incurrat, iure mireris, quid mouerit interpretem cod. Doru. vt in aliam longe partem vocabulum illud acciperet *p)*:

---

n) Duplicem admitti ſignificationem: notat enim tam rerum ex aedibus exportationem, quam elationem mortui ad ſepulcrum. Poſteriori ſignificatione occurrit etiam Aelian. V. H. VIII, 4. ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτῶν παρεκέλευε τοὺς φίλους. Senſus eſt: ad fores tuas perpetuo accedebat, vel vt dona a te accepta exportaret, vel obitum tuum exſpectaret tibique iret exſequias, ſperans, ſeſe ex aſſe fore haeredem. *Münt.*

o) Caſuum illa permutatio hoc in genere admodum frequens eſt, et leges linguae vtrumque caſum ferunt. v. Raphel. ad Matth. 26, 50. vbi pro ἐφ' ᾧ in Cod. Alex. eſt ἐφ' ᾧ. *Fiſch.*

p) Non male Sch. Doru. explicuit, vt *Friſchlin.* vertit: *quippiam exportandi cauſa:* ſed rectius tamen Faber et alii accipiunt de anicula capulari, mox efferenda: *vt exequias iret.* Nam ἐκφορὰ vt verbum ἐκφέρειν proprium eſt de mortuis, qui efferuntur, et form. βαδίζειν εἰς ἐκφοράν de iis qui eunt exſequias. Ineſt ſcilicet locus vrbanus in ambiguitate iſta formu-

nisi eo ducere putauit, quod Chremylus mox respondet, τοῦ λαβεῖν μὲν οὖν χάριν. Non equidem inficior, ἐκφορὰν ap. Plutarch. T. II. p. 660. A. et ἐκφορεῖν saepe de rebus et supellectile fumi, quae domo efferuntur, aut per vim etiam exportantur: sed eum a tali explicatione debuerat reuocare vetula capularis, funeri magis tempestiua, quam deliciis amatoriis. Eadem tamen oberrant chorda Eccles. 920. Οὔκουν ἐπ' ἐκφορὰν γε. Ibi Schol. notat: ὅτι τῶν γραϊδίων ἐκφέρουσι τὴν οὐσίαν οἱ ἐρώμενοι. Tu Tan. Fabro auscultа, qui longe rectius intellexit. *Hemst.*

1009. f. μὰ Δί' ἀλλὰ *immo.* ἐρᾶν est *cupere, gestire.* Sed vsa est anus hoc potissimum verbo, vt indicaret magnitudinem cupiditatis adolescentis. τοῦ λαβεῖν μ. οὖν χάριν *vt acciperet, auferret, quidem abs te aliquid* (intell. τι). Qua oratione hominis adduci anicula poterat, vt crederet, eum etiam verba ἐπ' ἐκφορὰν ita accipi voluisse. Sed simulat, quasi non audierit ista verba *q)*, vnde pergit καὶ νὴ Δί' — ὑπ. *Fisch.*

1012. Νιτάριον [vt olim vulg.] Citat h. l. Thomas Mag. V. Ὑποκορίζομαι [p. 873.] vti et paullo post sequentem: Οὕτω σφόδρα ζηλότυπος etc. V. Ζηλῶ [p. 408.] *Kust. Nitarion appellabat aut Batium suum.* Nempe si credimus Symmacho, Grammatico passim a Schol. laudato, *Nitarus* quidam et *Batus* erant mollitia infames. Ergo ἀπὸ Νιτάρου, Νιτάριον· ἀπὸ Βάτου, Βάτιον. Atqui (vt condonemus ei cinaedos suos Νίτταρον et Βάτον, quos nemo

---

lae, qua vsus est Chremylus ne eam offenderet. Nam Chrem. formulam sic intellexit: vt exsequias funeris tui prosequeretur; sed poterat etiam ita intelligi: vt abs te aliquid auferret. *Fisch.*

q) Fortassis Chremylus illa pro se, neque ad anum, sed ad spectatores magis conuersus, aut submissius eloquutus est. χάριν munus, beneficium, interpretatur *Eckard.* p. 101. f. Tum ad τοῦ λαβεῖν videtur ἕνεκα intellexisse; perperam. Nescio an ita etiam *Münt.* qui interpretatur: *tum demum, quando a te capiebat munera, voce tua, aliunquin ipsi ingrata, delectatum fuisse crediderim.* Aliter *Gir.*: τοῦ λήμματος χάριν *quaestus et lucri gratia.* „Plurimum illi placebat haec tua vox: *Istuc cape: Hinc abiens hoc tecum aufer: His ego te dono:* cum similibus orationibus adolescenti misero quidpiam largientibus."

alius memorat, quique a Symmacho confecti videntur, ne nihil dicendo ignorantiam ſuam fateretur) quî, ſodes, fieri poteſt, vt nominum virilium deminutiua tribuantur mulieri? Σωκρατίδιον eſt deminutiuum Socratis, at nullius alterius: ſic Νιτάριον ſolius Nitari fuerit; Βάτιον, ſolius Bati. Sed quum haec interpretatio plane ſit abſurda, aliam infit: καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας, βατύλους ἔλεγον. Quae primo corrigenda erunt, deinde expendenda. Suidas habet μικράς καὶ θηλείας, vnde ſic lego: καὶ τοὺς μικροὺς καὶ θήλεας, βατάλους ἔλεγον, *viros pumilos et effeminatos Batalos vocabant.* Vid. Βάταλος apud Heſych., Harpocr., Suid. Etymol. r) Plutarch. in vita Demoſth. [c. 4. T. IV. p. 697. Reisk.] cui ob mollitiem cognomen *Batalus* adhaeſit. Certa eſt haec emendatio, et fortaſſis inſuper legendum eſt τοὺς μαλακούς, pro μικρούς: etſi et hoc tolerari poteſt. Iam vero quid βάταλος facit ad βάτιον? quibus fidiculis extorquebunt, vt ex *Batalo Bation* deminutiuum prodeat? A βάταλος certe βατάλιον fuerit, non βάτιον. Tamen et alter Scholiaſtes ſignificare ait Βάταλον, τὴν ἕδραν· παρ' ὃ καὶ βάτιον. *Batalum* ſcil. eſſe *ſedem* (i. e. *podicem*,) a qua voce βάτιον veniat. Et βάταλον quidem notare πρωκτὸν teſtantur Plutarchus, Etymologus, Harpocration: ſed inde βάτιον deducere ineptum eſt. Ergo alius, ſed nihilo ſapientior, νιτάριον et βάτιον ait eſſe plantarum nomina, et interpretatur ὑπεκορ. νιτ. κ. β., quaſi dixerit: ὡς ἄνθη με εἶχεν, *florum loco me habuit.* Bellorum mehercule florum? quum βάτος non roſam, non lilium, ſed *ſentem*, *ſpinam* ſignificet: νιτάριον autem de flore vel planta dici ſit inauditum et falſum. At tandem, opinor, ad rem ipſam deuenimus. Nam βάτος, ait alter, eſt piſciculi genus; vnde mollis et luxurioſus, qualis iſte eſt piſciculus, βάτιον dici poteſt s). Βάτος quidem piſcis eſt; hoc vere;

---

r) Add. Tho. Mag. p. 149. ed. Bern.

s) Νίταρος apud Comicos mollem ſignificat et delicatum, βάτος quoque piſciculus eſt; pro τρυφερῷ et μαλακῷ etiam ponitur. Ab illis finxit deminutiua, quae ſonant velut: mea delicatula, mollicula, tenella amica. Amatoribus aſſentantibus propria ſunt ὑποκορίσματα. *Gir.* Cfr. autem *Hemſt.* Not. ad Scholia, qui partim nonnulla Bentleii dicta conuellit, partim coniicit Didymum ſcriptum reperiſſe aut ſcribi voluiſſe νοττάριον, diuerſam lectionem τοῦ νηττάριον, et in quadam Comici fabularum editione ſcriptum fuiſſe βατάλιον.

ſed ſatius fuerit, piſce mutiorem eſſe, quam tam lepidum ὑποκόρισμα nobis obtrudere. Reſtat adhuc Didymus, qui νιττάριον exponit νεόττιον, οἱονεὶ κοράσιον: ſed quum nemo omnium Grammaticorum hoc memoret, cras ei credemus, hodie nihil: vtpote qui hoc confingere potius voluerit, quam ignorantiam ſuam candide fateri. Quid ergo? ipſa certe tot interpretationum varietas ſatis per ſe oſtendit, quantam ad ἀφασίαν et ἀμηχανίαν redacti fuerint miſelli Scholiaſtae. Nobis autem, ſi locum a multis iam ſeculis in mendo cubantem et ab ipſis graecis magiſtris fruſtra tentatum, certa coniectura reſtituere poterimus et extra omnem dubitationis aleam ponere, gratiam, ſat ſcio, magnam inibimus ab omnibus φιλαριστοφανίσι. Faciamus igitur periculum: et primo illud percommode accidit, quod apud Suidam iſta nomina cum duplici τ efferuntur, νιττάριον et βάττιον: cui ſcripturae adſtipulatur Scholiaſtes ille ad locum, qui βάταλον δέ, inquit, τὴν ἔδραν, παρ' ὃ καὶ τὸ βάτιον· τὸ δὲ συνεταλμένως ἀναγινώσκειν, ἄνοητον, h. e. ſtultum eſt, correpte illud verbum pronunciare. Scripſit ergo ille, ſyllaba per geminam conſonantem producta, βάττταλος et βάττιον, vt profecto apud Etym. hodie habetur βάττταλος et βαττταλίζειν t). Iam igitur ſic locum refingo, minima nutatione: Νηττάριον ἂν καὶ φάττιον ὑπεκορίζετο, *anaticulam et palumbulam me diande vocabat* v). Non dubitaueram, conſueta quaedam ὑποκορίσματα amatoria ſub mendoſis illis delitescere, et proinde tentanti quiddam eius generis ex iis extundere, ſtatim ſucceſſit. A νῆσσα, Attice νῆττα, deminutiua exſtant νήττιον et νηττάριον· a φάσσα, φάττα eſt φάττιον. Onomaſticon Latinograecum Labbei: *Palumbes*, φάττα. *Palumbula*, φάττιον. Porro

t) Add. Zonarae Lex. V. βαττταλίζεσθαι, T. I. p. 379.

v) Auctor Epiſtolae Criticae, in qua Bentleii in Phaedrum notae expenduntur p. 49. ff. Bentleium valde notat, quod ſibi arrogauerit emendationem, cuius partem iam quinquaginta annis ante Tan. Faber in not. ad Lucretium dederat et multis verbis, quae ibi repetita ſunt, illuſtrauerat. Scilicet νησσάριον ille coniecerat, et βάτιον interpretatus erat auiculam, quam *rubellinam* vocamus. Caeterum ex Fabro coniecturam νησσάριον, laudato etiam Plauti loco, quem ille iam indicauerat, adſert *Bergl.* et addit: „Hac ratione pro βάτιον etiam legi poſſet φάττιον, *palumbulum*.“ Fabrum, neſciente B., iam prius vocab. correxiſſe *Kuſt.* in Add. p. 524. notat et ex Apul. Metam. X. p. 249. v. *palumbulus* confert.

inter blanditias amantium *anaticulas, palumbulas*, siue, quod idem est, *columbulas* (nam palumbes est genus columbae) vel primum locum obtinere, ex notissimo Plauti loco constat Asinar. III, 3. [103. s.]:

Dic igitur me anaticulam, columbulam, catellum,
Hirundinem, monedulam, putillum, passerillum.

Sic corrigenda sunt ista; nam in editis mendose habentur contra legem metri. Sed et illa ibidem sic scribe [v. 76. s.] *x)*:

Dic igitur me passerculum, gallinam, coturnicem,
Agnellum, hoedillum me tuum dic esse, vel vitellum.

Bentl. Cod. Doru. in Νιτάριον et Βάτιον prorsus cum Edd. conspirat *y)*. Suidas tamen Νιττάριον habet et Βάττιον, quae propius accedunt ad Bentleii inuentum Νηττάριον — Φάττιον. Hoc ego quin ab ipso Aristoph. sit profectum quum non dubitem, vix temperare mihi potui, ne pristinas in sedes restituerem. Priorem emendationis praestantissimae partem occupauerat, quo erat acumine subtili, Tan. Faber ad Lucret. p. 497., quem miror, cur νησσάριον scribere maluerit, quam quod Ἀττικώτερον erat et vitiatae lectioni similius, νηττάριον· altera forma, teste Moschop. περὶ σχεδ. p. 173. in popularem vsum abiit: Νῆσσα καὶ νῆττα, τὸ κοινῶς νησσάριον. *Hemst.* νηττάριον ἂν καὶ Φάττιον *z)*. Sic optime Bentleius, cui praeluxerat Tan. Faber ad Lucret. IV, 1164. [p. 197. T. II. Hauerc.]. Nihil mendosius vulgata lectione νιτάριον — βάτιον, quae absurdissimas peperit interpretationes. In meo scriptum: νιττάριον· in C. αἴσθοιτο μὲν ἠτάριον, superscripto ι primae literae postremae vocis. *Brunck.*

---

x) Has deprauationes Plautinas dixit Auctor Epist. crit. p. 53.

y) Legitur ita in omnibus libris scriptis et editis; neque aliter scriptum inuenerat praeter Schol. vet. Thomas Mag. [p. 873.]. At quum sic nec origo nec potestas verborum reperiri possit, haud dubie cum Fabro et Bentleio legendum est Νηττάριον et Φάττιον. Vt *anaticula* apud Romanos fuit in numero eorum nominum, quibus amicae blandirentur amatoribus, ita etiam *palumbulus*. v. Apulei. Metam. 8. p. 213. Elmenh. Quidni igitur credibile sit, etiam apud Graecos νηττάριον et φάττιον fuisse verba amatoria, quibus amatores amicularum auribus blandirentur. *Fisch.*

z) Ita cum Brunck. Inuernizius, nescio an suis codd. praeeuntibus.

ὑποκορίζεσθαι propr. eſt more nutricum balbutire cum infantibus, ſermone infantem agere, vt Theophr. Char. 20, 2. ſed nutrices cum infantibus balbutiunt ſic, vt nunc verbis *deminutiuis* vtantur, nunc res *triſtes* et *ingratas* appellent nominibus *gratis* et *laetis*, aut contra. Hinc ὑποκορίζεσθαι valet 1. vti nominibus deminutiuis, aliquem appellare deminutiuo nomine, vt h. l. *a)* v. Timaei gloſſ. Plat. [p. 266. vbi vid. Ruhnken.] Tho. Mag. [p. 873. Moeris p. 380.]. Sed quia addita ſunt deminutiua, reddi h. l. poteſt: *appellabat me.* 2. verba rerum permutare inter ſe, ita vt res honeſtas appelles turpibus vocabulis, vt Xen. Mem. 2, 1, 26. vbi vid. Erneſt., res turpes vocabulis honeſtis, vt ſcorta ἑταίρας, acetum μέλι, carcerem οἴκημα v. Etym. M. h. v. [Zonar. Lex. II. p. 1784. ibique Tittmann. Photius Lex. p. 460.]. Sic legitur Cic. ad Att. IX, 10. Hoc quum facere ſoleant adulatores, Heſych. ὑποκορίζεσθαι interpretatus eſt κολακεύειν, quod etiam Hudſonus ap. Moer. [p. 380.] edidit, vbi Pierſon. [e cod. Coisl.] pro κολακ. ſcripſit ἐπικορίζεσθαι, quod tamen quid ſibi velit, fatetur ſe ignorare. *Fiſch.*

1013. Minime ſpernendum eſt, quod ſuppeditat cod. Doru. ἔπειτ' ἴσως ἤτησ' (ἐζήτησεν gl.) ἂν εἰς ὑποδήματα· hanc enim ipſam loquendi formulam anus vſurpauit 984. cuius verba noſter Chremylus ἠθικῶς imitatur *b)*. Immutandae lectioni forſitan occaſionem dederit omiſſus accuſatiuus, qui ſupra fuerat expreſſus: ἀργυρίου δραχμάς, quae tamen ratio perquam eſt familiaris, vt 1032. nec legitimae ſcripturae damnum inferre debuerat. Elegans vſus praepos. εἰς: Euangelus ap. Athen. XIV. p. 644. E. εἰς τὰ κρέα μόσχον ἔλαβες, Theocr. Id. V, 98. ἐς χλαῖναν μαλακὸν τόκον δωρήσομαι. Paulum discrepat, vt tamen ſit proximum, noſtri Comici Pac. 36. οἱ τὰ σχοινία τὰ παχέα συμβάλλοντες τὰς ὁλκάδας· illudque Theophr. Hiſt. Plant. V, 5. εἰς τοὺς ποτα-

a) ſuaui et blando nomine appellare, *Gir.* qui ab ὑπὸ et κέρη ſ. κοράσιον repetit.

b) Iis de cauſis hanc ſcripturam etiam praetulerunt in not. *Fiſch.* et in textis *Münt.* Et videtur *Gir.* quoque pronomen σ' non agnouiſſe, quum Chremylum haec moneat dixiſſe ad ſpectatores conuerſum, et ita vt anum digito vel manu monſtraret.

μοὺς καὶ εἰς τὰς λίμνας ἐκ τούτων ναυπηγοῦσι' parique modo dicuntur εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν, πλάττειν τοὺς πηλίνους. Talia sunt apud Latinos: *parare lanam in vestem; dare in sumtum dimidiae minae: conferre pecuniam in statuas, in coronam auream quindecim talenta. Hemst.* ἔπειτ' ἴσως ἤτησ' ἂν εἰς ὑποδ. Sic optime duo Regii c). Ipsa sunt vetulae verba 984., quae facete ei regerit Chremylus. In meo: ἤτησεν ἂν εἰς ὑ. quod eodem redit. Minus bene in membr. ἤτησεν εἰς ὑ. omisso ἄν. Male vulgo: ἔπειτ' ἴσως ἤτησεν ἂν σ' ὑποδ. *Brunck.*

1014. μυσηρίοις δὲ d) etc. Solitae Athenis mulieres Eleusina ad celebranda ibi Magna, vti dicta eadem constat, Mysteria vehi. Vnde Midiam redarguit Demosth. p. 363. quod ipse *vxorem*, et quidem mulis albis Sicyoniis, quod, iuxta Vlpianum ad eum locum, tyrannorum apud Sicyonem vehiculum foret, *ad ea mysteria duceret*, καὶ γυναῖκα εἰς τὰ μυστήρια ἄγει, ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος. Consueuerant vero ex iis mulieres κανηφόροι, sacra nempe deabus Eleusiniis in canistris ferentes, habere pedisequas, quae vmbellam iis, qua caput ob solis ardores tegerent, ac sellam praeterea ferrent, vt de iis Comicus Auu. 1551. φέρε μοι σκιάδιον, ac Scholia ibid. e). Hae autem pedisequae a gestatis eam in rem sellis διφροφόροι dictae Conc. 729. *Spanh.* Ante μυσ. intell. ἐν, vt Theophr. Char. 3, 2. Scilicet ista anicula videtur, vt aliae Athenienses mulieres cuiusuis dignitatis et aetatis (v. Meurs. Eleus. c. 16.) initiata fuisse sacris Cereris. Feminas autem tum Eleusina vectas esse bigis, h. e. ὀχεῖσθαι f) ἐπὶ τῆς ἁμάξης, quod Aelian. V. H. XIII, 24. dixit ἐλαύνειν ἐπὶ τῶν ζευγῶν, hic locus satis declarat. Aelianus d. l. (ad

---

c) Idem ex vtroque suo libro recepit *Inu.*

d) De magnis (Eleusiniis, h. l. intelligendis) et minoribus s. parvis mysteriis nonnulla hic, rerum satis nota, dixit *Eckard.* p. 105. s. (cf. ad 846.) Idem etiam de auctoritate mysteriorum apud Athenn. et de voc. μυσήριον ipse disputauit, p. 106. ff.

e) Cf. Paciaudi de vmbellae gestatione p. 50. s.

f) Quamquam ὀχεῖσθαι fere de *vehiculo* dicitur: tamen aliquando generaliter accipitur, vt qualemcunque comprehendat vecturam. Propterea poeta adiecit ἐπὶ τῆς ἁμάξης. *Cir.*

quem vid. est Perizon.) tradit, Lycurgum oratorem, Platonis et Isocratis discipulum, legem tulisse *g*), ne mulieres amplius bigis veherentur ad mysteria, ne scilicet ciues fierent pauperes, mulierum insano luxu, vt Plutarch. in vita Lyc. Rhet. docet. *Fisch.*

1015. Bene Kusterus, vt versum fulciret, edi iussit προσέβλεψεν *h*). Quamquam autem ὅτι in cod. Doru. cunctisque Edd. exstare deprehendam, placet tamen, ὅτε προσέβλεψεν μ. τ. Denarium si quis coniecturae meae opponat, qui ordinem huius locutionis talem instituit p. 399. [p. 300. s. Reusm.]: οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν, ὥστε ὅτι προσεβλ. etc. hoc tantum dicam, illud mihi, vt alia eius viri, ceteroquin de graecae linguae particulis praeclare meriti, non pauca, nimis argutum videri. *Hemst.* Sensus sic (si ὅτε legitur) nascitur commodior; verba διὰ τοῦτο ita aeque recte leguntur, et partice. ὅτι atque ὅτε a librariis saepe permutatae sunt. *Fisch.* Non tamen hic recte ὅτε superiora excipere puto, et ὅτι satis bene cum διὰ τοῦτο nectitur.

1016. ἐτυπτόμην. De verberibus linguae vox ea hic accipienda est. *Kust. i*). Ego cum enarratore Doru. facio ἐδερόμην explicante: ardor anus salacissimae veras plagas emti amatoris et aemulationem commode simulantis libenter perpetiebatur, dummodo, quod caput erat rei, operam ipsi crebram nauaret. *Hemst.* Quamquam verba rerum saepe transferuntur ad ea, quae fiunt oratione et contra (v. Graeu. ad Flor. I, I, 8.), quia oratio et res fere coniunctae esse solent: tamen tum verbis orationis adduntur,

---

g) Aristoph. aetate adhuc licuit mulieribus curru ad mysteria vehi. Sollemne autem erat amatoribus, mulieres, ad quas animum adiecerant, deducere ad eum locum, vbi agebantur mysteria, sumtus quoque vehiculo aliisque rebus suppeditantes. *Munt.* De lege ipsa vid. Petit. de Legg. Att. p. 105. s. vbi nec huius legis oblitus est.

h) Quod etiam Br. et Inu. dederunt pro olim vulg. προσέβλεψε.

i) Kusterum sequitur *Bergl.* qui reddit: vapulabam (verberabar conuiciis). Hemsterhusio assentiri videtur *Munt.* „Leuiter pulsatam, inquit *Gir.*, intellige, quoniam, dum amicus amicam caedit, amaritudo abest. Quod ficte, neque ex animo fiebat, anus ridicula serio fieri existimauit."

perſpicuitatis adiuuandae cauſa, nomina rei, vt Anacr. Od. 7, 1. 3. ὑακινθίνῳ με ῥάβδῳ — ἐκέλευσε· Tac. Ann. 3, 9. *verbere mioneri*, Flor. d. l. *increpare fultu;* et verbis rerum et factorum verba orationis vt Cic. Epp. XVI, 26. *verberaui te tacito cogitationis conuicio;* in mores autem aniculae magis cadit hoc, quod verberari ſe ab amatore aemulationem ſimulante ſiuerit, et verba ὅλην τὴν ἡμέραν de repetitis verberibus accipi poſſunt et debent. *Fiſch.*

Conſuerant nempe Athenis amatores amicas ad myſteria ducere, ac ſumtus eam in rem, et vt illae ibi initiarentur, ſuppeditare; prout id conſtare poteſt ex Demoſth. in Neaeram, vbi de Lyſia Metanarae amatore ait: ἠβουλήθη πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασιν, οἷς ἀνάλισκεν εἰς αὐτήν, καὶ μυῆσαι *k*). Etſi ceteroquin ab ingreſſu horum myſteriorum Eleuſiniorum meretrices prohibitas, vti et ſeruas, ex Iſaeo liquere poteſt Or. V. p. 469. f. ὅλην τὴν ἡμέραν. Omiſſa, quod poëtis Atticis familiare, praepos. διά. Sic Pac. 1265. τούτῳ ὠνήσομαι, pro ἀπὸ τούτου. Thesm. 603. πεπύσμην τῶν σάφ' εἰδότων, pro, ἀπὸ τῶν etc. Sic Aeſch. S. C. Th. 95. πέσω βρέτη δαιμόνων, pro πρὸς βρέτη· Suppl. 784. φύγωμεν Ἀπίας χθονός, pro ἀπ' Ἀπίας etc. Eurip. Hec. 991. μαθεῖν ἐμοῦ, pro, ἐξ ἐμοῦ, vt in Scholiis: et qualia paſſim apud eosdem poëtas obuia. *Spanh.*

1017. Ζηλότυπος eſt verbum amatorium, *aemulator, aemulus;* pellicator, pellix, Gl. vett. cf. de aemulatione Cic. Tuſc. 4, 8. ζηλότυπος etiam ζηλωτὴς et ζηλῶν dicitur (cf. Heſ. V. Ζηλότυπος) et ζηλοῦν atque ζηλοτυπεῖν ſynonyma ſunt, ita vt hoc vtantur Attici cum reliquis Graecis, iſto ſoli Attici. v. Moeris V. Ζηλῶ p. 168. f. Itaque ſenſus eſt: tanta iuuenem, adoleſcentem (nam νεάνισκος dictus eſt v. 976. μειράκιον, vt 1039.) tenebat aemulatio. *Fiſch.*

1018. Ad verba μόνος γὰρ intelligi debet particula quaedam approbantis, vel certe ſimilia verba, quae Chremylus vultu et geſtu corporis expreſſerit, vt part. γὰρ ſua conſtet poteſtas *l*). ὡς ἔοικεν Schol. Doru. recte explicat

k) P. 1351. Reisk. Ceterum oratio illa non a Demoſthene profecta eſſe videtur.

l) Eſt omnino: *nimirum, ſcilicet.*

ὡς φαίνεται, v. Moeris [p. 426.]. Idem Grammaticus ἐσθίων eleganter interpretatus est ἀναλίσκων τὰ σά· nam adolescens opportunitate simulationis amoris ita abutebatur, vt comederet, h. e. consumeret opes et rem articulae. Ita Lat. vtuntur v. *comedere*, *comesse*. v. Cic. Epp. 9, 20. p. Flacc. 36. ἤδετο h. e. *volebat*, *cupiebat;* quo verbo magnitudo cupiditatis *m)* exprimitur, vt 1010. verbo ἐρᾶν. *Fisch.*

1019. παγκάλους *perquam pulcras*, *pulchellas*. Quo verborum compositorum genere Attici valde delectantur. Indiculus eorum est ap. Polluc. 6, 162. *Fisch.* Doru. aberrans dedit: μ' ἔφην μ' ἔχειν. *Hemst.* E membr. *Brunck.* παγκάλας edidit, quod etiam in Borg. est, sed recte *Inu.* e Rau. παγκάλους restituit, quoniam Atticis est ea consuetudo huius generis adiectiuis ita vtendi. Cf. Fisch. Anim. ad Well. II. p. 59. ff.

1020. ὁπότε προτείνειάν γε δραχμὰς εἴκοσιν. Sic membr. *n)*. Vulgo προτείνοιεν. Mendose in C. προτείνειεν. Non alium apud Comicum versum esse puto, in quo nominis δραχμὴ prior producatur. Alterum in Pace quem vnicum esse credebat Dawesius o), emendauimus. Forte hic olim legebatur: ὁπότε προτείνειαν τάχα δραχμὰς εἴκοσιν. *Brunck.* προτείνειν est *porrigere*, *tradere*, *dare:* et verbis δρ. εἴκ. Chremylus respexit ad ea, quae anus supra v. 983. f. dixerat *p)*. *Fisch.*

1021. Constantin. Lex. V. Ὄζω, *suauem esse odorem corporis mei aiebat.* Ita etiam Girard., qui genitivum χροὸς poni ait pro Accusatiuo *q)*. Et sic quoque videtur vsus poëta Acharn. 852. Ἀρτέμιον ὄζον κακὸν τῶν μασχαλῶν, *redolens hircum*, in quo esse videtur ellipsis

---

m) solus bona tua comedere gestiebat, *Münt.* Ea demum illi summa erat voluptas, si solus tua comederet; quae vna causa erat, cur alios omnes a te cuperet abstractos. *Gir.*

n) Cum Brunck. ita edidit Inu. etsi codd. suis non laudatis.

o) Miscell. Crit. p. 202.

p) Idem animaduertit *Bergl.*

q) idque Attica constructione, pro: ἔφασκε τὴν χρόαν μου ὄζειν ἡδύ. *Girard.*

praep. ἐκ, ſc. ἐκ τῶν μασχαλῶν. Itaque videtur haec oratio ita integre accipienda: ἔφασκέ με ἡδὺ ὄζειν ἐκ τῆς χρόας μου, ad verbum: *emittere me ſuauem odorem e corpore.* At idem Conſtant. in χρόα ita vertit: *dicebat meae cutis*, ſ. *corporis, ſuauitatem fragrare*, quae interpretatio ordinem hunc facit: ἔφασκε τὸ ἡδὺ τῆς χρόας μου ὄζειν. Prius mihi magis placet. Neque enim in talibus adiectiuo, quod adiungitur verbo ὄζω, ſolet addi articulus. Ita enim recte dicas: τοῦτο ὄζει κακόν, δεινόν, ἡδύ, non item: τὸ δεινόν, τὸ κακόν, τὸ ἡδὺ τούτου ὄζει. Χρόα autem pro *corpore*, quum proprie ſit color, accipitur. Cogitabam etiam an pro μου legendum eſſet με, ſed poteſt μου iungi cum χρόας, et ſubaudiri με. Suidas in ὄζω hoc ita exponit, ὀσμὴν ἡδεῖαν ἔλεγεν εἶναι ἀπὸ τοῦ σώματός μου. Itaque et ἀπὸ ſubaudiri poteſt. *Duck.* Sine varietate Suidas habet in Ὄζω, et exiſtimauit ὄζειν ἡδὺ idem valere quod ὀσμὴν ἡδεῖαν εἶναι, et Genit. χρόας pendere ab intellecta praepos. ἀπό r). Nonnihil hinc discedit ea ratio, quam prodidit enarrator cod. Doru. ſuper ὄζειν adpingens ὀσμήν· quo pacto talis ſtructurae ſeries exibit: ἔφασκεν ὀσμὴν τῆς χρ. μ. ὄζειν ἡδὺ s). Haec quamuis abhorrere non videantur, remanet tamen aliquid intricati, quod prorſus amotum fuerit, ſi pro μου leni mutatione ſcribere liceat με, aut, quod planiorem adhuc conſtructionem gignet ὄζειν τε τὴν χρόαν ἐ. ἡ. μου. In vulgata lectione H. Stephanus adquieuit Thes. L. Gr. II. p. 1193. F. IV. p. 628. E. vbi prolato Comici verſu addit: *meum corpus* ſ. *cutem meam ſuaui odore dicebat redolere*, i. e. *ſuauem eſſe odorem cutis* ſ. *corporis mei. Hemſt.* Vulgo conſtructione admodum intricata, ſi modo aliqua eſt, ἡδύ μου t). Si pronomen in Genitiuo ſit, nomen, a

r) Hanc Suidae rationem ſequitur *Fiſch.* vt ἐκ aut ἀπὸ intelligatur, ὄζει imperſonaliter accipiatur. χρόα, ipſo monente, etiam ab Heſ. explicatur σῶμα.

s) Eodem fere modo locum in Pac. 528. ſuppleuit Boſius in Ell. p. 445. ἐκείνου σόμα ὄζει δσμὴν μύρου· ſed ſimpliciorem rationem ibi propoſuit Schäf.

t) Quod *Brunck.* ex ingenio (praeeuntibus tamen Duck. et Hemſt.) edidit — ἡδύ με, *Inu.* auctoritate cod. Rau. recepit. Nam in Borg. eſt vulg. ἡδύ μου. Quare etiam concidit argumentum, quo *Fiſch.* vulgatum tuebatur, quod ſcilicet nullum varietatis ſcripturae veſtigium vsquam exſtet. Edidit etiam *Munt.* neſcio an caſu ἡδύ με.

quo pendet, debet esse in Accusatiuo, quod diu ante Hemst. intellexit librarius, cuius manu descriptus fuit cod. C. In eo enim exstat: ὄζειν δὲ τὰς χρόας ἔ. ἡ μου. Sed ad aliam lectionem refertur glossa: ὀσμὴν ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ σώματος, scilicet ad eam, quam reposuimus: καὶ ἔφασκεν ὄζειν μ᾽ ἡδὺ τῆς χρόας. Verbum ὄζω neutrum construitur cum genitiuo partis illius, quae odorem emittit, per ellipsin praepos. ἀπό. Acharn. 852. ὄζων κακὸν τῶν μασχάλων. Ineptum fuisset addere ἑαυτοῦ, vt nec additur in his Pherecratis versibus ap. Athen. p. 159. F. [supra v. 1005. laudatis]: τοῦ τόματος ὄζει κακόν. Concion. 524. εἰ τῆς κεφαλῆς ὄζω μύρου. Non vero, τῆς κεφαλῆς μου. Quo in exemplo vides ὄζειν construi etiam cum altero genitiuo odoris, seu nominis quod odoris speciem definit. Cf. Lys. 616. 663. 687. Alibi ὄζει impersonale est, itidemque cum duobus genitivis construitur, vt Pac. 529. Vesp. 1058. *Brunck.*

1022. *Thasii vini* tanquam fragrantis fit hic mentio; cuius nempe infusi suauis odor iuuenis illius, quem anus deperibat, nares oblectaret, non vero e foetidae anus cute proueniens *v*). Id vero haud male de Thasio vino dici liquet, quod praeterquam e praestantissimis, iuxta Chium et Lesbium (quod ex variis vett. Comicorum ap. Athen. aliorumue Auctorum locis, qua de re iam ante ad 546.) haberetur, in prytaneo apud eosdem Thasios daretur inter alia suauissimum, offa farris ex melle subacta et in dolium immissa. Quod tradit Theophrastus de Odor. p. 541. et ex eo Athen. I. p. 132. τὴν μὲν ὀσμὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ, τὴν δὲ γλυκύτητα ἀπὸ τοῦ σαιτὸς (*ab offa*) λαμβάνειν τὸν οἶνον. *Spanh.* ἐνέχεις contractum ex ἐνέχεες. *Bergl.* Θάσιος — intell. οἶνος. v. Bos. de Ell. L. Gr. h. v. [p. 345.]; Lucian. Amorr. p. 427. T. II. ed. Reiz. τὸν Θάσιον πίνοντες οἶνον — nomen habet a patria, Thaso, insula maris Aegaei prope Thraciam, et praestantia sua valde nobilitatum est vinum. v. Colum. 3, 2. 23. Virg. Georg. 2, 91. Plin. H. N. 14, 7. Apulei. Apol. p. 135. De eius confectione v. Geoponica 8, 23. Ἐγχεῖν est verbum hoc in genere proprium de iis, qui aquam vinumue infundunt in pocula, vt Anacr. Od. 57.

v) Negat Iustus (Chremylus) fragrantiam vllam fuisse a meretrice putidula, potius odorem suauem prodiisse ab odoratissimo vino, quod amatori bibendum proponebat. *Gir.*

δέκ' ἔγχει ὕδατος, πέντε δ' οἴνου, κνάθους. Schol. ἐπίρρας, non male. Neque enim veteres temere bibebant meracum. εἰκότως γε est, *credo*, *opinor*, i. q. ὡς ἔοικεν 1018. *Fisch.*

1023. Obseruanda est structurae varietas. Nam verba ὡς ἔχοιμι x) pendent ab ἔφασκεν, cui verbo v. 1021. iunctus erat Infinitiuus. βλέμμα sunt *oculi*, ὄμματα, v. Anacr. od. 28, 18. coll. 29, 12. βλ. καλὸν *ocelli pulchelli, venusti*; μαλακὸν *mites*, *humani*, *comes* y). Contra Anacr. 29, 12. est ὄμμα γοργὸν h. e. σκληρόν, Hes. interprete, quod μαλακῷ opponitur. *Fisch.* Aeschyl. Agam. 752. μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος. Philetaerus Comicus z) ap. Athen. XIII. ὡς τακερόν, ὦ Ζεῦ, καὶ μαλακὸν τὸ βλέμμ' ἔχει. *Bergl.* τὸ βλέμμα δ' ὡς. Sic A. B. D. Vulgo: τὸ βλέμμα δ' ὡς. *Brunck.* Vulgatum retinuit *Inu.* et praeplacet, quia cohaeret cum ὄζειν τε, nec mutata constructio postulat, vt δὲ ponatur.

1024. σκαιὸς propr. est *sinister*, 2. *stultus*, *imperitus*, *ineptus*, *iners*, vt δεξιὸς de homine *callido*, *perito*, dicitur. v. Hes. V. Σκαιός. V. 1004. dictus est οὐ μοχθηρὸς τοὺς τρόπους. *Fisch.* Cf. v. 46.

1026. Γραὸς καπρώσης. Hesychius in vocibus Ἀφροδισία ἄγρα inter alia: λέγει οὖν τὴν τῶν συῶν, διὰ τὸ καταφερὲς εἶναι τὸ ζῶον πρὸς συνουσίαν. Καπρᾶν γε τοι καὶ καπραίνειν ἀπὸ τούτου a). Adde quod a Comico dicitur Acharn. 794. porcam vni dearum Veneri immolari b). Sicut vero καπρώσης hic, iuxta Scholia, ἐρωτομανοῦς, μαχλώσης: ita a Scira, Comico Tarentino ap. Athen. IX. p. 402. [p. 487. T. III. Schweigh.] ἀσχέδωρος καπρώζεται *aper* (voce Sicula) *ad*

---

x) Non cum Vigero p. 200. dici potest, Optatiuum simpliciter pro Indicatiuo poni. Indicatur id quod cogitari, fumi, fieri potest. cf. Herm. ad Vig. p. 730.

y) Immo *molles*, h. e. quibus deliderium et amor exprimitur.

z) In Κορινθιαστῇ p. 559. A. Cas. T. V. p. 17. Schweigh.

a) Add. Photius Lex. p. 98. v. καπρῶντας.

b) A κάπρος fit verbum καπράω, quod de porcis porcam appetentibus dicitur. Latini a vocabb. *fus*, *caper*, *hircus*, formant *fubare*, *capriffare*, *hirciffare*, quae significant *libidine* ardere et dementius lasciuire. *Gir.*

coitum furit. Spanh. Gloſſae: Καπρῶ *prurio* et Καπρᾷ *Surit.* Eaedem: *Subo*, ὀργῶ· et *Subo*, καπρίζω. *Bergl.* Καπρᾶν, καπριᾶν, καπρίζειν eſt *prurire*, amore vri: proprie dicitur de *apris*, et maribus et feminis; ſed deinde etiam de *verribus* et ſuibus feminis, quum libidine excitantur, ita vt ſit ἔχειν πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμητικῶς, interprete ipſo Ariſtotele Hiſt. An. 6, 18. h. e. vel *furire*, vel *fubare*. v. Leopard. Emendd. 2, 10. H. l. transfertur a Chremylo ad aniculam *prurientem*, quae ſupra 974. κατακεκνῖσθαι dicta eſt. γραῦς eſt voc. Atticum i. q. γραῖα (vnde γραΐδιον 674. ductum erat.) Moeris [ex ed. Hudſoni et Fiſch.] γραῦς· Ἀττικῶς; γραῖα Ἑλληνικῶς. Pierſonus edidit [partim codd. iubentibus, p. 110.] Γραῦς, πληθυντικῶς, Ἀττικῶς· γραῖας, Ἑλληνικῶς. Sed e codd. mſſ. et Tho. Mag. [p. 195.] reponendum videri poſſit γραῖαι. At vulgatam lectionem confirmat Etym. M. γραῦς, Ἀττικῶς, ἡ παλαιὰ γυνή c). Heſych. γραῦς· γραῦς, γυνὴ γηράσασα. Quae verba ſi vitio ſcripturae carent, docere voluit Grammaticus, γραὸς eſſe Genitiuum a γραῦς, vt ναὸς a ναῦς. Τἀφόδια d) proprie ſunt *viatica*, res in via neceſſariae, cibus et pecunia. v. Heſych. H. l. *facultates*, *res*, *opes*, quatenus in vita, tamquam via, neceſſariae ſunt, vt *viaticum* Cic. Cat. mai. 18. τἀφόδια κατεσθίειν *conſumere*, *perdere*, *rem*, vt Luc. 15, 30. καταφαγεῖν τὸν βίον. Ita *comedere* pro *perdere* Cic. Epp. IX, 18, 6. et Ierem. X, 25. in vers. Alex. καταφαγεῖν. *Fiſch.* Pro κατεσθίειν *Ios. Scaliger* κατεσθίων, cui non accedo. *Hemſt.*

1026. ὦ φίλ' ἄνερ. Hunc locum forte ante oculos habuit Suidas, quum V. ἄνερ e Pluto poëtae laudat φίλτατ' ἄνερ, ſubiicitque voc. ἄνερ non reperiri in vocat. caſu pro marito vxoris. Neque enim eſt alius in hac fabula locus,

---

c) Add. Zonar. Lex. T. I. p. 453.

d) τὰ ἐφόδια propr. commeatus in viam comparatus, hic ſimpliciter pro bonis et facultatibus. *Gir.* Schol. Doru. oſtendit, de induſtria Ariſtoph. adhibuiſſe τἀφόδια, quod aeque reſolui poſſit in τὰ ἀφόδια quam τὰ ἐφόδια, vt duplicem ſenſum ſimul in auditorum animos inſinuaret. Ἀφόδια quae ſint, ſi quis non meminerit, ab H. Steph. Thes. L. Gr. II. p. 1165. C. diſcat. Quam bene de Comico noſtro ſit meritus commenti immundioris auctor, iudicent alii: ſine illo credo haud temere quemquam in eam cogitationem fuiſſe venturum. *Hemſt.*

cui accommodari nota illa poſſet. *Duck.* [Male Brunckium eum Suidae locum ad v. 788. (vbi vide) retuliſſe monet Porſon. Praef. ad Eurip. Hec. p. LIV. LXI. f. ed. Lipſ. ſecundae.] Eſt vox blandae compellationis, vt 1035. et 960. ὁ θεὸς eſt Plutus, et verba οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ eo ſpectant, quod promiſſis non ſtet, ταῦτα referri debet eo, quod Plutus anum, quae ſibi proba videbatur, reddiderit inopem, adoleſcentem, hominem improbum, opulentum. βοηθεῖν h. l. ſignificat, ita alicui opitulari, vt eum bonis et opibus augeas. *Fiſch.* Φάσκων non quod haec a Pluto ipſa audierit, ſed hoc a Pluto dictum eſſe rumor increbruerat. *Gir.* Se iniuria ab adoleſcente affectam ſentit; hinc τοῖς ἀδικουμένοις.

1028. Verba ſic interpungenda videntur: τί γὰρ ποιήσει; φράζε· *quidnam facere debet Plutus? cedo.* πεπράξεται eſt Paulopoſtfuturum *e*), *fiet mox, breui poſt, continuo.* Grammatici per Fut. I. Paſſ. fere interpretantur. v. Moeris V. Πεπράσομαι. [p. 294.] *Fiſch.*

1030. εὖ παθόντ' *f*) ὑπ' ἐμοῦ eſt, *beneficiis a me affectum g)* (de quibus v. 983. ff.) Nam verba, quae, qua formam, Actiua ſunt, ſed, qua vim, Paſſiua, conſtruuntur vt verba, quae etiam, qua formam, Paſſiua ſunt. v. ad Xenoph. Cyrop. I, 6, 19. πάλιν μ' ἀντευποιεῖν eſt, *vicem mihi rependere*, quod verbum ſenſu honeſto poſitum eſt, non turpi et obſcoeno, vt 1032. ἀποδιδόναι. Nam anicula, in egeſtate iacens, volebat ab amatore ita adiuuari, vt victum ab eo acciperet. Chremylus autem eius verba ita intellexit, quaſi vellet libidini ſuae ab adoleſcente ſatisfieri. *Fiſch.* Verbo ἀντευποιεῖν (rependere beneficium) etiam vſus eſt Plato Gorg. p. 520. T. I. Steph. *h*) ὅτι μόνη αὕτη

---

e) Paulopoſtfuturo vtitur, vt doceat, in reprimendis iniuriis Plutum vindicem eſſe acerrimum et promtiſſimum. *Girard.*

f) τὸν εὐπαθόντ'. [Ita legebatur in edd. ante Kuſt.] Forte εὖ παθόντ' diuiſis vocibus. εὐπάσχω nusquam reperitur. Et ita Lex. Conſtant. V. Ἀντευποιέω et Stephan. eadem voce, quamquam accentus ibi male ſcriptus eſt in εὖ. *Duck.*

g) Ita εὖ παθεῖν eſt, *beneficiis affici*, Ael. V. H. XIII, 42. *Münt.*

h) Sect. 76. ed. Findeiſen., 161. ed. Heindorf. vbi etiam ἀντευποιήσεται iunctim ſcribitur.

τῶν εὐεργεσιῶν τὸν εὖ παθόντα ἐπιθυμεῖν ἀντευποιεῖν. *Spanh.* Cod. Doru. γ᾽ ἀντ᾽ εὖ καλῶς ποιεῖν. Frequentant ſolutum illum ſcribendi morem in eiusmodi compoſitis veteres membranae: particula vero praeferenda ſit, an pronomen, vix decerno. *Hemſt.*

1031. [Vulg. fuit: Ἢ μηδ᾽ ὁτιοῦν δίκαιον ἀγαθὸν ἐς᾽ ἔχειν.] Mollius huius verſus ſtructura paulo intricatior fluet, ſi binarum vocum ſedem mutaueris: Ἢ μηδ᾽ ὅ. δικαιόν ἐς᾽ ἀγαθὸν ἔχειν· vel: Ἢ μηδ᾽ ὁτιοῦν ἀγαθὸν δίκαιόν ἐς᾽ ἔχειν *i)*· vulgato vtrumlibet antepono. *Friſchlinus* verborum mentem ſatis claram non eſt adſequutus *k)*. *Hemſt.* Intricatior obſcuriorque (vulgatae lectionis) eſt ſtructura, quam vt in ea poëtae manum agnoſcas. Nil tamen discrepabant, quos contuleram, tres codd. Vero propius accedit Hemſt. coniectura, ἢ μ. ὅ. ἀγαθὸν δίκαιον ἐς᾽ ἔχειν. Quam verborum collocationem vulgata meliorem demum reperio in C. Sed pro δίκαιον dubium non eſt quin ſcripſerit poëta multo elegantius δίκαιος. ἢ μηδ᾽ ὅτιοῦν δίκαιος ἀγαθὸν ἐς᾽ ἔχειν *l)*. Nub. 1283. πῶς οὖν ἀπολαβεῖν ταὐργύριον δίκαιος εἶ; 1434. ἐπεὶ σὲ μὲν δίκαιός εἰμ᾽ ἐγὼ κολάζειν. Eurip. Suppl. 188. ἐγὼ δίκαιος εἰμὶ ἀφηγεῖσθαι τάδε. Heracl. 143. — δίκαιοι δ᾽ ἐσμέν, οἰκοῦντες πόλιν, αὐτοὶ καθ᾽ αὑτῶν κυρίους κραίνειν δίκας. Nihil apud quosuis ſcriptores hac conſtructione frequentius. *Brunck.* Ad ἔχειν repeti debet, τὸν εὖ παθόντα, adoleſcentem, et μηδ᾽ ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἔχειν eſt, *nihil prorſus habere*, e *diuite fieri inopem et egenum*, v. 352. Nam homines erga euergetas ingrati digni ſunt, vt omnibus bonis priuentur. *Fiſch.*

1031. Pro vulg. οὐκοῦν Brunck. repoſuit non monito lectore οὔκουν, *nonne*. Noluit ita legi Fiſch., ſed cauſa

---

i) Hoc recepit *Inu.* auctoritate Rau. quum in Borg. vulgatum legeretur.

k) Vertit: — aut ne particulam minutulam Facultatum mearum habere eum ſinat. Berglerus: Aut nihil quicquam *meorum* bonorum habere *eum* iuſtum eſt. (Ita et *Biunt.*) Imo: omnino nihil boni — *Girard.* notat: „μηδοτιοῦν ſi ad δίκαιον referas, ſonat: *nulla prorſus ratione par eſt*; ſi ad ἀγαθόν, *ne minutulam quidem portionem bonorum meorum habere eum aequum eſt.*“

l) Ita Brunck. edidit.

non addita. Certe interrogationi οὔκουν magis conuenit. Ad ἀποδιδόναι Fiſch. ſubintelligit τὴν χάριν m) (Schol. Doru. τοὺς μισθούς), quod h. l. poni obſcoeno ſenſu n), docent adiecta verba καθ' ἑπάστην τὴν νύκτα.

1033. ἀπολείψειν ἔφη. Notandus eſt hic locus contra magiſtros graecos, qui ſoloecum cenſent, vel ſaltem ἀνάττικον, ſi quis de viro dicat, eum ἀπολιπεῖν τὴν γυναῖκα. Statuunt quippe, ἀπολιπεῖν Attice tantum dici de femina, quae a viro diuortit, vel ab eo discedit. Tho. Mag. [p. 97.] ἀπολείπει ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα. Ἀριστ. ἐν Νεφέλαις κ. τ. λ. Lucianus in Soloec. p. 757. ed. Amſt. [c. 9. vbi v. Not. T. III. p. 578. Reiz.] ſoloecismi notam impingit viro qui dicat, ὡς ἀπολείποι τὴν γυναῖκα. Ergo Ariſtophanes ſoloecismi reus hic erit, qui de iuuene ἀπολιπεῖν dixit? Minime quidem hoc arbitror; ſed potius contra magiſtros pronuntiandum cenſeo, ἀπολιπεῖν tam de viro quam de femina apud Graecos dici; qua in re tamen ſic diſtinguendum erit, vt ſi vir feminam repudiet vel domo expellat, hoc dicatur ἀποπέμψασθαι vel ἐκβάλλειν γυναῖκα: ſin ipſe domo ſponte relicta ab vxore discedat, animo numquam ad eam redeundi, id ἀπολείπειν vocetur. Hoc ſenſu Plut. in Stoic. controuerſiis [T. X. p. 279. ed. Reisk. c. 5. T. V. P. I. p. 213. Wytt.] dixit: ὥσπερεί τις τὴν γαμετὴν ἀπολιπών, ἑταίρᾳ δὲ συζῶν. Et ipſe Lucian. Bis Accuſ. p. 233. ed. Amſt. ὃς τὴν μὲν νόμῳ γαμετὴν οὕτως ἀτίμως ἀπέλιπε. Sic h. l. de iuuene, qui ab anicula diſceſſerat animo numquam ad eam redeundi, recte ἀπολείπειν dicitur. *Kuſt.* o). Eſt *deſerere*: dicitur fere de ſponſis, qui ſponſas repudiant: vt ἀπόλειψις eſt *repudium*, v. Heſ.; etiam de vxoribus quae relinquunt maritos. v. Plut. Rom. c. 22. T. I. p. 72. Tub. ſed *diuortium*, quod maritus facit cum vxore, vocatur ἀπόπεμψις et ἐκπομπή, vt ἀποπέμπειν et ἐκπέμπειν eſt, diuortium facere cum vxore, iubere vxorem res ſuas ſibi habe-

---

m) Quod etiam *Mitt.* ſupplet, quodque etiam in aliis locis ita deeſt. v. Bos. p. 525.

n) Nocturnos tangit concubitus, a quibus anum nullis noctibus temperaſſe ait. *Girard.*

o) Haud dubie ex aberratione librarii ad ſequ. verſam ortum eſt in cod. Rau. ἀπολείψειν ἔτι.

re, vxorem dimittere. v. Valken. ad Herod. 3, 48. p. 273. *Fiſch.*

1034. ὀρθῶς γε· Illudit anui, quam ſignificat ita annis grauatam eſſe, vt adoleſcenti credibile fuerit, eam iamdudum e viuis exceſſiſſe. *Gir.* Supra γ' οὐκέτι *p)* cod. Doru. adſcriptum habet γάρ, ſic vt dignoſci vix poſſit, vtrum γ' mutari voluerit in γάρ, an illi particulae hanc addiderit explicandi cauſa, quod verius videtur: ſolent enim interdum Grammatici τῷ γε nonnullis in locis vim cauſalem adtribuere: atque ita Denarius proferens ex Ariſt. Pac. 1299. κατήσχυνάς γε τοκῆας, quamquam ibi τοκήων in cunctis edd. oſtendatur, nec Kuſteri factum probo, qui clanculum illud γε nulla Miſſ. auctoritate nixus in τε mutatum iuit. *Heinſt.* Ζῆν· propter egeſtatem. Nam homines egeni vitam trahunt in miſeriis, quae nomine vitae indigna videtur. Magna ineſt ſuauitas in iſta v. ζῆν ambiguitate; quam anicula non animaduertit, certe ſimulat ſe non animaduertiſſe. *Fiſch.*

1035. τοῦ indignante metro in cod. Doru. praetermiſſum. *Heinſt.* κατατέτηκα. Eurip. Electr. 240. Electra: οὐκοῦν ὁρᾷς μου πρῶτον ὡς ξηρὸν δέμας. Oreſt. Λύπαις τε συντέτηκας (dolore contabuiſti). Scholia ad Eur. Hecub. 434. κυρίως τὸ τήκεσθαι ἐπὶ χιόνος λέγεται, καὶ κηροῦ, καὶ τῶν κατ' ὀλίγον ἀναλισκομένων· καὶ ἀπὸ τούτου ἐπὶ τῶν καταπιπτόντων ὑπὸ λύπης καὶ διαῤῥεομένων. *Bergl.* ὑπὸ τοῦ ἄλγους κατατέτηκα *prae dolore contabui.* Nam κατατήκεσθαι propr. quidem dicuntur nix et cera, quae liqueſcunt, ſed deinde eleganter ponitur de iis, qui moerore, etiam amore, macerantur, *tabeſcunt*, Gloſſ. vett. *Fiſch.*

1036. κατασέσηπας (quod vt κατατέτηκας eſt Praet. Med.), *putruiſti*, eſt, vt opinor, *vſu Veneris aſſiduo et intemperato exhauſta et reſoluta es.* Latini certe ita vtuntur voc. *putris*, et apertum eſt, Chremylum aniculae exprobrare non ſenectutem *q)*, ſed libidinem immodicam. *Fiſch.* Pro γε μοι, vt olim editum fuit, cod. Doru. γ' ἐμοί, probante Fiſch., vt Br. et Inu. ediderunt.

p) In edd. ante Br. eſt γ' οὐκ ἔτι. Ille iunctim ſcripſit; quod firmatur auctoritate cod. Rau., in quo σε ξῆν οἴεται ex aberratione librarii ortum eſt.

q) Ad quam refert cum aliis *Münt.*

1037. *διὰ δακτυλίου.* Haud omiſit hoc prouerbium in Adagiis ſuis Erasmus de eo, qui ex morbo aut alia qualicumque de cauſa eſt gracili ac macilento ſupra modum corpore. *Spanh. Per anulum me traxeris*, eſt, adeo gracilis ſum, et ſubtilis, vt anulus cingat corpus meum *r)*. Eſt enim prou. *ἐπὶ τῶν διὰ νόσον ἢ λύπην λεπτῶν καὶ ἰσχνῶν γενομένων.* v. Zenob. 3, 18. Diogenian. 4, 30. et Kirchmann. de Anulis c. 24. *Fiſch.* Apud Zenob. c. 3. n. 18. corrupte legitur *εἰσελκυσθῆναι* pro *ἑλκυσθῆναι*, quod Diogen. et Suidas habent, vel *διελκυσθῆναι*. v. Kirchmann. de Ann. c. 24. *Hemſt.*

1038. *εἰ τυγχάνει.* Potius *εἰ τυγχάνοι*, in modo Optatiuo *s)*. *Kuſt.* Cod. Doru. *εἰ τυγχάνει δ' ὁ δ'.* verum immine t *τῷ δ'* eadem manu ſuperpoſitum *γ'*, quae quidem particula melius ad h. l. quadrat. *τυγχάνοι* cur mallet Kuſt., cauſa non erat: vtrumuis aeque ex vſu linguae Graecae ponere licebat. *Hemſt.* Mira obſeruatio! Si quid ex vſu Atticorum compertum habeo, illud eſt, *τυγχάνει* hic plane ſoloecum eſſe. *εἰ* conditionale cum optatiuo ſemper conſtruitur, quando in altero membro praecedit vel ſequitur verbum eiusdem modi cum part. *ἄν*: nec aliter vsquam Comicus. Lys. III. *ἐβέλοιτ' ἂν οὖν, εἰ μηχανὴν εὕροιμ' ἐγώ* — Thesm. 773. *τί δ' ἄν, εἰ παιδὶ τἀγάλματ' ἀντὶ τῶν πλατῶν γράφων διαβρίπτοιμι;* 1221. *ἔτ' ἂν καταλύβοις, εἰ διώκοις ταυτηί.* Ran. 553. *ἐμοῦ δεηθείης ἂν εἰ θεὸς θέλοι* vbi v. not. 585. *κἄν, εἴ γε τύπτοις μ', οὐκ ἂν ἀντείποιμί σοι.* Quatuor paginas exemplis ex ſolo Ariſtoph. implere poſſem. Aeſch. S. C. Th. 405. *εἰ γὰρ θανόντι νὺξ ἐφ' ὀφθαλμοῖς πέσοι — σῆμ' ὑπέρκομπον τόδε γένοιτ' ἂν* — Soph. Philoct. 1047. *πόλλ' ἄν λέγειν ἔχοιμι — εἰ μοι παρείκοι.* Nullum eſt horum verborum optatiuorum, quod in indicatiuum modum translatum orationem ſoloecam non reddat. Lyſias contra Ergoclem p. 818. *t)* *καὶ γὰρ*

---

r) Immo: vt per annulum transire, aut trahi, poſſim, vt recte interpretatus eſt *Gir.* cumque eo *Münt.*

s) Idem monuit *Bergl.* neſcio vtrum ſponte, an Kuſt. obſequutus.

t) T. II. p. 180. Auger. vbi tamen in altero membro, quod et ipſum ab *εἰ* pendet, ſequitur *ἐκολάζετε.* Nimirum *εἰ — συγγν. ἔχοιτε*, eſt: ſi cogitari et ſumi poſſit, vos veniam daturos —

δεινὸν ἂν εἴη, εἰ νῦν μὲν οὕτως αὐτοὶ πιεζόμενοι ταῖς εἰσφοραῖς, συγγνώμην τοῖς κλέπτουσι καὶ τοῖς δωροδοκοῦσιν ἔχοιτε. In Xenoph. Hierone I. 8. praua eſt editionum lectio, e Stobaeo ſic reformanda: καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· ἀλλ' ἐν τῷδε διαφέροι ν) ἄν, εἰ πολλαπλάσια ἂν δὲ ἑκάστου τούτων εὐφραίνοιτο, πολὺ δὲ μείω τὰ λυπηρὰ ἔχοι. Quod ad h. l. attinet, litem dirimunt duo Regii codd. In B. ſcriptum: εἰ τυγχάνοι γ' — in A. εἰ τυγχάνοι δ' ὁ δακτύλιος τηλία x). *Brunck.* Itaque ille recepit Optatiuum, Inu. Indicatiuum e ſuis codd. reſtitui iuſſit. Nimirum hoc intereſt. Si τυγχάνοι legatur, ſenſus erit: ſi fieri poſſit, cogitariue, vt annulus cribri ſit orbis; ſin τυγχάνει· ſi annulus ſit — (re certo definita) v. Hermann. ad Viger. p. 791. et Matthiae Gramm. gr. p. 246. ſ. vbi exempla vtriusque ſtructurae (neque enim ſtructura part. conditionalis εἰ cum Ind. ſimpliciter dici poteſt ſoloeca) allata ſunt. H. l. quum non de certo quodam et poſito euento, ſed de eo, quod fieri et ſumi poſſit, dicatur, Optatiuo opus eſt.

τηλία. Variae huius vocis y) ſignificationes traduntur hic in Schol. et quidem, vt incertum ibi dicatur, quid illa potiſſimum hic notet, nempe an *cribri circulum*, quam recipit interpres z), an *tabulam*, in qua piſtores panes exſiccant; an *afferem* ſine foramine, quae vbi perforata eſt, *apſis* dicitur: an denique *tabulatum*, in quo *farina*

ν) Recepit hoc Zeunius, priſtinum διαφέρει reuocauit Weiskius, Optatiuum reſtituit Schneiderus, omnes ſequentia praeſentia in textis ſeruarunt.

x) Ἀν abundare monet *Münt.*

y) Scheidio in Lennep. Etym. L. Gr. p. 726. ed. ſec. videtur adiectiuum eſſe a maſc. τήλιος, quod a τῆλος ductum ſit.

z) Prae omnibus expoſitionibus, quas habet Schol. ea maxime mihi placet, quae exponit κοσκίνου κύκλον, quomodo et Suid. κοσκίνου περιφέρειαν· item, quae τὸ τῆς καπνοδόχης πῶμα, ὅ ἐστι περιφερές, quemadmodum Schol. Vesp. 143. Nam id ſane ratio dictat, requiri hic aliquid, quod ſimilem habeat formam annulo: nam cum anus dicat, ſe poſſe trahi per anulum, neceſſe eſt, vt id quod reponit ſenex, figuram quoque habeat rotundam anuli inſtar, qui in circulo cribri et operculo fumarii eſt, non in aliis quae iidem memoraut. Apud Suid. quaedam etiam aliter leguntur, quam in Schol., ſed non magni momenti. *Duck.*

in foro venditur, prout in Schol. ad Vesp. et ap. Hesych. similiter redditur. Occurrit enim eadem vox Vesp. 147. *ποῦ 'σθ' ἡ τηλία*; quo nempe caminus, e quo exibat fumus, continuo operiretur. Aristoteles vero Rhetor. 3, 19. Pitholai dictum refert: *Σησὸν δὲ, τηλίαν a) τοῦ Πειραιέως, Sessum, cribrum Piraei:* quod nempe e Piraeo naues Athenn. in Hellespontum ad frumentum inde transuehendum continuo commigrarent. Crebra eius rei apud oratores Atticos ac Demosth. inprimis mentio. *Spanh.* Etymologus *b*): *Ὅρος τηλίαν λέγει τὴν περιφέρειαν τοῦ κοσκίνου· παρὰ τὸ σῶ, τὸ δηλοῦν τὸ σείω καὶ κινῶ, τὸ σήθω* c). Glossae *σήθω, cribro.* Vnde *σηλία* et Attice *τηλία*, vt *σήμερον* et *τήμερον* d). Glossae: *Τηλίαι Incernicula.* Sunt et aliae significationes huius voc., sed nulla huic loco magis apta. Dicit autem anus: *Ita sum macie confecta vt me per annulum trahere possis:* sed alter videns eam satis adhuc crassam dicit, oportere *annulum illum esse cribri circulum* e). *Bergl.*

1039. Haec dicere anus censenda, dum adolescentem propius videt accedere.

1040. *οὗπερ — κατηγ. τυγχάνω cuius leuitatem et perfidiam accusaui. τυγχ.* f) quae conquesta est, nec querelas reuocauit, conqueri vsque videtur. *πάλαι* est *modo, πρὸ ὀλίγου*, Sch. Doru. v. 257. 642. 938. *Fisch.*

1041. *Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμ.* Citat h. l. Schol. Theocr. Id. 3, 1. *Kusi.* *Κῶμος* in genere de quauis *comessatione*, seu *solemni* aliquo *conuiuio* a Graecis dicitur, tum nomi-

---

a) Legitur ibi in ed. Buhlii (l. 3. c. 10. T. IV. p. 349.) *τηλίαν*,

b) Pag. 756. Add. Zonaras T. II. p. 1727. et Photius p. 430.

c) Cribrum enim inter cernendum quatitur. *Münt.*

d) Significat igitur 1. *cribrum, incerniculum*, 2. *circulum, orbem, cribri.* v. Hes. V. *Τηλία* et V. *Ἀλευρότησις.* H. l. subiectum *ὁ δακτύλιος* docet indicari hoc nomine orbem cribri. *Fisch.*

e) Iocose, ita respondetur: per annulum trahi posse, si is cribri pollinarii habeat ambitum. *Münt.*

f) De vsu v. *τυγχάνω* familiari apud poëtas Atticos, tragicos comicosue iam egimus ad v. 35. *Spanh.*

natim de *Bacchi fodali*, cuius descriptio exstat apud Philostr. Icon. p. 733. Im κῶμοι de *Bacchi fodalibus* in genere Eurip. Cycl. 28. — ᾧ τε Βακχίῳ Κῶμοι συναστίζοντες Ἀλθαίας δόμοις. Vnde Κῶμος in Bacchi pompa apud Athenn. conspicuus iuxta Demosth. in Suid. p. 321. [cap. 4. p. 8. ed. Spalding.] καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ κῶμος. Immo vnde Bacchus ipse Κωμαστὴς dictus Nub. 604. Vt hoc addam κῶμον de *florente* et armata quidem Athenienſium *iuuentute* a Theſeo dici Eurip. Suppl. 390. κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον· et inde illuſtrantur adducta modo eiusdem Tragici in Cyclope verba: κῶμοι συναστίζοντες. *Spanh.* Ἐπὶ κῶμον βαδίζειν eſt *comiſſatum ire* ad aliquem. Nam κῶμος eſt *comiſſatio:* quo nomine ſignificatur *compotatio* nocturna *g)*, iocis impudicis, cantilenis obſcenis, ſaltationibus ab honeſtate remotis (v. Anacr. Od. 6.) omnique petulantia abundans *h)*, ita vt ſodales (κωμασταὶ) ebrii prouolent in publicum, coronati facesque tenentes (vt h. l. certe 1053. — ἔχων i. q. φοροῦν) et canentes carmina amatoria fidibus, etiam armati, pergant ad aedes amicarum, quarum fores pulſent neque raro effringant. v. Lamb. Bos. Exercc. phill. ad Rom. 13, 13. et C. G. Schwarzii libellus de Comiſſationibus veterum, editus Altorf. 1744. 4. et nos ad Anacr. tit. od. 6. *Fiſch.*

1042. Coronam et facem gerebant comiſſatum euntes *i)*. Antiphanes ap. Athen. VI. [p. 243. f. T. II. p.

---

g) Non autem eſt i. q. μέθη, quocum voc. iungitur interdum κῶμος. v. Hemſterh. Not. ad Schol.

h) Fuit Comus comeſſationum, ebrietatis et intemperantiae Deus, quem iuuentus olim colere ſe exiſtimabat, dum ante fores amicarum noctu cum facibus et muſicis inſtrumentis ſaltabant; nonnumquam etiam perpoti foribus effractis in aedes irrumpebant. Quod adoleſcentem facere velle, et neglecta ſe illum aliam ambire interpretatur ſuſpicax anus, quum tamen Pluto ſacrificaturus accedat. Auget Chremylus aniculae ſuſpicionem, et per ſe plus ſatis inſanientem, amplius etiam inſtigat. *Gir.* κῶμος propr. deus praeſes comeſſationis hominumque luxu diſſluentium. Inde ſignificat etiam conuiuium lautum et quamlibet comiſſationem, vt Ael. V. H. 15, 1. e quo loco etiam patet comiſſatum euntes coronam et faces geſtaſſe. *Münt.* Add. *Eckard.* p. 109.

i) Quum non potuerit adoleſcens, niſi vnam coronam in capite

433. Schweigh.] ἐπὶ κῶμον, εἰ δοκεῖ, ἴωμεν, ὥσπερ ἔχομεν. Οὐκοῦν καὶ δᾷδα καὶ στεφάνους λαβόντες. Et vnguentati incedebant. Apollodorus Comicus apud eumdem VII. [p. 281. p. 23. T. III. Schweigh.] ἐξιέναι — ἐπὶ κῶμον — στεφάνους ἔχοντας καὶ μύρον. Synesius epist. 32. ἰδὼν τὸν προσπότριβα σοβοῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐν στεφάνῳ καὶ μύροις, μεθύοντα καὶ κωμάζοντα καὶ πάσης ἀπολασίας ἐμπιπλάμενον. *Bergl.*

1043. Constituitur hic Actus IV. Scenae V. initium. Salutat adolescens anum, quae fortassis paululum progressa erat. Eam certe ille adloquitur.

ἀσπάζομαι *saluere te iubeo.* De verbo hoc vid. ad 324. e quo loco discitur, esse illud maioris amoris et benevolentiae indicem, quam χαῖρε. Neque tamen ista vox h. l. caret omni mordacitate; exprobrat enim aniculae pruriginem, quae etiam nunc appetat amplexus iuuenis, sed frustra. *Fisch.*

τί φησιν; Dedignatur iuuenem alloquio, vel pudore vel dolore. *Gir.* Nimirum anus haec ad Chremylum conversa dicit. Sed pro his Inu. ex cod. Rau. edidit: σέ φησιν, vt anus significet, adolescentem alloqui Chremylum. Sed tum potius putauerim, haec esse Chremyli, anum, quae adolescenti non respondebat, ab eo forte auersa, monentis ad ipsam dici.

ἀρχαία. Non quam a multo iam tempore amaui, sed παλαιά. annosa, senio confecta. Quid autem, si ἀρχαίαν interpreteris stultam, insipidam et delirantem *k)*? In φίλη ironia est. *Gir.*

1044. πολιὰ h. e. *cana*, vnde πολιοὶ dicuntur *cani*, πολιοὶ πρόσωποι Anacr. 56, 1. s. et *senectus* a Theocr. 14, 10. vocatur λευκαίνων ὁ χρόνος, quia capillos canos reddit. *Fisch.* Dum hoc profert, facem admouet capiti vetulae. Quod ait ταχύ, inde non intelligi vult, canitiem eam esse praeproperam et praeter aetatis rationem accidisse, verum quoniam negligenter caput compsit, canos prodit, quos,

---

gestare, non placet quod pro στέφανόν γ. τ. Inuern. e Rau. recepit: στέφανος γε — De coronarum vsu in conuiuiis monuit *Eckard.* p. 110. idemque obseruauit πορεύεσθαι etiam de breviore via dici. [Est omnino, *incedere, vadere.*]

k) Vid. ad 323. versum.

dum iuueni placere ſtuduit, anxie occuluit. *Gir.* At recte *Münt.* monuit, parum probabile eſſe, eam, quae pretioſa veſte induta erat, capitis curam neglexiſſe. Itaque putat iuuenem, iam ditiorem factum, libere, quae ſentiat, eloqui, atque ταχὺ ad χθὲς refert.

1045. τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως *l)* idem eſt, quod οἴμοι τῆς ὕβρεως vt 389. οἴμοι τῶν κακῶν. Eſt enim Genitiuus indignantis et dolentis. v. Anim. ad Well. III, I, p. 348. De vv. ὕβρις et ὑβρίζεσθαι dictum eſt ad 900. Nam Genit. pronominis ἧς accommodatus eſt nomini τῆς ὑβρ. *Fiſch.* Cod. Doru. habet ὕβρεως, quod primus in Ariſtoph. Kuſterus intulit: nam flexionem Ionicam ὕβρεος velut de compacto tenent Edd. reliquae, ſi ſolam excipias Amſtel. minoris formae, quae ὑβρίος dedit. Miror Kuſterum, metri callentiſſimum, admiſiſſe ὕβρεως, quo pacto verſus interit. Ego veterem ſcripturam, licet Ionica ſpecies in Attica ſcena parum deceat, mouere non ſustinui, neque aliam viam reperi, qua verſui proſpicerem. *Hemſt.* τῆς ὕβρεος vett. edd. recte. Perperam in minoribus Batauis ὕβριος. Atticam formam ὕβρεως codicum conſenſus contra metri legem tueri non poteſt. Male eam repoſuit Kuſterus. *Brunck.* Solent etiam Ionicae formae interdum ab Atticis poëtis adhiberi.

1046. διὰ πολλοῦ χρόνου. Vesp. 1474. ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου. Aeſch. Pers. 743. φεῦ, ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις — ἐγὼ δέ που διὰ μακροῦ χρόνου τάδ' ἤυχουν ἐκτελευτήσειν θεούς. διὰ χρόνου ſine adiectiuo idem eſt. Lyſias de caede Eratoſth. [p. 14. T. V. Orr. Grr. Reisk.] ἀσμένη με ἑωρακυῖα ἥκοντα δὴ διὰ χρόνου. V. infra 1056. *Bergl.* Significat: *poſt longum temporis interuallum m).* Saepe

---

l) ἕνεκα ſubintelligi iubet *Gir.* atque addit: duplex affectus hic ſubeſſe videtur: τάλαιναν ſe ait, i. e. infelicem, miſeram, et modis acceptam indignis ab adoleſcente, qui ſe deſeruit; ab eodem autem indignioribus acceptam modis, vt qui ipſi, alioqui miſeriori, conuicia ingerat odioſiſſima. Hoc ſenſu ſi accipis, exaudienda ſunt aduerbia: οἴμοι τάλαινα ἐγώ. φεῦ τῆς ὕβρ. Atticum σχῆμα, ὕβρεως ὑβρίζεσθαι. *Gir.*

m) Colligit hoc inde, quod iuuenis dixerit ἀρχαία φίλη et πολιὰ γεγέν. *Gir.* De vi praepos. διὰ cum Genit. vocabb. temporis, *poſt*, v. *Eckard.* l. l. p. 111.

ſic omittitur πολλοῦ, vt Xen. Cyr. 1, 4, 28. Memorr. 2, 8, 1. Eodem modo Hebraei dicunt Iudd. 11, 4. Ioſu. 23. 1. *Fiſch.* ὡρακέναι. Vulgo reclamante metro, ἑωρακέναι n). *Brunck.*

1047. ποίου χρόνου; *quanto tempore?* Hoc ſuſpectum eſt. Nam ποῖος de qualitate dicitur, non de quantitate. Forte πόσου. *Duck.* Recte, opinor. Nam 1. vocabb. ποῖος et πόσος etiam alibi a librariis permutata ſunt inter ſe, vt Demoſth. c. Timarch. p. 14. T. II. Tayl. 2. quaeritur h. l. non de qualitate temporis, verum de quantitate. *Fiſch.* Nemo tamen Duckero obſequutus eſt.

Anicula Chremylum appellat ταλάντατε, vel quia amoris plena neſciebat, quid loqueretur, vel contemtus cauſa, vt ei exprobraret iniquam leuitatem, vt ſit *ſcelestiſſime*, vid. v. 1056. o) 1070. παρ' ἐμοὶ *domi meae.* vid. ad 393. *Fiſch.*

1048. τοῖς πολλοῖς *plerisque ebriis*, et Datiuus pendet a nomine τοὐναντίον. Senſus: *ſecus* ſcilicet ei euenit, ac plerisque ebriis p). *Fiſch.*

1049. ὀξύτερον βλέπει. Hor. Sat. I, 3, 26. cur in amicorum vitiis tam *cernis acutum? Spanh.* In cod. Doru. vitioſe ſcribitur βλέπειν. *Hemſt.* μεθύων eſt *ebrius*, vino temulentus. Nam μέθυ eſt *temetum* h. e. vinum. V. Plin. H. N. 14, 13. Ὀξύτερον. Nam capilli aniculae adoleſcenti ebrio, nec amatori recte videbantur cani, qui ſobrio et amatori viſi eſſent nigri. Ita certe Chremylus iocans ſtatuiſſe putandus eſt. *Fiſch.*

---

n) Emendate iam laudauerat Dawes. M. Crit. p. 202. vid. ad v. 98.

o) Sentit, ſe etiam ab hoc rideri, propterea in eum quoque deſaeuit. *Gir.*

p) Quum enim compertum ſit, vinolentorum oculos ignea quadam vi ſcintillantes, retuſiores fieri et hebetiores, tamen hic, quem egregie potum dixiſti comeſſationi operam dare, potuit canos tuos internoſcere. Vel ideo hoc dicit, vt exiſtimetur iuuenis id vidiſſe ebrius, quod ante non viderat ſobrius: nam nunc primum videtur deprehendere, hanc eſſe vetulam et canam. *Gir.* Similiter fere *Münt.*

1050. ἀκόλαστος propr. eſt *incaſtigatus*, ἀπαίδευτος. v. Etym. M. h. v. 2. ita dicitur is, qui incaſtigatus eſt vita et moribus; qui praeditus eſt moribus ruſticis parumque politis, ideoque nunc *audax*, *impudens*, nunc *petulans*, *proteruus*, vel verbis, vt h. l., vel re ipſa: ſed inprimis *incontinentem* et *intemperantem*, h. e. eum, qui ſe dedidit voluptatibus guſtus et tactus (v. Gell. N. A. 7, 11. 19, 2.). Sed maxime tamen de *libidinoſis* dicitur, ita vt nunc ſimpliciter ponatur, nunc addita ſint verba πρὸς τὰς συνουσίας, περὶ τὰ ἀφροδίσια et ſimilia. Vnde intelligi poteſt, h. l. adiecta eſſe verba τοὺς τρόπους q), vt ſignificetur hominem illum eſſe *ruſticis* moribus. *Fiſch.* Ἀπαιδεύτους et ἀμαθεῖς eos etiam Graeci vocant, qui moribus ſunt ruſticis et parum politis; quemadmodum contra πεπαιδευμένοι eruditi ſolum doctrinisque exculti, ſed et humanitatis atque officiorum pleni: eſt nonnumquam, vbi proxime ad hanc vim ἀκόλαστος accedat. Haec autem anus, ira per amorem deſerueſcente ita proloquitur, vt factam ſibi iniuriam, quam fuerat conqueſta, excuſare iam inceptet. Verſum protulit Suidas in ἀκόλαστος, loco valde conturbato, cui poſt Kuſteri conatum integritatem adhuc deeſſe credo. *Hemſt.* Ποντοπόσειδον. Prout dictus erat ab Aeſch. S. C. Th. 132. Ποντομέδων ἄναξ et a Pindaro Olymp. VI, 176. δέσποτα Ποντόμεδον, Eurip. Hipp. 744. ὁ Ποντομέδων. Adde, quod Neptunus Ponti filius habitus ſit a Sanchoniathone ap. Euſeb. Praep. Eu. I, 10. Mitto quae de Neptuno ποντίῳ et θαλασσίῳ iam monita ſunt ad 408. *Spanh.* Ποντοποσειδῶν eſt Neptunus, quatenus praeeſſe credebatur mari, qui etiam Ποσειδῶν (de cuius nominis etymo v. Plat. Crat. 19.) Πόντιος appellatur vt h. Hom. in Nept. 3. et Noſt. Thesm. 329. Sic etiam Schol. Doru. et Suid. accepit, quae interpretatio magis placet, quam illa quae ap. Suid. reperitur V. Πόντος, μέγιστε Πόσειδον, quaſi πόντος vim Superlatiui habeat r), vt βοῦς et ἵππος. Nam Athenis co-

q) Pro his, quae in omnibus edd. leguntur, Inu. e Rau. recepit: τοῖς τρόποις. Illa vſitatior eſt ſtructura.

r) Etiam Graecus h. l. interpres admonet, πόντον interdum indicare μέγεθος. Quoniam res ipſi eſt cum anu, ideo inuocat Neptunum et alios ſeniles deos, vt quibus curae maiori eſſe ſoleant et debeant ſenes. *Gir.*

lebatur etiam Neptunus ἵππιος, ἐλάτης etc. v. Meurs. Ath. Att. 2, 13. *Fiſch.*

θεοὶ πρεσβυτικοί. Vt deorum apud gentiles varii olim ordines, ita in *ſeniores* et *iuniores* iidem etiam diſtincti ap. Aeſch. Eumen. 724. ἀλλ' ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ. Sic νέου θεοῦ paulo ante in hac fabula 961. et memorati ibi θεοὶ νεώτεροι apud eumdem Aeſch. cum in iisdem Eumen. 16. 17. tum in Prometh. 149. et inter eos ipſe parens deorum Iupiter haud ſemel. *Neptunum* vero quod attinet, qui hic cum *diis* illis *ſenioribus* inuocatur, eumdem deorum vocat Hom. Od. N, 142. πρεσβύτατον καὶ ἄριστον, quo tamen priorem exſtitiſſe Iouem tradit poëta Iliad. N, 355. ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει. *Spanh.* θεοὶ πρεσβυτικοὶ ſunt *dii ſenectutis*, ſenum, *praeſides*, in quorum numero intelligitur Neptunum fuiſſe; nam καὶ θεοὶ dictum eſt pro καὶ οἱ ἄλλοι θεοί, vt v. 1. ſed quinam fuerint illi, non conſtat *s)*: ita vt in ſcholl. antiquis adoleſcens dicatur iſta voce vſus eſſe ioci cauſa. Hoc vero certum eſt, iuuentutis praeſides ferri Apollinem, Bacchum, Pana. *Fiſch.*

1052. πρόσωπον h. l. propr. ſignificat *os*, vultum, vt 1066. Palaeph. 7, 1.: os, oculos, genas, v. Gell. N. A. 13, 29. ῥυτίδες ſunt *rugae t)*, et τῶν ἐυτ. ὅσας eſt pro ῥυτίδας ὅσας, vid. ad 694. Nam exprimitur ita fere partitio. Hanc vocem emittens adoleſcens cenſendus eſt admouiſſe taedam ardentem ori aniculae *v)*, quo conſpicerentur magis rugarum ſulci. *Fiſch.*

1053. ἔ, ἔ *x)*. Interiectio. Eurip. Alceſt. 28. ἔ, ἔ, ἔ, ἔ, τί σὺ πρὸς μελάθροις; *Bergl.* In cod. Doru. macula huic verſui adſperſa, in quem ſcilicet compingere voluit

---

s) Münt. putat eosdem eſſe, qui etiam μεγάλοι fuerint adpellati; facete autem ad mulieris ſeneotutem alludi.

t) vid. Bos. Exercitt. philol. in N. T. p. 185. f. et Eckard. ad h. l. p. 111.

v) Id iam monuerat *Gir.*

x) Vulgo hae voculae praecedenti verſui adhaerebant. Br. et Inu. huic recte praemiſit, vncinis incluſas; ſunt enim extra metrum poſitae. *Gir.* monet eſſe conſternatae mulieris exclamationem, et ignem a facie repellentis.

librarius exclamationem ᾶ, ᾶ· nec in cod. LB. nihil est eamdem ob causam peccatum: sed haec tanti non sunt, vt commemorentur. Vterque seruat accentum circumflexum: verum operae pretium est audire, quae Suidas ex vetustioribus vel Scholiis ad h. l. vel Grammaticis exposuit: Ἄ ἄ παρ᾽ Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετ᾽ ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Ἄ ἄ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. Τὸ ἄ ἄ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ᾽ ἕνωσιν· ἀλλὰ καὶ φιλωτέον ἀμφότερα. Εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου ἦν, καὶ κατὰ σύναψιν ἀνεγινώσκετο, οὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τόνων, ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν· καὶ τοῦτο μὲν ἐκπλήξεως ὂν φιλοῦνται· τὸ δὲ ᾶ ᾶ θαυμαστικὸν δασύνεται. Haec optimae notae sunt eo magis probanda, quia Schol. ad 1043. monuit, esse κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον βραχυκατάληκτον. Considera vero, an scribi praestet ἄ ἄ, sicuti fere 896. y). *Hemst.* Est, vt Lat. *ah*, vox deprecantis aut lamentantis stupentisue et obiurgantis. εὖ — λέγει. Nam Chremylus agit cum adolescente. *Fisch.*

1054. σπινθὴρ est *scintilla*, v. Hes. et Etym. λάβῃ Schol. LB. explicat καταλάβῃ: *si ipsam vel vna scintillula comprehenderit. Fisch.* εἴς μόνος quidquid Edd. vidi cum cod. Dorv. retinent: solus LB. μόνον. *Hemst.* Non male: sed profectum tamen a manu correctoris videtur. Sic Aesch. Socr. 3, 16. ἑνὸς μόνου μνησθήσομαι τοῦ ἀξιολογωτάτου. *Fisch.* Cf. Schäfer. Mel. Cr. p. 19.

1055. εἰρεσιώνην. Infra Eqq. 725. τὴν εἰρεσιώνην μοι κατεσπαράξατε. De εἰρεσιώνῃ praeter Schol. ad h. l. videndi Strab. I. p. 16. et Plutarch. in Thes. p. 10. [c. 21. vbi v. Leopold.] Clemens Alex. ab Athenienſibus acclamari solitum dicit Strom. lib. IV. p. 474. z).

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.

---

y) Causam non video. Ineptum enim est, quod *Münt.* dicit metrum hoc flagitare.

z) Hi versus etiam a Plut. l. l. et in Schol. ad h. l. laudantur, ad q. vid. Not. add. *Ilgen* Opusc. I. p. 154. ff. (in Comm. ad Εἰρεσιώνην Homeri) vbi etiam ostenditur, ramum oleae, lana velatum, si a supplicibus et aliorum opem implorantibus praetendebatur, dictum esse ἱκετήριον vel ἱκετήριον κλάδον, si a gratulantibus diei alicuius solemnitatem, vbi preces et imploratio auxilii secundo loco veniebant, εἰρεσιώνην.

Infra Vesp. 396. πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις *ramis aridis pulsatus.* Vnum addam dici a Iosepho Arch. 3, 10. p. 92. [§. 4. ed. Hauerc.] Hebraeos festo tabernaculorum die ferre εἰρεσιώνην μυρσίνης καὶ ἰτέας σὺν κράδῃ φοίνικος πεποιημένην. *Spanh.* Erat ramus oliuae, ἐρίῳ, *lana*, vnde et nomen accepit, comptus. Qualis erat supplicum ramus, quem praetendebant, ἱκετῶν ἐριόστεπτος κλάδος, vt cum Aesch. dicam ex Suppl. 22. vel ex Eumen. 43. ἐλαίας κλάδος λήνει ἐστεμμένος, ἀργῆτι μαλλῷ *oliuae ramus, lana coronatus, albo villo.* Exponebatur autem Athenis pro foribus aedium in memoriam veteris cuiusdam supplicationis publicae. V. Schol. ad h. l. et ad Eqq. 724. et Lexicographos graecos et quos auctores ad Hesych. citauit Schreuelius *a).* *Bergl.* Erat *ramus oleae*, lanea corona ornatus, e quo pendebant panes, ficus, et alia poma, suspensus pro aedibus forium Athenn., in memoriam veteris cuiusdam obsecrationis publicae, vt defenderent a se famem vel pestilentiam, ex oraculi Delphici responso. Mutabatur quotannis ita vt recens ramus pro vetere suspenderetur. Varias vett. scriptt. et Grammaticorum narrationes de hoc ramorum genere collegit diligenter Meursius Graec. fer. V. Πυανέψια p. 242. ff. Ἠλιαικὰ εἰρεσ. igitur est *aridus oleae ramus b).* καύσεται habet vim Fut. Actiui. Attici enim abstinent vsu Futt. Actt. multorum verborum et pro eo ponunt Fut. Med., vt ἄξομαι, ᾄσομαι, dicunt, non ἄξω, ᾄσω. v. Moeris [p. 38.] Causa videtur esse, vt seruaretur memoria obsoleti verbb. actt. significatus. Nam καίειν propr. videtur significasse, *incendere aliquem aliquid iubere*; κάεσθαι *incendere c). Fisch.*

---

a) Add. Intpp. in Albert. ed. Hesych.

b) Talis igitur ramus facile poterat conflagrare. *Gir.* Per iocum Chremylus hanc vetulam senio et macie confectam ait facile, instar aridi oliuae rami, lana velati, combustum iri. *Münt.*

c) Wakefield. Silu. Crit. III. p. 74. negat καύσεται sensu actiuo ferri posse. Nam πῦρ κέκαντο ap. Hom. esse: *ignem sibi accenderunt*; in anteced. autem versu λέβης nec elegans nec vsitatum esse. Quare emendat: — σπινθὴρ βάλῃ ὥσπερ παλαιὰ γ' εἰρεσιώνη καύσεται. Horum neutrum probari potest.

1056. *διὰ χρόνου.* vid. 1046. *d).* In Lyſiſtr. 905. *κατακλίθητι μετ' ἐμοῦ διὰ χρόνου.* Vesp. 1251. *ἵνα καὶ μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου,* et alibi. Eurip. Electr. 504. *μῶν τὰμὰ διὰ χρόνου σ' ἀνέμνησαν κακά*; *Bergl. Poſt longum intervallum;* quae tamen vox ironice accipi debet, ita vt notetur intemperata mulierculae libido. Nam adoleſcens pridie apud eam fuerat. vid. 1047. *Fiſch. παῖσαι.* Cod. Doru. et LB. *παῖξαι* Atticam formam vulgari graeca mutans. Citatus in hanc rem Comici noſtri locus a Tho. Mag. in Παῖσαι [p. 673.]. Euſtath. ad Od. Θ. p. 1594, 47. *ἡ δὲ χρῆσις τοῦ τοιούτου παῖσαι καὶ παρὰ τῷ* Κωμικῷ non hic tantum, ſed et in Acharn. 391. vbi Schol. *ὅπερ ἡμεῖς παῖξαι,* ſimiliter atque Heſych. et Suidas. Idem Phrynichi praeceptum p. 38. [102. Pauw.] et Moeridis Attic. [p. 293.] ſaepe tamen a librariis in Platone ceterisque ſcriptt. Atticis neglectum; ſi modo perſuaderi nobis patimur, veteres in hac forma frequentanda tam fuiſſe religioſos. *Hemſt.* In verbis *πρός με παῖσαι* latet elegans quaedam et vrbana ambiguitas. Nam ſignificant et, *ludere mecum,* et, *mecum rem habere.* Hoc ſenſu accepit anicula *καπρῶσα e).* Quaerit enim *ποῖ, τάλαν*; h. e. *vbi, ſceleſte?* ſed iſto adoleſcens accipit, certe accipere ſe ſimulat. *Fiſch.* Id quod vehementer cupiebat vetula, ſuſpicabatur etiam adoleſcentem de ludo Venereo loqui; itaque dicit: *Vbinam ludes? an hic ante oculos hominum?* Vt Lyſiſtr. 908. *ὦ καταγέλας' ἐναντίον τοῦ παιδίου. Bergl.*

1057. *αὐτοῦ* eſt *hic,* vt 1188. *ἐνθάδ' αὐτοῦ.* Nam reſpicit ad *ποῖ.* Sed poteſt etiam recte explicari *ſtatim, illico* (v. Heſ. h. v.). Nam qui illudunt alios, ſaepe ita reſpondent, vt reſponſio quaeſtioni non ſit accommodata *f).*

---

d) Vbi *πολλοῦ* additur. Cf. Bos. de Ell. p. 402. Interdum tamen etiam *τινός* ſupplendum eſt. v. Schaefer. ad Bos. p. 101.

e) Anus iniuriam vltura non tam quaerit locum, vbi cum iuuene ludat, quam in quo eum caedat, aut certe animi indignationem pro voto euomat [perperam; quaſi a *παίειν* eſſet.] Iuvenis, quaſi ille de loco ludendi rogarit, ſubdit *αὐτοῦ*: ſimul genus ludi anni praeſcribit. Riſu maiore digna fuerit anus, ſi de luſu Venereo cogitaſſe putetur. *Gir.* De hoc Venereo luſu recte etiam *Münt.* intellexit. *ποῖ* Attice poni pro *ποῦ* oſtendit Moeris p. 317.

f) Prior tamen explicatio huic loco magis conuenit.

Κάρυα sunt *nuces*, h. e. omnes fetus arbutei, lignum et corticem habentes extrinsecus. Simulabat igitur adolescens, quasi vellet, vt anus cum ipso luderet *par impar*, ἀρτιάζειν (vid. ad 817.). Nam ludentes sumtis in manum numis, fabis, nucibus, diuinare iubebant ἄρτια ἢ περιττά; *Fisch.* Pro παιδιὰν accentu mutato sola Farreana praefert παιδίαν, inuito Scholiasta *g*). Post αὐτοῦ vero, adiecta interpretatione ἐνταῦθα, cod. Doru. ponit distinguendi notam: omnino recte, licet in cunctis edd. perperam sit omissa, quandoquidem αὐτοῦ ad λαβοῦσα κάρυα minime pertineat, sed ad ποῖ τάλαν vtique per se sit referendum. Scilicet anus pruriens illud παῖσαι in nequiorem sensum acceperat, ideoque velut indignata, sic tamen, vt cupere videatur, rogat, *vbinam improbissime?* tum noster ille iuvenis αὐτοῦ, *illico;* suspensaque paullulum oratione subdit, λαβοῦσα κάρυα, vt praeter exspectatum se alium plane ludum, atque ipsa velit, intelligere significet. Hos autem Aristoph. versus et Scholiastae verba protulit *Bern. Martin.* V. L. IV, 1. vt ludi genus illustraret. *Hemst.* Attici auctoribus Schol. Suid. et Etym. M. pro παιδιὰ dixere παιδία, et quum librarii pro ι saepe scripserint ει, in illis maxime verbis, in quibus ι longum est, facile patet, qui factum sit, vt παιδεία toties scriptum inueniatur pro παιδία *h*) *lusus, iocus. Fisch.*

1058. πόσους ἔχεις ὀδόντας. Peruertit ludum illum, qui dicitur *Par Impar;* nam non erat quaerendum: *quot sint?* sed vtrum *par an impar* numerus: praeterea non illum interrogamus, qui nuces aut tale quid aliud, manu tenet; scit enim; sed ille nos interrogat. Quia vero edentulam anum vult ridere *i*), ipse interrogat, quot illa habeat, non *nuces*, sed *dentes;* sciebat enim ipsammet numquam se daturam fuisse ludibrio ita, vt interrogaret: *quot*

---

g) Verba παιδιὰν τίνα hoc sensu dicta esse perperam existimat *Gir.*: quam ingratum ludum mihi proponis, qui puerorum de more etiam nuces me repetere vis. *Münt.* putat indignationem exprimi; graniter ferre anum, adeo se ludibrio amatori suo esse, vt puerilem ludum ipsi offerat. Imo non videtur audiuisse verba praegressa, et continuare orationem v. 1055.

h) Vid. Fisch. ad Plat. Phaed. 13, 6.

i) Eadem iam animaduerterat *Girardus*.

habeo dentes? vt quae nec interrogata deinde vult respondere. *Bergl.* Vt commoueret magis mulierculae animum, adolescens peruertit ordinem ludi; anus debebat ex eo quaerere, πάσα ἔχω κάρυα; sed ille mulierculam interrogat, ita vt pro nucibus nominet dentes. γνώσομαι h. e. *conijciam, diuinabo*, quot dentes in ore gestet. *Fisch.*

1060. ἀπότισον. Qui interrogatus non diuinauerat, soluit totidem nuces, quot ille manu tenebat, qui interrogauerat; quum ergo Chremylus non diuinauerit, quot habeat dentes vetula, quae vnum tantum habebat, vnus dens Chremylo elidendus erit, vt soluere possit. Talis est sal Atticus. *Bergl.* Ita etiam *Fisch.* (patere tibi vnum elidi dentem, vt soluere possis) et *Münt.* interpretati sunt, qui postremus tamen perperam eum dentem vetulae dandum esse censuit *k)*. Nam Chremylus non cum anu par impar ludere fingitur.

γόμφιον. Pollux IV, 19. [§. 151. p. 439. s. Hemst.] vbi describit personas comicas, dicit inter vetulas fuisse, et τὸ οἰκουρὸν γραΐδιον *domesticam* siue *vmbraticam vetulam;* et ita describit: τὸ δὲ οἰκουρὸν γραΐδιον, σιμὸν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ σιαγόνι ἑκατέρωθεν ἀνὰ δύο ἔχει γομφίους. Nempe et hinc patet, hanc comoediam proxime accedere ad nouam, de qua ibi Pollux agit. *Bergl.* γόμφιος sc. ὀδούς est *dens molaris, maxillaris;* nam dentes sunt vel *aduersi* (Cic. Nat. D. 2, 54.), qui acuti morsu diuidunt escas; a Xen. Mem. 1, 4, 6. dicuntur οἱ πρόσθεν, etiam τομεῖς *diuisores*) vel *intimi*, qui conficiunt escas, vnde *genuini* et *molares* appellantur (v. Cic. l. l.); Graeci eos vocant μύλους, μυλίους, Attici γομφίους (v. Xen. Mem. l. l.), quia referunt speciem γόμφων, *clauorum*. v. Moeris [p. 111.] Etym. M. Gloss. vett. V. Μυλίους. Ceterum nec verbi φορεῖν vsus caret ioco mordaci.

1061. Sensus: scelus, non sana esse mente mihi videris. ταλάντατ' ἀνδρῶν est, *longe sceleſtiſſime*, v. ad 1047. et 684. 788. Fisch. ad Leusden. de Dial. N. T. p. 93.

---

k) Explicat ita: falsus fuisti in diuinando: vnum igitur perdidisti dentem, tibi euellendum vetulaeque dandum, cui vnicus tantum molaris in ore supereſt.

Fiſch. l). De vſu v. ὑγιαίνειν non modo de corporis ſed etiam mentis ſanitate dicti v. *Eckard.* p. 112.

1062. Loci huius mentionem facit Pollux VII, 38. *m)* et Thom. Mag. V. Πλυνεύς [p. 722.] *Kuſt.* Sic Acharn. 379. κἀπλυνεν *et maledixit, conuitiis laceſſiuit*, quo ſenſu praeter Menandrum apud Artemidor. II, 4. [Onirocr. T. I. p. 136. ed. Reiff. qui in not. ibi cfr.], vt pridem ad oram Heſychii mei notaueram, et a Pearſono ad Suidam itidem factum, e nupera Kuſteri editione Suidae didici; praeter eum, inquam, ac Demoſth. adu. Boeot. I. p. 577. [T. II. p. 997. Reisk.] ἀλλήλους δὲ πλυνοῦμεν *inuicem nos verbis infectabimur;* paullo poſt κἀπλυνεν *et obiurgauit*, ſeu *conuitiatur n)*: apud Baſilium epiſt. CCCLXX. πλύνειν λοιδορίαις *conuiciis laceſſere;* Chryſoſt. Serm. XVII. p. 94. T. V. ed. Sauil. μυρίαις πλύνοντες λοιδορίαις, vt alio loco ibidem ἀλλήλους πλύνοντες. Ita ſermone Gallorum vernaculo, *laver la tête à quelqu'un*, pro *obiurgare ac redarguere quempiam. Spanh.* πλυνόν με ποιῶν· ita me perfundis conuiciis, quaſi eſſem labrum, in quo fullones veſtimenta ſordidata perfundunt aqua. Ita vſurpatur v. πλύνειν ab Atticis. v. Acharn. 381. *Bergl.* Cod. LB. in textu Scholiisque margini inſcriptis vitioſe dedit πληνόν· ἐν ibidem in contextu deſideratur; inter verſus adiectum: ἐν ἤγουν ἔμπροσθεν τοσούτων ἀνδρῶν. De v. πλυνὸς qui ſcripſerint, diligenter indicauit Iungerm. ad Poll. VII, 38. Euſtath. ad Od. Z. p. 1550, 22. καὶ πλυνούς, ὧν ἡ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ· huc fine dubio reſpexit: nam alibi nusquam in iis, quas habemus, comoediis, quantum recordor, inuenitur. *Hemſt.* Vt πλυνεῖς dicti ſunt *fullones*, quia lauabant veſtes ſordidas et purgabant (vid. v. 166. 314.): ita vas, alueus, in quo veſtes ſordidae lauabantur, dictus eſt πλυνός. v. Heſ. h. v. Pollux, Etym. M. Vnde ipſa *fullonica* dicta eſt πλυνών. Gloſſ. vett. πλυνόν· *fullonica.*

---

l) Idem *Fiſch.* paullo inferius iubet obſeruari aniculae vrbanitatem, quae eluceat e vv. οὐχ ὑγιαίνειν et δοκεῖς.

m) Hunc Pollucis locum, vbi πλύνειν per λοιδορεῖν explicatur, tumque additur: καὶ πλυνέν με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία φησιν, ἤγουν ἐξονειδίζεις ἢ αἰσχύνεις, atque Ach. 381. laudat *Brunck.*

n) Add. Demoſth. c. Theocr. p. 1355. Reisk. λοιδορουμένους καὶ πλύνοντας κύτεύς.

Leg. πλυνών, aut certe πλυνός. Idem Heſych. V. Πλῦνον o) obſeruat, πλύνειν et πλύνεσθαι ab Atticis poni ἐπὶ τῶν λοιδορεῖν h. e. de iis, qui in alios conuicia fundunt, aut iis perfunduntur. Hinc intelligi debent verba aniculae: πλυνόν με ποιῶν, *quia me iubes eſſe quaſi alueum, in quo lauantur veſtes ſordidae p)*, i. e. quod conuicia in me fundis. Verba Scholl. vett. de discrimine vv. πλυνὸς et πλύνος, deſcripſit Suid. V. Πλυνός. ἐν τοσ. eſt i. q. ἔμπροσθεν Schol. Leid. praeſentibus, audientibus tot hominibus [nempe ſpectatoribus, non, vt Fiſch. putabat, Iuſto eiusque ſeruo et aliis] vt Xen. Cyr. 3, 3, 25. ἐν ἅπασι.

1063. Ὄναιο μέν γ' [vt vulg. editum] ἄν. Euſtath. ad Il. X. p. 1263, 61. ed. Rom. ὅηλοῖ δὲ ταύτην τὴν ἐτυμολογίαν καὶ ὁ Κωμικὸς, ἐν οἷς πρὸς γυναῖκα ὀνομάσασαν ἑαυτὴν πλυνόν, φησί τις· Ὄναιο μὲν οὖν, εἴ τις ἐκπλύνειέ σε. *Kuſt.* In hoc verſu lectionem variam et publicata deteriorem praebet LB. ὄναιο μέν τ' ἄν εἴ τις ἐκπλύνει γέ σε. Euſtathii ad Il. X. p. 1263, 62. ὄναιο μὲν οὖν, εἴ τις etc. metro nocet. *Hemſt.* μέντ' ἄν q). Sic A. B. recte. Vulgo μέν γ' ἄν. *Brunck.* ὄναιο eſt Aor. I. med. ab ὄνημι, iuuo, vim Paſſ. habens. vid. Kuſter. Verb. med. extr. *praeclare tecum ageretur* r). ἐκπλύνειε h. e. *elueret* ſordes ori tui. *Fiſch.*

1064. Οὐ δῆτα *neutiquam*, *haudquaquam*, οὐδαμῶς Schol. Doru. *Fiſch.* μὲν νῦν. Verſo ordine νῦν μὲν et mox τουτὶ Cod. LB. vid. ad 227. μὲν prorſus omiſſum in cod. Doru. verſum debilitat. *Hemſt.* ἐπεὶ νῦν μὲν — Sic IV. codd. s). Vulgo ἐπεὶ μὲν νῦν. *Brunck.* καπηλικῶς ἔχει. Inde cauponum inſtar ſe habere dicitur haec vetula, quod

---

o) Add. Zonarae et Photii Lexx. V. πλύνεται.

p) *Girard.* interpretatur: „*lotam me faciens*, periphraſis, πλύνων με *lauans me*." Id neſcio quomodo e voc. hoc eruatur. Idem monet, πλύνειν eſſe probris inceſſere, conuiciis afficere, metaphora petita ab iis, qui aliquem aqua conſpergunt.

q) Recepit etiam *Inu.*

r) Vtile tibi ſit, in commodum tuum vertatur, ſi quis te lauerit. Capit hic πλύνειν in ſignificatu primario. *Gir.* Ita etiam *Münt.*: conduceret, ſi quis te, animum ſordidam atque impuram, velit lauare.

s) Sequutus *Br.* eſt *Inuern.*

ſi abstergatur eius, qua illa oppleta eſt, ceruſſa, tum detritam continuo ac rugoſam eius faciem conſpectum iri. Nempe quod καπήλων mos eſſet, quo magis vendibiles ſuas merces redderent, eos mangonio quopiam variaque arte et fraude oblinere. Vnde καπηλεύειν pro, *fraudulenter* ac *verſute* aliquid *agere*, eſt ab Atticis dictum, vt Aeſch. S. C. Th. 551. Ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην, vbi vett. Critici: καπηλεύσειν, ψεύσεσθαι, προδώσειν, διαφθείρειν. Demoſth. adu. Ariſtogit. I. p. 488. εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας, et quod ſequitur παλιγκάπηλος, quae vox occurrit mox in hac fab. v. 1132. Καπηλείαν ceteroquin, vt *mercaturae* ſpeciem, ſub generali ἐμπορείας (nempe tam terreſtris quam maritimae negotiationis) ab Atticis dictam includit Ariſtot. Polit. I, 7. *Spanh.* Quia haec vetula erat ψιμυθίῳ κατα-πεπλασμένη, vt illa anus Eccleſ. 875. *fuco oblita*; comparat illam cum *fucoſis*, vt Cicero loquitur, et *fallacibus mercibus mangonum. Bergl.* καπηλ. ἔχει *t)* eſt, *fucata, ceruſſata eſt.* Scilicet κάπηλος proprie eſt *is, qui ea quae ab* αὐτοπώλῃ *emit, vendit* inprimisque *vinum*, vid. ad 435.: ſed nonnumquam ita dicitur omnino *is, qui aliquid vendit.* v. Schol. ad 1156. Sic Pac. 446. κάπηλος ἀσπίδων. κάπηλος igitur eſt etiam *is, qui coëmtas ab aliis veſtes iam detritas et laceras et pannoſas vendit.* Hi vero homines eiusmodi veſtes quam poſſunt nitidiſſime reficiunt, vt recentes et integrae videantur, vnde veſtes ita refectae dicuntur καπηλικῶς ἔχειν *fallaces eſſe et fucoſae* (Cic. p. Rab. Poſt. c. 14.): ſed anicula h. l. dicitur καπηλ. ἔχειν quia facies eius erat ceruſſata, vid. 1065. ita vt videretur eſſe laeuis et integra, quum tamen eſſet aſpera et exarata rugis *v)*.

1065. (1064. Br.) Εἰ δ' ἐκπλυνεῖται — ὄψει. Quia ſupra de partic. εἰ cum optat. conſtructione egi, huius loci

t) Formulam hanc cum v. καπηλεύειν comparauit Wakefield. S. Crit. p. 74. f. T. III.

v) καπηλ. ἔχειν eſt, ſe gerere in aliqua re, vt καπηλίδες in ſua arte ſolent, cum fraude, inde h. l. de vetula, quae vitia cutis ſuperinducto colore diſſimulat, eſt ἐψιμυθιζμένως, fucate, ſe habere, i. e. fucatam eſſe. *Gir.* Formula vſurpatur de mulieribus, quae meretricios habent mores, quibus omnia ſunt fucata, vt Ael. V. H. 12, 1. γυναικῶν καπηλικῶς τῷ κάλλει χρωμένων. *Münt.*

occasione monebo, eam saepe cum futuro Indicat. construi, tumque in redditione sententiae alterum etiam in futuro indic. poni *x)*. Soloecismus est in Philemonis versibus e Rhodia ap. Stob. Floril. Grot. p. 449. *εἰ πάντες ἀποθανοίμεθ', οἷς μὴ γίνεται Ἃ βουλόμεθα, πάντες ἀποθανοίμεθα.* Dedisset saltem *ἀποθανοίμεθ' ἄν.* Sed e vet. cod. legendum: *ἀποθανούμεθ' — γίγνεται — πάντες ἀποθανούμεθα. Brunck. ψιμύθιον y)*. In cod. Doru. et LB. *ψιμμίθιον*, vulgari more, quem secutus est Suidas: *ψιμμίθιον· χρῶμα ἑταιρικόν·* neque aliter in Notis Chym. ap. du Cang. p. 16., *ψιμμύθιον* vero p. 21. quam scribendi rationem in h. l. sola tenet ed. Ben. Iuntae: reliquae omnes, quae nobis ad manum, *ψιμύθιον*. Variatur in Ecclesiaz.: prius enim inuenias v. 924. sicut in Amipsiae iambo ap. Etym. p. 313, 34. *Δυοῖν ὀβολοῖν ἔγχουσα καὶ ψιμμύθιον·* alterum v. 873. et 1064. praeeunte ceteris Ed. principe. Pari modo Pollucis editiones obsidet *ψιμμύθιον* V, 101. 102. VII, 95. verum binis in locis alterum *μ* repudiat Palatinus optimus; tertio nihil ex eo notatum animaduerti: scripti certe libri, quo meliores, eo magis in *ψιμύθιον* consentiunt. Sic Codex Suidae Lugd. Batauus in *Θέσπις* habet: *καὶ πρῶτος μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμύθιον ἐτραγῴδησεν·* in Glossis itidem *ψιμύθιον* et *ψιμυθιστής*, in Clem. Alex. Paedag. II. p. 232, 26. *ψιμυθισμός*. Syllabae secundae quae fuerit apud veteres quantitas, ex dictis plane constat: quae primae, si simplici *μ* scribatur, non item: nec scrupulum eximit Nicand. Alexiph. 75. *κερναμένην ὅλοοῦ ψιμμυθίου ἥτε γάλακτι* etc. *z)* vbi *ψιμμιθίου* editionis est Aldinae: existimes enim pro-

---

x) Scilicet ita ponitur, quando conditio non id exprimit quod fieri potest, aut verisimile est, sed ad id quod certo eueniet re quadam posita refertur. v. *Matthiae* Gramm. gr. p. 745. *Wakefieldus* Silu. Crit. III. p. 75., quoniam non putauit Futurum Med. habere posse vim Praesui, coniecit legendum: *εἰ δ' ἐκπλυνεῖ τις τ. τ. ψ.*

y) Sic in optimis libris scribitur, non *ψιμύθιον*, v. Pierson. ad Moer. p. 419. Est *cerussa*, quae fiebat ramentis plumbi tenuissimis et aceto, in pastillos diuisis et in sole siccatis aestate, quomodo docet Plin. H. N. 34, 18. Vtebantur ea mulierculae ad candorem faciei conciliandum et ad sulcos rugarum explendos. v. Ouid. Medicamm. fac. 75. *Fisch.*

z) Ibi etiam Schneider. e cod. Gött. et Ricc. edidit *ψιμυθίου* quem cf. in not. p. 102. f.

duci ob geminatum μ. Verum ex eo colligi poteſt fuiſſe longam, quod Aeoles ψήμυθον et ψημύθιον dixerint, teſte Etymol. p. 603, 54. apud quem praeterea p. 103, 25. pro τροπῇ Ἰωνικῇ reponendum eſt τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ ι εἰς η *a)*. Contra veterum auctoritatem vtramque ſyllabam corripere non veriti ſunt recentiores poëtae. Macedonius Anth. II. c. IX. Ep. 8. *b)* et Ep. 9. *Lucianus* — hunc enim, quod me docuit Doruillius, *Lucillio* ſubſtituit cod. Palat. *c)* Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε — et: οὔποτε φῦκος καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην. Priore verſu idem liber antiquus ψημιθίῳ· qui pronunciandi ſcribendique modus eſt ſerioris Graeciae, ſed ab Aeolum prisca conſuetudine deriuatus. *Hemſt.*

1066. τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη. Sic recte IV. codd. *d)*. Ab imperito homine, ſiue is librarius fuerit, ſiue Aldinae officinae corrector, fulcrum ſubditum verſui, quo non indigebat, τοῦ προσώπου γε τὰ ῥ. Eandem particulam inſulſe inſerſerunt aliis in Comici noſtri verſibus, ex ignorantia proprietatis literae ῥ. Vesp. 982. ἐς κόρακας. ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ ῥοφεῖν. Nub. 416. μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστᾷν ἐπιθυμεῖς. Vulgo legitur ἐστί γε τὸ ῥοφεῖν, et, μήτε γε ῥιγῶν. Ibid. 647. edidi: ταχύ γ' ἂν δύναιο μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν, vbi vulgo σὺ περὶ ῥυθμῶν. Bene tamen in impreſſis ferebatur v. 344. κοὐχὶ γυναιξὶν, μὰ Δί' οὐδ' ὁτιοῦν. αὗται δὲ ῥῖνας ἔχουσιν, in quo mendoſos eſſe plerosque codd. oſtendam. In Pac. 740. bene etiam vulgo legitur: ἐς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεί, καὶ τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας. At eiusdem fab. v. 699. in notiſſimo verſu prouerbiali, qui nullibi non recte ſcriptus occurrit: Κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι, ineptiſſime Comici editores articulum inſerſerunt ἐπὶ τῆς ῥιπός. Erudite Pariſinus Profeſſor [Vauvilliers] ad Soph. Oed. T. 866., cuius ſinceram ſcripturam adſerueram in

---

a) Add. Maittaire de Dial. et ad eum Sturz. p. 207.

b) v. Anthol. Gr. ed. de Boſch I. p. 392. Iacobs Anthol. IV. p. 85.

c) Luciani nomen etiam praefixum eſt in ed. de Boſch T. I. p. 594. Add. Brunckii Analecta II. 309. Iacobs Anthol. III. 22.

d) Emendauit ita etiam Dawes. M. Crit. p. 161.

not. ad Eurip. Or. 857., obſeruat, „omnes voces ab ρ incipientes *in Attica dialecto* duplicis ρρ poteſtatem habere, quod indubitatae fidei exemplis probauiſſe Cl. Dawes. Misc. Crit. p. 159.“ Si quum illa ſcriberet, ei ad latus adſtitiſſem, aurem ei velliſſem ſubmonuiſſemque, vt verba illa, *in Attica dialecto*, deleret. Nam quicunque graecae linguae indolem et dialectorum discrimina nouit, is compertum habet, hoc non magis Atticae dialecti, quam cuiusuis alius, proprium eſſe; niſi forte Theocritus etiam in cenſum Atticorum poëtarum veniat. Sic enim ille in Adon. [id. XV.] 138. τὰν μὲν Κύπριν ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις, et in colloquio Daphnidis et puellae [Id. XXVII.] 48. τί ῥέσδεις, σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἄψαο μασδῶν; et in Epigr. I. [v. 1.] τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα καὶ αἱ καταπυκνος ἐκείνα. Vide Id. I, 125. Atticus etiam fuerit poëta Callimachus, cuius hic eſt verſus epigr. XII. τὸ τρίτον ἠνίδ' ἔπιν· τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα — Scilicet apud poëtas graecos omnes ab Homero inde vsque ad Nonnum vocales breves producuntur ante vocem ab ρ incipientem, idque ex vi huius literae, quae in pronunciando geminabatur. V. not. ad 51. *Brunck.* Τὰ τοῦ προσώπου ῥάκη ſunt *rugae ſeniles* et *ſulci*, quibus frons erat exarata *e)*. Iungit Rufinus Anthol. VII. Ep. 146. ῥυτίδες καὶ θρὶξ πολιὴ καὶ σῶμα ῥακῶδες, *corpus pannoſum* et *prae ſenio rugis deforme:* atque ita ῥακοῦν potius eſt *corrugare*, *in rugas contrahere*, quam quod interpretibus ſaepe placuit, *deterere.* Balnea veteres, inquit Clem. Alex. Paedag. III, 9. adpellabant ἀνθρωπογναφεῖα, ἐπεὶ θᾶττον ἢ προσῆκεν, ῥακοῖ τὰ σώματα καὶ προγηράσκειν ἀναγκάσει καθέψοντα, et Strom. II. p. 491, 7. τὸ μὲν (σῶμα) ῥακοῦται φύσει ῥευστὸν ὄν. Hinc ῥάκωσις τοῦ σώματος in vetula libidinoſa, quae quum, extincto lumine pannoſam et aridam corporis maciem occultatura, dixiſſet χαῖρε, φίλον φῶς, paroemiam illam peperit, Zenob. Cent. VI. n. 42. Paullo peius legitur in Diogeniano ῥακίωσις. Vid. Alb. Rubenium, quem Ariſt. hic locus non praeteriit, apud I. F. Gronou. ad Senec. de Clem. II, 6. p. 481. quae vero vir magnus a Tho. Reineſio ſecum communicata refert, eadem fere leguntur in eius Ep. XIII. ad Chr. Daumium p. 34. *Hemſt.* Ῥάκος eſt vel, *pullium lacerum*, pannoſum, vid. 540. vel *pannus*, vt Marc. 2,

e) Schol. e cod. Leid. inter Scholia exhibebitur.

21. eo sensu, quo Terentius [Eun. II, 2, 5.] dixit hominem, *pannis obsitum*. Vnde voc. ῥάκη eleganter translatum est ad *rugas* oris *f)*, quae os quasi pannis obsitum reddunt, vt πρόσωπον ἐῤῥακωμένον est *facies pannosa*, rugosa. v. praeter Hemst. Gronou. ad Sen. Clem. 2, 6. p. 481. T. I. ῥάκη κατάδηλα *g)* sunt rugae, quae plane, prorsus, apparent; sed in versione lat. Adiectiuum coniungi cum verbo potest ita, vt ὄψει καταδ. sit *plane cernes*. *Fisch.*

1067. γέρων ἀνὴρ ὤν. Simile est illud apud Sueton. in Claudium c. 15. καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός. *Duck. Quia senex es*, quum senex sis *h)*. Haec enim est vis Partic. ὤν, vid. v. 11. 25. 186. 211. 591. 901. 949. Perperam illud omisit librarius cod. Doru. *i)* quod ipsum peccatum admissum est saepe etiam ab aliis librariis, vt Palaeph. 5, 1. *Fisch.*

1068. Πειρᾷ μ. οὐ. ἴσ. Versum hunc citat Etymol. V. Ἠπεροπευτὴς et Eustath. ad Od. Δ. p. 1508, 20. ed. Rom. Ceterum, cum in prioribus edd. legeretur κᾆτα τῶν τιτθίων, syllaba vna in metro redundante auctoritate Eustathii rescripsi καὶ τῶν τ., vt versui iustus modulus constaret. *Kust.* πειρᾷν est verbum amatorium, *follicitare ad concubitum*. vid. ad 150. *k)* ex Stauer. ad Hygin. fab. p. 315. *Fisch.*

Recte Kusterus, demto versui pede superuacuo dedit: καὶ τῶν τιτθίων· neque aliter *Angelus Caninius* expressit in ed. Gryph. Ceterae, quas vidi, cum Mss. Doru. et Leid. κᾆτα τῶν τιτθίων *l)*. *Hemst.* τιτθοὶ et τιτθία Attici

---

f) Conuitiose cutem aniculae rugosam et flaccescentem cum reliculis et longo vsu attritis pannis confert. *Gir.*

g) In praepos. κατὰ vim quaerit *Eckard.* p. 113. vt κατάδηλα sint *plane manifesta*.

h) Senes longo vitae vsu prudentiores et meliores esse debent, at tu contumelioSus es in me et vir pessimus. *Gir.* Prae nimia senectute, viribus animi debilitatis, delirare mihi videris. *Münt.*

i) Monente etiam Hemsterh.

k) Quem locum etiam *Bergl.* consuli iubet. Aelian. V. H. 12, 1. addit *Münt.* *Gir.* explicat: tentat te, procatur, quum ob aetatem ad amores ineptus sit.

l) Versus gratia lege καὶ τῶν τιτθίων, aut, quod verius est, κᾆτα

de *mammis mulierum*, vnde τίτθαι *nutrices* apud Poll. l. 2. c. 4. Lyſias Or. I. p. 6. παιδίον, ἕνα τῶν τιτθῶν αὐτῷ δεδούς. τιτθίων vero, vt h. l., mentio Pac. 867. τῶν τιτθίων ἔχομαι. Diuerſae vero ab his τιτθίαι ſeu *faſciae*, quibus comoedi vtebantur, vt de iis Alexis Athen. XIII. p. 568. et prout illos verſus diſtinguit Grotius Excerpt. Com. p. 571.

— κοιλίαν ἀδρὴν ἔχει
Τιτθίαις ταύταισι τούτων, ὡς ἔχουσ' οἱ Κωμικοί.

Si cui venter prominet faſciis, videre quales in comoediis licet. Spanh. τιτθία *m)* ſunt *mamillae*, quae fere τιτθοὶ dicuntur ab Atticis. v. Pollux 2, 163. Vnde etiam *nutrices* nominantur τίτθαι. v. Theophr. 16. et 29. Sed Attici, quae eſt eorum hoc in genere vrbanitas, vtuntur maxime vocabb. deminutiuis, inuitante inprimis rerum natura. Commune *mamillarum* vocabulum eſt μαστοί. v. Tho. M. [p. 598. f.] *Fiſch.*

1069. λαμπάνειν δοκῶν ἐμέ *n)*. Haec enim fiebant nocturno tempore ideoque in tenebris, etſi adoleſcens taedam ardentem tenebat. vid. 1053. ff. *Fiſch.*

1070. μὰ τὴν Ἀφροδίτην. Quo ludibrium debeat haec anus, quae iunierum inſtar *per Venerem* iurare conſueuerat, vt infra Conc. 991. rurſus v. 1000. νὴ τὴν Ἀφροδίτην, vnde continuo ſequ. verſu regerit eidem Chremylus, νὴ τὴν Ἑκάτην, per quam nempe iurare magis eam decuit, quam *per Venerem*, quod iunioribus ac formoſis conuenit. *Spanh.* Scilicet anus pruriens ſibi videbatur eſſe venuſta; putabat igitur ſe in tutela Veneris eſſe, ideoque per eam iurabat. οὐκ ἐμοῦ γ' ſcil. ἐφάπτεται τῶν τιτθίων. βδελυρὸν *o)* appellat adoleſcentem, quia offenderat, eam ſibi ſuſpectam eſſe turpis cuiusdam et humilis amoris nomine. *Fiſch.*

1071. μὰ τὴν Ἑκάτην. Quia vetula *inuenuſta* et minime ἐπαφρόδιτος iurauerat *per Venerem*, corrigit eam, et

---

τιτθίων, ſine articulo. *Bentl. Ducker.* etiam, qui et ipſe monuit verſum ita claudicare, deleri τῶν iuſſit.

m) Ductum eſt a τίτθη, τίτθη de quo v. Herodian. p. 479. et ibi Pierſon.

n) me inſcio credens ſe amatorem tibi fore. *Gir.*

o) Mendoſe cod. Dorv. οὐκ ἐμοῦ γ' ὁ βδελυρί σν. *Hemſt.*

per Hecaten nocturnam deam iurat *p*). *Bergl.* Schol. Doru. ad haec verba adſcripſit ὡς σόφρων (σώφρων)· illud nimirum indicauit, poſtquam anus libidinoſa Veneris ſibi dilectae fidem inuocaſſet, ſenem Chremylum, vt modeſtum et continentem μ. τ. Ἑκ. ſubdidiſſe: eſt enim haec eadem, quae Diana, imo etiam ratione myſtica, quae Minerua *q*), ſi credimus Explanatori prouerbiorum Vaticano IV, 16. καὶ γάρ, inquit, Ἀθηνᾶ καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἑκάτη, αἱ τρεῖς δοκοῦσιν ἓν εἶναι. *Hemſt.* οὐ δῆτα ſcil. ἐφάπτομαι τῶν τιτθίων αὐτῆς. *Fiſch.* μαινοίμην deſiperem, inſanus eſſem, ſi ad talem vetulam animum adiicerem. *Gir.* et *Münt.*

1072. ἐῶ Schol. Doru. rectius interpretatur ἐάσω *r*) quam Schol. Leid. ἐφίημι. Eſt enim Fut. contractum Atticum. v. ad 312. 894. quae Futura *s*) in codd. ſaepe permutantur cum communibus, vt Matth. 26, 18. 1 Cor. 15, 50. Chremylus anum vocat μείρακα, vt 1080. ipſe adoleſcens, ioci et ludibrii cauſa, quia fucata videri volebat adoleſcentula. Vocab. hoc ex obſeruatione Grammaticorum vett. tantum de feminis dicitur, non de maribus, qui μειράκια dicuntur, v. Tho. Mag. [p. 604. ſ.], qui obſeruat μειρακίσκη eſſe Ariſtophanis proprium (964.) et Moeris, [p. 261.] cuius tamen verba, quomodo conſtituenda ſint, nondum expeditum eſt. Ex iis vero, quae ap. Phauor. V. Μείραξ leguntur, Hudſonus recte conieciſſe videri poſſit: μειράκια, τοὺς ἄῤῥενας, μείρακας, τὰς θηλείας, Ἀττικοί *t*). *Fiſch.*

1073. ὑπερφιλεῖν eſt *mirifice, nimis amare, adamare* (Gl. vett.], *deperire*. nam ὑπὲρ in hoc verborum com-

---

p) Nam erat tum nox, Hecate autem, Luna, noctis praeſes (594.) *Fiſch.* Girardus, quia haec a Iuſto diuite facto dici putabat, cenſuit ab eo ideo per Hecaten iurari, quae a diuitibus colebatur.

q) Alii rectius deam noctis ereboque potentem intelligunt h. l. vt *Münt.*

r) Probante etiam *Hemſt.*

s) De his Futuris Atticis v. Pierſon. ad Moer. p. 17. ſ. 124. ſ. 146. Matthiae Gramm. Gr. p. 212.

t) Pierſono placuit altera Hudſoni coniectura, quae non diuerſum praebet ſenſum.

poſitorum genere par poteſtate eſt particulis πάνυ et λίαν v). Ineſt autem verbis ἀ. ἐγ. ὑπερφιλῶ elegans quaedam ambiguitas. Nam videri poterat adoleſcens oſtendere, ſe aniculam iſtam deperire, vt Chremylus certe eius verba accepit, ſed oſtendit, ſe ſingulari quodam et paene nimio puellarum, aliarum nempe, amore captum teneri (vid. 1077. ff.) x). *Fiſch.*

1074. ff. κατηγορεῖ *accuſat te*, tuam petulantiam et leuitatem, vt Chremylus mox ipſe oſtendit. Nam ὑβριστὴς is eſt qui ſupra 1050. dictus eſt ἀκόλαστος τοὺς τρόπους *paratus et promtus ad laedendos alios verbis.* De verbis πάλαι παρ' ἦσαν etc. vid. 1003. *Fiſch.*

1077. μαχοῦμαι eſt forma Fut. Attica; nam Praeſens eſt et μάχομαι et μαχέομαι, vt ἐπιμέλομαι et ἐπιμελοῦμαι. Hoc ſatis oſtendunt formae μαχέσομαι et μαχήσομαι, quibus ceteri Graeci vtuntur. v. Tho. Mag. [p. 601.] y) Senſus: ego non contendam, neque rixabor, tecum de iſta, h. e. cedam tibi iſtam libenter, neque vllo modo eripere conabor z). Nam Chremylus putandus eſt ſtare proxime ab anicula (1068.), et adoleſcens ex ea re non minus, quam ex iis, quae Chr. modo dixerat, collegiſſe videtur, aniculam ab eo amari. Τό τί a); eſt *cur?* διατί (Heſ.); nam articulus ſic ſaepe adiungitur pronomini interrogatiuo: vid. 903. Supplendum autem cum cod. Leid. οὐ μαχέσῃ ἐμοί. *Fiſch.*

---

v) Cod. Doru. ὑπὲρ φιλῶ et ὑπὲρ a verbo ſuo ſeparatum propriam ſibi interpretationem nanciſcitur (λίαν), idque de hac praepoſit. alibi veterrimis in membranis vſu venire ſcio, nec ſecus idem hic cod. v. 555. vbi πάνυ adſcriptum eſt τῷ ὑπέρ. *Hemſt.*

z) Itaque perperam Francog. interpres: Je l' adore.

y) Μαχοῦμαι καὶ μουῦμαι, quemadmodum notat Herodian. p. 88. ἐνεστῶτες· λαμβάνονται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος. vid. Tho. Mag. in V. Suid. in Ἀναμαχούμενον. *Hemſt.* Add. Pierſon. ad Moer. p. 264. Herodian. Piers. p. 469. et Fiſcher. Anim. ad Well. III, I, 131. Add. ſupra 448.

z) Nam inter procos et riuales, amicarum gratia, pugna ſaepe cooritur. *Gir.*

a) Omnes Edd. interiecto commate τὸ, τί· remouit Kuſterus, vtroque cod. (Doru. et Leid.) probante, vid. ad 905. *Hemſt.*

1078. *αἰσχυνόμενος τὴν ἡλικίαν τὴν σήν*, est, *verecundia et reuerentia aetatis*, h. e. senectutis, *tuae:* nam adolescentes reuereri senes debent.

1079. (1078. Br.) Secunda in *ἐπέτρεπον* hic producta est contra artem et Comici vsum. Quis dubitet quin ille scripserit: *τοῦτό γ' ἐπέτρεπον ποιεῖν*. *Brunck.* Probauit Porson. ad Eurip. Hec. 1294. p. 94. ed. sec. Lips. Mansit tamen vulg. in textis Br., et Inu. defendit codicum consensu, *Hotibius* (p. 23. f.) propterea quod non facile potuerit *τοῦτό γ'* in *τοῦτ'* abire, quum librarii apostrophos potius negligere soleant, et quod ab Hemst. afferatur non spernenda varia lectio *ἐγώ*, ironiae vim augens, censuit reponendum: *Οὐκ ἄν ποτ' ἄλλῳ γ' ἐπέτρεπον ποιεῖν ἐγώ*.

In ed. Gryph. quam possidet Bibliotheca LBatana cum vetusto libro collatam, excerpta est pro *ποιεῖν* varia lectio *ἐγώ*, quam certe metri ratio respuit. *Hemst.* Explicatur a *Fisch.* vt tecum contenderet de ista anicula, vt tibi eam eripere conaretur. Imo sensus est: non ego tecum de ista pugnabo, tuam aetatem reuerens: etenim alii (iuniori) non permitterem meam abducere amicam. Ita magis lepide dicitur, et versus sequens aptus est.

1080. Citat Tho. M. V. Μείρακ. [p. 605.] *Kust.* *συλλαβών*. In Eccl. 1132. *ὅμως δ' ἐκέλευε συλλαβοῦσάν μ' ἡ γυνὴ ἄγειν σε*. Soph. Trachin. 1051. *παίδων δὲ τοὺς μὲν ξυλλαβοῦσ'* (secum abductos) *αὐτὴ τρέφει*. Idem Philoct. 579. *ἔκπλει, σαυτὸν ξυλλαβών, ἐκ τῆσδε γῆς corripe te ipsum ex hac terra et aliorsum nauiga. Bergl.* Schol. Leid. ad *συλλαβών* adscripsit *μετὰ σοῦ*. Intellexisse igitur videtur hoc verbum, et recte quidem, ita, vt eo societas indicaretur, vt *παραλαμβάνειν* Matth. 2, 20. Sed tum simpliciter reddi potest: *cum:* abi laetus cum adolescentula. *Fisch.*

1081. *οἶδα b) τὸν νοῦν intelligo probe, quid velis*, cur me abire cum anicula iubeas. *ἀξιοῖς*, vt 932. i. q. *βούλει, προαιρῇ*· et *εἶναι μετ' αὐτῆς consuetudine eius vti. Fisch.* Schol. Doru. adscripsit ad *εἶναι μ. ἀ. διὰ τοῦτο ταῖ-*

---

b) Verbum hoc effertur vt a cogitabundo, ideoque geminatur, vt innuat vix tandem consilium adolescentis deprehendisse, quo motus videatur non illibenter hanc a se dimittere. *Gir.*

τα φής· hoc scilicet intelligendum monens, vt integra sententia dicti constet. *Hemst.*

1082. Cod. Doru. ἐπιτρέψων, addito interpretationis causa, λαβεῖν, quod subaudiri nequit, nisi legas ἐπίτρεψον. Vterque liber scriptus [Doru. et Leid.] c) haec verba vetulae nostrae tribuit, vt sane tribuenda puto: tetigerat ipsam vehementer illud οὐκ ἔσ' εἶναι μετ' αὐτῆς· quare confestim interiicit: *fierine potest, vt quisquam permittat, et iustum putet, ne quid rei amplius ipsi pro solita consuetudine mecum sit?* tam bene munitum esse suum in hunc adolescentem ius anus arbitrabatur. Respondet iuuenis et satis pol proterue causam explicat, cur familiaritati mulieris annis et libidine confectae renunciet, idque responsum Chremylo simul et vetulae satisfacit. Verum ex Schol. liquido patet fuisse dubitatum, cui personae haec potissimum forent adsignanda: prima verborum explicatio ad anum spectat: *quis potestatem illi faciet a me discedendi?* altera Chremyli sermonem continuari statuit: *intelligo mentem tuam; nihil tibi quicquam in posterum cum ea commune esse vis: quis autem hoc tibi concesserit, aut aequum iudicarit? ego certe omnium minime:* quod etsi postponam priori rationi, nequaquam tamen absurdum videtur. Tertia, quae iuuenem his verbis donat, diu, vt opinor, exspectabit, dum adprobatorem inueniat. *Hemst.*

1083. Οὐκ ἂν διαλεχθείην. Non cepit hunc locum Frischlinus, qui vertit: *Verba non commutauerim.* Τὰ διαλέγεσθαι enim, quod propr. quidem significat, *colloqui*, sermonem cum aliquo conferre etc. apud Atticos eleganter

---

c) Nam alii Chremylo, alii adolescenti tribuerunt. Aniculae tribuenda esse (cum edd. recentt.) ostendit *Fisch.* quod eius animo, amore adolescentis capto, maxime conueniant: *quis hoc fieri patietur, vt adolescens me deserat meamque consuetudinem fugiat?* ἃ ἐπιτρ. dictum monet, vt 919. 930. ὃ βουλόμενος, 1098. τίς ἔσθ' ὁ κόπτων — *Girard.* contra putabat dici pro prima persona: *egone permittam vt cum alio potius quam tecum sim?* Poterat etiam referri ad ἐπίτρεπον ποιεῖν 1079. sic: quis est qui me alii concessurus sit? cf. 1085. Sed praestat τὸ οὐκέτ' εἶναι μετ' αὐτ. ex antecedd. repeti. *Münt.*: quis, quaeso, aequum iudicet, me, optime de hoc iuuene meritam, nunc contemtam deseri?

interdum de *concubitu* viri et feminae dicitur, idemque notat, quod ὁμιλῆσαι, μιχθῆναι, πλησιάσαι *d*), etc. teste Poll. V, 92. f. Sensus igitur huius loci est: *Non cum ea concubuerim*, vel, *rem cum ea non habuerim;* vt et ante nos monuit Thom. Gatackerus de stilo N. T. c. 11. Simili sensu v. διαλέγεσθαι capi etiam potest Eccles. 885. *Kust.* Gl. ὁμιλήσαιμι. Pollux II. 125. Ὑπερίδης δὲ διειλεγμένος, ἐπὶ ἀφροδισίων· Ἀριστοφάνης δὲ διαλέξασθαι εἶφη. Hic διαλεχθῆναι pro ὁμιλῆσαι, μιχθῆναι, accipi quidem possit. Non tamen alium sensum Comici animo obuersatum fuisse credo, ac Nub. 425. vbi de diis, quos vulgus hominum colebat, Strepsiades ait: οὐδ' ἂν διαλεχθείην ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἁπαντῶν *e*). *Brunck.*

διεσπεκλωμένη [vt olim lectum]. Praeter Suid. h. v. vide etiam Pollucem loco antea laud., qui inter reliqua verba *concubitum* vel *coitum* significantia, etiam ponit σπεκλοῦν, vel vt quidam Mss. illic habent σπλεκοῦν, quam lectionem etiam apud Hesych. in sua serie reperiet lector. *Kust.* In Lysistr. 152. σύοιντ' ἂν οἱ ἄνδρες κηπιδυμοῖεν σπεκλοῦν. Ita enim legitur in ed. Farrei, non σπλεκοῦν. *Bergl.* Ad hunc Comici locum respicit procul dubio, qui illud refert et explicat, vt hic in Scholiis factum, Hesych. διεσπεκλωμένη, διεφθαρμένη, διεσποδημένη, διακεκρυμένη *f*). Certe vix alibi, quod equidem sciam, facile occurrit vel coniunctum hoc verbum, vel simplex σπεκλοῦν, pro, συνουσιάζειν, vel σπέκλωμα pro ἦχός τις συνουσίας. In Glossis quidem leges σπέκλον, *speculum*, et Σπεκλοποιὸς *specularius*, sed quae Latina sunt, nec huius loci. *Spanh.* In Dativo (διεσπεκλωμένῃ) Edd. omnes consentiunt, nec veteres quicquam variasse ex Scholiis antiquis adparet *g*). Verum

d) Est verbum amatorium, significans *consuescere, rem habere.* v. Moeris [p. 131.], Hesych. Eiusdem generis vocabula sunt ὁμιλεῖν et ὁμιλία. v. Moeris [p. 276.] et Abresch. Lect. Aristaen. p. 50. Plura huiusmodi verba collegit Pollux V, 92, 93. *Fisch.*

e) Laudat eum locum etiam *Bergl.* sed nostrum vertit: non sollicitarem sane animum subagitatam — Etiam *Münt.* de turpi consuetudine accepit.

f) De nefario et illegitimo coitu interpretatur etiam *Cir.*

g) In Scholiis tamen Hemst. reperit vestigia alius lectionis,

Grammatici recentiores, vter casus, tertius an quintus, foret adsumendus, dubitari posse censuerunt: ea propter in neutro codice [LB. et Doru.] ι subscribitur, in altero Vocatiui signum interpretationi est adiectum [ᾧ γεγραμμένῃ LB.] quod vberius ad oram explicatur [vid. inter Scholia]. Nimirum qui Vocatiuum induxerunt, iis oratio videbatur ad aniculam dirigenda, quae quum dixisset: ὁ δ' ἐπιτρέψων ἔστι τις; statim iuuenis stomachose respondet: *tantum abest, vt consuetudinem vllam tecum velim, vt ne sermones quidem vltra commutare libeat, o vetula Venere confecta.* Haec quantum aliis, haud scio, mihi certe non placent, vt qui putem, multo festiuius et κωμικώτερον orationem adolescentis gestumque omnem ad Chremylum conuerti, sic vt anum suam prae contemtu ne adspiciat quidem. *Hemst.* Perperam vulgo legitur διεσπεκλωμένῃ [pro quo Br. et Inu. ediderunt διεσπλεκωμένῃ]. Σπλεκοῦν h) agnoscit Pollux V, 93. Hesych. Σπλεκοῦν, πλησιάζειν, συνουσιάζειν, περαίνειν. In Lys. 152. κἀπιθυμοῦσιν πλεκοῦν. Sic ibi scriptum est in codd. Glossa in B. συνουσιάζειν ἤτοι πλέκεσθαι. Eamdem scripturam exhibet princeps editio πλεκοῦν. Zanettus vero nescio qua auctoritate edidit: σπεκλοῦν. Si codicis alicuius fidem sequutus est, in eo librarii errore, vt in h. l., transpositae erant literae; debebat scribere σπλεκοῦν. Idem autem est πλεκοῦν et σπλεκοῦν, vt μικρὸς et σμικρός, μίλαξ et σμίλαξ, aliaque multa. Glossa ad h. l. in C. συνουσιασμένῃ, διεφθαρμένῃ. Nescio cur Io. Albertio Miscell. Crit. p. 285. visum fuerit, melius lectum iri διεσπλεκουμένῃ. Sane participium Praeteriti, non Praesentis, requirit sententia. *Brunck.*

---

quae forte in ed. antiqua, nescio qua, fuerit: ὑπεσπλεγνισμένῃ. v. ad Schol.

h) Hoc verbum ita in optimis Codd. (Poll. et al.) scriptum, etsi in libris Grammaticorum vett. etiam scriptura σπεκλοῦν laudatur, idem valet quod διαλέγεσθαι, *subagitare*, eique in numero verborum Venereorum. Vnde ductum sit, non apparet. Plerisque videtur verbum factitium esse. Sed qui scripturam σπλεκοῦν probant, ductum putant a v. πλέκειν, quod etiam est verbum rei amatoriae. v. Anacr. fragm. 76. Verba a praep. διὰ composita in libris Atticorum paria potestate sunt verbis simplicibus. διεπ, igitur i. q. ἐσπλ. *subagitata. Fisch.*

1085. *i)* In μυρίων ἐτῶν iocus est ex ambiguo, quia postremum nomen et *annos* et *amicos* significat. *Brunck.* In cod. LB. adscriptum λίαν πολλῶν πολιτῶν, in Doru. χρόνων ἢ πολιτῶν; vbi χρόνοι pro more serioris Graeciae sunt *anni*, quemadmodum in Hesych. Ἔτη, χρόνοι· et Moschop. περὶ σχεδ. p. 152. Ἔνος, ὁ χρόνος. Ἐνιαύσιον, τὸ χρονιαῖον. Eamque vocem Tho. Mag. in Πρυτανεῖον posuit, [p. 762.] vbi Ammonius et Etym. dederant ἐνιαυτός. V. Meurs. et Du Cang. Gloss. Med. et Inf. Graec. Πολιτῶν autem pertinet ad ἐτῶν, si deducatur ab ἔτης, ἔται, quos veteres apud Homer. inter alia quoque πολίτας exponunt. Hesych. in V. et Ξυνέται, συμπολῖται. Ὦ ἔται, πολῖται· quae paulo deterius in eo scripta offendes. Haec mire succinunt iis, quae prodidit Io. Alberti Misc. Crit. in Suid. p. 285. cui scilicet non secus ac nostris Grammaticis ἐτῶν reddendum potius videtur per *familiares*, *amicos* i. e. *amatores:* meliorem enim sensum exire, si vertas: mulier a decies terque mille (i. e. infinitis) amatoribus subagitata. Commentum argutum: nihilominus adhaerendum existimo Scholiastae veteris *k)* explicationi. Sexcenta sunt eiusmodi in Aristoph. et Plauto, quorum omnis lepor in eo consistit, quod praeceptam ex iam auditis animo cogitationem, alio longe, quam quod exspectabatur, suffecto vocabulo, ridicule frustrentur. *Hemst.*

1085. Hoc significat: quae quondam aetate florente tibi placuit, nunc grandis natu displicere tibi non debet: fastidire non debes anum rugosam, qua quondam iuniore et formosiore fruitus es. *Gir.* et *Müut.* Sensus prouerbii est (v. Apostol. 17, 61.): qui amicitia alicuius opibus florentis vsus sit, ab eo eumdem nec tum negligi debere,

---

i) Pro ὑπὸ Kusterum maluisse ἀπὸ auctor est Albert. M. Cr. l. l. In notis eius non inueni.

k) Maior sic existit in iocando lepor ex inopinato: nam ὑπὸ Chremylum et spectatores sperare iubebat, adolescentem dictūrum esse, aniculam subagitatam esse ab infinitis amatoribus, (ἀνδρῶν, vt Schol.) nunc vero ait eam subagitatam esse inde ab innumeris annis. *Fisch.* [immo, ab ipsis annis veluti subactam.] Longaeuitatem illi exprobrans et aetatem ad coitum intempestiuam pro ὑπὸ μ. ἀνδρῶν dixit ὑ. μ. ἐτῶν. Quod autem minorem numerum (τριςχιλίων) postposuit maiori, vt ab homine perturbato et indignato conslendum est esse pronunciatum. *Girard.*

quum vtatur rebus aduerſis. Monet igitur Chremylus adoleſcentem ne deſerat et aſpernetur aniculam inopem, cuius opulentae amicitiam et conſuetudinem ſequutus ſit. ἡδίους πίνειν per periphr. dictum eſt pro ἥπιες. *Fiſch.*

1086. συνεκποτέα. Pluralis pro Singulari, Attice. Sic Acharn. 393. βαδιστέα pro βαδιστέον· πλευστέα pro πλευστέον Lys. 412. ἡττητέα pro ἡττητέον in ead. fab. 451. *l*). *Kuſt.* In cod. LB. συνεκποτέον ἔστι, quod, tametſi metro nonnihil aduerſetur, niſi pro ἐσ᾽ ſimul refingas ἔτι, idem tamen non Apoſtolius ſolum praeſert Cent. XVII, 61., ſed etiam Edd. Bas. Crat. Farr. quae plerumque concordant et Gryph. Receptae lectioni, quam forma loquendi Attica commendat, praeter reliquas Edd., patrocinantur Suid. in V. et Euſtath. ad Il. I. p. 59, 30. καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ, συνεκποτέα ἐσί σοι καὶ τὴν τρύγα. Il. IX. p. 759, 39. καί· συνεκποτέ᾽ ἐσί σοι καὶ τὴν τρύγα, vbi, quod primum profert, Sophoclis eſt, proximum, οὐ γυναικῶν ἡττητέα, Comici noſtri Lys. 451. Accedit Schol. ad Acharn. 393. his ipſis verbis Atticorum conſuetudinem probans. v. Henr. Stephani Anim. ad Lib. de Dial. p. 46. *Heinſt.* ξυνεκποτέ᾽ *m*) ἐσί. Sic bene membr. Tres alii, metro reclamante, συνεκποτέον ἐσι. Eleganter Attici verbalia in τέον numero plurali efferunt, quod obſeruatum Greg. Corinthio de Dial. Att. §. 63. *n*). Lys. 124. ἀφεκτέα τοίνυν ἐσὶν ἡμῖν — 411. ἐς Σαλαμῖνα πλευστέα. Soph. Antig. 677. Οὕτως ἀμυντέ᾽ ἐσὶ τοῖς κοσμουμένοις Κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα. Quorum verſuum poſteriorem imitatus eſt Noſter Lys. 450. ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ᾽ ἔσθ᾽ ἡττητέα. *Brunck.*

Τρὺξ ſignificat non tantum *muſtum*, vinum recens, v. Anacr. fragm. 12, 4., ſed etiam *faecem vini*, quae alio vocabulo ὑποσάθμη, etiam ἰλὺς ſ. ὕλη οἴνου, τρυγία οἴνου appellatur, v. Phrynich. p. 24. Et quia συνεκπ. τ. τρύγα idem eſt quod δεῖ συνεκπίνεσθαί σοι τὴν τρύγα, apparet ratio

---

l) Ex Nubb. 726. μαλθακιστέα et περικαλυπτέα addit *Bergl.* — *Dubk.* monet συνεκποτέον, quod Scal. dicat eſſe in Vet. verſui non conuenire, et Pluralem ab Euſt. et Suid. V. Ἀπειδὴ et Συνεκποτέ᾽ ε. firmari.

m) Ita edidit Br., ſed Inu. reuocauit συνεκποτέ᾽.

n) P. 55. vbi vid. Koen. add. Valcken. ad Herod. p. 227, 22. et Filcher. Anim. ad Well. III, I. p. 416. ſ. qui etiam docuit, verbalia illa caſum verbi, vnde ducta ſunt, adſciſcere.

conſtructionis; id quod etiam de ceteris huiusmodi formulis tenendum eſt. *Fiſch.* Quae vetus Enarrator de duplici vſu τῆς τρυγὸς notat, et *muſtum* et *faecem* ſignificantis, a ceteris itidem Grammaticis obſeruantur, Heſych. in Τρύγα et Τρύξ, Schol. Theocr. VII, 70. o) Suid. in Τρυγὸς γλυκείας, quod ab Ariſtoph. Pac. 575. ſumtum: τρύγα γὰρ καὶ τὸν νέον οἶνον ἐκάλουν καὶ τὴν ὑποσάθμην. Faeces autem Attico more τρύγα dici *p)*, vel ὑποσάθμην, quam eſſe qui minus recte ἰλὺν adpellent, monet Phrynich. p. 12. [24. ed. de Pauw], qui tamen vereor, vt admittat a Thoma Mag., quum praeceptum eius deſcriberet [p. 472.], additam ὑπόσασιν· pari iure damnetur rarius et adnotatum ab Heſych. voc. Ὑποβορβόριον, ἢ τρύξ. Moſchopul. περὶ σχεδ. p. 92. Τρύξ, τὸ ὑλῶδες τοῦ οἴνου, ἥτις καὶ ὑποσάθμη λέγεται καὶ τρυγίας. *Hemſt.*

1087. *q)* Τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά. Ap. Heſych. tamen, quod et hic in Schol. notatur: Τρυξ, ὁ νέος οἶνος, παρὰ τὴν τρύγησιν· καὶ γλεῦκος ἀδιήθητον. Et ſic idem: Τρύγα, οἶνον ἀδιήθητον ἀπὸ ληνοῦ, vinum ſcilicet recens, necdum *percolatum*, ſeu, vt a Palladio dicitur Octobr. Tit. XIV. [§. 12. T. III. P. I. p. 225. Scr. R. Ruſt. ed. Schneid.] *feculentum*. In veteri oraculo ap. Athen. I. p. 21. οἶνος τρυγίας *vinum turbidum* ſ. *fecis plenum*; et contra ἄτρυγος οἶνος *vinum defecatum*, haud aliter quam ἔλαιον ἄτρυγον pro καθαρὸν ſ. *defecatum* a LXX. dicitur Exod. XXVII, 20. prout ap. Heſych. legitur: τρύγιος, τρυγία, οἴνου ἢ ἐλαίου, quae poſtrema, nempe τρυγία ἐλαίου, *amorga* vocatur in antiquis Gloſſis. Vt vero a τρυγὴ τρυγητός, *vindemiator*, ſic τρυγήτρια *vindemiatrix* ap. Dion. Chrys. Or. VII. p. 121. Galenus vero, vt hoc addam, de Aliment. Fac. l. II. c. 9. τρύγα de *vinaceo diluto* dici ſuo tempore obſeruat, quod ab Atticis δευτέρια diceretur. Idem vero ἐυτερίνᾳ hodie ap. Heſych. *r)* appellatur, ac praeterea

---

o) Phot. Lex. p. 447. vbi Ariſtophanes laudatur.

p) Comparat *Bergl.* ex Hor. Od. I, 35, 26. ſ. Diffugiunt cadis cum faece ſiccatis amici; quod tamen, quomodo huc pertineat, non patet.

q) De κομιδῇ (al. κομιδῦ) i. q. πάνυ, ἄγαν, v. ad 834. ſ. *Fiſch.*

r) V. Intpp. in ed. Albert. T. I. p. 225. Eſt autem forma Laconicae dialecti.

δευτερεῖα, apud Polluc. vero duobus locis, quae vel Indices indicabunt, δευτερίας. Quae fingula quum de vno eodemque vino vilioris notae et aqua diluto dici liqueat, hinc vna voce δευτερίας dictus videtur et ita reſtituenda dictorum auctorum loca, vbi paullo aliter legitur. Quod vero τρὺξ non παλαιὰ ſolum, ſed σαπρὰ inſuper hic a Comico dicitur, egregie illuſtrat Eumoeris [Moeris] *s)* MS. in dictionibus Atticis: Σαπρόν, τὸν παλαιὸν οἶνον, Ἀττικῶς. *Spanh.* Allegorice ſignificat ipſam *vetulam*, ad quam ſupra etiam v. 1035. dicebatur κατασέσηπας· σαπρὰ autem deriuatur a σήπω. In Eccles. etiam Iuuencula dicit ad vetulam: ὦ σαπρά, v. 882. In Vesp. 1378. aliquis ad Senem dicit: ἄγειν ταύτην λαβὼν (μέλλω) ὠφελόμενός σε καὶ νομίσας εἶναι σαπρὸν κοὐδὲν δύνασθαι δρᾶν. *Bergl.* τρὺξ σαπρὰ videtur eſſe *faex turbida* vel etiam *mucida t)*: nam σαπρὸν vocatur quidquid eum praeſtare vſum non poteſt, ad quem comparatum eſt: ſed faex turbida eſt inutilis, et Chremylus iſti rei ait *mederi* et ſuccurrere poſſe Τρύγοιπον h. e. *colum*, ſaccum vinarium, (qui ab aliis Graecis vett. ὑλιστὴρ dicitur, v. Phryn. p. 132. a recentioribus etiam σακελιστήριον) per quem transfundebatur vinum faeculentum, (v. Pollux VI, 19.) et faex vini reddi poteſt clara et liquida, putredo corrigi et tolli non poteſt. Nempe adoleſcens ait, aniculae inopiam eſſe ſingularem, Chremylus oſtendit, opes adoleſcentis ei ſuccurrere poſſe *v)*. *Fiſch.*

1088. τρύγοιπος. Adducitur hic et ſuperior Ariſt. verſus in explicatione huius voc. ap. Suid., et quidem additis

---

s) P. 352. ed. Pierſon. qui cfr.

t) Auctore *Eckard.* p. 113. eſt faex vetus et putrida ſeu tetra; ſed σαπρὸν etiam dicitur, quidquid malum eſt.

v) Girard. ita interpretatur: anum iamdudum conſenuiſſe et ad amores ineptam fuiſſe, ſed adoleſcentem poſſe eius luctum ſedare, ſi in gratiam cum ea redire voluerit, et debere, ſi quid in anu ſit, vnde commodum poſſit capere et boni conſulere, cetera, quae minus placeant, abiicere. Mihi adoleſcens amorem vetulae pronerbiali eius locutione ſeruata abominari videtur; Chremyli autem non niſi ioci cauſa additam eſſe vocem, et ambiguum habere ſenſum, qui ad turpiculam rem referri poſſit. Girardum ſequutus videtur Francog. interpres: mais cette lie eſt trop vieille, elle eſt tout a fait gâtée. Chr. Il faut trouver quelque accommodement et vous remettre bien enſemble.

itidem ad eamdem vocem declarandam verbis, quae hic in Scholiis leguntur, ὁ ὑλιστὴρ, ὁ σάκκινος, nempe colum per quod vinum expreſſum in torcular infunditur ac mundatur *x)*. Idem legitur ap. Poll. VI, 19. vbi de vino agitur: ὅτῳ δὲ διηθεῖται, ὑλιστὴρ καὶ σάκκος καὶ τρύγοιπος, *quo vero percolatur, fiſcella, ſaccus, qualus:* prout non in Falkenburg. ſolum, vt ibi in Notis dicitur, ſed in praeſtantiſſimo quoque codice Voſſ. legitur. Occurrit vero adhuc alibi ap. Pollucem eius mentio, nempe X, 75. *y)* ὁ τρύγοιπος καὶ ὁ σάκκος ἐπὶ τρυγοίπου εἰρημένος καὶ ὁ ὑλιστής. Adde veteres Gloſſas: ὑλιστήρ, *ſaccus vinarius;* nempe ab ὑλίζει, *colat, ſaccat,* in iisdem: vnde οἶνον διϋλισμένον *vinum liquatum* ſ. *percolatum* vocat Chryſoſt. Serm. V. p. 227. T. V. Sauil. Vt illud obiter addam, mirum mihi haud immerito pridem viſum, duorum inſignium virorum et graecae linguae, quorum alteri vernacula eadem erat, peritiſſimorum, Th. Gazae et D. Heinſii ἀβλεψίαν, dum διηθικοὺς τῶν οἴνων (*percolata vina*, quod erat obuium) *moralia* ſciiicet ap. Theophr. reddunt de C. Pl. V, 24. p. 380. et in ipſo capitis illius lemmate: quamobrem vinum, quod *morale* vocatur, celerius purgetur. Id quod poſtea a Palmerio ac iam ante a I. Rhodio ad Scribonium Largum, vbi is de *vino ſaccato* ſ. διηθικῷ agit, p. 196. animaduerſum vidi. Neque leuia forte aut exigua numero ſunt, quae olim in accurata lectione illius Ἀττικατάτου, etſi alibi nati, Theophraſti de Plantis operis, notauimus, quae tum interpretis tum interpolatoris eius lapſus et incuriam produnt. Adde, quod εἰ δεῖ τὸν οἶνον ἐνδιηθεῖν, *an vinum ſit percolandum*, agit Plutarch. Sympos. VI. Quaeſt. 7. p. 692. *Spanh.* Cod. LB. τρύγιπος. Interpretamentum Schol. Suidas habet adlatisque Comici binis verſibus inſuper addidit: προπαροξυτόνως· καὶ τρυγοιπῶ ῥῆμα· ad quae ſi Etymologum exigas in Τρυγὴ p. 771., facile locum eſſe confuſum deprehendes: reſtituere tamen procliue, ſi, quae librarii culpa temere ſunt mixta, ſeparaueris hunc in modum: Τρύγη — — τρύζω· καὶ ῥῆμα τρυγῶ· ὅθεν — τρυγῶν. Τρύγοιπος, ὁ ὑλι-

---

x) Ex *Gir.* ſententia fuit vas vimineum, per quod muſtum de torculari fluens transmittitur, denſius autem ſi quid eſt, ab eo retinetur.

y) Add. Zonar. Lex. T. II. p. 1742.

ἠήρ, παρὰ τὸ ἰποῦσθαι τὴν τρύγα· καὶ ῥῆμα τρυγοιπῶ. Quamquam Attici τρύγοιπον sibi vindicent, nimis tamen fastidiose Phrynichus p. 54. [132. Pauw.] ὑλιστῆρα repudiat, qui Polluci quidem non displicuit X, 75. ὑλίζειν certe et quae inde componuntur, iam veteribus nota: καθυλίσαι οἶνον Athen. X. p. 420. D. E. οἶνος διυλισμένος ἐκ Τύρου inter delicias memoratur a Pallad. Vit. Chrysost. p. 112. Praue legitur ἰλυστὴρ, quasi ab ἰλὺς Tzetz. Chil. XIII. v. 421. *Hemst.*

1089. f. εἴσω *in domum.* ὁ θεὸς est *Plutus*, qui in domo Chremyli erat. Per τοὺς στεφάνους intelligi puto *coronam*, quam adolescens capite gestabat (1042.) et quam Pluto, animi grati declarandi causa, quod ipsum reddidisset diuitem, volebat dedicare ita vt eam suspenderet, h. e. ἀναθεῖναι (939.) z). *Fisch.*

1091. Φράσαι. Videtur anus Plutum (αὐτῷ) rogare voluisse, vt ipsam redderet diuitem, certe vt adolescentem iuberet etiam posthac ipsius consuetudine vti. *Fisch.*

1092. εἶσειμι *introibo*, Sch. Leid. εἰσελεύσομαι melius quam Schol. Dorv. εἰσέρχομαι a). Θάῤῥει· μὴ φοβοῦ. Vna res expressa est bis, vt Heliod. 8. p. 399. ed. Commel. θαρσεῖτε καὶ θυμὸν ἔχετε ἀγαθόν. Petita est haec loquendi forma ex Hebr. lingua. v. ad Leusden. lib. de dial. N. T. p. 167. b). Attici enim saepe coniungunt verba idem valentia simpliciter, vt Plat. Phaed. 27. κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχει. *Fisch.*

1093. Οὐ γὰρ βιάσται. Nec hic locus caret venustate et gratia, quae nascitur ex ambiguitate v. βιάζεσθαι c). Hoc enim omnino est, *vim adferre*, sed singulatim de ma-

---

z) Pro γὰρ non recte opinor Inu. e suis libris recepisse γεῦν. Causa indicanda erat, cur dedicare coronam Pluto vellet. ἰλαθὲν ex communis sermonis vsu redundat.

a) Alibi Sch. Dorv. magis commode vim futuri temporis Atticam in hoc praesente reddiderat. *Hemst.*

b) θάῤῥει est, *bono sis animo.* v. Eckard. p. 114.

c) Hoc iocose dictum, quo anui tribuitur, quod ab adolescentibus et viris metuendum est, expositi etiam *Gir.*

ribus ratione feminarum ita ponitur, vt fit *vitiare, fubigere*, quod fere φθείρειν dicitur. Moeris [p. 106. add. p. 390.]. Gloſſ. vett. βιάζομαι ἄλλον *violo, vim facio.* Βιάζομαι παρθένον *vitio.* Βιάζεται παρθένον *compremit.* Videtur igitur Chremylus oſtendere, aniculam adoleſcenti non eſſe facturam vim, ſed re ipſa notat eius pruriginem et libidinis incredibilem exſuperantiam. *Fiſch.* Peruerſa cod. LB. interpretatio (vbi ad βιάσεται adſcriptum: σε ὁ νέος ὥστε μὴ εἰσελθεῖν) ex eo manauit, quod in hoc libro per errorem v. 1091. iuueni fit tributus, pars ſequentis vetulae: emaculata poſtmodum hac labe Scholium tamen intactum remanſit. *Hemſt.*

1094. ὑπεπίττουν. Etymol. V. Πατὴρ olim legit ἐπίττων, quaſi a πιττάω. Verba eius haec ſunt: οἱ δὲ ὅτι κατὰ συνήθειαν πίττα λέγουσιν ἀντὶ τοῦ φίλει· ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ· ἱκανὸν *d)* γὰρ αὐτὴν ἐπίττων, ἀντὶ τοῦ ἐφίλουν. Suidas in ſerie ſua legit ἐπίττουν, ſed tam ſecundum huius, quam Etymologi lectionem ſyllaba verſui deerit *e)*. *Kuſt.* Conſpirant Edd. quotquot inſpexi in lectionem ὑπεπίττουν: verum ad marg. ed. Gryph. notatum video, γρ. καὶ ἐπίττων. Non aliter legerat Orus, teſte Etym. p. 656, 6. οἱ δὲ ὅτι — ἀντὶ τοῦ ἐφίλουν. Ὧρος *f)*. Hinc non niſi forma discedunt Codd. noſtri [LB. et Doru.], nam in vtroque pariter ἐπίττουν cum gl. ἐγάμουν, quibus ſuffragatur Suidas: neque Schol. non videtur idem inueniſſe, vt qui πιττοῦν, non ὑποπιττοῦν, in explicatione ponat; quod eo probabilius eſt, quia Suidas, perpetuus eius deſcripter, conſentit. Certum tamen, illa lectione admiſſa, verſum non ſtare: atqui leui negotio huic vitio ſubueniri poteſt, inſerta modo

---

d) Hoc pro ἱκανῶς dictum eſſe vult *Gir.*, neſcio quomodo.

e) *Bergl.* Scholiaſtae (κατεφίλουν interpretantis) et Etym. verbis (οἱ δὲ, ὅτι etc.) laudatis, pergit: „Gloſſae: πίττα, *Abba.* Eaedem *Abba, πίττα, τέττα.* Itaque πιττᾶν propr. eſſet, *oſculari patrem*, ſiue, *abbaſiare*, aut *abaſiare*, vt ita dicam, aut vſitate, *baſiare*: quod ſane eadem ratione atque graecum verbum videtur formatum eſſe, niſi quod prima litera ſit ablata. Videtur autem in Ariſtoph. loco non ὑπεπίττουν, ſed ὑπεπίττων legendum eſſe, vt eſt ap. Etym. qui adducit hunc verſum l. c. niſi quod ibi pro verbo compoſito eſt ſimplex."

f) E loco noſtro ἐπίττουν affert etiam Zonar. T. II. p. 847. ſed reliqua non habet quae ſunt in Etym. M.

part. ἄν, quae ſententiae nihil deterit: Ἱκ. γ. α. προτ. ἐπιττουν ἂν χρ. Verum haec ita dico, vt publicatae ſcripturae controuerſiam minime moueam: ipſum illud verbum ὑποπιττοῦν, ſed propria vi g), Lucianus habet Iou. Trag. p. 216. ὑποπιττούμενος ϛέρνον τε καὶ μετάφρενον. Schol. πίσσῃ πλαττόμενος. Ceterum πισσᾷν vel πιττᾷν ab Etym. notatum, etſi legi conueniat, vix tamen in vſu fuiſſe reperias: πιττοῦν frequentatur, praeſertim de mollibus et cinaedis, qui dropacem paſſi barba volſa, vt Africanus apud Gellium ait, feminibusque ſubuolſis ambulabant: vid. H. Grot. ad Mart. Capell. p. 227. Addita eſt illi verbo, quam Grammatici tradunt, deosculandi poteſtas, quaſi dixeris: *os et oſcula conglutinare:* neque diuerſa fuerit ratio, ſi latius, vt pluribus in linguis ſolet, producatur, *complexus adglutinare.* Neſcio an ita capiendum ſit καταπιττοῦν in Cratini loco ap. Schol. Soph. Ai. 205. et Suid. in Δεσμώτης· Ὄψει γὰρ αὐτὴν ἐκτὸς οὐ πολλῷ χρόνῳ Παρὰ τοῖσι δεσμώτῃσι καταπιττουμένην, vbi ſane fallit cod. (Suid.) LB. praeferens καταπιπτουμένην, quod verbum analogia linguae graecae reſpuit. *Hemſt.* Tres Regii claudicante metro ἐπίττουν. Sic etiam in meo e prima manu: ſed omiſſam ſyllabam ὑπ idem librarius ſuperne repoſuit h). Gloſſa: ἐγάμουν. Hoc exemplo confirmatur obſeruatio, quam feci ad Lys. 408. In Scholiis cod. C. licet contextus exhibeat ἐπίττουν, legitur: ἐπίττων· τουτέϛιν ἐφίλουν, ἐμιγνύμην. πιττῶ δὲ κυρίως ἐϛὶ τὸ τὰς νῆας πίσσῃ χρίω, καὶ τὸ τὰ διεῤῥωγότα τῶν ξύλων ἑνοῦν. Aduertas verbum φιλεῖν adhibitum eadem ſignificatione, qua in Ran. emendato verſu 543. Vid. ibi not. Formam πιττοῦν Atticis ſcriptoribus vſitatam fuiſſe oſtendit Hemſt., altera πιττᾷν e ſolis Grammaticis nota. *Brunck.*

---

g) Proprie ſignificat *picare, oppicare,* a πίττα *pix,* deinde vſurpatum eſt, ſenſu obſcoeno, pro κινεῖν, βινεῖν, συνουσιάζειν. *Fiſch.* Vina violentiora βιάζεται, quando per rimulas doliorum erumpant; qui igitur timent, ne vinum effluat, dolia diligenter picare ſolent. Quia de anu dictum eſt οὐ βιάζεται, adoleſcens, translata ſignificatione verbi ad vinum, ait: mulieris huius vis nihil contra me poterit, quum de me ſedulo fuerit picata. *Gir.* Longa conſuetudine probe cognoui vetulam, ita, vt eam haudquaquam mihi metuendam eſſe ſciam. *Münt.*

h) Rau. tamen auctoritate ὑπεπ. confirmatur.

1095. *βάδιζε intra* domum Chremyli ita vt praecas *i)*. Nam addit: *sis. σου κατόπιν*, quod eſt voc. Atticum, pro communi *ὄπισθεν*. vid. 13. 757. *Fiſch.* Dum anus dixit *βάδιζε*, ſimul iuuenis domum ingreſſus eſt, eo vix ingreſſo anus ſimul ingrediens dixit: *ἐγὼ δέ σου* — Chremylus non ſine riſu ſubdit *ὡς σύν*. *Gir.*

1096. Ὦ Ζεῦ *βασιλεῦ*. Vt infra: ſic ab init. Nub. *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ*, et Auu. 571. *Διὶ Διῒ βασιλεῖ*. Ita iam ante Aeſch. Perſ. 532. *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ*, et ſimiliter Agam. 363. Quo nempe *βασιλέως* nomine cultus inter alia apud Athenn. Iuppiter. Vnde Xenophon hunc Iouem *βασιλέα* ex oraculo Delphico a ſe, vbi res dubia occurrebat, conſuli ſolitum tradit Anab. VI, 1, 14. Neque vero Athenis ſolum, ſed alibi quoque, vt apud Boeotos in Lebadia cultum Iouem Βασιλέα tradunt Plutarch. ab init. Amator. Narr. et Pauſ. IX. p. 602. Hinc ob Iouis imperium in reliquos deos, inter alios titulos hoc Βασιλέως nomen ei delatum teſtatur Dio Chryſoſt. Or. I. p. 28. item Or. XII. p. 226. et XXXV. p. 447. Apud Ariſtidem vero Monod. in Smyrn. p. 471. T. I. praeter Iouem, Neptunum ac tutelares Smyrnae deas, nempe Nemeſes, inuocantur inſuper *θεοὶ βασίλειοί τε καὶ Ἑλλήνιοι*, h. e. iuxta interpretem, *dii Romani Graecique*, vt nempe ea voce *βασίλειοι* dii ibi deſignentur, quos vel Βασιλὶς Roma, vel imperatores colebant, Βασιλεῖς a graecis ſcriptoribus dicti. Etſi enim pro iisdem haberi poſſent Romanorum et Graecorum, et quidem maiorum gentium dii, quod ex optimis Graecorum ritibus Deorum cultus et ſacra a Romulo Romae inſtituta dicantur a Dion. Halic. Antt. II. p. 90. [c. 18. p. 272. f. T. I. Reisk.]: Indigetes tamen ſuos et patrios deos habuit itidem Roma, quorum cultum tangunt ac ſuggillant haud vno loco Arnobius, Auguſtinus, aliique, adeo etiam vt a priori Roma vocetur l. VI. p. 195. [194. ed. LB. 1651. 4.] *ciuitas maxima et numinum cunctorum cultrix. Spanh.* Βασιλεύς, vt *ἄναξ*, eſt epitheton commune omnium deorum, ſed inprimis tamen Iouis proprium, qui etiam a Latinis vocatur *pater*, *rex*, *diuum hominumque*. *Fiſch.* Dorv. *γραῖδιον* legendum eſſe monet per *συνίζησιν* tamquam

i) Adeo deperibat anus adoleſcentem vt e veſtigio illum ſequeretur. Hanc rabiem magnopere miratur Chremylus. *Münt.*

γράδιον, vt 536. 688. Eccl. 944. vid. ad 674. Ita Nub. 314. ἡρῴναι, de quo Salmas. ad Herod. Dedic. Stat. Reg. p. 143. notatique a Schol. ᾔθεοι pro ἠΐθεοι. Νηρῄδων χορὸς Eurip. Troad. 2. *Hemst.*

1097. λεπὰς — προσίσχεται. Ita Hesych. in Λεπάς *k)*· τὸ τῇ πέτρᾳ προσισχόμενον κογχύλιον. Infra vero Vesp. 105. ὥσπερ λεπὰς προσεχόμενος τῇ κίονι. Quale vero *conchylii* seu *ostrei* genus fuerit λεπάς. docebit Synesius Epist. IV. p. 105. vlt. edit. [Petau.] *l)* Epicharmus apud Athen. III. p. 85. Ἄγε δὲ παντοδαπὰ κογχύλια, Λεπάδας etc. Alcaei versus ibidem adducitur, in quo θαλασσία λεπὰς vocatur. Alio vero sensu λέπας de *promontorio*. s. loco montoso ab Atticis dicitur, vt Aesch. Agam. 29. Ἴδη μὲν πρὸς Ἑρμαῖον λέπας, et similiter de eodem Euripides in Ino, deperdito dramate ap. Stob. Flor. tit. 41. [n. 6. inter Fr. Eur. Musgr.] Ἰδαῖον λέπας *Idaeum montem. Spanh.* Est genus conchae marinae, quae delata ad rupes adhaerescit his ita, vt auelli non possit, quam in rem vid. Aelian. de N. An. VI, 55. *m)* προσίσχεσθαι est forma verbi Attica, pro qua reliqui Graeci vtuntur altera προσέχεσθαι *n)*, significat *adhaerere*, ita aliquem sequi, vt auelli te ab eo non sinas. Sed transfertur deinde ad eos, qui alicui toti dediti sunt et addicti, vt προσκεῖσθαι. vid. Proluss. de verss. Gr. V. T. p. 126. Εὐτόνως προσίσχεσθαι est *adhaerere firmiter*, *tenaciter:* nam qui firmiter adhaeret alicui, is intendit omnes neruos et vires. *Fisch.* Quod cod. LB. τῷ μειρακίῳ addiderit τῇ πέτρᾳ, ideo factum, vt lectorem doceret vel supplendum esse τῷ μειρακίῳ προσίσχεται ὥσπερ λεπὰς τῇ πέτρᾳ, vel potius, vt Schol. etiam obseruat, praeter opinionem ad aures accidisse τῷ μειρ. quum exspectassent τῇ πέτρᾳ· prorsus simili ratione Vesp. 105. ὥσπερ λεπὰς προσεχόμενος etc. *Hemst.*

---

k) V. Scholia, etiam a Br. vulgata.

l) Verba Synesii (vna cum loco Vesp.) affert etiam *Bergl.* haec: ἡ δὲ λεπὰς ὄστρεόν ἐστι κοῖλον· ὅπερ ἐπειδὰν λάβηται πέτρας, ἀπισχυρίζεται (quod vbi petram prehenderit, firmiter inhaerescit).

m) Et ad eum loc. Schneider., etiam Aristot. H. A. V, 16. VIII, 2. Appellatur *Lepas*, etiam *Patella*.

n) Itaque recte Inu. non recepit lectionem cod. Rau. μειρακίῳ προσείχετο.

Post hunc versum in ed. Br. legitur Χορός. λείπει ἡ τοῦ Χοροῦ ᾠδή.

1098. Constituitur hic Actus V. scena I. — Adolescente et anu intromissis, Iusso (Chremylo) subducto et finita chori cantiuncula, Mercurius de Pluto et ipse questurus, quod vniuersa deorum sacrificia numen Pluti antiquaret, accedit ad aedes Chremyli, et foribus validissime pulsatis, illinc subito reuolat, vt nemine comparente fores reseranti diuinitus tactae viderentur. Carion ergo domo egressus, huc illuc prospiciens, dum neminem videt, qui pulsarit, secum ipse loquitur. *Gir.* Quum Chremylus, adolescens, anicula, introissent, fores clausae sunt. Interea superuenit Mercurius, deorum nuntius, et pulsauit fores. Carion ianitor, τίς ἔσθ', inquit, ὁ κόπτ. τ. θ. Quia nemo respondit, prodit foras, circumspicit, et quia neminem videt, τουτὶ τί ἦν; inquit *o*). Sic apparet recte legi ὁ κόπτων *p*), vt non necesse sit cum cod. Leid. [ap. Hemst.] legere ὁ κόψας· nam locus Aristoph. quem laudat Moschopulus *q*), potest sumtus esse e Nub. 133. vbi omnes libri habent ὁ κόψας *r*). Nam Athenis aperiebantur fores in publicum, vnde non solum ii, qui exirent domo, crepitum fores ferientes edebant, ne forte praetereuntium aliquem offenderent, quod dicebatur ψοφεῖν, sed etiam ii, qui introire vellent, fores pulsabant, quod dicitur ab Atticis κόπτειν *s*), κόπτειν τὴν θύραν (1102.), a reliquis Graecis κρούειν, κρούειν τὴν θύραν, ita tamen vt Attici nec horum verborum

---

o) Verba igitur τ. ἐ. ὁ κ. τ. θ. dicit egrediens foribus; paullo post: τουτὶ τί ἦν; tum interiectis spatiis εὐθ. ἔ. et ἀλλὰ — nunc prodit Mercurius, qui paullulum fecesserat, vt a Carione conspici non posset.

p) Non minus bene cod. B. ὁ κόψας. Nub. 133. τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν; *Brunck.*

q) Περὶ σχεδ. p. 62. ὡς ἐν τῷ παρ' Ἀριστοφάνει· τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν; *Hemst.*

r) Idem coniecerat *Hemst.* in Not.

s) Nub. 133. Ran. 38. τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς κενταυρικῶς ἐνήλατ' ἄττις, εἰπέ μοι, τοῦτο τί ἦν; et alibi. Apud Plautum etiam multa sunt loca, vbi miseris illis foribus exitium Comicum affertur: vbi toto concelluntur cardine, vbi nullum compendium sit pulsandi. *Bergl.*

vſu abstinuerint. v. Moeris [p. 211.] *t)* Phrynich. p. 74. Herodi. Philet. p. 466. Pierſ. Ariſtid. de dict. ſimpl. 2, 13. 18. p. 440. ed. Norman. etiam Albert. Obſſ. phil. ad Apoc. 3, 20. omninoque Sagittar. de Ianuis vett. 1672. 8. τουτὶ τί ἦν ν)*; ſunt verba admirantis; nam Carion, quum exiiſſet domo, vt videret, quis pulſaſſet fores, quia interroganti nemo reſponderat, neminem videbat. Mercurius enim receſſerat, vnde addit: οὐδεὶς ἔοικεν ſc. κόψας αὐτήν, Sch. Leid. [ſiue potius κόψαι α.]. *Fiſch.*

1099. δῆτα *fane, profecto.* Heſ. δῆτα· ὄντως. Sic enim corrigi debet vulg. οὕτως. θύριον id. eſt quod θύρα 1098. Quae vrbanitas Atticorum paene propria eſt. De ſede accentus in hoc deminutiuorum nominum genere vid. Etym. Mſ. Bibl. LB. in not Hemſt. *x)*. *Fiſch.*

1100. Cod. Doru. φθεγκόμενον ea ſcribendi forma, quam in hoc verbo pro more ſerioris Graeciae ſaepius adhibet. *Hemſt.* φθέγγεσθαι h. l. propr. poſitum eſt, *ſonare, ſonitum edere;* ponitur enim de quouis ſoni genere, vt φθόγγος. ἄλλως eſt *temere, caſu.* Nam dicitur de omnibus, quorum vera et certa cauſa non apparet; haec enim aliter, alio modo, eſſe et fieri poſſunt *y)*. v. Ruhnken. ad Tim. Gloſſ. Plat. [p. 198. ſ. ed. ſec.] Ind. Aeſch. Socr. h. v. *Fiſch.*

κλαυσιᾷ. Euſtath. ad Il. Φ. p. 1901, 17. Rom. de hoc loco Comici: Ἐν τούτοις δὲ μνησέον τοῦ, κλαυσιᾷ· τὸ θυρίον· ᾧ κεῖται παρὰ τῷ Κωμικῷ. ἐκεῖνος μὲν γὰρ παίζων πρὸς ἦχον

---

t) Eumoeris Mſ. in dictionibus Atticis: Κόπτει τὴν θύραν ἔξωθεν, ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν, Ἀττικῶς· κροτεῖ δὲ, Ἑλληνικῶς. Sic Acharn. 401. κόψω τὴν θύραν. Concion. vero 986. κρούσας τὴν θύραν. *Spanh.* τίς ἔσθ' ὁ κόπτων, pro τίς κόπτει [vt 1082.] *Cir.*

v) *Quid hoc erat? haec pulſatio vnde eſt? Cir.*

x) In V. Λῷδος, vbi docet, ſi ὑποκοριστικαὶ παραγωγαὶ ſint δακτυλιαῖ, περὶ μιᾶς ἔχειν τὸν τόνον, vt ψωμίον, ὠτίον, κλειδίον, παιδίον, κηρίον, ὀφθίον· εἰ δὲ ἐν τρισὶ βραχέσιν ὦσι προπαροξύνονται· θρόνος, θρόνιον· πτυχάς, πτύχιον· φλέβιον, τόπιον, ὤριον, μόριον, κόριον, λόγιον. *Hemſt.* Verbis his ἀλλὰ δῆτα etc. ſubeſt negatio: fieri non poteſt, quin ab aliquo pulſata fuerit. *Cir.*

y) Aelian. V. H. 2, 13. παρῆν οὐκ ἄλλως *aderat non temere.* Dio Caſſ. XLV. p. 270. τὸν Ὀκτάουιον εὑρὼν ἄλλως ἀναβεβηκότα. *Mſnt.*

θυρίδος λεῖον καὶ ἁβρόιζον οὕτως ἔφρασεν, ἰσχάνας τὴν προφορὰν τοῦ νοήματος, διά τε τοῦ ἀφώνου κάππα, καὶ τοῦ ὑγροτάτου λάμβδα· ἐπεὶ καὶ δοκοῦσι τὰ τοιαῦτα θυρία ἐθέλειν κλαίειν, ὥσει νεογιλὰ σκυλάκια. Sed haec ſubtiliora ſint, quam veriora. Simpliciter autem locum hunc vertere poſſis: *ianua gemit. Kuſt.* Subtiliter admodum philoſophatur, ipſarumque literarum κ et λ ſonum adcommodatiſſimum expendit Euſtath. l. l. quo ſcilicet ianuae gementis ſtrepitus ille λεῖος et ἁβρόιζος leniter indicetur, contra ac fecit Homerus, cui — ἔβραχε καλὰ θύρετρα Πληγέντα κληῖδι — vt aſperitate verbi viuide redderet μεγάλης θύρας εὖ ἁραρυίας τρισμὸν τραχύν. Ibi vides, ſicut in Scholio, ianuae memorari τρισμόν. Sic Nilus de VIII. vitiis c. 6. ἔτριξεν ἡ θύρα κἀκεῖνος ἐξήλατο· perbene vetus Interpres: *Stridorem ianua dedit et ille protinus exiluit.* Pari modo de calceis inter ingrediendum crepitantibus ponitur, velut Momus, quum Venerem ipſam criminari non poſſet, reprehenſione dignum cenſuit ὅτι τρύζοι αὐτῆς τὸ ὑπόδημα, ap. Philoſtr. Ep. XXI. Quod autem ad illuſtrandam rem praeterea Euſtathius adiecit, ἐπεὶ καὶ δοκοῦσι — σκυλάκια, tale iam eſt, vt prope a ridiculo diſtet. Protulit haec Ariſt. verba Suidas in Κλαυσιᾶν, κυρίως τὸ ἠχεῖν αὐτομάτι τὸ θύριον· quae interpretatio commoda eſt et tenenda. *Hemſt. Flet ianua*, quia Mercurius tam valide eam pulſauerat. Eſt autem proſopopoeia z), qualis illa 276. αἱ κνῆμαί σου βοῶσιν. *Bergl.*

σέ τοι, σέ τοι Λέγω, Καρίων, ἀναμ. [vt olim, etiam in Br. vulg.] Apud Eurip. Iphig. Aul. 863. Seruus: ὦ ξέν', Αἰακοῦ γένεθλον, μεῖνον, ὡς σέ τοι λέγω τὸν θεᾶς γεγῶτα παῖδα. Soph. Aiac. 1237. σέ τοι τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος λέγω τε — *appello* a). Eurip. Ion. 219. σέ τοι τὸν παρὰ ναόν, αὐδῶ·

---

z) Latine exprimi poteſt verbo *gemere. Fiſch.* Lugubrem quemdam tactum exprimit, diſtinctum interuallo, ſed vehementem. Mercurius voluit nouitate tactus omnes domeſticos attentiores reddi, vt dicturo fides maior haberetur. *Gir.* Metaphora ducta a pueris caeſis eamque ob rem miſere ciulantibus. *Münt.*

a) λέγω idem eſt, quod καλῶ, et σέ τοι λέγω verti poteſt: *heus tu! Fiſch.* Carion quum neminem vidiſſet, de recipiendo ſe cogitauit, Mercurius autem quaſi tum primum accederet de via, acclamat: σέ τοι — λέγω. σὲ Accuſatiuus Attice pro Da-

te aedituum compello. Noſter Aun. 407. ἰὼ ἴποψ, σέ τοι καλῶ. Ibidem 275. omittit verbum: οὗτος, ὦ σέ τοι. Videtur autem imitatus Aeſchylum in Prometh., vbi Mercurius itidem, vt hic, a Ioue miſſus dicit v. 943. σὲ τὰν σοφιστὴν — τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω, πατὴρ ἀνωγέ σε. Noſter pro πατὴρ infra 1108. dicit ὁ Ζεύς. *Bergl.* In membr. ita conſtitutus hic locus:

— σέ τοι [ſemel tantum poſitum] λέγω,
Ὁ Καρίων ἀνάμεινον.

In C. σέ τι λέγω, Καρίων, ἀνάμ. *b*). Quin membran. lectionem, quae mihi valde arridebat, tamquam finceram amplecterer, expuncto altero σέ τοι, obſtitit v. 624. ὦ παῖ Καρίων *c*) etc. Nunc meae me ſocordiae piget pudetque. In illo verſu edendum erat: παῖ Καρίων, τὰ σῳώματ' ἐκφέρειν σ' ἐχρῆν. Hic vero poëtae vera manus reſtitui ſic debet: Ἑρμ. σέ τοι λέγω, Ὁ Καρίων ἀνάμεινον *d*). Prima in Καρίων neceſſario producitur, quum ſeruile hoc nomen derivetur a regionis nomine Καρία, vnde Κᾶρες prima in vtroque ſemper producta. In v. 624. IV. codd. exhibent παῖ Καρίων: in nullo comparet ὦ, ne quidem ſuperne ſcriptum pro ſigno Vocatiui, quem gloſſatorum fuiſſe morem ad v. 366. obſeruaui. Ad codicum cum impreſſis discrepantiam non ſatis adtenderam, Hemſterhuſio, cui vulgata lectio ſuſpecta non fuerat, plus, quam par erat, tribuens. Nunc occaſione huius verſus, codices, qui ad manus ſunt, rurſus adii, et in nullo, ὦ παῖ ſcriptum eſſe teſtor. In hoc verſu elegans eſt lectio: σέ τοι λέγω, ὁ Κ. ἀ. Sic ſaepe, qui familum vocat, articulum addit nomini: v. Ran. 40. 271. 521. quibus in locis Nominatiuus eſt pro Vocatiuo, quod Atticis ſolemne eſt. Iam ſi quis Comicorum, quae ſuperſunt, reliquias omnes excutiat, nullibi, opinor, nomen illud Καρίων, prima correpta, reperiet. In Euphronis Synepheborum fragmento ap. Athen. p. 377. D. duo iſti leguntur ſenarii:

---

tiuo poſitus [hoc vanum eſt]; geminatus autem caſus ſeriam rem promittit. *Gir.* τοι abundat. *Münt.*

b) Ita etiam cod. Borg. ap. Inu.

c) Ibi Inu. iam edidit: παῖ Κ. v. Not. 5. in Comm. p. 332.

d) *Inu.* e cod. Rau. edidit: σέ τοι λέγω, Ὦ Καρίων.

ὁταν ε | ρανις | ταις Κα | ριων | δια | κονης.
ἐγκεφα | λος ἡλ | λοιω | το, δει | δε Κα | ριων. *Brunck.*

1101. ἀνάμενον eſt *reſiſte*. Nam Carion redire in domum volebat et fores claudere. οὗτος eſt *heus tu!* vt 439. 927. *Fiſch.* c).

1102. σὺ τὴν θύραν ἔκοπτες; Ad Mercurium dicitur, qui alioquin ante fores aedium, et vbi eius ſimulacrum, colebatur: de qua re paullo poſt ad v. 1130. *Spanh.*

1103. μὰ Δι' ἀλλ' *immo vero*. Intell. οὐ ἔμελλον· recte Schol. Leid. iubet intelligi κόψειν. Nam μέλλω ſaepe ponitur abſolute ita, vt intelligi debeat Infinitiuus praecedentis verbi, vt Plat. Phaed. 24. πῶς γὰρ οὐ μέλλει ſcil. μοι ἡδομένῳ εἶναι, h. e. ἥδεσθαι, vbi vid. not. 13. *Fiſch.* Nihil eſt frequentius, quam vt verbum aliquod praecedens ad μέλλειν animo ſit repetendum: de quo genere, quod eruditos nonnumquam fefellit, dixi ad Lucian. dial. Mort. 29. *Hemſt.*

εἶτ' ἀνέῳξας με ϕθάσας. V. Tho. Mag. V. Ἀνέῳγεν, qui locum hunc adducit [p. 72.] *Kuſt. occupaſti aperire fores*, prius aperuiſti fores, quam ego pulſare poſſem. Poterat etiam dici ἀνοίξας με ἔϕθασας (vid. ad 485. et 685.). ἀνοίγειν eſt verbum hoc in genere proprium, vt Anacr. Od. 3, 10. et 16. vbi vid., Matth. 25, 11. Ioh. 10, 3. Matth. 7, 7. εἶτα verti poteſt *tum*. *Fiſch.*

1104. ſ. Ἐκκάλει *cuoca* ex aedibus — *continuo* (ταχύ). Ad Chremylum (τὸν δεσπότην) referenda ſunt verba τ. γυναῖκα [vxorem Chremyli, heram], τὰ παιδία, etiam οἱ θεράποντες. Sed Schol. Leid. hos retulit ad Carionem et adſcripſit verba, τοὺς συνδούλους σου, quod eſt vocabulum Macedonicum, quo vtuntur etiam ſcriptores N. T.: Attici dicunt ὁμόδουλος. v. Moer. [p. 273.] et Tho. Mag. [p. 649.]. *Fiſch.*

1106. τὴν κύνα. Perperam in membr. τὸν κύνα. *Brunck.* Aelianus Epiſt. 2. τὴν ὄϊν τὴν τὰ μαλακὰ ἔρια, ἣν ἐπαινῶ

---

c) De Ἕρμῆ, κήρυκι, *praecone, nuncio*, nonnulla dixit *Eckard.* p. 114. Pro εἰπέ μοι 1101. et 1107. Br. et Inu. ediderunt: εἶτ' ἐμοί.

πρὸς σέ, παρ' ἐμοῦ προσεῖπε καὶ τῷ βοιδίῳ καὶ τὴν ὗν. *ouem illam, quae fert mollia vellera, quam tibi laudo, saluta meo nomine, et boues ambo et canem. Bergl.* Graeci loquentes de beſtiis, qua beſtiis, vtuntur feminino genere. *Fiſch.* Quorſum attinet, et canem et ſuem vocari? his verbis demonſtrat, vniuerſam Chremyli familiam Ioui eſſe maxime inuiſam, et Iouem in vlciſcenda iniuria ſua etiam in bruta fore immiſericordem. *Gir.*

1107. σαυτόν. Mercurius enim Carionem nolebat intus manere, ſed reuerti eum volebat foras: neque hoc caret mordaci vrbanitate, quod ſeruo iunguntur canis et porcus. *Fiſch.* Hoc vult: non illis modo periculum imminet, ſed et tibi. *Gir.* Admodum facete et comice canem inter et porcum nominat Carionem. *Münt.*

1108. ὦ πόνηρε. Schol. Leid. ὦ γεωργέ *f)*· quia Carion fuit ſeruus Chremyli agricolae. Sed Mercurius eum appellat ita, vel, quia hero adfuerat tum quum Pluto lumina oculorum reſtituta ſunt, vel ob poenas, quas Iupiter ab eo ſumturus erat. [Igitur ſcribendum potius: πονηρέ.] *Fiſch.*

1109. f. τρυβλίον *g)* eſt, vel nomen menſurae et aridorum et liquidorum, capientis dimidium ſextarium, quae etiam κοτύλη dicitur (v. Epiphan. de menſ. p. 542. Baſil.: Heſ. interpretatur ὀξυβάφιον h. e. *acetabulum*; at ὀξυβάφιον f. ὀξύβαφον capiebat octauam tantum ſextarii partem, v. Eiſenſchmid. de pond. et menſ. p. 166.) vel nomen vaſis fictilis, quod Gloſſ. vett. *catinum* vocant, in quo apponebatur puls aut iuruleuti quid (v. Matth. 26, 23.) etiam alia obſonia. συγκυκᾶν eſt *commiſcere*, *permiſcere*, vt κυκεὼν *potio miſcella*, v. Index Theophr. h. v. Senſus: *Iupiter, ſcelus, vult vos in vno eodemque catino commiſtos h)*, *ad vnum omnes deiicere in barathrum.* εἰς

---

f) Vt cod. Doru. v. 220. 265. *Hemſt.*

g) Cod. Doru. τριβλίον cum gl. ἀγγεῖον; vt ſaepe apud Medicos praeſertim in libris vetuſtis: cod. LB. emendatius τρυβλίου. *Hemſt.*

h) Ita vt de hac familia tota nihil poſtea reliqui ſit futurum. Sumtum eſt a coquis diuerſas carnes minutatim concilas et in eadem ſartagine commixtas frigentibus. *Gir.*

τὸ βάραθρον *i*) (de quo voc. vid. ad 394. et 431.) ἐμβαλεῖν dictum eſt vt Plat. Phaed. 60. εἰς τὸν Τάρταρον ἐμβάλλειν. *Fiſch.*

1111. ἡ γλῶττα τῷ κήρ. Verſus hic adducitur a Suida V. Ἡ γλῶττα, et Euſtath. ad Od. Γ. p. 1471, 13. ed. Rom., vbi tamen pro τέμνεται legitur γίνεται: minus recte, vt puto. De ſenſu autem loci huius vide vet. Schol. et Biſetum. Confer. etiam Schol. Apoll. Rhod. I. 517. *Kuſt.* Euſtathium memoria fefellit *k*), quum ſcribebat γίνεται· verbum eſt in hac re proprium τέμνειν *l*). *Hemſt.* De linguarum victimis, vulgo Mercurio deorum nuntio mactari ſolitis, hic in Scholiis agitur. Athenaeus I. p. 16. de Mercurio: σπένδουσι δὲ αὐτῷ (non αὐτό) *m*) καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες· προσνέμονται δὲ αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν· *conſecrantur eidem linguae ob ſermonis facultatem*, nempe, quae voce graeca ab Ἑρμῆς deducta ἑρμηνεία dicitur. De linguis caeteroquin victimarum, Mercurio ſacris, in quas vinum profundebatur, vnde σπένδουσι ἐπὶ γλώσσαις, *libant ſupra linguas*, modo ap. Athenaeum dicitur, conſuli poteſt Apollonii Rh. Scholiaſtes ad I, 517. *Spanh.* Verba haec Carionem puto ſecum dixiſſe, auerſum a Mercurio, vt ſint verba male precantis: *vtinam iſti nuncio*, Mercurio, *lingua excidatur!* Huius interpretationis veſtigia exſtant in ſcholio marginali cod.

---

i) Sch. Doru. εἰς τὸ βάρ. explicat εἰς τὸν ᾅδην· hoc quidem in Ariſtophane declarando minus Chriſtiane: orcum inferorumque ſedes infauſtas βάραθρον appellant eccleſiaſtici ſcriptores, neque rarum εἰς βάραθρον τοῦ ᾅδου vel τῆς γεέννης, ἐμβληθῆναι· alias non ſecus ac Graeci pro *certiſſima pernicie* vel *exitio* ponunt, vt monuit Suic. in Thes. Eccl., quem ego miror perſuadere ſibi potuiſſe, βάραθρον vsquam in bonam partem accipi: nam eo in loco, vnde rem inauditam collegit, quid clarius eſt, quam legi, βάθρον; *Hemſt.* Etiam Hom. Il. 9, 14. dixit βάθιστον βάραθρον, quod fere ab aliis τάρταρος. *Fiſch.*

k) Immo in cod. ſuo ita legiſſe videtur, quum etiam in Rau. habeatur γίγνεται.

l) In Ann. 1704. κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστόρων κείνων τῶν φιλίππων παντακοῦ τῆς Ἀττικῆς ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Alias in ſacrificiis ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται, vt Pac. 1061. *Bergl.*

m) Ita operarum errore legebatur in ed. Caſaub. v. Schweigh. Anim. I. p. 138.

Leid. *Fisch.* Duplex esse potest sensus *n*): *taline deo, tam infausta nobis nuncianti, victimarum linguas excisas amplius sacrificemus?* vel: *hic tam ingrata nobis adportans dignus est cui lingua praecidatur*, vt praemium nuntio dignum ferat. *Munt.* Nimirum τέμνεται pro Futuro est accipiendum. Ita non opus est vt cum Wasio Senar. p. 14. scribatur τεμνέσθω, quamquam ille hoc commodius putat.

1112. Citat Thom. Mag. V. Βουλεύομαι [p. 159.]. *Kust.* Vitium in vtroque codice [LB. et Doru.] semper fere peperit vox ex altero versu in alterum translata: ἡμᾶς ex sequenti huc vtrobique adhaesit: quare particula γε caret cod. LB. aliam illi substituit Doru. Ἀστὰρ (δὲ) διὰ τί δὴ τοῦτ' ἐπιβουλεύειν ποιεῖν ἡμᾶς. Quae lectio adeo non spernenda est, vt integra probari mereatur; certe nihil sit causae, cur vulgatae postponi debeat: nam Infinitiuus ita collocatur, vt cum Atticorum vsu et eo quidem exquisito egregie congruat *o*). vid. H. Stephan. Append. ad Dial. Att. p. 138. Nonnihil itidem discrepat Thom. Mag. in βουλεύομαι· τί δὲ ταῦθ' ἡμᾶς ἐπιβουλεύει ποιεῖν; quibus praefixum ἀστὰρ senarium quadrabit; neque tamen adfirmem eam fuisse libri veteris lectionem, quae probabilius orta credatur a memoria parum fideli. Minus apte D. Heinsius ad Hesiod. Ἔργ. 229. et ἐπιβουλεύεσθαι scripsit et Comici nostri verbum cum Hesiodeo τεκμαίρεσθαι comparauit. *Hemst.* Verba ἀστὰρ — ἡμᾶς verti possunt: sed cur Iupiter struit et molitur nobis hoc calamitatis? ἐπιβου-

n) Lingua victimarum Mercurio debebatur propter beneficium sermonis. Quo respexit Carion, dum dixit: τούτων, horum omnium nostrum, quos mactandos propediem dixisti, lingua tua fuerit. Melius credas ita dictum: quoniam praeco ante sacrificium admonebat populum, vt linguis fauerent, lingua victimarum praeconi dari solebat. Idcirco ait, ἡ γλῶττα τούτων, scil. ξυμπάντων. In vtraque interpretatione Genit. τούτων respicit voc. γλῶττα. Sed venustissimum fuerit et verisimillimum, si τούτων exponas, *horum malorum*, vt subiiciatur τῷ κήρυκι. Nam quemadmodum moris fuit, laeta nuntiantibus mercedem dare, quod ἀναγγέλιον vocabant: ita aequum censet Carion, vt Mercurio tam infausta nuntianti lingua incidatur. *Girard.*

o) Sed h. l. incommodus videtur, quia alius Infinitiuus sequitur.

λεύειν eſt *inſidiari*, moliri aliquid contra aliquem, ſed h. l., quia ποιεῖν additur, *velle, in animo habere*, ſed in malam partem. Heſ. Ἐπιβουλεύει· ὁρμᾷ. *Fiſch.*

1113. f. δεινότατον πάντων πραγμάτων eſt, *facinus omnium facinorum maxime nefarium et impium.* Nam refertur ad deos et pertinet eo, quod Chremylus Pluto reſtituerat oculorum lumina Aeſculapii ope. εἴργασθ' h. e. εἴργασθε, *commiſiſtis.* ἀφ' οὗ ſcil. καιροῦ. ἐξαρχῆς *p)* idem eſt, quod πάλιν, *rurſus, denuo.* vid. 221. 867. 1147. *Fiſch.*

1115. De voc. λιβανωτὸς *thus* (recentiores Graeci etiam voc. λίβανος, quod ap. antiquos *arborem thuriferam* ſignificabat, de thure dixerunt) vid. ad 703. δάφνη *laurus q)*, erat vt myrtus et oliua in frondibus ſacratis, quae a latinis *verbenae* dicuntur. v. Seru. ad Virg. Aen. XII, 120. Gloſſ. vett. δάφνης κλάδος *verbena.* H. l. *folia lauri.* De voc. ψαιστὸς f. ψαιστὸν vid. ad 137. vbi pro voc. generis ἱερεῖον, *victima r)*, erat formae vocabulum, βοῦς. *Fiſch.* οὐδὲ ἕν. Ita cod. Doru. qui mos ſcribendi ſaepe obſeruatus indicio eſt, de vetuſtis membranis hunc librum prodiiſſe *s)*. *Hemſt.*

1117. ἐπιθύει. Etiam ſupra 137. verbum θύειν de rebus inanimatis vſurpauit. *Bergl.* Verbum hoc compoſitum idem declarat, quod ſimplex θύειν v. 1118. et 1178. Significat autem h. l. et *adolere* et *ferre*, et *immolare* et *dare*, quum ei tam diuerſarum rerum vocabula addita ſint. *Fiſch.* Cod. Doru. hic iterum nobis Infinitiuum oſtentat

---

p) *Gir.* diuiſim ſcripſit ἐξ ἀρχῆς et reddidit: *a principio.* Idem monet ita declarari efficaciſſimam fuiſſe Pluti vim, vt quae aliorum deorum numen reprimere potuerit. Cf. 127. f. 137. f. *Gir.*

q) Thus in ſuffitum, laurus ad coronas et ſerta deorum et ſacra facientium adhibebatur, placentae et panes (ψαιστοὶ) ſacerdotibus debebantur. *Gir.* Perperam in vtroque cod. Inu. οὐχὶ ψαιστόν.

r) Animalia ita dicuntur immolari ſolita, ſus, hircus, aries, bos. *Gir.*

s) Vulg. olim fuit οὐδέν, quod pro οὐδὲν ob metrum eſſe poſitum cenſet *Spanh.* et v. 57. et 137. laudat.

ἐπιθύειν, quem ne ab errante librario profectum fuisse suspiceris, adscriptum habet θυσιάζειν· alioqui non raro contingit, vt culpam descriptoris patefaciat interpretatio adiecta. Equidem haud temere repudiandum arbitror, dum veteriores libri adhibeantur, qui causam alterutrius lectionis probent. *Hemst.*

1118. κακῶς ἐπεμελ. *male prouidistis, male consuluistis nobis tum,* quum Plutus caecus erat, et homines probi diis sacrificabant. Nam dii eos sinebant esse inopes, improbos florere diuitiis. *Fisch.* τότε *tunc,* scilicet quando ista vobis sacrificia fiebant *t)*, s. simpliciter, *olim, antea:* v. not. ad Lys. 1023. Thesm. 13. Minus bene interpretatur Berglerus: *tunc, quum coecus esset Plutus. Brunck.*

1119. τῶν ἄλλων μοι θεῶν ἧττον μέλει h. e. de reliquis diis minus laboro, siue accipiant aliquid ab hominibus siue non. *Fisch.* Non est incelebris Graecorum sententia: φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. Et apud latinum Comicum [Terent. Andr. II, 2, 15. s.]: Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet Omnes sibi esse melius malle quam alteri. *Gir.* Tritum illud prouerbium: *proximus sum egomet mihi. Münt.*

1120. ἀπόλωλα κἀπιτέτριμμαι [sic in omnibus edd. praeter Inu.] est vox desperantis: *perii! actum est!* vt Terent. Ad. 3, 2, 26. s. vbi v. Donat. *Fisch.* Frequens in his fabulis et alibi apud Atticos huius verbi ἐπιτρίβειν et ἐπιτρίβεσθαι *v)* pro *conteri, deteri, cruciari,* vsus. Sic supra v. 119. ἐπιτρίψειε. Ran. 88. ἐπιτριβομένου τὸν ὦμον (habentis humerum onere pressum), Acharn. 1022. ἐπιτρίβεσθαι *adfligi, cruciari.* Conc. 771. Ζεύς σ' ἐπιτρίψειε, 1060. ἐπιτριβέντα. Menander vero ap. Stob. Ecl. LXII. p. 231. ed. Grot. σεαυτὸν ἐπιτρίβεις, *defraudas temet.* Hinc ἐπίτριπτος passim apud Atticos scriptores, vt supra 285. et 618. ac alibi in his fabulis, pro *perdito, scelerato. Spanh.*

---

t) Etiam Gir. refert ad tempus, quo abunde erant omnia diis, nec vllius indigebant.

v) Hinc patet, non probari posse quod Inu. e Rau. recepit, κἀποτέτριμμαι. Neque enim ἀποτρίβεσθαι ita dicitur.

σωφρονεῖς x) *recte ais, ſapis:* qui perſpicias, fortunas tuas nunc eſſe ſunditus euerſas, actum eſſe de te. *Fiſch.*

1121. καπηλὶς eſt οἰνοπῶλις, *copa*, femina quae vendit vinum (vid. ad 435.), et quum παρὰ cum Dat. perſonae indicet locum, in quo illa eſt et verſatur (vid. ad 393. 1047.), παρὰ ταῖς καπηλίσιν eſt, *in aedibus, tabernis, coparum* y). Male igitur Schol. Leid. adſcripſit: τῶν καπηλίδων, quaſi Datiuus poſitus eſſet pro Genit. z). v. Proluſſ. de Vit. Lex. N. T. p. 324. *Fiſch.*

1122. πάντ' ἀγάθ'. In hoc verſu, tum ſententia tum verbis expeditiſſimo, neſcio quid turbatum in vtroque codice; proxime LB. ad vulgatam lectionem: πάντα τ' ἀγάθ' ἔωθεν· multo longius discedit cod. Doru. πάντ' ἀγέσθ' ἔωθεν· additumque modo τῷ εἶχον, ἔργον, quaſi voluiſſet: πρότερον εἶχον ἔργον πάντα ἄγεσθαι, οἶν. etc. *antea laboris erat non parum inſumendum, vt omnia, quae donabantur, mihi auferrem.* Sed nihil eſt, quamobrem πάντ' ἀγαθὰ deſeramus, quippe nitidam loquendi formulam, quam hoc ipſo loco prolato illuſtrauit Bentleius ad Callim. Epig. LIV. *Hemſt.* πάντ' ἀγαθὰ ſunt omnis generis res bonae. Ita autem vocantur *cibi delicati et lauti*, omnia quae grata ſunt palato et naribus: vt Corn. Nep. Ages. 8, 5. *bonae res* ſunt vnguenta, coronae, menſa ſecunda, vbi v. intpp. et Kuſt. ad Acharn. 873. In menſa ſecunda, τραγήμασιν, erat μέλι *mel*, ἰσχάδες *caricae*, et οἰνοῦντα. ἔωθεν eſt *primo diluculo*. Gloſſ. vett. ἔωθεν· *matutino, ante lucem, mane*. Hom. Od. 3, 366. eſt ἠῶθεν, et Zoſim. 2, 19, 5. dixit ἅμα ἠοῖ. Nam ἠὼς et ἠώς notat *auroram. Fiſch.*

---

x) Sine interrogatione ſignificat: ſapis, qui tui magis quam alieni commodi memineris; cum interrogatione: tu, qui nos olim adſpernabaris, nunc rebus tuis afflictis ſapis? *Gir.* Priorem interpretationem (reiecta ea, quam Fiſch. ſequutus eſt) recte probauit *Münt.*

y) Mercurius furibus et furtis praeeſſe credebatur. Quare colebatur a mulieribus cauponariam exercentibus, et emtores fallentibus, vt tanto rectius, ipſo fauente, aliis imponerent. *Gir.* et *Münt.*

z) Improbauit etiam hanc interpretationem, quaſi ſit, *a cauponis accipere*, vel *nanciſci, bonorum copiam, Hemſt.*

Οἰνοῦτταν *a*), *μέλι*. Ita Athenaeus III. p. 114. οἰνοῦτταν καὶ μελιττοῦταν de *placentis*, nempe *vino* aut *melle* ſubactis, vt hic in Schol. dicitur. Apud eumdem vero Athen. X. p. 429. legitur: καὶ τὸ τῶν κοράκων καὶ τὸ τῶν κυνῶν γένος τὴν οἰνοῦτταν φαγόντα βοτάνην, nempe quod verbum praeceſſerat, μεθύσκειν, inebriari etiam coruorum et canum genus, vbi dictam oenantham herbam comedunt; ſed in quo loco βοτάνην gloſſam eſſe *b*), quod e margine in contextum irrepſerit agique ibidem de *offa* ſeu *placenta ex vino et melle* confecta, contendit Salmas. de Homonym. p. 31. eosque ibi redarguit, qui οἰνοῦτταν de id genus *placenta* dictam cum οἰνάνθῃ herba, vel οἰνοθήρᾳ apud Theophr. confundunt. Quamquam, quod fugiſſe ibi videtur virum lectionis et eruditionis immenſae, id omnino de οἰνούττᾳ eaque *herba*, non *placenta*, tradiderit iam olim et ex hoc Athen. loco, vt obſeruo, Aelianus V. H. 2, 40. *c*) καὶ οἱ κόρακες καὶ τὴν καλουμένην οἰνοῦτταν βοτάνην ὅταν φάγωσι, καὶ οἱ κύνες δὲ καὶ αὐτοὶ βακχεύονται. Vnde id certo liquet, hanc vocem βοτάνην de illa οἰνούττῃ ap. Athen. ſimiliter dictam, non eſſe gloſſema, vt ſtatuebat Salmaſius, quod in textum irrepſerit, ſed ideo opportune adpoſitam, ne cum οἰνούττᾳ quae *placentam* notat, et de qua alibi, vt vidimus, egerat Athenaeus, confunderetur. Quod ab exquiſita eruditione viro [Perizonio] in nuperis ad Ael. adnotatis forte praeteritum, hic monendum fuit. At vero οἰνοῦτταν hic a Comico, ſicuti priori ap. Athen. loco, de *placenta*, non *herba*, dici, eſt manifeſtum. *Spanh.* Grammatici vett. tradunt, ſignificari genus placentae confectae e farina vino ſubacta (v. Schol. et Suid.), ſed, quum femininum ſit ab Adi. οἰνόεις, et ſubintelligatur μάζα (v. Bos. Ellips. p. 260. ed. Schaef.), patet ita dici pulticulam confectam e farina vino ſubacta, quae vulgo dicta eſt μουστόπιττα. v. Heſ. [add. Not. ad Schol.]. *Fiſch.*

---

a) Cod. Doru. οἰνοῦταν. *Hemſt.* [Cf. ad Schol. et Brunck. ad Lys. 601.]

b) Nihil ad eum Athen. locum monuit Schweighäus. in Anim. T. V. p. 400.

c) Quem etiam laudauit Schweighäuſer. d. l.

1123. εἰκός ἐστιν est i. q. πρέπει d), et Ἑρμῆν ponitur pro ἐμέ quo magis appareat, ipsum esse deorum nuncium et quaestus lucrique praesidem, quem non oporteat nisi bonis rebus vesci e). v. ad Plat. Euthyphr. 4, 25. Quia Mercurius credebatur lucri praeses, non mirandum est copas ei adposuisse res bonas quasuis. *Fisch.*

1124. Νυνὶ δὲ πεινῶ. Citat Suidas V. Ἀναβάδην. Ceterum ἀναβάδην hic non est, *porrectis pedibus*, vt Frischlinus vertit, sed potius, *in sublimi f)*: vt metaphora videatur esse petita a gallinis et auibus, quae in perticis dormire solent. Hoc sane sensu vox ista capitur Acharn. 398. *Kust.* Acharn. 397. αὐτὸς δὲ ἔνδον ἀναβάδην (*resupinus*) ποιεῖ τρυγῳδίαν. Nempe prout Scholia ad h. l.: ἄνω, φησίν, ἔχω τοὺς πόδας κοιμώμενος. Vnde emendandus Hesychius: Ἀναβάδην, ἄνω ἔχοντα πόδας, καθέζεσθαι, apud quem hodie loco praeterea mutilo: Ἀναβάδην, καὶ σὺν πόδα καθέζεσθαι g). Aduerbium non eodem modo a veteribus explicatum *h)*, qua de re alias adcuratius agemus: nostri enarratores intellexerunt *sedere*, vel *recumbere*, *altero pede* aut *crure in alterum iniecto:* quod dici solet ἐπαλλάξ siue ἐναλλὰξ ἴσχειν τὼ πόδε. Multum abit Hesychius loco contaminatissimo, quem hoc pacto refingendum esse arbitror: Ἀναβάδην· ἐν σκίμποδι καθέζεσθαι ἀναβάντα καὶ μετέωρον· quae copulata fuerant, male sunt diuulsa: iuuat Suidas: ἀναβά-

---

d) Pro ὅσ' (quod ad omnia superiora refertur) Inu. e Rau. dedit minus bene ὡς, quod ad ἰσχάδας tantum pertinet.

e) Mirum est quod Gir. putat, quoniam dii non humanis cibis vescuntur, non Mercurium, sed Mercurii sacrificulum exhiberi qui specie Mercurii suae rei inseruiat, popellum autem existimasse, verum esse Mercurium.

f) Kustero adsentitur *Münt.* et explicat: „ego, deorum nuncius, antea vltro citroque cursitando magnopere occupatus, nunc aliis otiantibus diis in sublimi quoque cessatione torpeo, cunctis vacuus negotiis."

g) Vid. ibi Albert. T. I. p. 313. f.

h) Scholiastes exponit per ἄνω ἔχων τοὺς πόδας, vt fit: *sursum porrectis pedibus requiesco;* quod fessis de via conducit et leuat lassitudinem; Mercurius autem est famulus, et saepius huc illuc cursitat. Tamen forte tantum significat: *in sublimi.* V. Acharn. 399. et 409. *Bergl.*

δην καθέζεσθαι· μετέωρον καθέζεσθαι *i*). Suſpicor autem explanari *Cteſiae* locutionem de Sardanapalo indecore inter feminas adſidente, ἀναβάδην ἕζεσθαι vel καθέζεσθαι, quam et Pollux conſignauit III, 90. VI, 175. *Heniſt.* ἀναβάδην ἀναπαύεσθαι dicitur is, qui quieſcit, recumbit, ita vt pedes in altum, ſurſum, porrectos habeat; qui recumbit altero pede in alterum iniecto. Cf. intpp. Poll. ad 3, 90. Hoc facere ſolent ſerui aliique nimia discurſatione defatigati, ne crura grauia fiant et intumeſcant *k*). Mercurius autem erat nuntius et famulus deorum. *Fiſch.* Hoc praeferendum puto Toupii longius petitae explicationi.

1125. Vulgo οὐκοῦν et poſt ἔχων puncto interpungitur. Recte Br. et Inu. οὔκουν — ἔχων;

δικαίως· *iure, merito tibi hoc accidit tuo;* intell. πειθῶν ἀναβάδην ἀναπαύῃ, aut πάσχεις τοῦτο, quod Sch. Leid. ſupplet. ζημία (oppoſita κέρδει, v. Xen. Ages. 7, 3.) eſt *damnum, detrimentum.* Et quum ζημίαν ποιεῖν ſit *damno afficere* copas, et ἀγαθὰ pertineant ad bellaria v. 1122. ſ. commemorata, ſenſus eſt: *merito eſuris nunc tuo, quum affeceris nonnunquam copas damno, quae harum tibi cupediarum copiam facerent l*). Mercurius enim erat lucri praeſes (κερδῷος Aeſop. fab. 90.). *Fiſch.* Ζημία Atticis tam de *multa pecuniaria*, quam de *poena capitis.* Sic poſtremo ſenſu Lyſias Orat. XII. p. 216. καὶ ἐλήφθη μοιχός, καὶ τούτου θάνατος ἡ ζημία ἐστί· vnde θανάτῳ ζημιῶσαι dicunt Antiphon Or. XIV. p. 111. Demoſth. adu. Timocr. p. 461. et 463. adu. Boeot. I. p. 577. et alibi. Iisdem Atticis ζημία de *damno, praua adminiſtratione*, vt ap. Iſaeum Or. V. p. 457. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ μὲν Δίων ζημίαν εἰργασμένος (re male adminiſtrata) καὶ δείσας ὑπὲρ αὐτοῦ. Sic h. l. ἐποίεις ζημίαν *feciſti, vt damno afficiantur*, qui

---

i) Ad eum locum Toup. Em. in Suid. I. p. 27. (p. 41. ed. Ox.) improbata et Friſchlini et Kuſteri interpretatione, ἀναβάδην ἀναπαύεσθαι monet eſſe, *in ſuperiori aedium parte requieſcere*, vbi infimae ſortis homines vt plurimum degebant. Atque ita etiam aliis in locis illud vocab. explicat.

k) *Girard.* negligentiam, ignauiam, languorem, ſignificari putat.

l) *Girard.* ita accepit: iure nunc canponariae mulieres te deſerunt, quoniam prius a te deſertae ſunt, et paſſus es eas in furtis deprehendi atque multari. Ita etiam *Münt.*

nempe ea bona a te modo commemorata in te contulerunt. *Spanh.*

1126. Perperam ceperunt (Scholl. cod. LB. qui ad ἔχων adſcripſit ἀφ' ἡμῶν, et Doru. qui addidit παρ' ἡμῶν) Comici mentem; ſunt enim ad cauponas referenda: *enimvero iure nunc eſuris, qui damnum aliquando cauponis adferres, vnde tot commoda percipiebas. Hemſt.*

1127. Citat Suidas V. Πεπεμμένου et V. Πέττουσα. *Kuſt.* πλακοῦντος *m)*. In Pac. 870. ὁ πλακοῦς πέπεπται, σησαμῇ ξυμπλάττεται. Eccleſ. 841. πόπανα πέττεται. Sed in Ran. 504. [507.] πλακοῦντας ἄπτα. Hic in Pluto mox 1137.: ἄρτον εὖ πεπεμμένον. *Bergl.* τετράδι πεπεμμένου. Quartus nempe menſis dies, vt hic in Schol. dicitur, apud Athenienſes Mercurio ſacer, ſicut Nouilunium Lunae, ſeptimus et Nouilunium inſuper Apollini, octauus Theſeo. De ſeptimo quidem die ſacro Apollini, vnde Ἑβδομαγέτης idem eſt dictus Aeſch. S. C. Th. 806. egimus ad Callim. in Del. 261. *Spanh.* Vt ſeptimus cuiusque menſis dies apud Athenn. ſacer erat Apollini, ſextus Dianae, quartus Mercurio *n)* et Herculi (v. Philochorus ap. Procl. ad Heſiod. Ἔργ. 770.): ita eodem tempore dabatur ab iis Mercurio placenta, quo eum, tamquam lueri praeſidem, propitium haberent. Nam credebatur (vt Hercules, v. Heſych. V. Τετράδι μέντ' οἴκου) natus eſſe iſto die. v. Plut. Symposs. IX, 3. p. 738. T. II. τετρὰς eſt non tantum *quaternio*, ſed etiam *quartus dies*, et πλακοῦς ὁ ἐν τετρ. πεπεμμένος placenta quarto *menſis cuiusque* die cocta, vt 1143. νεὼς εὖ πεπεμμένος. Scholl. LB. et Doru. h. l. et infra interpretantur ἐζυμωμένου, vt Heſ. in Πεπεμμένην. Alii accipiunt de pane confecto e farina bene ſubacta. v. Etym. M. V. Πεπεμμένος. Gloſſ. vett. Πέπτω *digero*, *verto*. Πέττω *pinſo*. *Fiſch.*

---

m) Genitiuum pendere monent (Scholl. LB. vbi ἕνεκεν τοῦ, et Doru. vbi ἕνεκα additur) a celata praepoſit., quemadmodum et Schol. ad Acharn. 209. *Hemſt.* Eſt Genitiuus dolentis, quem perperam ab intellecta praep. ἕνεκα repetunt. v. Gregor. de dial. ibique Koen. p. 58. ſ. De voc. πλακοῦς vid. ad 996. et 191. *Fiſch.* Nominatiuum et deinde Genitiuos addi part. οἷμοι obſeruat *Gir.*

n) Hinc nunc quoque quartum hebdomadis diem a Mercurio denominari obſeruat *Gir.*

1128. Verſiculus hic in prouerbium abiit, vt monet Schol. Cf. Mich. Apoſtol. Centur. IX, 57. qui pro ποθεῖς legit ζητεῖς. *Kuſt.* Prouerbium de illis, qui aliquid exſpectant fruſtra; cuius originem hanc eſſe volunt: quum Hercules in expeditione Argonautica Hylam amiſiſſet, eumque aſſidue vocaſſet, *vt littus, Hyla, Hyla, omne ſonaret* [Virg. Ecl. VI, 44. vbi v. Intpp.]: tunc vocem ex aethere eſſe editam, quae diceret: ποθεῖς τὸν οὐ πωρόντα καὶ μάτην καλεῖς. Vide Paroemiographos o). *Bergl.*

1129. Verſum hunc tanquam ex Pluto ſecundo adducit Athen. IX, 2. *Kuſt.* Citatur hic verſus ap. Athen. IX. p. 368. [T. III. p. 358. Schweigh.] p) et tamquam ex Ariſtoph., quod ſupra iam vidimus, Πλούτῳ δευτέρῳ, ſed vbi vox κωλῆς non per *victimarum armos*, vt hic Comici interpres, ſed *pernam* vertitur. Nempe, quod iuxta id notantem ibi Athenaeum κωλῆνα et κωλῆν pro *perna* Attici dixerint, vnde hic in Scholl. pro κωλῆς, τοῦ κώληκος λεγομένου, legendum κωλῆνος liquet, et quo ſenſu etiam ab eodem Comico in Δαιταλεῦσιν dictum ab eodem Athen. traditur, ἐλαφείων ἁπαλῶν κωλαῖ *porcellorum tenellorum pernae.* Κωλῆ alioquin pro αἰδοίῳ infra Nub. 979. *Spanh.* κωλῆ eſt *armus* (der Bug) q), qui cedebat Mercurio. *Fiſch.* ἣν ἐγὼ κατήσθιον [quod olim vulg.] habetur etiam ap. Athen. l. l. Videtur nihilominus legendum: ἧς ἐ. κ. quod Ἀττικώτερον eſt. Sic mox 1131. ὧν ἐγὼ κατήσθιον. *Bentl.* ἣν retinent non tantum Edd. cunctae cum cod. LB. ſed etiam Athen. et Suidas tam ſcriptus quam editus in Κωλῆ. Veriſſime tamen Bentleius iudicauit, Ἀττικώτερον eſſe ἧς, neque aliter expreſſiſſe video Caſaubonum Anim. in Ath. IX, 2. quorum duumvirûm auctoritati quum planiſſime cod. Dorv. accedat, nitidiorem lectionem Ariſtophani reddere

o) *Fiſch.* qui eadem fere habet, addit Apollod. I. p. 55. f. [p. 86. ed. Heyn. ſec. et cfrr. quos Heyn. in Obss. T. II. p. 75. laudat]. Thiodamantis autem filius et a Nymphis raptus dicebatur. Polyphemum Herculis iuſſu eum quaeſiuiſſe et ſaepe vocaſſe alii narrant. v. *Gir.* h. l.

p) vid. Caſaub. ib. et 3, 27. Idem Caſaub. ad 9, 2. reprehendit eos, qui οἶμαι putant hic laetitiae ſignum eſſe. *Duck.*

q) anterior victimae pars, cui ineſt plus oſſium, quam carnium et pinguedinis. *Gir.* et *Münt.*

non dubitaui. *Hemſt.* Vulgo ἦν contra Atticismi ratio-nem et Comici vſum. Bene Hemſterhuſius, ctſi nullo ſuffragante codice *r)*, ἦς repoſuit. V. not. ad Thesm. 835. In Vesp. 467. τῶν νόμων ἀπείργεις ὧν ἐθηκεν ἡ πόλις — non οὓς, *Brunck.*

1130. ἀσκωλίαζ'. De quo iudi, vno ſcilicet pede ſaltandi genere praeter Scholia ad h. l. conſuli poteſt, qui accurate hunc ludum explicat, Pollux 9, 7. et qui plura congeſſit Meurſius in Ἀσκώλια et Ἀσκωλιασμός Graeciae Feriatae et altero de Ludis Graecorum. *Spanh.* Ἀσκώλια erant ſacra Bacchi: quo tempore Athenienſes ſolebant in-ſilire vno pede in vtres hircinos vnctos, nunc inanes ſed inflatos, nunc vino plenos, riſus captandi cauſa *s)*: victor erat, qui in vtrem inſiluiſſet ſic, vt immotus conſiſteret; is, praemii loco, accipiebat vtrem. Hinc ἀσκωλιάζειν propr. eſt *altero pede ſublato inſilire in vtrem* vnctum et inflatum vinoue plenum. v. Heſych. h. v. *t)* et Pollux 9, 121. deinde omnino *ſaltare altero pede ſublato*, vt h. l. *v)*. *Fiſch.* Quia dixerat οἴμοι πωλῆς· paronomaſiam inde fecit *x)*. *Bergl.*

αἰθρία eſt i. q. εὐδία, *ſerenitas, coelum ſerenum.* v. Heſych. Nam εὐδία opponitur τῷ ὕειν Ael. V. H. 9, 18.

---

r) Errauit Br. Nam cod. Doru. ἧς habet. *Dau.* cum Rau. re-vocauit ἦν, laudato v. 1006. *Fiſch.* probat correctionem.

s) Duci enim vocabulum putatur ab ἀσκός· caprae autem Baccho erant immolabantur et ex pellibus earum vtres conficiebantur. *Gir.* Add. Münter. qui monet originem et ritus feſti huius ruſtici deſcribi a Virgil. Georg. II, 380. ff. Vidd. ibi Burm. et Heyn. ad v. 384.

t) Vbi cff. Intpp. et Zonaras Lex. T. I. p. 526.

v) cf. Timaei Lex. Plat. p. 51. ibique Ruhnk. — *ſait des ca-prioles* Anna Fabri et Theatr. Gr. reddunt.

x) Hunc iocum e paronomaſia animaduertit (praeter Fiſch.) et-iam *Brunck.* idemque Meurs. Graec. Fer. V. Ἀσκώλια et Intpp. Virg. l. l. laudat: Atque inter pocula laeti mollibus in pratis unctos ſaluere per vtris. Caeterum *Girard.*, quod ad ludum illum attinet, monet, vtrium, qui vino pleni et vncti in medio ponebantur, volubilitatem effeciſſe, vt fere omnes, qui altero pede immixi inſilirent, laberentur, nec ſuper vtre conſiſterent; cui autem hoc contigiſſet, eum vtrem et vinum praemii loco accepiſſe.

Itaque πρὸς τ. αἰθρ. eſt, *ſub ſudo*, *ſub aëre ſudo*, non *ſub dio* (ἐν ὑπαίθρῳ), vt vertunt Friſchlin. et Bergl. *Fiſch.* Simillimus in Thesm. verſus 1010.: ἐνταῦθα νῦν οἴμωζε πρὸς τὴν αἰθρίαν. *Hemſt.*

1131. θερμῶν· τῶν ζώντων, C. LB. quod eſt abſurdum: ſunt enim viſcera, quae aris ardentibus adolentur. *Hemſt.* σπλάγχνα ſunt *viſcera*, *exta*, h. e. cor, iecur, pulmones, lien: addit Mercurius θερμῶν propterea, opinor, quia viſcera victimarum vix exemta ideoque calida adhuc Mercurio dabantur *y*). Ad σπλάγχνων repetendum eſt οἴμοι. *Fiſch.*

1132. ὀδύνη. In Thesm. 491. στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρ', ὦ 'νερ, κωδύνη. v. not. ad Pac. 175. *Bergl.* Cod. Doru. ἔοικεν ἐπιστρέφειν, quomodo metrum non minus numeroſe fluit. Ἐπιστρέφειν ſuſpectum eſſe fateor: reſponſi iocus in ambiguo ludit: primum enim ſic capi poteſt: *dolor amiſſae dapis z) ad inteſtinorum memoriam conuertere te et reflectere videtur.* Deinde dubium non eſt, quin ſimul ad tormina ventris, quos στρόφους medici vocant, reſpiciatur: ideo πρὸς Cod. LB. exponit κατά. Iunxit στρόφον et ὀδύνην Comicus in Thesm. 491. στρόφους καὶ πνεύματα *a*), quae τὸν κεκλημένον ὀσχμονεῖν ποιοῦσι *Damoxenus* Athen. III. p. 102. D. Hoc pacto ſenſus erit: *dolor aliquis ad inteſtina*, ſiue, *in viſceribus te videtur torquere.* Vt autem ἐπιστρέφειν ad priorem illam ſententiam aptiſſime convenit, ſic alteri, quod oportebat, minime reſpondet: nunquam enim, ſi bene memini, addidere veteres illi compoſito vim pungendi torquendique ventris; nec ſane potue-

---

y) θερμὰ dici putat Münt. quia in ſacrificiis tota vel ex parte cremabantur.

z) Siue: dolor, quem capis inde quod cares rerum bonarum copia — vt interpretatur *Fiſch.* qui duplicem ſenſum et ambiguitatem inde ortam ipſe etiam animaduertit. Priorem illum tenet Girard. hoc dici putans: non tantopere te hominum ergo deos impietas quam ſtomachi latrantis et inteſtinorum inanitas. Ita et *Münt.*

a) στρόφοι maxime a medicis dicuntur *tormina*. v. Celſus 2, 7. Foeſius Lex. Hipp. h. v. Senſus: dolor tibi videtur tormina excitare; vt ἐπιστρέφειν ſit *torquere*, *tormina excitare*; κατὰ *in*. *Fiſch.*

runt: ſenſit hoc Henr. Steph. quum in Thes. L. Gr. quaſi ſubdubitans adnotabat: Pro *torqueo* affertur ex Ariſt. Pluto ὀδύνη etc. Quam ob rem vt lectionem adipiſcamur, quae vtrumque ſenſum commode complectatur, omnino reficiendum puto: ἔτι στρέφειν *b)*· cuius particulae ope non erit, credo, qui neget acumen aliquod huic dicto maius conciliari: vitium vulgatiſſimum pluribus adhuc in locis inhaeret. στρέφειν vero eo ſignificatu perquam vſitatum, praeſertim apud Medicos: Galen. Gloſſ. Hipp. [p. 566. ed. Franz.] στρέφει· στρόφον παρέχει. *Hemſt.* ὀδύνην proprie eſſe *parturientium dolorem* [qui tamen potius ὠδὶν dicitur], deinde *grauem quemque dolorem*, oſtendit ad h. l. *Eckard.* Obſſ. p. 116. ſ.

1133. κυλ. ἴσον ἴσῳ κεκραμ. Idem genus loquendi occurrit etiam in fragmento Comici noſtri ap. Athen. XI. p. 472. C. itemque in fragmento Strattidis ib. p. 473. D. vbi: Οἱ δ' ἐκ καδίσκου ἴσον ἴσῳ κεκραμένου *c)*. Dicitur autem ἴσον ἴσῳ κεκραμένον de poculo, aequali portione vini et aquae temperato, quo vti ſolebant, qui paulo fortiori potu delectabantur. Nam alias optima et ſaluberrima mixtura habebatur, ſi tres portiones aquae duabus vini admiſcerentur: quod κεκραμένον τρία καὶ δύο vocabant. V. Schol. ad

---

b) At 1. verba ab ἔτι compoſita ponuntur ſaepe pro ſimplicibus, vt ἐπιθύειν 1117., 2. Ariſtoph. videtur conſulto legiſſe verbum compoſitum quod etiam conuertere ſignificaret. *Fiſch.*

c) In Acharnn. 553. metaphorice: ἐθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον. *Bergl.* Ariſtoph. ap. Athen. XI. p. 472. D. — τῶν Θηρικλείων εὐκύκλωτον ἐσπίδα Ὑπεραθρίζουσαν, τρυφῶσαν, ἴσον ἴσῳ κεκραμένην· qui plura veterum teſtimonia profert X. p. 430. F. 431. V. Kuſt. ad Acharnn. 553. *Hemſt.* κύλιξ eſt *poculum fictile*, ita dictum, quia formatur rota figuli, quae voluitur. Athen. 11, 8. p. 480. ἴσον ἴσῳ dictum eſt ſimpliciter pro ἴσον ὕδωρ ἴσῳ οἴνῳ, vel pro, κατὰ μέρος ὕδατος ἴσον τῷ μέρει οἴνου ἴσῳ, vt vult Boſius V. Μέρος [p. 275. ed. Schaef.]. v. Athen. X, 7. I. qui eſt locus ea de re claſſicus. Fere tres, interdum duae, partes aquae, vna vini, miſcebantur, nonnumquam tres vel quinque partes aquae duabus vini partibus. Mercurius autem iſta pocula accepiſſe videtur a ſacrificantibus, quia modo conqueſtus erat de armis perditis (1131.) *Fiſch.* Abſolute poni ἴσον ἴσῳ monet Girard. et ex Schol. cauſam admodum vanam affert, cur Mercurio temperatum poculum, reliquis diis merum apposítum ſit, ſcil. quod nuncius deorum erat, legatos autem ſobrios eſſe oportet.

Eqq. 1184. et Suid. V. Πόμα κεκραμένον. *Kuſt. Mercurii potus hic* dicitur aequalis aquae et vini mixtura, de qua ſimiliter Athen. X. p. 426. ἴσον ἴσῳ κιρνᾶσθαι, *par pari*, vini nempe et aquae, *miſceri*; et ab Archippo: τίς ἐκέρασε σφῶν, ὦ κακόδαιμον, ἴσον ἴσῳ. Infra Eqq. 1184. vini aqua diluti optima menſura traditur, vbi duae vini partes, tres autem aquae. Athenaeus vero eodem loco modo adducto verba refert Heſiodi et Anaxilai, qui tres partes aquae et quartam ſeu vnam vini ſolum miſcendas ſtatuunt; tum Alexidis, vnam partem vini et quatuor aquae laudantis, ἕνα καὶ τέτταρας, ſed quod ὑδαρῆν *aquoſum hauſtum* ibidem vocat. Vini autem cum aqua mixturam primum a Melampode repertam tradit alibi Athenaeus II. p. 45. a Staphylo vero Sileni filio Plinius VII, 56. Vini quidem ἀκράτου, aqua proinde haud diluti, potus Scytharum proprius a Graecis habebatur, vnde Σκυθικὴ πόσις de *temulento* id genus *potu* ab Anacr. dicitur Od. LX. [Od. 57, 9. vbi v. Fiſch.] et inde ap. Athen. IV. p. 407. *Spanh.* ἴσον ἴσῳ. Ita [vt olim vulg.] accentus notati etiam leguntur Euſtath. Il. Z. p. 640, 56. Od. Γ. p. 1470, 64. Od. I. p. 1624, 54. Od. Ξ. p. 1770, 10. 11. et ap. Suid. in Κύλιξ et Οἶμοι, quibus locis, vt et V. Κεκραμένη, legitur pars notae Schol. Eſt autem κύλιξ ἰ. ἰ. κεκρ. quum aequae miſcentur vini et aquae partes: quam mixturam meraciorem eſſe ſcribit Schol. Solebant enim plerumque plus infundere aquae quam vini. v. Athen. X. p. 426. Euſtath. ad Od. I. p. 1624. et ex his Spanhem. ad Call. in Pallad. 46. [p. 660. f. T. II. Em.] Scaliger ad Manil. p. 231. memoriae, opinor, vitio ita laudat: οἶμοι κύλικος ἴσης ἴσῳ κεκραμένης. *Duck.* ἴσον ἴσῳ bene in codd. ſcriptum: at in impreſſis perperam ἴσον ἴσῳ: vnde ſic verſum dimetiri neceſſe eſt:

οιμοι | δε κυλι | κος ι | σον ισῳ | κεκρα | μενης.

Quod ad v. 514. recte obſeruauerat Hemſt. miror ad id h. l. eum non adtendiſſe, *perquam incommode cadere ἴσον eodem in verſu repetitum variata ſyllabae quantitate.* Quod etiamſi commode in aliis vocibus fieri poſſet, tamen in ἴσον locum non haberet, cuius ſemper apud Comicum prima corripitur. Id iam obſeruauerat Bentleius in Menandreis p. 108. Cf. not. ad 225. *Brunck.*

1134. ταύτην. ſcil. κύλικα ἐπιπιών, *vbi hoc poculum ebiberis.* Carion dum hoc ait, ſimul Mercurio calicem vi-

ni meracioris porrigit. *Gir.* Sedata iam siti Mercurius deinde Carionem rogat, vti quoque panem atque carnem ad famem explendam adferat. Non audiendus igitur mihi videtur Biſetus, cui, quod miror, vir pereruditus *d)* ſuffragatus eſt, hic poſt ταύτην ſubaudiendum eſſe πορδήν. Carionem enim, inquit, crepitum emiſiſſe ventris, Mercuriumque illum ebibere iuſſiſſe. Illiberale atque nefandum foret hoc ioculandi genus, leporibus et facetiis Ariſtophanicis plane indignum, in cauponulis adeo haud ferendum. *Münt.*

ἀποτρέχων *e)*. Infra Thesm. 1213. σὺ μὲν οὖν ἀπότρεχε *(celeriter aufuge)*. Heſych. Ἀποτρέχοντες· ἀναχωροῦντες. Sic apud LXX. Pharao ad Abrahamum Gen. XII, 19. λαβὼν ἀπότρεχε. *Spanh.* ἀποτρ. οὐκ ἂν φθάνοις. Interpr. *hinc nunquam mediteris fugam.* Videtur ex ratione L. Gr. vertendum eſſe, *protinus, omnino, hinc aufugies f)*. Sic ſupra 485. οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντε *omnino hoc faciendum eſt vobis: cauſam dicere non poteſtis, quin debeatis facere;* et v. 873. σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως οὐκ ἂν φθάνοις, *omnino tibi eundum eſt.* v. Gronou. ad Lucian. diſſ. cum Heſiod. p. 490. *Duck.* οὐκ ἂν φθάνοις; Ita cum ſigno interrog. Ed. Farrei. *Bergl.* Signum interrogationis in fine huius verſus poni debuit [vbi vulg. punctum erat]. Aliquid praecipientes, iubentes, verbo φθάνω vtuntur cum negatione per interrogationem. Sic Eurip. Iph. T. 245. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὑτρεπῆ ποιουμένη; Quod nihil aliud valet, quam ταχέως εὑτρεπῆ ποιοῦ. Heracl. 722. φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας; i. e. ταχέως τοῖσδε σύγκρυπτε δέμας. Sic ſupra 875. *Brunck.*

1135. ἄν τι. Cod. Doru. ἀντὶ κατά. Vtrumque nihili. *Hemſt.* Senſus: *nihilne tu me, gregalem tuum, iuua-*

---

d) Hemſt. in not. ad Schol. qui etiam e cod. LB. affert hoc Schol. ad ταύτην· ἢν ἔπαρδεν et e Doru. primo vocabulo inſcriptum παίζων, vltimis ἐπέπαρδε. Idem probauit *Fiſh.* ruſticitati Carionis id conuenire ratus. Nec aliter cenſuit *Duckerus.*

e) Deeſt integrum ἀποτρέχων in cod. LB. *Hemſt.*

f) Hoc epoto, ocyus aufuge. Fiſh. Perperam *Gir.* ita accepit: ſatius duces, hic haerere, quam illuc vbi antea fuiſti, languere.

bis g)? Mercurius Carionem vocat ſuum φίλον, amicum, non tam propterea, quia erat ſeruus Chremyli, vt ipſe famulus deorum *h)*, quam propter furacitatem. Nam Mercurius erat praeſes furum (1141.) omniumque furum maximus *i)* (v. Philoſtr. Iconn. 1, 26.). Serui autem et ipſi fere erant furaces (Xen. Mem. 2, 1, 16.) et ipſe etiam Carion (1140. 1146.). *Fiſch.* ὠφελήσαις. In Eqq. 94. ὠφελοῦσι τοὺς φίλους. Eurip. Phoen. 359. φίλοι δὲ πατρὸς καὶ ξένοι σ' οὐκ ὠφέλουν (nonne iuuabant te?) *Bergl.*

1136. εἴ του (τινος) δέει (vid. ad 828.) γ' ὧν (ἐκείνων ἃ) *ſi quo eges eorum in quibus* — h. e. ſi vis a me iuuari in re aliqua, in qua tibi ars mea vtilis eſſe poteſt. δυνατός εἰμι, pro δύναμαι vt Paul. Ep. ad Rom. 4, 21. *Fiſch.*

1137. Εἴ μοι. Clare Doru. Cod. Οἴμοι, cui vereor ne quis nouatiuriens ſe defenſorem paret. *Hemſt.* πορίσας poterat, ſalua ſententia, omitti *k)*. ἄρτος εὖ πεπεμμένος *l)* eſt *panis bene coctus*, (1127.) et καταφαγεῖν eſt, vt κατεσθίειν (1006.), φαγεῖν ἀθρόως, interprete Schol. Pac. 6. (v. Anim. ad Weller. III, II. p. 194.), id quod facere ſolent eſurientes, qualis erat Mercurius (1124.). *Fiſch.*

1138. Κρέας νεανικόν. Friſchlinus: *carnem teneram m)*. Senſum et vim verborum non expreſſit. Significat enim *ingens fruſtum carnis.* Nam νεανικὸν hic eſt *ingens*,

---

g) Mercurius auide epoto poculo Carionem amice interpellat, rogatque vt in ordinem eorum, qui cum Pluto agunt, cooptet. *Girard.*

h) Ita accepit *Girardus.*

i) Eo quod Mercurius Carionem in furtis faciendis adiuuerat, refert *Münt.* Nec aliter ſentit *Hemſt.* cum ſchol. cod. Leid.

k) Eum pleonasmum etiam Münt. animaduertit.

l) τινά. Secretionem facit panum. Non petit ſecundarium panem, ſed bene piſtum, facilius concoquendum, primarium materia et artificio. *Gir.*

m) Teneriuscalam etiam *Gir.* interpretatur, quod iuniorum animalium caro ſit tenerior. Sed alteram quoque explicationem adfert, vt permagnam carnis portionem indicet. Veriſimillimum autem putat, carnem νεαν. vocari praecipuam, praeſtantiorem, nam quod caeteris praepolleat, νεανικὸν dici.

magnum, vt Athen. IV, 21. λοπὰς νεανικὴ *ingens patina*, vt recte ibi monuit Caſaubonus *n)*. Deinde, τὸ κρέας interdum notat *fruſtum carnis:* vt Athen. X. p. 418. C. ὡς τῶν Θετταλῶν μεγάλα κρέα τεμνόντων. Et apud eundem IV, 3. p. 130. F. τέτταρα κρέα μικρὰ (quatuor fruſta carnis) ὀβολοῦ λήψῃ. Sic ap. Noſtr. Ran. 561. κρέα εἴκοσι, viginti fruſta carnis. *Kuſt.* Quia in iuuenibus omnia magna ſunt et qua animum, corpora eorum robuſta ſunt, animus acer: νεανικὸς eleganter ponitur de iis, quae ſuo in genere magna ſunt. v. Proluſſ. Palaeph. 3, 5. p. 46. ſ. *Fiſch.*

Mirum vtique videri poteſt, Mercurium deum quum alibi a Graecis, tum Athenis, a pluribus, quae is in homines conferre crederetur, beneficiis, templis, ſacris, feſtis, ſimulacris, quibus oppletae erant Athenae, cultum; idque ſub variis Ἀγοραίου et quod paullo poſt videbimus, Ἐμπολαίου, item Κερδῴου, *Forenſis*, *Negotiatoris*, *Lucrorum Potentis*, vt in priſcis inſcriptionibus dicitur, aliisque id genus nominibus: hic tamen, vt famelicum aliquem e trivio Lurconem a Comico publice perſtringi ac derideri. Quod vtique inſigne quoddam vecordis adeo et inſanae religionis, idque in vrbe quae ſingulari quodam deorum cultu commendari prae aliis voluit, quae inde θεοφιλεστάτη *Deo acceptiſſima* ap. Aeſch. dicitur Eumen. 872. et Soph. Oed. Col. 264. Ἀθήνας θεοσεβεστάτας ſeu quam vrbem verius vocat Paulus Act. 17, 16. κατείδωλον τὴν πόλιν *idololatriae deditam ciuitatem.* A Cicerone vero p. Flacc. 70. *vnde humanitas, doctrina, religio* etc. *ortae.* Adde, quae doctrinarum et eloquentiae laude prae ceteris florens, λόγιον deum, qualis dictus et habitus Mercurius, prae ceteris colere debuit. *Spanh.*

1139. ὧν θύεθ' ὑμεῖς ἔνδον. Nam Chremylus immolauit in domo ſuem, hircum et arietem. v. 820. ſ. Ceterum intelligitur ἀφελήσαις ἄν. *Fiſch.*

---

n) Sic Pollux lib. 3. c. 20. ποταμοὺς nominat νεανικοὺς et l. 1. c. 10. δυνάμεις νεανικάς. Nam quidquid agunt iuuenes, vehementer agere ſolent. *Munt.* Schol. cod. Dorv. et Leid. explicant νέον, male. Rectius Suidas: Νεανικὸν ἀντὶ τοῦ μέγα καὶ δυνάμενον χορτάσαι νεανίαν· adiecto Comici vtroque verſu ſatis oſtendens, ex Scholl. antiquis haec eſſe deſcripta: caue tamen probes illam rationem: δυναμ. χορτάσαι etc. *Hemſt.*

οὐκ ἐκφορά. Infra Thesm. 479. κ' οὐδεμί' ἔκφορος λόγου *et nulla noſtrum foras hunc ſermonem efferet;* et ap. Eurip. Hipp. 205. εἰ δ' ἔκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας. Vbi Scholia: ἔκφορός σοι, ἀντὶ τοῦ ἐξελεγχθῆναι καὶ ῥηθῆναι δυναμένη. Ap. Aeſch. vero ἐκφορωτέρα alio ſenſu dicitur, vti Minerua ad Furias Eumen. 912. o) τῶν δυσσεβούντων δὲ ἐκφορωτέρα πέλοις. Iuxta interpretem: *impiis autem iracundior ſis:* ſeu verius, vt quod magis ibi ad ſuperiora reſpicit, vbi omnium rerum felicem prouentum Athenarum vrbi a Furiis exoptandum dixerat: *impios autem defraudes rebus neceſſariis.* Quo ſenſu Heſych. ἐκφορεῖ, σπανίζει ὑπάρχοντα. Quum contra ἐκφέρειν de plantis et arboribus, quae ſementem ac fructus ferunt, dixerit Theophr. de C. Pl. 5, 10. p. 331. καὶ ὅσα ἂν προδείξωσι, πάντα ἐκφέρουσιν. *et quaecunque praenunciant, ea etiam producunt. Spanh. Non efferenda*, in neutro plurali p). Poteſt etiam ſcribi: οὐκ ἐκφορά· *non eſt exportatio illarum rerum*, vt ſit ſubſtantiuum feminini generis. Schol. dicit, in quibusdam ſacrificiis hanc formulam adhiberi ſolitam, et citat verſum Theopompi: εἶτω δραμὼν αἴτησον· ἀλλ' οὐκ ἐκφορά. Euphron Comicus Athen. IX. [p. 402. T. III. Schweigh.] πέμπτην ἔσυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι Πολιοὶ γέροντες, πλοῦν πολὺν πεπλευκότες, Λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν· οὐκ ἦν ἐκφορά *(non licebat efferre quicquam.* Noſter Thesm. 479. voc. ἔκφορος actiue vſurpauit. *Bergl.* De accentu fuiſſe dubitatum, ἐκφορὰ ſit efferendum genere feminino q), an ἔκφορα plurali neutro, Scholiaſtes indicio eſt: ipſe priori ſententiae calculum adponit, ad quam firmandam quantum valeat productus Theopompi locus, quandoquidem praecedentia nos fugiunt, iudicare non licet: in Euphronis certe verſu ap. Athen. IX. p. 380. A. ſi proba eſt, vt probabilis omni-

---

o) Siue 908. ed. Schütz. mai. 894. ed. min. qui Schützius reddit: impiorum autem hominum ſobolem in dies magis magisque elimina. Cf. id. in Comm.

p) Quae Laribus et Penatibus ſacrificabantur, religioſum erat foras exportare. Propterea Plutus ad Chremyli vxorem dixit: (795.) ἔνδον γε παρὰ τὴν ἑστίαν etc. *Gir.*

q) Haec ſcriptura etſi parit eundem ſenſum: tamen videtur ſtructuram verborum aſperam reddere, vt poſtponenda ſit vulgatae ſcripturae: ἔκφορα ſcil. ἐστὶ κρέα, carnes iſtae ſacrificales non debent efferri domo. *Fiſch.*

no videtur, Caſauboni emendatio, vtique ſcribendum eſt: *οὐκ ἦν ἐκφορά· Τότε τῶν ῥητῶν σοι οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ.* Alteram rationem ſequuntur non Edd. ſolum, quas prae manibus habeo, cunctae, ſed etiam vterque Codex. Additur in LB. *οὐκ ἔκφορα· εἰσὶ τὰ ῥήματα ὥστε ἐκφέρεσθαι ἔξω.* Luculentius in margine proponit, quae huic interpretationi ſunt ſtabiliendae: *ἀλλὰ οὐκ εἰσὶ τὰ ῥήματα ἔκφορα, ἤγουν ἔξω διδόμενα· ἐκέλευσε γὰρ ὁ Πλοῦτος μηδὲν διδόναι ἔξω.* Verum dixit: reperies enim illud mandatum 792. Aliter explicat, ſed mirificum in modum cod. Doru. *ἔκφορα· ἤγουν ἄξια ἐκβληθῆναι·* quaſi Mercurii preces eluderet ſubſannando: *haeccine tibi amiciſſimo meo probarem, quae digna non ſunt, vt foras proiiciantur;* ſenſu tam contorto ſi quis delectetur, non inuidebo. Liquido patet ex ὧν θύεσθ' — ἔνδον ab illo cauſam vocis deriuari genere ſacrificiorum, quorum partes domo vel aedibus ſacris efferri cum aliisque communicari neſas erat: ita, nonnumquam ſaltem, Veſtae faciebant: Heſych. Ἐσίᾳ θυόμεναι ἦσάν τινες θυσίαι, ἀφ' ὧν οὐκ οἷόν τε ἦν μεταδοῦναι ἢ ἐξενεγκεῖν· ne litera quidem mutata locum reſtitui, quem paulo operoſius tentauerat I. Meurſius Gr. Fer. in Ἑστίαια. Suidae quoque vindicias dederim ſecundum vulgatam lectionem contra Kuſt., qui mutilum eſſe locum pronunciat et non paucis adiectis ſupplendum: *ἑστίᾳ θύομεν· ἐφ' ὧν οὐκ ἀποφέρονται ἀπὸ τῆς θυσίας·* nihil ab his diſſentit liber ſcriptus; tu cape: *de iis dicitur, qui nihil domum auferunt ex ſacrificio.* Fraudi fuit, ἐφ' ὧν reconditiore loquendi formula pro ἐπὶ τούτων, οἷ etc. In Theophr. Char. 18. r) egregie Caſaubonus: *τὸ ἱμάτιον ἐκδοῦναι δεινὸς οὐχ ᾧ βέλτιστα ἐργάσεται* i. e. *οὐκ ἐκείνῳ, ὅς* etc. Menda ſimili liberandus eſt Dicaearchus: *τὸ δὲ τρίχωμα ξανθὸν, ἀναδεδεμένον μέχρι τῆς κορυφῆς ᾧ δὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων λαμπάδιον,* pro *λαμπαδίῳ ὃ δὴ καλεῖται.* Ceterum de iis ſacris, quorum nullas portiones alio deportari fas erat, quod proprie dicunt *ἐκφέρειν,* commodo loco pluribus agetur. *Hemſt.*

1140. Quia Mercurius ipſe fur erat ſubactus, ab incunabulis praeditus mira furandi ſubtilitate, vt teſtatur Ho-

r) §. 2. vbi vulg. *ὡς βέλτιστα* tuetur Fiſcherus. Schneiderus autem (ap. quem eſt char. 28.) edidit: *οὐχ ὃς βελτ.*, quod etiam Coray Not. p. 268. probauit, cui Caſauboni emendatio a Kirchm. et Rich. Newtono recepta ſoloeciſmum efficere videbatur.

merus hymno in hunc deum, et Horatius, vnde et Δόλιος cognominabatur, dicit, ſuo praeſidio Carionem latuiſſe, ſi quando aliquid furaretur. Colebant autem fures Mercurium: in Pac. 401. quum Trygaeus dixiſſet ad Mercurium: ἀλλ' ἀντιβολῶ σ', ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὀπα, ἐπεί σε καὶ τιμῶσι μᾶλλον ἢ πρότου, ipſe reſpondet: κλεπταὶ γάρ εἰσι νῦν γε μᾶλλον ἢ πρότου. *Bergl.* Pro ὁπότε τι cod. Doru. habet ὅτι γε τι· deinde poſt ὑφείλου punctum ponit. ὅτι quin per aberrationem librarii ſcriptum ſit pro ὅτε, non dubito: ὅτε γε ita placet, vt vulgato ὁπότε, me arbitro, praeferri mereatur *s)*. Separauit autem, ni fallor, Mercurii orationem, quam editi libri continua ſerie copulant, in duas partes, hoc fere pacto: Quid? tune mihi dices οὐκ ἐκφορα; atqui efferre domo religioni non erat (repetendum enim ἀπὸ κοινοῦ, καὶ μὴν ἐκφορα ἦν) quum de heri reculis aliquid ſubripiebas: neque erat meum in te nullum beneficium: ego te tum, vt lateres numquam deprehenſus, efficiebam. Haec ratio, quae ſane non abhorret, ſi probetur, opportune poſſet interponi: ἐγὼ δέ σε λαυθάνειν ἐποίουν αἰεί. Verumtamen receptae diſtinctioni ſtatus controuerſiam non moueo. *Hemſt.* σκευάριον (quod vim primitiui σκεῦος habet) quum referatur ad domum, ſignificat *omnis generis ſupellectilem* et *vtenſilia* (vt Marc. 3, 27.), quae rapi et auferri a ſeruis furacibus poſſunt. *Fiſch.*

1141. ὑφέλοι'. Sic bene Daweſius emendat *t)*. Quod vulgo legitur, ὑφείλου, ſoloecum eſt et metrum peſſundat: nec illud eſt in vetuſtioribus libris. In B, C, ὑφέλου cum gloſſa haud parum inepta, ὑφείλου, ἐκβολῇ τοῦ ι. At in membr. perſpicue ſcriptum ὑφέλοις, ad veram lectionem multo propius, poſito ſaltem verbo in eo modo, quo poni debuit. Sed *ſurripiendi*, *ſuffurandi*, notio in formam

---

s) At etiam 1146. eſt ὁπότε τι. *Fiſch.* In cod. tamen Rau. eſt ὅτε γε omiſſo pron. τι. Et profecto ſi ſequ. verſu retinetur ὑφείλου, tum ὅτε reponendum videtur.

t) Miſc. Crit. p. 215. Cauſas emendationis affert duas: 1. hiatum in iambicis et trochaicis verſibus non ferendum; 2. quod oratio ſoloeca ſit: ὁπότε ὑφείλου — ἐποίουν ἀεί· ὁπότε ita cum Optat. ſtrui, vt 1019. 1145. Eqq. 1357. Vesp. 279. Aun. 505. 512. Eccl. 62. In ſcriptura autem cod. Barocc. ὑφέλου verae lectionis eſſe veſtigia. Accedit quod, ſi ὑφέλου ſcribatur, anapaeſtus ſecundam ſedem occupat.

actiuam non cadit. ὑφαιρεῖν *subtrahere, subruere,* significat, vt 689. et in hoc Luciani exemplo T. II. p. 151. καὶ ταῦτα ὑποροφοῦσης καὶ τοὺς θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς. Sic ἀφαιρεῖν *eximere, demere,* nullo ad agentis commodum respectu. In Lys. 1028. vbi senex mulierem orans, vt sibi culicem ex oculo eximat, ait: ἐκσκέλευσον αὐτό· κἄτα δεῖξον ἀφελοῦσά μοι. In Ran. 657. vbi Xanthias ait: τὴν ἄκανθαν ἐξελε: salua linguae indole dici non potuisset ἀφελουμένη et ἐξελοῦ. In Philemonis versibus ap. Stob. p. 453. vbi Grotius edidit: τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει, veram lectionem, quam ingenio adsequutus est Bentleius, cod. Regius exhibet: τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει. At vero, vti quis quid capit, quod in commodum suum vertat, quo vtatur, fruatur, tum forma media adhibetur, nec amplius actiua. Vid. Thesm. 761. 812. 844. 935. Sophocles Philoct. 376. εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτο μέ. Nubb. 179. ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο. 1199. ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτάνεις ὑφελοίατο. Bene Vesp. 556. legitur ad metri et constructionis legem: εἰ καὐτὸς πώποθ' ὑφείλου. V. ibid. 958. 1201. Ran. 148. ἢ παῖδα κινῶν τἀργύριον ὑφείλετο. 1242. καὶ τίς αὖθ' ὑφείλετο; Infinita quum ex Aristoph. aliisque Comicis, tum ex oratoribus, colligi possent exempla, quibus constat, *suffurandi* notionem soli verbo medio competere *v*), quod paulo longius exsequutus sum, ne ex iis, qui neminem hodie plus sapere arbitrantur, quam sapuerunt olim librarii, quispiam cavillętur, contendatque a membranis oblatum ὑφέλοις retineri debuisse. Nihil aliud est, quam librarii error, cuius geminus gemellus obseruatus fuit ad Ran. 437., vbi αἴροις e suo codice Aldus ediderat, pro αἴροι, vt hic scriptum ὑφέλοις pro ὑφέλοι. *Brunck.*

λανθάνειν scil. τὸν δεσπότην, *ne deprehenderere in furto a domino. Fisch.* Quo nomine etiam inuocari a furibus infra in Schol. ad Nub. 1424. dicitur Mercurius, vbi ii in furto deprehensi erant plectendi; inde enim ii in hanc calamitatem se putabant incidere, quod ei *tamquam furtorum inspectori,* ὡς ἐφόρῳ κλεπτικῆς, sacra non feciſſent;

---

v) Qui aliquid furripit, vt ipse eo vtatur, dicitur illud ὑφαιρεῖσθαι. Gl. vett. Τφαιροῦμαι, *demo, detraho, intercipio, sublego.* ὑφαιρεῖται, *intercipit, subripit. Fisch.* Ina. sequutus est Bruncknium, non tamen codd. suis laudatis.

vt hoc mox ab hoc ſeruo Carione factum dicitur, qui vbi hero vasculum aliquod ſurripuiſſet, panem mellitum continuo ſibi inde oblatum iri ſperabat Mercurius. Is proinde non Κερδῷος ſolum, vt de eo paulo ante, ſed Δόλιος, de quo mox, ſ. *Fraudulentus*, eſt dictus, item Βοϊκλεψ ſ. *Boum fur*, a Soph. ap. Athen. IX. p. 409. dicitur. Imo qui ap. Philoſtr. Icon. I. p. 769. traditur *furto deditus*, ſtatim vbi *Maja eſt genitus*, ὅτε τῇ Μαίᾳ ἐγένετο, ἐξῆν κλέπτειν. Quibus addenda ſunt Eurip. verba Rheſ. *x)* 217. Ἀλλ' εὖ σ' ὁ Μαίας παῖς ἐκεῖσε καὶ πάλιν Πέμψειεν Ἑρμῆς, ὅς γε φηλητῶν ἄναξ. Alia huius generis ſuppeditabit deorum irriſor, Lucianus, in Cataplo, vbi vna e Mercurii artibus, *furandi* nempe, dicitur p. 423. T. I. αὐτοῦ καὶ αὕτη ἡ τέχνη. *Spanh.*

1142. ἐφ' ᾧτε *y)*. v. ſupra 1001. *Bergl.* Eſt: *hac lege et conditione, vt* — μετέχειν eſt *partem furti* (Sch. Doru. τοῦ κλέμματος), *rapti aliquam auferre;* certe: *praemii, mercedis aliquid auferre:* quae interpretatio verior videtur ob 1143. Voce ὦ τοιχωρύχε *(peſtis, ſcelus,* vid. 910. et 940.) vſus h. l. Carion videtur, vt exprobraret Mercurio furacitatem. *Fiſch.* καὐτός *z)*. Sic IV. codd. Perperam vulgo αὐτὸς. *Brunck.*

1143. ἦκεν. In plerisque Edd. neglecto ν ἐφελκυστικῷ metrum claudicabat: ἦκε· bene reuocarunt *Ang. Caninius* in Gryph. et *Kuſterus*, qui officium idem *Suidae* quoque praeſtitit in Νασόν. *Hemſt.* Νασὸς εὖ πεπεμμένος. Infra Auu. 570. λάρῳ νασοὺς θύειν μελιτούτας. Ap. Athen. III. p. 111. νασὸς *panis fermentatus* dicitur, et in adductis ibidem Nicoſtrati verſibus, *placenta mellita*, vt in adductis Comici in Auu. verbis. Apud Lycophr. 640. notat Tzetzes, νασὸν dici proprie *panem cum melle fermentatum*, cum vuis praeterea aliisque rebus; ſimpliciter vero ibi de *pane* dici. Νασῶν, ſeu *placentarum* id genus mentio fit quoque a Pherecrate, Attico ſcriptore, ap. Athen. lib.

---

x) Quae tamen ſpuria eſt, neque ab Eurip. profecta.

y) Commode redditur: *quia ipſe particeps eras. Eckard.* p. 117. qui form. illuſtrat.

z) Perperam in ed. Inu. expreſſum: κἀὐτός.

VI. p. 268. et quidem loco ſupra iam adducto ad v. 626. Ter vero inter paucorum verſuum ambitum, nempe 1103., 1113. et 1119. legitur vox πεπεμμένος de *farina* aut *placenta* ſubacta. *Spanh.* Senſus: *abſtuliſſes enim a me libum bene coctum.* Νασὸς eſt vel, *libum, fertum,* quo vtebantur in ſacrificiis, v. Heſych. V. Νασός· vel *placentae genus a) fartae vuis paſſis aliisque huius generis condimentis*, vt h. l. v. Athen. XIV, 14. p. 646. Etym. M. V. Νασὸς, qui deriuat ἀπὸ τοῦ νάσσεσθαι *b)*. Gloſſ. vett. Νάσσω, *farcio. Fiſch.*

1144. ἔπειτα ſic intelligi debet: *quam tum, quum mihi eam attuliſſes, ipſe deuorares c). Fiſch.* Pro αὐτὸς ἄν Reiskius legi iuſſit αὐτὸς αὖ. At propter antecedd. ἄν retinendum eſt.

1145. Ante verba οὐ γὰρ μετεῖχες intellige: πάνυ μὲν οὖν, μὰ Δία, ſimilesue voces, quas Carion putandus eſt expreſſiſſe vultu et geſtu corporis, vt 1150. 1152. Mox notanda eſt conſtructio v. μετέχειν cum quarto caſu etiam Schol. vet. monente *d)*: cuius rei cauſa quaerenda videtur in eo, quia verbum compoſitum habet vim ſimplicis, v. Schol. ad 226. Nam μετέχειν πληγὰς idem eſt quod λαμβάνειν πληγὰς Theophr. Char. 12, 3. Vtraque formula valet: *flagellari*, flagellis, loro, caedi (Gell. N. A. I. 26.). Serui enim verberabantur flagellis. Sed vt a Graecis huiusmodi verbera ſimpliciter πληγαὶ vocantur, ita etiam a Terent. Andr. 1, 2, 28. *verberibus caeſus* dicitur flagellis caeſus. Dat. ἐμοὶ *e)* pendet ab Adi. ἴσως. *Fiſch.* Pro,

---

a) Cf. Photius Lex. p. 210. — Pauperiores, obſeruante *Gir.* eam tantum ex oleo conficiebant.

b) A νάω deduxit Hemſterh. in Lennep. Lex. Et. p. 445. ed. ſec.

c) Gir. hunc ineſſe vult ſenſum: Si furtum bene cedebat Carioni, Mercurio ſacrabatur naſtus; ſin minus, Carion in naſtum ſaeuiebat, eumque ipſe deuorabat. Praepos. κατὰ in κατεσθίειν augere verbi vim h. l., etiamſi alibi pro ſimplici ponatur, obſeruat *Eckard.* p. 117. ſ.

d) Tetigit h. l. H. Stephan. Thes. L. Gr. I. p. 1348. E. et L. Bos Ell. Gr. V. Μέρος [p. 279. ſ. vbi cf. Schaef.] *Hemſt.*

e) In cod. Doru. extremis pronominis ἐμοὶ literis inſcriptum eſt οῦ, quaſi voluiſſet ἐμοῦ, quod ingenio linguae graecae prorſus

τὰς ἴσας ταῖς ἐμαῖς πληγαῖς. Si communia tibi mecum fuissent verbera, fuiſſet et communis naſtus: verum quia ſolus caedebar, ſolus naſto fruebar. *Gir.* Eodem modo etiam *Münt.* explicat.

1146. λαμβάνεσθαι eſt h. l. *deprehendi*, quod fere καταλαμβάνεσθαι dicitur, vt Xen. Memm. 2, 1, 5. πανουργεῖν eſt, vt §77. *furari.* cf. ad 368. *Fiſch.* Cod. Doru. ὁπότε τινα λ. dubites vtrum hoc, an vulgatum praeponas. *Hemſt.*

1147. Ex h. l. colligit Palmerius fabulam *Plutus* poſt ſublatos XXX. tyrannos prodiiſſe. Verba eius haec ſunt in Exercitt. p. 789. „Argumentum ex h. l. validiſſimum elicitur, quo probatur, hanc fabulam prodiiſſe poſt inſtauratam remp. Athenn. et XXX. tyrannos ſublatos, et amneſtiam, quae ſequuta eſt. Sic enim de eo negotio Xenophon in fine lib. II. Hellen. [II, 4, 43. Schneid.] καὶ ὀμόσαντες ὅρκους, ἢ μὴν μνησικακήσειν, ἔτι καὶ νῦν ὁμοῦ γε πολιτεύονται, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένει ὁ δῆμος. Et Andocides ἐν τῷ περὶ Μυστηρίων ſic [p. 39. T. IV. Orr. Grr. Reisk. cf. ib. p. 43.]: ἐπειδὰν ἐπανήλθετε ἐκ Πειραιέως, ἔδοξε μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις.“ Haec Palmerius *f*), cum quo confer Muret. Var. Lect. II, 15. qui de amneſtia hac Athenn. plura habet. Ceterum verſum hunc vocis Φυλὴ gratia citat Steph. Byz. V. Φυλή: vbi tamen, vel errore librarii, vel ipſius Stephani pro ἐν Πλούτῳ male legitur ἐν Ἱππεῦσι. *Kuſt.* Reſpicit res Thraſybuli, qui occupata Phyle initium fecit recuperandae libertatis a Lacedaemoniis et XXX. tyrannis oppreſſae. Hoc incidit in a. 1. Olymp. 94. Anno autem ſequente Thraſybulus cum ſuis fuit reſtitutus in vrbem et ἀμνηστία ſancita. Miratur igitur Schol., quomodo haec

---

aduerſatur; recte dici poterat μετεῖχες τῶν ἴσων πληγῶν ἐμοί, non itidem illud. *Hemſt.*

f) Bene ad h. l. monuit Palmerius, inde omnino conſtare, poſt pulſos Athenis XXX. tyrannos et ſequutam amneſtiam, editam demum hanc fabulam, et nugari Scholiaſten, qui hoc redarguit. Adde, quod de Pluto primo ac ſecundo, quem ediderit Ariſtoph., eſt ab antiquis auctoribus et Criticis traditum; et quae aliunde ſuadeant, vt, quae exſtat hodie illius nominis fabula, ad ſecundam eius editionem referatur, vt eſt iam ſupra monitum. *Spanh.*

poſſint legi in hac fabula, quae quinque annis ante Thraſybuli reditum acta ſit. Fuit ſcilicet in ea opinione, hanc eſſe Plutum priorem, ſed male, quod non ſolum ex h. l. patet, ſed etiam ex Athen. l. 9. c. 2. vbi laudans v. 1129. Οἵμοι δὲ κωλῆς, ait e Pluto poſteriore eum eſſe. Poteſt tamen hinc colligi tempus, quo acta eſt Plutus prior, quinto ſcilicet ante reditum Thraſybuli anno, quod tempus incidit in 1. Olymp. 93. *g)*, poſt quam 20. annis, 4. Olymp. 97. poſterior acta eſt, vt Schol. ſupra, ni fallor, monuit. Verba, quae e Philochoro adfert Schol., perturbata ſunt; ſententia vtcunque reſtitui poterit, ſi traiectis vocibus legas: πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχεται μετὰ Θρασυβούλου ἐν Πειραιεῖ γενομένου ὁ Κριτίας καὶ τελευτᾷ. De Φυλῇ porro vide, quae habent Suid. in ea voce et φύλαρχος, Harpocrat. φυλή, ibique Interpr. Fallitur Stephanus in Φυλὴ hunc verſum laudans ex Eqq. vt iam notarunt Interpr. *Ducker.* Phyle erat caſtellum in Attica munitiſſimum, quod occupauit Thraſybulus cum 30. de ſuis, deiecturus XXX. tyrannos. Quum Pauſanias, Lacedd. rex, pacem feciſſet inter Thraſybulum et eos, qui vrbem tenebant, Thraſybulus legem tulit, ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neue multaretur, μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων. v. Corn. Nep. Thraſyb. 2. 3. ibique Boſius. Mercurius igitur Carionem comparat cum Thraſybulo, eumque ait Phylen occupaſſe, h. e. potentem, diuitem, factum eſſe; ſed eum etiam monet, ne iniuriarum, quas ipſe ei pauper nuper intulerit, memor ſit. Senſus eſt: *ſi, poſtquam, potens et diues factus es, noli reminiſci iniuriarum, quae a me tibi pauperi illatae ſunt.* Vt ante μνησικ. Schol. Leid. monet, intelligi debere ὄφρα· ita ex iis, quae ante dicta ſunt, patet, cur poëta Mercurium iuſſerit potiſſimum verbo μνησικακεῖν vti *h)*. *Fiſch.* In cod. Doru.

---

g) Phylen occupauit Thraſybulus anno 4. Olymp. XCIV. Proinde in priore Pluto verſus hic eſſe non potuit, nec v. 550. vide not. ad 115. *Brunck.* Perperam ad quartum annum Ol. 94. retulit (Diodoro et qui eum ſequuntur, praeeuntibus) Br., quum Thraſyb. anno primo Ol. 94. res ad Phylen et Munychiam geſſerit. v. Weſſel. ad D. S. I. p. 668. f. add. Simſon. Chron. Cath. p. 788. Corſin. Faſt. Att. III. 264. Morus ad Xen. Hell. 2, 4, 15. (21. Schneid.)

h) In Lyſiſtr. σίγα, μὴ μνησικακήσῃς. Alludit autem ad amneſtiam, quae Athenis inſtituta fuit poſt expulſos XXX. dominos; de

ſcriptum μνησικακήσεις *i)* et Φιλὴν c. gl. ὄνομα τόπου· in librarium vtriusque labis culpa recidit: ſed errorem hic commiſſum altero verſu expiauit, cuius initium talem in modum exhibet: Ἀλλὰ ξύνοικον etc. Idem ex alio libro ad marg. ed. Gryph. notatum reperi: καὶ, ἀλλὰ ξύνοικον. Accipio lubens publicataeque lectioni (Ἀλλ' οὖν σύνοικον) antepono: οὖν quid valeat h. l. nemo facile dixerit *k)*: quem vero fugit elegans ille part. ἀλλὰ vſus, quando Imperatiuis iuncta nunc obſecrandi, alias adhortandi, ſaepe vtraque ſimul vi pollet? Poſtquam ξύνοικος abierat in σύνοικον, οὖν ſtatim ſubſidio vocarunt, quo metrum fulcirent. *Heinſt.*

1148. f. ἀλλὰ ξύνοικον *l)*. In B, C, ἀλλὰ σύνοικον. In membr. ἀλλά γε σύνοικον. Vulgo ἀλλ' οὖν σύνοικον. V. not. ad Theſm. 601. *Brunck.* σύνοικος in Gloſſ. vett. redditur, *cohabitator*, *contubernarius*. ξ. δεξ. με eſt, *finite me*

---

qua Iuſtinus lib. V. [c. 10. §. 11.] *discordiarum obliuionem fore.* Andocides de Myſteriis: καὶ κατέγνωσαν οἱ Τριάκοντα — ἔδοξε μὴ μνησικακεῖν etc. [p. 38. f. Reisk.]. Φυλὴν κατέλαβις. Demoſthenes contra Timocr. [p. 742. T. I. Reisk.] Μυρωνίδης ὁ Ἀρχίνου υἱὸς, τοῦ καταλαβόντος Φυλὴν, καὶ μετά γε τοὺς θεοὺς αἴτιωτάτου ὄντος τῆς καθόδου τῷ δήμῳ. Alii plerique Thraſybulum illius incepti ducem faciunt. Iuſtinus V. [9, 6.] *Erat inter exules* (qui a XXX. tyrannis fuerant pulſi) *Thraſybulus — caſtellum Phylen Atticorum finium occupat.* Demoſthenes autem in eadem oratione hunc tantum vnum illorum fuiſſe dicit: Θρασύβουλος τῶν ἐκ Πειραιῶς καὶ ἀπὸ Φυλῆς ἦν. Debent autem verba Comici allegorice accipi hoc modo: *Si tu Phylen occupaſti, noli reminiſci illarum iniuriarum, quas perpeſſus es, ab illis, qui fauebant dominatui* XXX. *virorum*, i. e. *ſi tu dives factus es, noli reminiſci iniuriarum, quae tibi adhuc pauperi a me illatae ſunt. Bergl.* Eodem modo interpretati ſunt *Gir.* et *Münt.*, qui etiam plura de Thraſybulo, ſatis nota, et de plebiſcito, quo amneſtia ſancita eſt, expoſuerunt. Iidem monent, μνησικακεῖν eſſe: *veteris iniuriae eſſe memorem.*

i) Non male. vid. 623. *Fiſch.*

k) At 1. οὖν poteſt habere vim augendae obſecrationis Mercurii; 2. non ſatis intelligi poteſt, quomodo Grammaticis in mentem venerit, addere potiſſimum οὖν. *Fiſch.* Verum conſtat, ſaepe nectendi particulas a librariis vel interpretibus addi.

l) Perperam Inu. edi iuſſit ἀλλὰ σύνοικον. Nam ita metrum non conſtat.

apud vos habitare. πρὸς θεῶν obſecrantis vox eſt, *amabo* Gl. vett. vid. 843. ἔπειτα in interrogatione h. l. habet hanc vim, vt magnitudinem admirationis exprimat vel etiam indignationis: *itane vero.* v. Deuarius p. 140. ἀπολιπών id. eſt quod 1180. χαίρειν ἐάσας, relictis diis, vt Iud. epiſt. v. 6. ἀπολιπόντας τὸ οἰκητήριον. *Fiſch.* Margo ed. Gryph. pro ἐνθάδε ſuppeditat ἐκαυθοῖ, quod ſi admittas, iambum fregeris. *Hemſt.*

1150. Ad τὰ γὰρ Sch. Doru. et Leid. codd. ναὶ intelligi volunt, vt plena ſit ſententia: *vtique maneho; nam res veſtrae multo ſunt luculentiores m).* In cod. Doru. librarii manus aberrauit: παρ' ἡμῖν, vt ex eo liquet, quod adnotatum dederit ad βελτίω, κρείττονα τῶν ἐν θεοῖς. *Hemſt.* βελτίω πολύ. In Auu. 618. αἰβοῖ, ὡς πολλῷ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῖν βασιλεύειν. *Bergl.*

1151. Cod. LB. interpungit: τί δὲ. γ' αὐτομολεῖν, addito ſuper verbum τό, ſignificans illud abeſſe, quod Infinitiuis plerumque iungi debeat, τὸ αὐτομ. Omitti nonnumquam fateor, vt Mimnerm. ap. Stob. p. 528. Αὐτίκα δὴ τεθνάναι βελτίον, ἢ βίοτος· qualia plura collegit L. Bos. Anim. c. 19. ſed hic ad oram Gryph. ed. notatum eſt: γρ. καί, ταὐτομολεῖν· quod ne de veteri membrana ſumtum non putes, liquida ſcriptione Codex itidem Doru. praebet: hoc ego ferme reponendum cenſeo *n). Hemſt.* τί δέ; ταὐτομολεῖν *o).* (Sic excudi debuit [in ed. Br.]. δαὶ me imprudente et inuito ſe intruſit.) Vulgo legitur τί δέ γ' αὐτομολεῖν, perperam omiſſo articulo, quem loquendi ratio neutiquam abeſſe patitur. In membr. τί δαὶ ταὐτομολεῖν. Emendatius in C. τί δὲ ταὐτομολεῖν. In meo idem quod

---

m) Probat etiam *Fiſch.* hoc ſenſu: multo melius vobiscum agitur; vos habetis copiam rerum bonarum omnium, non item dii. v. 1115. ff.

n) Aſſentitur etiam *Fiſch.* nam 1. inquit, ita Infinitiuus ſuum habet comitem, 2. tollitur part. γε, alieno loco collocata. Nam τί δέ; eſt, *quid vero?*

o) Etiam Inu. hoc recepit, ſed quid ſit quod ille dicat in fine verſus vulgo fuiſſe: εἶναί μοι δοκῇς, non intelligo. Num ita fuit in cod. Rau.? Certe in nulla, quantum ſcio, edit. illud legitur. Immo pertinet ad 1171.

in membr. ſcripturae vitium, ſed melior diſtinctio: *τί δαί. ταὐτομολεῖν. Brunck.* *αὐτόμολος* proprie eſt *transfuga*, Heſ. h. v., quia ſponte venit. Vnde *αὐτομολεῖν* eſt *transfugere p)*, quod hic ponitur de Mercurio, qui volebat vivere cum hominibus, quos tuebatur Plutus, reliquorum deorum aduerſarius. vid. 1114. ſſ. Ἀστεῖος pr. eſt *vrbanus*, qui in vrbe viuit et habitat. Nam *ἄστυ* eſt *vrbs*. v. Steph. Byz. h. v. vrbani autem homines fere non modo elegantes ſunt et prudentes, ſed etiam honeſta ſequuntur, vnde *ἀστεῖον* h. l. eſt *honeſtum*, rationi conſentaneum. *Fiſch.*

1152. Lyſias contra Philonem [p. 872. T. V. Reisk. p. 240. T. II. Auger.] *καὶ γὰρ οἱ φύσει μὲν πολῖται εἰσι, γνώμῃ δὲ ξενῶνται, ὡς πᾶσα γῆ πατρὶς αὐτοῖς ἐστιν, ἐν ᾗ ἂν τὰ ἐπιτήδεια ἔχωσιν· οὗτοι δῆλοί εἰσιν, ὅτι ἂν παρέντες τὸ τῆς πόλεως κοινὸν ἀγαθόν, ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κέρδος ἔλθοιεν q)*. Ita plane noſter etiam Mercurius, qui nunc dicit, vbique eſſe patriam, vbi bene ſit; ſuperius dicebat: *καὶ τῶν μὲν ἄλλων μοι θεῶν ἧττον μέλει* v. 1119. *Bergl.* Hic verſus Tragicum neſcio quid et Euripideum ſpirat *r)*, cui plane congruit illa Teucri vox a Cicer. memorata Tuſc. V, 37. — *patria eſt, vbicumque eſt bene s)*: vbi Dauiſium locus Ariſtoph. non praeteriit: ego latinum poëtam a graeco, quem vertebat, ſumſiſſe arbitror. Sententia paululum inflexa ab Ouid. Faſt. I, 493. *Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus aequor. Hemſt.*

1153. *τί δῆτ'*. Corrupte cod. Doru. *τῇ*. *Hemſt.* *ὄφελος εἶναί τινι* eleganter dicitur is, qui alicui *vtilis* eſt, qui alicui vſum praeſtat. *Fiſch.*

1154. *Στροφαῖον t)*. Rationem huius nominis Mercurio dati et ante fores aedium erigi ſoliti, vt alios nempe

---

p) Nemine imperante vel cogente transfugere. *Gir.*

q) Socrates dictum Mercurii confirmat, qui interrogatus, cuias eſſet? reſpondit: *κοσμικός*. Circumfertur etiam apud Graecos verſiculus: *τῆς γὰρ καλῶς πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίς. Gir.*

r) Maiusculis litteris eum deſcribi iuſſit Brunck.

s) Laudauit h. l. etiam *Fiſch.* et monet *εὖ πράττειν* eſſe, felicem eſſe, copiam rerum ad vitam neceſſariarum habere, ante *πατρ. γὰρ* autem recte Schol. Leid. intelligere *ναί*.

t) Vertigo et volutio *τροφὴ* dicitur, vnde *τροφαῖος* Mercurii *ἐπώ-*

viros depelleret, tangunt ad idem nomen Στροφαῖος in proximo verſu Scholia; quum potius indita inde haec illi ante fores aedium ſtanti Στροφαίου appellatio ſtatuenda videatur, quod στροφεὺς de *cardine aedium* a Graecis vulgo diceretur. Quo ſenſu vtique ea voce vſus alibi Comicus, Thesm. 494. ἐγὼ δὲ καταχέουσα τοῦ στροφέως ὕδωρ *ego autem quum infudiſſem aquam ſupra cardinem.* Quos στροφέας, vt obiter hoc addam, ſeu *cardines*, vulgo ex *vlmo* fieri, quod is maxime maneat intortus, tradit Theophr. Hiſt. Pl. V, 4. p. 109. qui tamen mox c. 7. ait, ſumtuoſarum valuarum cardines, quos ibi non στροφέας, ſed στρόφιγγας vocat, e *buxo*, *loto* et *ilice* fieri ſolere. Ap. Athen. VI. p. 259. feſti *Dianae* Στροφαίας fit mentio, et vt ibi legitur πανήγυρις ἀγομένη Ἀρτέμιδι, vbi ſequentem notam pridem in margine adſcripſeram *v*): „Lege Στροφαία, ſicut Mercurium Στροφαῖον vocat Ariſtoph. in Pluto, iuxta Schol. ἱδρυμένον παρὰ τὴν θύραν. Vt eodem ſenſu Πυλαία dicta ſit Diana, aut etiam vt Ζωστήρια eſt ſimiliter dicta; qua de re Stephanus in Ζωστὴρ et Ανσιζώνη, et Schol. Apoll. Rhod. I, 288. Στρόφιον nempe idem quod ζώνη Heſychio. Eodem vero ſenſu pro Πυλαία Diana dicta Προσατήρια ap. Aeſch. S. C. Th. 455." *Spanh.* Maluit στροφαῖον dicere, quam πυλαῖον, alludens ad *ſtrophas* et *verſutias*, quae Mercurio etiam placuerunt. Idem autem ſignificant ambae iſtae voces h. l. Cur autem πυλαῖος et aliis quibusdam cognominibus vocatus fuerit, refert Laërtius ex mente Pythagorae, qui rem ſuae metempſychoſi applicat [VIII, 19, 31.] τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπέα λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον· ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, ἀπό τε γῆς καὶ ἐκ θαλάττης (de cognomine πομ-

---

νυμον. Quoniam fures interdiu poſt oſtium latitare ſolent, ad arcendos illinc fures poſt oſtium iuxta cardines Mercurii ſtatua erigebatur, aut certe eius figura depingebatur. *Gir.* Ante fores priuatarum aedium etiam Mercurii imago eſt collocata, vt exeuntes conuiuae geſtatas a ſe inter edendum coronas ei imponerent. v. Aelian. V. H. 2, 41. Vnde cognominatus eſt Mercurius πυλαῖος vel στροφαῖος. Indicat quoque haec vox eius verſutiam atque attutiam, qua maxime innotuit. Facit mentionem ſimulacri Mercurii Propylaei in introitu arcis Athenarum Pauſan. [I, 22, 8.] *Münt.*

v) Cf. ad eum locum (vbi Στροφία legitur) Schweighaeus. Anim. III. p. 532. ſ.

πεὺς vide infra 1160. de χθόνιος Ran. 1163.) Homerus πυθμένδοκον vocat [H. in Merc. 15.] *Bergl.* στροφαῖος dicitur, quatenus ſtat propter ianuam ad cardines (hi enim στροφεῖς vocantur) ad abigendos fures, v. Heſ. h. v. [et Phot. Lex. p. 401.] Poterat etiam Πυλαῖος dici: ſed poëta illud potiſſimum nomen legit, vt Carioni anſam ad iocandum daret. Nam στροφαῖος etiam *verſutum* indicat. *Fiſch.*

1155. οὐκ ἔργον ἐσ' οὐδὲν στροφῶν. Eccl. 1021. οὐ γὰρ δεῖ στροφῆς. Ran. 780. οἱ δ' ἀκροώμενοι τῶν ἀντιλογιῶν καὶ λυγισμῶν καὶ στροφῶν. *Bergl.* οὐκ ἔργον ἐσ' οὐδὲν eſt Lat. formula: *nihil, non, opus eſt*, vt 1159. et στροφαὶ ſunt *fallaciae, verſutiae* (quod voc. in Gl. vett. legitur pro πονηρία, πανουργία.) *x*). *Fiſch.*

1156. Ἐμπολαῖον. Quo nomine compellatur itidem Mercurius Acharn. 816. Ἑρμ' Ἐμπολαῖε *y*), et ap. Ariſtid. hymni in hunc deum p. 26. [Cant., p. 14. T. I. Iebb.] ὅσις Ἑρμῆν καλεῖ λόγιον καὶ ἀγοραῖον καὶ ἐμπολαῖον *mercaturae praeſidem* ſ. *negotiatorem* prout nempe, poſtremam vocem quod attinet, in vet. inſcript. Thes. Grut. LV. legitur *Mercurio Negotiatori ſacrum.* Idem nempe Ἐμπολαῖος, qui Κερδῷος itidem eſt dictus, et inde in vet. lapide ap. Spon. Miſcell. p. 91. *Mercurio Lucrorum Potenti et Conſeruatori.* Vnde etiam in alio Acharn. loco, 931. τὴν ἐμπολὴν οὕτως, ὅπως ἂν μὴ φέρων κατάξῃ, ſeu potius, vt idem verſus ap. Eumoerim Mſ. in V. Ἐμπολὴ legitur *z*): ἐμπολή, τὰ φορτία, Ἀττικῶς, ὡς Ἀριστοφάνης· τὴν ἐμπολήν, ὅπως μὲν φέρων κατάξει· ad quem vero Comici locum notant Scholia: ἐμπολή, τὸ ἀπὸ τῆς πραγματείας κέρδος. Et ſic quoque Heſych. Ἐμπολή, κέρδος. Vnde explicandus Eurip. Cycl. 254. ἡμεῖς βορᾶς χρῄζοντες ἐμπολὴν λαβεῖν, *nos cupientes pro victu, quem acciperemus, negotiari.*

---

x) Perperam Gir. interpretatur *reuolutiones*, conuerſiones oſtii. In lectione Rau. cod. ἔργον ἐσ' ἐμ' οὐδέν, ἐμ' pro ἐμοὶ haud dubie ex interpretamento eſt ortum.

y) Eum locum etiam *Bergl.* laudauit. Ita etiam ap. Latt. *Mercurium* a mercibus dictum eſſe, quaſi curam mercium gerentem, obſeruat *Münt.*, cultum autem potiſſimum eſſe a negotiatoribus.

z) P. 155. Moer. Attic. ed. Piers. vbi tamen ita verſus ſcriptus legitur, vt antea a Sp. eſt laudatus. Cf. ibid. not.

Hinc ἐμπόλημα *negotiatio, contractus*, in eodem Tragici dramate 137. et Soph. Trach. 547. tum verbum ἐμπολᾶν de quo Eumoeris Mſ. [Moeris p. 156.] Ἐμπολήσαντες, Ἀττικῶς· ὠνήσαντες, Ἑλληνικῶς. Et quo ſenſu etiam alibi a Sophocle dictum Antig. 1049. κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸ Σάρδεων Ἤλεκτρον *lucramini, negotiamini Sardianum electrum*. Iſaeus Or. X. p. 586. *a)* de pretio mobilium relictorum, item pecorum aliorumque fructuum ἐξ ὧν ἐνεπώλησαν τετρακισχιλίας *ex quibus redacta ſunt ad quatuor millia drachmarum. Spanh.* Idem et ἀγοραῖος Eqq. 297. *b)* ſed iſtud cognomen latius patet, quia in foro non tantum mercatura exercetur, verum et iudicia et de republ. conſultationes; vnde et ἀγορεύειν· hoc ergo reſpectu ἀγοραῖος idem erit quod λόγιος, de quo mox 1164. Lucianus in Bis Accuſ. [c. 8. p. 800. ed. Reiz.] σὺ γοῦν μοι τἀληθὲς, ὦ Ἑρμῆ, ἂν εἴποις μόνος, ἅτε συνὼν αὐτοῖς τὰ πολλὰ καὶ συνδιατρίβων, ἔν τε γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ γὰρ ἀγοραῖος εἶ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεις. Huc referendum et κερδῷος. Heliod. VI. [Aethiop. c. 7. p. 96. T. II. Mitſcherl.] καὶ Ἑρμῆς μὲν κερδῷος, Ποσειδῶν δὲ ἀσφάλειος συνέμποροι καὶ πομποὶ γίγνοιντο. Sed et hoc latius videtur, quam ἐμπολαῖος· nam κερδῷος non tantum propterea dicitur, quia is videatur nos in noſtris mercimoniis emundisque bono atque amplo auctare lucro, ſi adſit fauens, verum etiam, quia illius ope offerri creduntur, quae ſubito obueniunt inſperata bona, vnde Ἕρμαια dicuntur. Timo apud Lucianum [c. 41. p. 152.] quum inueniſſet theſaurum, Ἑρμῆ κερδῷε, inquit, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; Praeterea quum κέρδος ſignificet etiam *aſtutiam*, vnde κερδαλέος *aſtutus*, et κερδὼ *vulpes*, quia eſt δολία, vt eſt Eqq. 1064., videtur κερδῷος Ἑρμῆς illo etiam ſignificatu dici poſſe, quo dicitur δόλιος. *Bergl.* Ad ἐμπολαῖον intell. ἰδρύσασθέ με, vel, vt Schol. Leid. orationis lacunam expleri voluit ποιήσατέ με vt 1158. 1160. *c)*. Mercurius dicitur ἐμπολαῖος, quia praeſes credebatur negotiationis, ita vt merces bene et emi et vendi iuberet.

---

a) p. 294. T. VII. Orr. Gr. Reisk. qui ab ἐμπωλεῖν deriuat.

b) Mercurii ἀγοραίου ſtatuam ex Pauſ. [I. c. 15. init.] addit *Münt.*

c) Senſus eſt auctore *Gir.*: ſi me in numerum domeſticorum recipiatis, faciam mea negotiatione, vt Chremylus breui vir opulentiſſimus euadat.

Nam ἐμπολὴ est negotiatio, emtio et venditio. v. Ind. Palaeph. h. v. Vnde Schol. vet. et Doru. πραγματευτὴν *d*), melius quam Leid. πράτην. Hes. Ἐμπολαῖος· ὁ κερδῷος Ἑρμῆς. Nam ἐμπολὴ etiam *lucrum* significat, quod fit vendendis mercibus et Mercurius ἐμπολαῖος auctor lucri est negotiantibus. Sed Carion hero ostendit, lucro non opus esse, quum dives sit, et Mercurium ludibrii causa nominat παλιγκάπηλον *e*), quo voc. significatur proprie, *qui merces vendit ab ἐμπόρῳ emtas*, et ἔμπορος, *mercator*, est qui merces vel ab αὐτοπώλῃ vel a κάπηλῳ emtas vendit in aliena regione, non in ea, in qua eas emit. v. Hemst. ad Schol. In Gloss. vett. vocatur et *dardanarius* et *bolona* h. e. propola. *Fisch.* Cod. Doru. post τί οὖν interpungit: quamvis in cod. LB. tale signum non sit adpictum, ea tamen inter versus explicatio datur τοῦ δεῖ, quae distinctionem eamdem postulet. Meminit huius loci, sed vacillante memoria minus adcurate Nonnus siue Maximus ad Greg. Naz. Stelit. I. p. 158. *Hemst.*

1157. Paullo ante de se dixerat Mercurius, se antea in cauponis ab ipso diluculo, omnibus bonis, eduliis nempe, mactum esse. Hic vero παλιγκαπήλου, *sordidi propolae* s. *mangonis* nomine decoratur, qua voce vsus quoque est Demosth. loco paullo ante iam adducto adu. Aristog. I. p. 488. [T. I. p. 784. Reisk.] κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος. Sic alibi ap. eumdem adu. Dionysod. p. 700. [1285. T. II. Reisk.] παλιγκαπηλεύων καὶ συνισὰς τὰς τιμὰς τοῦ σίτου, καὶ αὐτός, καὶ οὗτοι μετ' αὐτοῦ. *Spanh.*

1158. δόλιον. Infra Thesm. 1213. Ἑρμῆ δόλιε· quo elogio ornatur similiter Soph. Philoct. 134. Ἑρμῆς δὲ ὁ πέμπων δόλιος, et Electr. 1511. Ἑρμῆς σ' ἄγει δόλον. Athen. VI. p. 259. ὁ θεὸς ἔχρησε θύειν Ἑρμῇ δολίῳ *f*). Vt mit-

---

d) Ita etiam Zonar. T. I. p. 698.

e) Innuit eum tantummodo reuendere posse merces, vnde venditori lucrum accedit perexiguum. *Gir.* Hominum hoc genus habebatur sordidum (Cic. Off. I, 42.). *Münt.*

f) Haec tria loca laudauit etiam *Bergl.* additditque in Thesm. loco Euripidem loqui, qui per dolum abducat Mnesilochum ex custodia Scythae; ap. Sophoclem autem Vlyssem, dolum instruentem quo Philoctetae arcus adimatur; Athenaeum ex

tami Ἑρμοῦ δολίου ſignum apud Pellenem, Arcadiae opidum exſtitiſſe, iuxta Pauſ. VII. p. 452. [c. 27. init.] *Spanh.* δόλιος eſt *fraudum et dolorum artifex et auctor*, quales fere ſunt negotiatores. Eſt igitur propemodum i. q. 1155. στροφαῖος, e Carionis mente *g*). *Fiſch.*

1159. ἁπλοῖ τρόποι ſunt *mores ſimplices, integritas, fides ſincera h*). Sic Theophr. Charr. 1, 4. opponuntur inter ſe τὰ τῶν ἠθῶν ἁπλᾶ et ἐπίβουλα, vbi v. Index h. v. *Fiſch.*

1160. Mercurius, quod bene ad h. l. adnotauit vir doctus, ἡγεμόνιος idem, qui vulgo ἐνόδιος, *viarum dux et praeſes*, dictus *i*): quomodo vtroque nomine eumdem ſimul ab Arriano vocari videas de Venet. c. 36. vbi inter alia numina a venatoribus haud negligenda, Ἑρμοῦ Ἐνοδίου καὶ Ἡγεμονίου meminit. Vbi autem illud obiter notandum venit, quod, vti paullo ante diximus de Diana Στροφαίᾳ, culta ad inſtar Mercurii Στροφαίου, ſic eadem Dea ſub Ἡγεμόνης nomine templum habuerit apud Arcades, cum Acaceſios, tum Tegeatas, iuxta Paus. VIII. p. 514. et 535. [c. 36. extr. et c. 47.] ita etiam apud Epirotas, cuius rei ſit mentio ap. Polyaen. Stratag. VIII, 52. Immo quo nomine illam Athenis itidem cultam et inuocatam in iura-

---

Hippia hiſtorico referre, Cnopum quemdam regem, cuius vitae inſidias adulatores ſtruerent, oraculum conſuluiſſe, et reſponſum illud accepiſſe: θύειν Ἑρμῆ δολίῳ.

g) Impoſtoribus, praeſtigiatoribus virisque vafritie et ingenio ſubtiliori adeſſe credebatur Mercurius. Conatur ergo propter verſutias animi ſe in familiaritatem Chremyli inſinuare. Aut, quod magis credendum, δόλος eſt et ἀγαθὸς et κακός, vt Latinis *dolus bonus, malus*. Prior prudentiam ſignificat et ſocordiam habet oppoſitam; hoc ſignificatu Mercurius ſe δόλιον vocat: faciam vt cauti ſitis et prouidi. Alter de dolo malo intelligit, qui ſimplicitati obſit. *Gir.* Furta et rapinas in Graecia olim, inprimis ſi caute fiebant, laudi habitas eſſe, et Mercurium δόλιον (nomine non contumelioſo ſed honorifico) appellatum eſſe, quia Autolycum ſurandi arte imbuerat, docet *Münt.* h. l. Francog. interpres reddit: faiſeur des affaires.

h) His ſibi opus eſſe ait, quia iam diuitiis abundabant. *Münt.*

i) Proclides Mercurium τρικεφάλιον, *tricipitem*, in triuiis poſuit. Singulis capitibus inſcriptum erat, quo quaeque via duceret. *Girard.*

mento epheborum auctor est Pollux l. 8. c. 9. [§. 106.] prout ceteroquin eamdem deductae a Nilo Athenienſi Miletum coloniae ducem, ſeu Ἡγεμόνην, vocat Callim. hymn. in Dian. 227. ποιήσατο Νηλεὺς Ἡγεμόνην etc. *Spanh.* Affine est cognomen πομπεύς, de quo vid. ſupra 1154. ſiue πομπός. Soph. Oed. Col. 1544. τῇδε γάρ μ' ἄγει Ἑρμῆς ὁ πομπός, ſiue πομπαῖος· Eurip. Med. 760. ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ πελάσειε δόμοις. Aeſch. Eumen. 90. Ἑρμῆ φύλασσε· κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος πομπαῖος ἵστι. Vbi Scholia: ἐνόδιος γὰρ ὁ θεός· ergo et cognomen ἐνόδιος affine erit cognomini ἡγεμόνιος· Theocr. Idyll. 25, 3. Duplici autem reſpectu pleraque haec cognomina Mercurio tribuuntur, quia et animas ducat et viatores: quum animas ducit, idem est πομπαῖος et χθόνιος· apud Sophoclem quum Aiax mortem meditatur, dicit Ai. 838. καλῶ δ' ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με πομίσαι, vbi Scholia: ψυχοπομπόν. Vide locum ex Diog. Laërt. adductum ad 1154. *Bergl.* ἡγεμόνιος dicebatur Mercurius, quatenus credebatur esse viis monſtrandis praefectus *k)*; id quod ipſius Carionis verba docent: ait enim, Pluto cui lumina oculorum reſtituta ſint, non opus esse amplius *duce* viae *l)*. Eamdem ob cauſam etiam ἐνόδιος dicebatur. v. Theocr. Id. 25, 3. et Cornut. N. D. c. 16. Fut. δεησόμεσθα positum est, quia continuatio rei indicatur, et ipſa Futuri forma Attica est *m)*, vt 101. 330. 1192. et 1199. *Fiſch.*

1161. Audiendus est ad h. l. Palmerius in Exercitt. p. 790., qui ſic habet: „Argutiam quandam ſub his verbis

---

k) Hinc ei ſacros in aceruum congerebant lapides, tum vt deo δδηγῷ honorem haberent, tum vt iter facturis viam monſtrarent. v. Ios. Laurent. Var. ſacr. gentil. c. 23. *Münt.*

l) Caecis enim neceſſarius erat Mercurius ἡγεμόνιος. *Gir.*

m) Cod. Doru. et LB., quod tantum non ſemper contingit in hac Attica forma, δεησόμεθ', verſu laeſo. Recte vero ἡγεμόνιον exponunt; habitus enim olim feminalis Mercurius viisque monſtrandis praefectus. Quemadmodum igitur Arrian. de Ven. 35. religionem venatoribus Ἑρμοῦ ἐνοδίου καὶ ἡγεμονίου minime negligendam commendat: ſic vtrumque titulum Cornutus etiam coniungit de N. D. c. 16. p. 168. Ὁδεύεται δὲ καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ ἐνόδιος λέγεται καὶ ἡγεμόνιος· verum ita, vt pro ſuo inſtituto vim tribuat multo ampliorem, quae in Mercurium rationis ſermonisque praeſidem et actionum humanarum mo-

latere puto, quam non ſunt ſubodorati Scholiaſtae. Nam ſub plano ſenſu de viſu recuperato et de viae exploratore et ductore ſuperfluo alius ſubtilior absconditur. Affectabant Lacones τὸ ἡγεμόνες εἶναι, et in pace cum Lyſandro facta inter cetera conuenerat: τοὺς Ἀθηναίους Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ὅποι ἂν ἡγῶνται, vt ait Xen. lib. II. Hell. [2, 20. ed. Schneid.] Tempore autem, quo recitata fuit haec comoedia, iam recuperata libertate, muris inſtauratis, et magna Graeciae parte contra Lacedaemonios coniurata et Perſarum pecuniis a Timocrate Rhodio ſummatibus Thebanorum, Argiuorum et Corinthiorum distributis, iam poterant ſperare Athenienſes ſe non amplius fore ſub eorum ἡγεμονίᾳ, ſeu ducatu, ſed potius aliorum ἡγεμόνας futuros; quod iis expreſſe promiſerat Thebanorum legatus ap. Xen. Hell. l. III. [5, 14.] Νῦν δὲ πάντων καὶ ἡμῶν καὶ Πελοποννησίων καὶ ὧν πρόσθεν ἤρχετε, καὶ αὐτοῦ βασιλέως, τοῦ μεγίστην δύναμιν ἔχοντος, ἡγεμόνες ἂν γένησθε. Hoc igitur boni ominis cauſa dicit Ariſtoph.: *iam deus videt, non amplius opus habebimus duce;* i. e. non erimus ſub aliorum ducatu; tamquam ſi, dum ſub imperio Laconum et tyrannorum fuerant, deus non vidiſſet, et vt eam calamitatem pateretur, clauſiſſet oculos et prouidentiam ſuae curae tamquam caecam ceſſantem habuiſſet. Haec igitur ludit in verborum ambiguo ſenſu et populo fauſta ominatur.“ Haec Palmerius ſubtiliter. *Kuſt.* Tam ingenioſam Palmerius adtulit explicationem, vt eo nomine valde blandiatur, ſenſumque occultiorem oſtendat venuſtate Comici noſtri nequaquam indignum: at, ſi penitius introſpicias et in ipſo Ariſt. quaeras, quid reperiri poſſit quod eo nos ducat talemque cogitationem commoueat, pedetentim euaneſcit ſpecies illa commendabilis, qua primum intuenti placebat. Exſtiterit hic idem verſus in primo Pluto, nec ne, pro certo adfirmari nequit: ſi tamen exſtiterit; quod quis negare audeat? cadit praecipuum argumentum Palmerii. Reſpondeat aliquis, et Phyles occupatae praecedere mentionem, neque adeo abhorrere, vt hic quoque verſus ad praeſentem temporis ſtatum fuerit inſertus, qui prosperiorem fortunam ciuibus ominetur. Verum ibi mens

---

derator em quadret. Eodem ſpectat ſcholium orae cod. LB. impoſitum [quod inter Scholl. vide]. *Hemſt.*

poëtae erat in aperto posita manifestissimisque indiciis declarata, hic contra nihil omnino inuenitur, quod eiusmodi sententiae vel tenuissimam suspicionem iniiciat. Fac te fabulae spectatorem in scena et apud animum expende, an iste versus in orationis vicinae nexu pronuntiatus eam cogitationem excitet, qua perducaris ad ἡγεμονίας intellectum vel Lacedaemoniis extorquendae vel vindicandae Athenienſibus: non res, non personae, neque ipsum ἡγεμονίας verbum eo ferunt. Ceteroqui magnum aliquid Athenis erat iactatumque crebro in concionibus, ἡγεμονία τῆς Ἑλλάδος *n)*, *principatus Graeciae*, neque vila re magis quam ambitioso προστατῶν, vel ἡγεμόνων τῆς Ἑλλάδος titulo gaudebant auidae laudis Athenn. aures: quo gradu postquam depulsi sunt, non defuere viri virtute praestantes, qui saepe pristinam illam gloriam recuperare ciuibus suis studuerunt; qua de re praeclare disserit Xenoph. π. Πρόσοδ. p. 543. c). Non aliam ἡγεμονίαν intellexit Aristid. Sacr. Serm. IV. p. 576. A. *p)* in cuius loci mentionem quandoquidem incidi, teneri non possum, quin verbo de errore admoneam, quem duo viri literarum studiis egregii commiserunt I. A. Fabric. Bibl. Gr. IV, 30. p. 389. *q)* et qui hunc non iniuria quidem reprehendebat, sed ipse tamen haud minus labitur Io. Masson. de Aristid. Vit. Coll. Hist. ad A. V. C. 913. §. 6. 7. Aesculapii monitu iussus erat Aristides, quantumvis defectus viribus, declamando exerceri: ea de re dum sermonem habet cum Sedato, ingressus Biblus, θεραπευτὴς τῶν παλαιῶν, — quem *veterum obseruatorem* Canterus, Massonus *cultorem* acceperunt, vbi intelligendus erat vnus ex iis, qui iamdudum in aede Aesculapii, salute sua huic deo commendata, versabantur et incubabant, vt praescriptis per somnia valetudinis curationibus sanitatem reciperent; hos enim Aesculapii quasi clientes fuisse dictos τοῦ Ἀσκληπιοῦ θεραπευτὰς ex pluribus Aristidae locis mani-

---

n) De qua vidd. Wieland. in Attico Museo T. I. p. 75. s. *Manso* über Begrif und Versuch der griech. Hegemonie, Bresl. 1804. et eiusd. Sparta III, II, 107. ff.

o) C. 5. §. 5. ff. ed. Schneid.

p) T. I. p. 325. ed. Iebb.

q) Siue lib. IV. c. 32. T. VI. p. 29. ed. Harlesii, qui Hemsterhusii non fuit immemor.

feſto conſtat — Biblus, inquam, declamationis argumentum proponit: Ἀλεξάνδρου ἐν Ἰνδοῖς ὄντος συμβουλεύει Δημοσθένης ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν. Εὐθὺς μὲν οὖν, inquit Ariſtides, ἐδεξάμην τὴν φήμην, τὸν Δημοσθένην τε αὖθις λέγοντα καὶ τοὺς λόγους ὄντας περὶ τῆς ἡγεμονίας. Illa Demoſtheni tributa ſuaſoria nihil ad Alexandrum facit: quid enim alienius quam Demoſthenem inducere Alexandro ſuadentem, quem ille in maximam malam rem amandari ſerio cupiebat? Tota pertinet, quod oratoris perſonae convenit, ad Athenienſes, quos, dum longe aberat, deſperato reditu, apud Indos Alexander, hortatur vt communis capeſſendae libertatis principes ſignum tollant, tantique decoris ſe duces reliquis Graecis praebeant: nullum opportunius exſpectari paſſi tempus, quo veterem illam glorioſamque ἡγεμονίαν repetant. Haec eſt, quam Ariſtides voluit, ἡγεμονία, non *praefectura*, multo minus, *res ad regem eiusque imperium ſpectantes:* illa, quam expreſſi, vis phraſeos ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι, non, *curſum victoriarum perſequi*, vt Fabric., neque, vt Maſſon., *animum rebus negotiisue publicis ſtudioſe et acriter gerendis impertire:* cui, ne color aliquis deeſſet, additum inſuper: *quod forte iam crapulae nimis eſſet deditus vel quod ab vlteriore in Indos expeditione recederet.* Quo non prolabimur, vbi ſemel eſt a recta via diſceſſum? Quae dixi, multis poterant firmari, ſi locus pateretur. *Hemſt.*

1162. Ἐναγώνιος, *agonum* apud veteres *praeſes* r), quum in Orphicis tum a Pindaro haud ſemel dicitur Mercurius, vt Pyth. II, 18. ὅτ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς et Iſthm. I, 85. ἀγώνιος Ἑρμᾶς. Idem Od. XI, 134. ὃς ἀγῶνας ἔχει Μοίρας τ' ἀέθλων. Vnde illius dei Ἐναγωνίου aram in ingreſſu ſtadii Olympici poſitam fuiſſe tradit Pauſ. V. p. 314. [c. 14.]. Sic Arnobius lib. III. p. 468. *Curat Mercurius coronas,*

r) Moris erat, vt in honorem deorum ludi in theatris ederentur, ἀγῶνες dicti, ad quos ſpectandos quoniam populus vndique confluebat, ingens emolumentum τοῖς ἀγωνοθέτοις, i. e. iis qui certamina conſtituebant, parabatur. Cenſet igitur Mercurius certamina in gratiam Pluti proponenda; inde enim Pluto et Chremylo ingens lucrum acceſſurum; ſe pollicetur, ἀναγώνιον fore, i. e. ſumma diligentia curaturum, vt ἀγωνισαὶ ſuarum partium ſint memores. *Gir.* Haec, quae de lucro ἀγωνοθέτης ſperando dicuntur, non omnino vera ſunt.

pugillatibus et luctationibus praeeſt. Immo vnde idem certaminum inuentor ab Oppiano dicitur Cyneg. II, 27. Ἑρμείης δ' ἀγορήν τε καὶ ἀσκήεντας ἀέθλους Ὤπασεν. Id vero Mercurio cum Hercule commune ceteroquin exſtitit; vnde gymnici agones, iuxta Pollucem, dicti etiam fuerint Ἡράκλειοι, et Synes. Epiſt. XXXI. Ἑρμῇ μὲν γὰρ καὶ Ἡρακλεῖ τῆς παλαίστρας ἐφόροις: vnde *Hermeracles*, vnum ex Hercule et Mercurio ſignum, ap. Cic. dicitur I. ad Att. ep. 10. Apud Aeſch. vero inuocatur etiam Apollo tamquam ἐπαγώνιος (vbi legendum ſorte ἐναγώνιος) Agam. 521. et a quo, verſu ſequ. et alibi Suppl. 192. et 249. ἀγωνίων θεῶν fit in genere mentio. *Spanh.* Simonides ap. Athen. IX. Ἑρμᾶς ἐναγώνιος Μαίας εὐπλοκάμοιο παῖς. Pind. Pyth. 2, 18. vbi Schol. ἐναγώνιος δὲ Ἑρμῆς, ὡς τῶν ἀγώνων προστάτης, ὡς καὶ Αἰσχύλος· ἐναγώνιε Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ. Idem autem eſt ἐπαγώνιος et ἀγώνιος *s*). Aeſch. Agam. 521. νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι κἀπαγώνιος ἄναξ Ἄπολλον· τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς πάντας προσαυδῶ τόν τ' ἐμὸν τιμάορον Ἑρμῆν· ad q. l. non omiſit annotare locum praedictum Pindari Stanleius, qui et alium ibi citat de Agonio Mercurio ex eodem Iſthm. 1, 85. πάντα δ' ἐξειπεῖν ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς Ἡροδότῳ ἔπορεν. Apparet autem ex Aeſch. loco non tantum Mercurium eſſe Agonium, ſed et Apollinem et alios deos; ſane ap. Soph. in Trachin. 26. etiam Ioui tribuitur hoc epitheton: Τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς. *Bergl.*

τοίνυν ἕσομαι. Sic quatuor codd. ſine inſerta, quam impreſſi exhibent, particula γ' *t*) *Brunck.* τί ἔτ' ἐρεῖς; Solus cod. Doru. habet, τί δῆτ' ἐρεῖς; haud minus adpoſitum, quam illud vulgo receptum: καὶ τί ἔτ' ἐρεῖς *v*); vtri lectioni palma debeatur, vetuſtiores, vbi in lucem eruti fuerint, libri decernent. *Hemſt.*

1163. Mercurii ſententiam, quae diuitiarum fructum ad ludos publicos magnifice adparandos eſſe conferendum ſtatuit, ſectatus eſt Theophraſtus in opere περὶ πλούτου,

s) Cf. Heſ. in Ἐναγώνιος. *Fiſch.*

t) Vulgo enim in omnibus codd. legebatur τοίνυν γ' ἔσ. Brunckium ſequutus eſt *Inu.*

v) τί ἔτ' ἐρεῖς; quae alia ſimilitudo eſt, quantumuis abiecta, quam non ſubeam, modo in veſtrum admittar conſortium. *Gir.*

quamquam Cicerone non probante de Off. II. §. 56. *Hemſt.* Illa certamina Athenis edere (ποιεῖν) debebant ciues ditiſſimi; nam facultas talium ſumtuum putabatur fructus diuitiarum. v. Cic. Off. 2, 16. Vnde Mercurius, Πλούτῳ ἐϛι τοῦτο συμφορώτατον, h. e. maxime conuenit, maxime decet *x*). *Fiſch.*

1164. Ab Ἀττικωτάτῳ ſcriptore, qualis Ariſtophanes, dici hic videmus, ſi receptae lectioni haerendum eſt, ἀγῶνας μουσικούς, etſi moneat Pollux III, 30, 142. ab Atticis haud facile dici μουσικούς, ſed μουσικῆς. A Platone quidem de Legg. VI. p. 264. VIII. p. 835. ed. Steph. μουσικῆς ἀγῶνας dici legimus, vti et in Ione p. 530. T. I. vbi μουσικῆς ἀγῶνα inſtitutum ab Epidauriis refert. Sic etiam Ἀττικώτατος Iſocrates ab initio Euagorae Encomii: καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσιν, non vero μουσικοῖς α. γ. Adde Pauſaniam, qui Libero Patri μουσικῆς ἀγῶνα quotannis celebratum ab Hermionenſibus tradit II. p. 157. [c. 35.] alibi etiam a Meſſeniis ἀγῶνα μουσικῆς inſtitutum duobus locis tangit l. IV. p. 278. [c. 33.]. Adeo vt hic etiam, et ad normam quidem Atticam, iuxta Pollucem d. l. ἀγῶνας μουσικῆς, non μουσικοὺς legendum videatur. Abunde ceteroquin nota Agonum apud veteres Graecos diuiſio inter *Muſicos* et *Gymnicos*, quibus addebantur ἱππικοὶ ſ. *Equeſtres*. *Muſici* vero illi *Agones y*) ex *Auloedis* et

---

x) Perperam *Münt.*, praeeunte vt vidimus Gir., interpretatur ita: plurimum emolumenti Plutum et Chremylum inde accepturos, ſi Mercurium curatorem conſtituerint; hunc enim nobiliſſimos artifices et athletas eſſe electurum ad ſpectatores vndique colligendos, quorum frequentia lucrum ampliſſimum afferat.

y) Intelliguntur *certamina muſica*, quae inſtituebantur Panathenaeis et minoribus et maioribus (de quibus ſeparatim ſcripſit I. Meurſius LB. 1619.) in Odeo, quod fuit aedificium, exſtructum a Pericle in modum theatri, πολύεδρον et πολύστυλον. v. Plut. Per. p. 160. T. I. et Index Theophr. V. Ὠδεῖον. Victor epulas dabat ſociis certaminis et ipſe accipiebat coronam oleagineam. v. Meurs. c. 10. ſ. *Fiſch.* De his certaminibus praeterea locum Plut. lib. de Muſ., et de epulo a victore ſodalibus dato Philoſtr. in Her. Sophiſt. lib. II. laudat *Münt.* Add. *Martini* von den Odeen der Alten p. 45. ff. De duobus theatricorum artificum generibus, σκηνικοῖς, in quibus etiam θυμελικοὶ erant, quorum nomine comprehendebantur citharistae et citharoedi, atque ἀθλητῆς, quorum quinque erant ſpecies, duo-

Citharistis, seu e cantu ad tibiam et ad citharam quod vulgo itidem notum, constabant, iique serius, nempe Olymp. XLVIII. primum non in Olympiacis quidem, sed in Pythicis ludis recepti, iuxta Pausan. X. p. 623. [c. 7.]. Ad quos autem *Musicos Agones* spectat obuia in variis inscriptionibus antiquis facta Αὐλῳδῶν καὶ Κιθαρῳδῶν ἱερονίκων *tibicinum, citharoedorum* eorumque *Hieronicarum* mentio. *Gymnici* vero *Agones* hic itidem a Comico adducti *z)* et quorum praecipua erat in sacris illis Graecorum agonibus ratio; quales vero iidem fuerint, res est contrita et virorum praestantium eruditis commentationibus abunde declarata. Praeter quos vero *Musicos Gymnicosue* memoratos hic Agones erant etiam *poëtici* s. *Rhapsodorum* dicti, de quibus videri potest Plato in Ione, dicto paullo ante loco, vbi illi velut partem *Musicorum Agonum* constituere dicuntur et Plutarch. Symp. Quaest. V, 11. p. 674. f. Quomodo Smyrnae Metrodorum egisse τὸν τῶν ποιητῶν ἀγῶνα tradit Aristid. Serm. Sacr. 1. p. 445. T. I. (Cant. ed.) et poëticum agona Mitylenis actum, praesente Pompeio Plutarch. Pomp. p. 641. [c. 42. p. 793. T. III. Reisk.]. *Spanh.* Secundum Pollucem III, 142. non satis Atticum est dicere ἀγῶνας μουσικούς, sed ἀγῶνας μουσικῆς. At quis Pollucem magis idoneum Atticismi magistrum credat Aristophane? Nisi tamen quis dicere velit, pro μουσικοὺς hic scribendum esse μουσικῆς: sed quod, et Mss. et omnibus Edd. vulgatam lectionem confirmantibus, temere affirmari nequit. Vtrumque autem apud probatos scriptores dicitur et μουσικὸς ἀγὼν et μουσικῆς ἀγών. Plutarch. Per. p. 160. [c. 13. T. I. p. 620. f. Reisk.] φιλοτιμούμενος ὁ Περικλῆς τότε πρῶτον ἐψηφίσατο μουσικῆς ἀγῶνα τοῖς Παναθηναίοις ἄγεσθαι. Et

busque certaminum generibus μουσικοῖς et γυμνικοῖς, plura disputauit *Girard.* ad h. l. verum partim satis nota, partim aliena ab h. l.

z) γυμνικοὶ ἀγ. *ludi gymnici* dicuntur, quia instituebantur a nudis. v. Mercurialis liber de arte gymnast. Ven. 1513. 4. [ed. nouissima, aucta, emendata et figuris authenticis Cph. Coriolani exornata Amst. 1672. 4.]. II. l. intelligi videntur inprimis certamina luctae, quae instituebantur Panathenaeis, *in* stadio ad Ilissum flumen exstructo a Lycurgo oratore, restituto ab Herode Sophista. v. Meurs. c. 9. *Fisch.* De gymnicis certaminibus Isidorus Hispal. Origg. XVIII, 18. et 22. atque Fabri Agonist. I, 5. laudat *Münt.*

paulo poſt ead. pag. [p. 621. Reisk.]: ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐν ᾠδείῳ τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας. Vides eadem pagina vtrumque loquendi genus occurrere. Apud alios etiam ſcriptores promiſcue haec vſurpata reperiet lector. *Kuſt.* Cod. Doru. ſcriptura μουσικὰς (cum gl. χορούς) neſcio an propius ad μουσικῆς accedat: nam vere ſimul et caute Pollucem adnotaſſe exiſtimo III, 141. Atticos οὐ ῥᾳδίως λέγειν ἀγῶνας μουσικοὺς ἀλλὰ μουσικῆς, quod ſatis firmatur ex iis, quae Spanhem. ad h. l. adtulit; licet alioqui Pollux ipſe non ſpreuerit ἀγῶνας μουσικοὺς III, 145. VIII, 93. vtpote ſumtos ex vſu communi: ſic enim Diod. Sic. XVI. p. 556. D. [c. 90.] ἀγῶσι μουσικοῖς καὶ ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς· Arrian. A. A. VII, 14. Hiſt. Ind. 18. aliique plures. Verum in Platone non aliter inuentum iri puto, quam ἀγῶνας μουσικῆς· in Menex. p. 528. B. *a)* ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσαι καὶ μουσικῆς πάσης· Ael. V. H. II, 41. ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἱππικὸν καὶ ἀθλητῶν διέθηκε· ſic enim, quod volebat Iac. Gronouius, ſine dubio legendum eſt pro ἱππικῶν, cuius loquendi formae nullum vsquam exemplum exſtare memini. Quare hac quidem in parte Pollucis cenſura ſuperſedere potuiſſet *H. Stephan.* Append. de D. A. p. 232. vbi hunc Ariſtoph. verſum contra eum adlegat: fatetur tamen, forte aliquem patrocinari poſſe Polluci reſpondendo, *genuinam in noſtris exemplaribus non extare ſcripturam. Hemſt.*

1165. ἀγαθὸν ἐς' ἐπωνυμίας *b)* πολλὰς ἔχειν. Hinc in laudem Apollinis Callimachus h. in eund. v. 70. πάντη δὲ

---

a) Ad quem locum c. 22. extr. vid. Gottleber. Hemſterhuſio, qui recte etiam in Ariſt. μυσικῆς praeferre videtur, nullus tamen editorum obſequutus eſt.

b) ἐπώνυμ. varios titulos, varias artes et functiones, vt, ſi quid erit, quod per vnam aſſequi nequeas, per aliam liceat. Quomodo contigit Mercurio, qui, quum pluribus nominibus nihil ſe proficere videret, vbi ἐναγώνιον ſe fore dixit, tandem quodammodo a Carione extorſit, vt admitteretur. *Gir.* ἀγαθὸν eſt *vtile*, σύμφορον, et ἐπωνυμίαι complectuntur etiam munera: de variis Mercurii muneribus plura leguntur in Luciani Dial. Mercurii et Maiae T. I. p. 252. ſſ. ed. Graeu. [p. 275. T. I. Hemſt.] et in Hymno in Mercurium, qui vulgo Homero tribuitur. *Fiſch.* De variis cognominibus deorum, et quod ea quaſi praecipua quaedam eorum praerogatiua fuerit, vnde intelligeretur, eos plurimis locis coli, variamque eſſe eorum

τοι οὔνομα πολύ· et hymno sequenti, Diana adhuc tenella a Ioue patre duo, vt insignia beneficia sibi dari supplex petit, *virginitatem*, et πολυωνυμίην. *nominum multitudinem;* vbi, si tanti videbitur, consuli poterunt, quae ibi ad rei illius illustrationem adtuli [ad v. 7. p. 166. s. T. II. Ern.]. Duo adferre iuuabit ibi praeterita; vnum huius Comici, a quo eadem Diana πολυώνυμα, tanquam voti sui compos inuocatur Thesm. 327. καὶ πολυώνυμα, θηροφόνε, quod de Apolline perperam ibi explicat interpres, et inde postremam vocem *interfector* reddit. Alter est Ciceronis locus de Nat. Deor. I, 30. *Age et his vocabulis deos esse facimus, quibus a nobis nominantur. Spanh.* Habet autem adhuc plura cognomina, saltem apud Comicum nostrum est adhuc χθόνιος Ran. 1163. ἐριούνιος ib. 1169. (1175.), νόμιος Thesm. 1006. (986.) vbi vid. notata; plura apud Homerum inueniuntur. Haec multitudo cognominum orta est, maximam partem, ex varietate officiorum Mercurii, quibus est districtus. v. Luciani dialogum Merc. et Maiae. *Bergl.*

1166. οὗτος Mercurius c). ἐξεύρηκε idem est quod simplex εὕρηκεν. αὐτῷ referri debet ad verba ἐπων. π. ἔχ. d) Deminut. βιότιον e) vim Primitiui habet, atque, vt βίος et βίοτος, significat *victum, tenuem, neque lautum, res ad vitam necessarias. Fisch.*

1167. ἐτὸς est *temere*, sine causa. Grammatici antiqui per μάτην vel ματαίως interpretantur. θαμὰ est vocab. Atticum, vt θαμινὰ 292., significans i. q. πυκνῶς, *saepe, assidue, semper.* v. Moeris (p. 183.) et Suid. h. v. σπεύδειν proprie est *festinare*, deinde *agere aliquid, studere f)*,

---

potestatem. vid. Spanh. ad Call. in Apoll. 70. et in Dian. 7. *Ducker.*

c) Dicuntur haec spectatoribus; interim Mercurius, vt vilis et contemnendus, digito monstratur. *Gir.*

d) Immo rectius *Br.* et *Inu.* scripserunt αὑτῷ, *sibi.*

e) In cod. Doru. deprauate est βιώτιον. *Hemst. paruulum victum*, vt qui tantummodo cum ministris certaminum victitabit. *Gir.* Per contemtum Cario dicit: hic ex multis muneribus vnum inuenit, quo aegre sibi victum quaerat. *Münt.*

f) *summa ope niti, Gir.* explicat.

quod fere σπουδάζειν dicitur. γράμματα accipienda videntur de *albis*, *indicibus*, *catalogis* iudicum; nam quia Athenis erant multa iudicia, erant etiam multa iudicum alba. Qui igitur id agit, vt nomen ſuum referatur in multa iudicum alba, is vult iudex ſedere in multis iudiciis, vt victum eo certius inueniat *g*). *Fiſch.* Vt locum hunc recte intelligat lector, conferendus eſt Scholiaſtes Comici noſtri ad v. 277. et 973. *h*) et quae ibi notauimus. *Kuſt.* Scholiaſtes ita exponit: *non fruſtra eſt, quod iudices ſtudent habere plura nomina, vt, ſi vno δικαστηρίῳ exciderint, poſſint ſortiri et ius dicere in alio.* Hoc non ſatis adſequor. Iudices legebantur decem, e ſingulis tribubus ſinguli: deinde decem prima elementa inſcribebantur tabellis et in vrnam coniiciebantur. Qui primum elementum eduxerat, primum ius dicebat, et ita deinceps. v. Schol. ad 973. Hic quid plura nomina prodeſſe poſſint, non video. Sed quum multa eſſent δικαστήρια, videntur ſortiti primum, qui iudices eſſent, deinde quo ordine ſinguli ius dicerent. Iam ſi quis ſortitus exciderat vno δικαστηρίῳ, videtur ſub alio nomine deinde ſortiri potuiſſe, vt in alio δικαστηρίῳ iudex eſſe poſſet. Suid. in Ἐπώνυμος quaedam e Schol. laudat. *Duck.* Aſſentitur *Münt.*

1169. ἐπὶ τούτοις *hac conditione et lege*, vt ſim ludorum certaminumque praeſes. vid. 1162. ff. et 1142. *i*). Ante καὶ πλῦνέ γε Schol. Doru. intelligi iubet ναί *k*), quam vocem Carion nutu expreſſiſſe cenſendus eſt. *Fiſch.*

---

g) Tangit auarum et ambitioſum Athenn. quorumdam ingenium, qui ne iudiciorum prorſus expertes viuant, vbicunque ſortitio fit, ſortiantur, vt, ſi forte ex aliquo loco excludantur, ſaltem in alio quopiam obtineant. γεγράφθαι pro nominari, iudicem declarari, et γράμμ. pro *ſortitione*. *Gir.*

h) Eum locum etiam Bergl. et Brunck. conferri iuſſerunt.

i) Vulgo poſt εἰπέ interrogationis nota ponitur, et *Fiſch.* ita reddidit: *Igitur hac lege introëam? Hemſt.* autem, quoniam in cod. LB. ad οὐκοῦν additur: λοιπὸν βούλει ἵνα, ſic: *Ceterum numquid vis, poteſtatemque mihi das, vt ea conditione, quam dixi, de ludis inſtruendis, intrem?* Rectius *Br.* et *Inu.* punctum poſuerunt: *Igitur hac conditione intrabo.*

k) ναὶ eſt adnuentis et petitioni cedentis: *immo vero volo, vt domum ingrediaris, atque adeo, vt operam interea praeſtare incipias, age, viſcera ad puteum eluc. Hemſt.*

1170. Vitiose scriptum in cod. LB. αὐτὸς ἐλθών· superne additur ἀπ', vt significet reponi debere ἀπελθών, quod tamen implendo versui non sufficit. In ed. Gryph. ad πρὸς ora libri notatum praefert; γρ. εἰς· quod minime contemnendum. Iungi possunt προσελθὼν εἰς τὸ φρέαρ. Sed multo malim, vt magis exquisitum, τὰς κοιλίας πλύνειν εἰς τὸ φρέαρ, *viscera lauatum ire ad puteum:* eo pacto ridicule interiicietur et comice, αὐτὸς προσελθών, vt scilicet caueatur, ne alium sibi vicarium sufficiat. Illud autem, πλύνειν εἰς τὸ φρέαρ elegantiam habet paullo abstrusiorem, vt alia plura non diuersi generis: sic λοῦσθαι εἰς τοὺς κοινοὺς λουτρῶνας Ptolem. Euerg. ap. Athen. X. p. 438. F., ἀγελαῖα ζῶα, ἃ βόσκεται εἰς ἃ τύχοι χωρία, Harpocr. in Ἀγελαίων· κληροῦσθαι εἰς Πειραῖα, εἰς ἄστυ, Idem in Ἀγορανόμοι. Apud Hesych. Μελιτέων οἶκος, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ ἐμελέτων, *in quem tragici actores fabulas recitatum conueniebant:* apud Schol. ad v. 1167. δικάζειν εἰς ἄλλο δικαστήριον. Simili modo δειπνεῖν εἴς τινος, vt Porcius ap. Donat. in Terent. vit. *ad Furium coenitare:* nec multum abeunt ὄνομα ἐς τοὺς ἀτελέστους λέγειν, γράφειν, *enuntiando scribendoue in profanos efferre*, quae Pausaniae sunt VIII. p. 650. 677. λόγοι ῥηθέντες εἰς τοὺς Ἕλληνας Isocr. p. 132. A. Haec si fuissent in promtu *Io. Tayloro*, qui Lysiam nuper egregia cura nobis expolitum dedit, manum, vt opinor, abstinuisset ab oratoris terssimi verbis in Andocid. p. 106. *l)* ἢ θύειν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν βουλόμενοι, *aut*, quod solebant religiosi homines, *qui festum conuentum, vt diis faciant, obire volunt:* est enim lecta phrasis, quemadmodum in Thucyd. VI, 54. ἐς τὰ ἱερὰ θύειν· et ab Herodoto II, 55. Aegyptii dicuntur πανηγυρίζειν εἰς Βούβαστον πόλιν, *ad panegyrin celebrandam Bubastum se conferre.* Ingeniosissimo tamen Marklando facile concesserо, πάρεισιν intercidisse, quod, si orationi consultum velimus, post ἑορτῆς vel θεωρεῖν restitui debeat. *Hemst.* αὐτὸς potest ita accipi, vt sit *solus:* nisi quis malit credere, Carionem ioci causa pronomen addidisse. φρέαρ est *puteus*, sed λάκκος *cisterna*, *lacuna*, in qua colligitur aqua pluuia. Sed interdum promiscue vsurpantur, vt LXX. Exod. 21, 33. coll. Luc. 14, 5. Nam ὕδωρ λακκαῖον et φρεατιαῖον iudicabatur

l) T. V. p. 199. s. ed. Reisk. Orr. Crr., T. I. p. 98. ed. Auger. qui vulg. explicat: mactare festi diei causa.

optimum. v. Athen. 2, 7. et 3, 36. κοιλίαι ſunt *inteſtina*, χόλικες, vt Eqq. 160. *m)*, nempe ſuis, hirci, arietis; et πλύνειν τὰς κοιλίας eſt, *eluere*, purgare, *inteſtina n)*. v. Heſ. V. Πλύνει. *Fiſch.*

1171. διακονικός. Nempe vt, quem Iouis διάκονον ſeu *famulum* vocat Aeſch. Prom. 941. τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον, eumdem Mercurium hanc διακόνου operam praeſtare iubeat ſeruus ipſe Cario; vt ſcilicet victimarum exta ad puteum lauet: quod longe vtique excedit decantatum Apollinis in regis Admeti aedibus famulatum. Exſtat autem vetus Inſcriptio in Sponii Miſcell. p. 91. et rurſus in Marmoribus Felſincis p. 190.: MERCVRIO MENESTRATORI SACRVM, ſeu Mercurio διακόνῳ, vt modo ap. Aeſch.; alibi ap. Eurip. Ion. 4. Ἑρμῆν μεγίστῳ Ζηνὶ δαιμόνων λάτριν. Vt vero ap. Aeſch. διάκονον, ita ἡ διάκονος de *ancilla* infra Conc. 1108. διακονεῖν vero de ſeruo, qui hero in coena miniſtrat, a Poſidippo in Comoedia de ſeruis coquis Athen. XIV. p. 659. Νῦν μοι διακονοῦντι παρὰ τῷ δεσπότῃ. Ad inſtar vero huius Mercurii, ſummi deorum domini ſeu Iouis apud gentiles διακόνου, potiori iure ſub ipſis Chriſtianae eccleſiae incunabulis dicti non ſolum διάκονοι, qui ex vtroque ſexu ad eleemoſynarum et viduarum curam ac miniſteria eligebantur, ac dein epiſcopis ipſis et presbyteris διακονεῖν, vt in Conſtitutt. Apoſtol. III, 20., tenebantur, ſed etiam ipſi *epiſcopi* et *presbyteri* dicti διάκονοι θεοῦ vel Χριστοῦ, quod monuit iam Cotelerius ad Clementis Ep. I. ad Corinthh. *Spanh.* Nihil in hoc verſu innouant neque editi nec ſcripti libri, praeterquam quod errore librarii δοκεῖς praeferat cod. Doru., vitium tamen inſidere, quod homines doctiſſimos feſelliſſe mirum eſt, metri lex manifeſto prodit: ſecundam enim ſyllabam διακονικὸς aeque ac διάκονος habet productam. Ne ergo ſuperuacuo pondere verſus grauetur, ſyllaba certe fuerit recidenda, legendumque aut ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναι δοκῇς, aut, ἵν' εὐθέως διάκονος εἶναί μοι δοκῇς *o)*. μοι quidem in illo commodius abeſt,

---

m) Eqq. 160. τί μ' ὦ 'γάθ' οὐ πλύνειν ἐᾷς τὰς κοιλίας. *Bergl.*

n) Per contemtum tam vile miniſterium Mercurio demandat Cario. *Münt.*

o) Vt διάκονος ſit in epithetis Mercurii. Atque ſic iam cenſuit

in hoc elegantius ponitur. Alterutrum quin verum sit, vix est, vt in dubium vocari queat: posteriori rationi fauet Schol. ad 1154., vbi, postquam recensuerat indigitamenta Mercurii eo ipso ordine, quem in Aristoph. tenent, nisi quod interpositus sit κερδῷος, non diuersus ab ἐμπολαίῳ, illique loco saepe iunctus, vltimo loco collocat διάκονον· quod ego recte ab eo ceteris epithetis adnexum existimo, dummodo statuatur hinc esse sumtum: quare admodum est probabile, inuenisse eum: ἵν' εὐθέως διάκονος εἶναί μοι δοκῇς. *Hemst.* Pronomen sententiae inutile est: immo melior ea, si generalior sit: *vt statim idoneus exsequendis ministeriis videaris*, non mihi solum, sed quibuscunque, qui te opus facientem videbunt. At numeros prorsus corrumpit: ab imperito homine insertum fuit, cui versus hoc tibicine indigere videbatur, quia secundae in διακονικὸς syllabae modulum ignorabat: producitur ea semper apud quosvis poëtas. Vid. Auu. 73. f. Euphronis versum citatum supra ad 1099. (1100.) Menand. ap. Athen. p. 172. D. [in not. Duck. laud.] Strato epigr. XXXVI. ad probatissimorum apographorum fidem:

αἰετὸς ἂν πτερύγεσσιν Ἀγρίππαν τὸν καλὸν ἡμῶν
ἦδη πρὸς μακάρων ἦγε διακονίας.

α, quia longum est, in η vertunt Iones, διήκονος. *Brunck.* [qui quidem vt Inu. edidit: ἵν' εὐθ. διακονικὸς εἶναι δ.]

Hic domum Chremyli Carion ingreditur, quem subverecunde sequitur Mercurius *p)*. Illis ingressis chorus nonnihil tripudiat: interea sacerdos Iouis exstat, qui de Pluto conqueritur eadem de causa, de qua paulo ante questus erat Mercurius. Postmodum fit, vt simul sacerdos percontari de Chremylo incipiat et Carion domo Chremy-

---

Er. Schmidius ad Matth. 4, 11. Nam διακονικὸς est *idoneus, aptus, ad ministrandum. Fisch.* Schmidius ad Matth. 4, 11. legit διάκονος, quia, vt ait, repugnat quantitas secundae in διακονικός. Et tamen Menander corripit in διακονικῶς apud Athen. IV. p. 172. v. Fragmenta Clerici p. 45. vbi is, contra quam apud Athen. est, omisit γάρ. *Duck.* Perperam corripi statuit D. modo versus ita legatur: τί του | το πως; | δια | κονικως | γαρ, νη | Δια | .

p) Immo Carion eum ad puteum abire inserat, et ipse non videtur scenam reliquisse. Hinc etiam Br. et Inu. sequentia antecedentibus statim adnectunt. Vulgo v. 1172. constituitur actus quinti scena secunda.

li exeat, vt miſeri ſacerdotis, quae iam ſequitur, excipiat querimoniam. *Gir.*

1172. In cod. LB. et Doru. ſignatur ad initium huius verſus Ἱερεὺς Διός, in ſequentibus tantum Ἱερεύς· alter habet, ποῦ ἐστιν. Ad marginem ed. Gryph. γρ. καί, φράσῃ· quo pacto, ne verſus labet, ſcribendum erat: ὅπου ἐστί· multo rotundior eſt vulgata. *Hemſt.* In Lyſiſtr. 1091. τίς ἂν φράσειε ποῦ ἐστιν ἡ Λυσιστράτη; Ran. 419. ἔχοιτ' ἂν οὖν φράσαι νῷν, Πλούτων ὅπου 'νθάδ' οἰκεῖ; ξένω γὰρ ἐσμὲν, ἀρτίως ἀφιγμένω. Eurip. Iph. Aul. 809. ποῦ τῶν Ἀχαιῶν ἐνθάδ' ὁ στρατηλάτης; τίς ἂν φράσειε προσπόλων τὸν Πηλέως ζητοῦντά νιν παῖδ' ἐν πύλαις Ἀχιλλέα; Vid. ſupra 960. *Bergl.* φράζειν eſt oſtendere, *indicare*, *dicere* (v. Heſ. h. v.), et φράζειν σαφῶς certo *indicare*. Nam quae plana ſunt et euidentia et aperta, ea etiam certa ſunt. Gloſſ. vett. σαφῶς· *euidenter*, *plane*, *aperte*, *certo*. *Fiſch.* Sophocl. Electr. 662. ξένοι γυναῖκες, πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε; *Bergl.*

1173. Nullas hic partes Chremylo neque Edd. nec codex ipſe Doru. tribuunt *q)*: nihil etiam in excerptis membranarum, quibus vſus eſt, a Kuſtero notatum inueni. Solus Chremylum in ſcenam reuocauit cod. LB., quaerentique eum ſacerdoti fecit, vt in tempore foret praeſto: nam quicquid deinceps Edd. in Carionem conferunt, id omne Chremylo ille in ſolidum adſignat, excepto tantum v. 1186., quem vnum, velut liberioris nequitiae herique perſonae minus congruentem, Carioni reliquit. Equidem recte factum iudico, neque mihi dubium eſt, quin eam rationem ſit probaturus, qui rem propius expenderit: commodum enim Chremylus eo ipſo temporis in puncto, quo poſcebatur a ſacerdote Iouis, domo egreditur; ſimul et anus et ceteri qui introierant: nec ſine cauſa; vt qui ſolemni dedicatione Plutum conſecrare conſtituiſſent in Mineruii poſtico v. 1192. Quare Iouis ſacerdotem opportune Comicus induxit, qui rem diuinam debitis cerimoniis adminiſtraret: atque adeo longe honeſtius haec, quae ſane non parui ſunt momenti, inter Chremylum aguntur

q) Scilicet Carioni olim haec omnia tributa ſunt, quibus Chremyli nomen nunc eſt praefixum.

et antiſtitem, quam ſi Carion rebus perſona ſua grauioribus intermiſceatur partesque ſibi adtributas parum decore deſerat. Illud autem, τὸν Πλοῦτον ἔξω τις κάλει, quis non videt ita Chremylo conuenire, vt eius perſonam hic adeſſe omnino neceſſe ſit. Praeterea vetula noſtra, cuius fuere ſupra nulli cum Carione ſermones (intrauerat enim domum v. 959. neque ante denuo prodierat, quam Mercurium pulſantem audiuiſſet 1098.), quem potius interpellet, vt amore iuuenis ſecundo fruatur, quam facetum illum conſabulatorem Chremylum, qui operam ſuam iure polliceri poterat? quae tu ſi Carioni dones, non tantum loci lepos nihil adaugebitur, ſed contra multum venuſtati, quam Chremylus admiſſus praeſtat, decedet. Neque tamen ſic penitus Carionem hinc remotum velim, vt nullus ipſi locus in fine fabulae relinquatur: nam prout verſus 1186. neminem prius deceat, quam ſeruulum illum frugi, ſic ab eodem quatuor verſus iambici Comoediae noſtrae poſtremi merito pronunciabuntur, et idem, qui fabulam incepit, ioco, quem tu frigidum exiſtimes an elegantem parum refert, itidem finiet. *Hemſt. r).* Haec et quae in ſequentibus famulo vulgo tribuuntur, in heri partes transferunt tres Regii. *Brunck.* Chremylo etiam *Inu.* tribuit.

1173. τί δ' ἐστιν *quid tibi vis? Fiſch.* ὦ βέλτιστε. Ironia ſubeſt: nam ſcit malum eſſe, poſteaquam illi res male cedunt. *Gir.* et *Münt.* τί γὰρ ἄλλ' ἢ κακῶς; h. e. *miſer ſcilicet ego ſum.* Integra oratio eſt, auctore Schol. Leid.; τί γὰρ ἄλλο ἔστι, παρὸ κακῶς ἔχω *s)*: γὰρ ſubiectum eſt pronomini interrogatiuo, vt *nam* ap. Latinos *t). Fiſch.* Lyſippus Comicus ap. Athen. III. [p. 124. D. ed. Caſaub.] Ἑρμων, τί ἐστι; πῶς ἔχομεν; alter reſpondet: τί δ' ἄλλο γ' ἢ ὁ πατὴρ — δοκεῖ; *Hermon, quid eſt? quomodo res noſtrae ſe habent? Quid aliud, niſi pater videtur* etc. In

---

r) Adſentitur Hemſterhuſio *Fiſch.*

s) Aduerbium κακῶς eſt pro nomine κακόν. Dici debuerat aut πῶς γὰρ ἢ κακῶς; aut τί ἄλλο ἢ κακόν; Ex *Gir. Quid aliud niſi quod male mihi eſt. Münt.*

t) Ita poni volunt, vt index ſit omiſſae ſententiae, quam reticere indignatio aliaue animi commotio iuſſerit. Cf. Leisner. in Boſii Ellips. p. 809. ſſ. ed. Schäf.

Eccl. 769. — τί γὰρ ἄλλο γ' ἢ φέρειν παρεσκευασμένοι τὰ χρήματ' εἰσι; In Nubb. 1498. ὅ τι ποιῶ; τί δ' ἄλλο γ' ἢ διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας. Editio Farrei habet in hoc Pluti loco τί γὰρ ἀλλ' ἤ, vt non sit ἄλλο sed ἀλλά *v*). Sic etiam Ran. 437. τοντὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμ' ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος. V. Not. ad Acharn. 1110. *Bergl.*

1174. ff. Vid. 1114. f. et 1120. καταφαγεῖν οὐκ ἔχω *non habeo, quod edam.* καὶ ταῦτα est fere, *maxime, praesertim x*), sed h. l. verba καὶ ταῦτα τοῦ Σωτ. etc. verti debent: *quum tamen sim sacerdos Iouis*; quod quidem eo minus ferendum est, quum sim etc. Eodem modo verba καὶ ταῦτα leguntur posita Aesch. Socr. 3, 2. οὐκ ἀτυχήσεις μου οὐδενὸς τῶν μετρίων καὶ ταῦτα ἐφ' ὅσια παρακαλῶν *nulla in re honesta deerit voluntati tuae mea opera, quod quidem multo minus fieri debet nunc quum me fungi iubeas officio pio et religioso. Fisch.*

1176. Σωτῆρος *y*) Iouis aedem Athenis fuisse, et inde sacerdotem, vel ex hoc et proximo v. 1190. discimus, et firmat, quod ea de re apud Athenienses Rhetorem Lycurgum legitur Orat. in Leocrit. p. 114. vbi simul Minervae Σωτείρας, quae itidem in arce Athenarum colebatur, meminit: οὔτε τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς Σωτείρας ἀφορῶν καὶ προδιδοὺς ἐφοβήθη. Hinc iuuenis Atheniensis iuramentum, de quo ad 878., infra Conc. 1095. νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρα. Adde quod hinc Ioui Soteri tertium apud Athenienses poculum libare mos fuerit, illudque inde

---

v) ἀλλ' ἤ est *nisi*, vt 1 Cor. III, 5. Xen. Anab. p. 307. et ibi Hutchins. *Fisch.*

x) Ita *Gir.* accepit: praesertim vero, quum sim sacerdos Iouis, quem conueniebat inter omnes deorum sacerdotes quaestum facere vberrimum. Add. *Eckard.* p. 120. qui exponit: *et quidem.*

y) De Ioue Σωτῆρι dictum est ad 878. *Fisch.* Ἐλευθέριος idem appellatus. V. Harpocr. V. Ἐλευθέριος Ζεύς. Huius Iouis Seruatoris templum erat in Piraeeo, et ara iuxta, atque Minervae simulacrum. Plin. Lib. 34. c. 8. Soteris adpellatione insignitos deorum plerosque et nonnullos regum Asiaticorum e numis et aliis monimentis notum. Inprimis Aesculapium hoc nomine insigniuere. v. Falconer. not. ad inscript. Dioscuri quoque σωτῆρες dicti, Theocr. Id. [22, 6.] *Mänt.*

τρίτου Σωτῆρος vulgo dictum. Quod a Schol. Pind. Isthm. VI, 10. adnotatum, et quale inde poculum libatorium, non Iouis sed regis Seleuci esse dixerant per summam adulationem Athenienses Lemnii ap. Athen. VI. p. 255. A. Vnde eo adlusit aliquoties Aeschylus, vbi apud eum Ζεὺς Σωτὴρ τρίτος, vt Suppl. 27. et τρίτος Σωτὴρ vel τρίτου Σωτῆρος, subaudito Ζεὺς vel Διός, nempe Choëph. 1073. Eumen. 762. legitur. Ad quem proinde τρίτου Σωτῆρα dictum inde Iovem respicit quoque Pind. Isthm. X, 10. et nominatim facta eius poculi mentione Athenaeus XV. p. 692. Quod caeteroquin Σωτῆρος elogium aliis quoque, praeter Iouem, numinibus, vt Apollini, Aesculapio, Baccho, Herculi et Σωτείρας Iunoni, Mineruae, Dianae, Veneri tribui, et inde postea ad bene meritos reges vel reginas delatum, vel antiqui, et qua de re alibi egimus, docent nummi. Ipse alioquin Mercurius χθόνιος eo quoque nomine ab Oreste inuocatur Aesch. Choëph. init. Σωτὴρ γενοῦ μοι. *Spanh.* Cod. Doru. ordine peruerso: σωτῆρος Διὸς ὢν ἱερεύς. *Hemst.*

1177. αἰτία scil. *inopiae tuae.* ὦ πρὸς τῶν θεῶν reddi potest, *amabo* vt 1148. πρὸς θεῶν. *z) Fisch.*

1178. In Auu. 1515. θύει γὰρ οὐδεὶς οὐδὲν ἀνθρώπων ἔτι. *Bergl.* θύειν ἀξιοῖ idem est quod θύει, vt 1085. ἠξίους πίνειν i. q. ἔπινες. vid. 1117. Pro οὕνεκα ex Ammonii h. v. obseruatione, de qua alibi, corrigi debet εἵνεκα. *Fisch.* Mendose cod. Doru. τίνος ἕνεκα (cum gl. χάριν) *Hemst.* πάντες. Hyperbole, pro maxima parte. *Gir.*

1180. ff. ὅτ' εἶχον οὐδὲν *a)* h. e. *quum essent inopes.* Nam refertur ad πλούσιον εἶναι 1179. Vid. ad 552. et 596. et Ind. Aesch. et Palaeph. V. Ἔχειν. E verbis seqq. intelligitur, ἔμπορον esse *mercatorem*, h. e. eum, qui merces coëmit in terris alienis, ita vt maria traiiciat. Nam ἥκων explicari, vt Praeter. debet, *qui in patriam*, domum, *reuenerat b);* et σωθεὶς dicitur maxime is, qui saluus euа-

---

z) Si ὦ tollis, lectio integra est: si apponis, subaudi vel σὺ vel οὗτος, *heus tu. Gir.*

a) Quod in Rau. legitur: ὅπ' οὐκ εἶχον οὐδέν, e gloss. prosectum est.

b) Fischer. et h. l. et in Anim. ad Well. II. p. 274. f. vbi aor. 2. praeter. addito vim plusquamperf. habere contendit, vertit

ſit tempeſtates; vnde Caſtor et Pollux, nautarum cuſtodes, dicti ſunt σωτῆρες. ἱερεῖον eſt *beſtia*, *victima*, Gloſſ. vett. et Heſych. c) δίκη eſt *cauſſa priuata* (interdum etiam *publica*, ſed γραφὴ ſemper ponitur de *cauſſa publica*, v. Harpocr. hh. vv. et Herodian. p. 214. ed. Pauw. et Pollux 8, 41.) Vt δίκην διώκων eſt *petitor*, δίκην φεύγων *is vnde petitur*, ita δίκην ἀποφυγών dicitur, qui victor diſceſſit e iudicio, iudicum ſententiis abſolutus d), νίκην νικήσας Theoph. Char. 17, 3. *Fiſch.* Commodum eſt illud Arriani de Venat. c. 35. ἀλλὰ καὶ ὅσοι ναυτίλλονται, ἀπὸ θεῶν ἄρχονται· ὅσοις τε τοῦ σώζεσθαι μέλει, καὶ ἀνασωθέντες χαριστήρια θύουσι τοῖς θαλαττίοις. *Hemſt.*

1182. ἐκαλλιερεῖτο. Gl. Cod. LB. ἐθυσίαζε. Doru. ἐρρτασεν ἐν τῷ οἴκῳ. Grammaticum alium non noui, qui καλλιερεῖσθαι eum in modum exponat: neque tamen non verum eſt, aliquando poni de domeſticis ſacris, quae intra priuatos lares, adhibitis amicis, peraguntur: velut ap. Suid. in Δεκάτην ἑστιάσαι, quum decimus infantis nati dies decucurrit, propinquis conuocatis, καλλιερεῖσθαι τοῖς θεοῖς, ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τοὺς συνελθόντας. Videtur ad eam explicationem inductus ſequenti verbo μετεκάλει. Quid lateat in varia lectione, quam ora ſuggerit ed. Gryph. γρ. ὃ δ' ἂν ἔβαλλ' ἱερεῖον τις, non expedio: id quidem perſpicuum eſt, metro repugnare. *Hemſt.* καλλιερεῖσθαι eſt *litare*, h. e. ſacrificio facto deos placare et votum impetrare e). Nam ἱερὰ καλὰ ſunt *bona*, *laeta*, *exta*: quibus contraria ſunt ἱερὰ φαῦλα *exta mala*, *triſtia*. v. Epict. Enchir. 39. vnde θύειν τὰ ἱερὰ καλὰ Theophr. charr. 21, 4. quod hic

---

mercator, quum reueniſſet ſaluus, immolabat victimam aliquam: alius item aliquis, qui viciſſet cauſam. Reprehendit Schäferus praef. ad Iulian. Or. in Conſt. p. XVIII. vbi ἂν ita cum aor. Ind. iunctum *ſolere* ſignificare docet. Male igitur Gir. reddit: *immolaſſet.*

c) τι *Gir.* reddit magnam et excellentem aliquam.

d) Sic Acl. V. H. XIII, 38. εὐηθες τὸν ἔχοντα δίκην ζητεῖν ἀποφυγεῖν, ἐὰν φυγεῖν. *Münt.*

e) *Gir.* monet plus eſſe, quam θύειν, ſcilicet, ſplendide et magnifice ſacra facere. Perperam idem in Coniunct. accipit: praeclarum ſacrificium paraſſet.

vno verbo καλλιερεῖσθαι. v. Pollux I, 162. 4, 14, et Valcken. ad Herodot. p. 563. *Fiſch.*

1183. [Vulg. in omnibus edd. praeter Inu. καὶ μετεκάλει]. μετακαλεῖν eſt, *vocare, inuitare ad epulas ſacrificales f).* Debebat eſſe Medium, vt 609. μεταπέμπεσθαι. At etiam Thucyd. VI, 88. μετέπεμψε dixit pro μετεπέμψατο. v. Moeris [p. 256. Piers.] et Tho. Mag. [p. 610. Bern.]. Per τὸν ἱερέα intell. ſacerdos *Iouis* Seruatoris. *Fiſch.* In Auu. 849. ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσι θεοῖς τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ. *Bergl.*

1183. ff. Pro οὐδὲ εἷς Cod. LB. imminuto verſu οὐδείς g)· Doru. ſtatim: Θύειν· ſed errorem arguit interpretatio θυσιάζει. Pro μύριοι (1185.) cod. LB. χίλιοι cum gl. πολλοί· rectius μύριοι *h)* ſeruat cod. Doru. cum cunctis Edd. neque aliter Suidas in Ἀποπάτημα, vbi verſus praecedens mendoſus legitur, quam in vulgatis, et Πλεῖν. Moeris [p. 294.] Πλεῖν ἢ μύριοι, Ἀττικῶς· πλείονες ἢ μύριοι, Ἑλληνικῶς· eadem fere Thom. Mag. adiecto Comici loco: ipſe Ariſt. Ran. 90. — μειρακύλλια πλεῖν ἢ μύρια. Suidas autem ἀποπατησόμενοι (quod futurum mediae vocis hic notandum eſſe monet H. Steph. Thes. L. Gr. III. p. 80. H.) interpretatur τὴν κόπρον κενώσοντες· πάτος δὲ ἡ ὁδός· et mox: ἀπόπατος γὰρ ἡ κένωσις τῆς γαστρός· paulo dilucidius etiam Etymol. in Ἀπόπατος· τὸ ἄποθεν τοῦ πάτου γινόμενον· et in Ἄφοδος vterque: ὁ ἀπόπατος, οἱονεὶ ἔξω τῆς ὁδοῦ γινόμενος· πάτος γὰρ ἡ ὁδός *i)*. *Hemſt.* τὸ παράπαν eſt *omnino k)*,

---

f) Male *Gir.*: vocabat in ſuas aedes, vbi, dum de ſacrificio rite peragendo tractaremus, lauto interim conuiuio excipiebar. Recte *Münt.* oſtendit, peracto ſacrificio coenam paratam eſſe, ad quam amici ſacrificantis inuitabantur, et μετεκάλει eſſe i. q. ſimplex ἐκάλει Ael. V. H. IX, 18. *Inu.* e Rau. repoſuit: κἀμέ τ' ἐκάλει — Sed τε offendit.

g) Attica ſcribendi ratio erat diuiſim οὐδ' εἷς, οὐδ' ἕν. Sed Attici circa poſteriora Ariſtoph. tempora οὐδὲ εἷς et μηδὲ εἷς plene ſcripta vitiare coeperunt, Epicharmi fortaſſe exemplum ſequuti. *Porſon.* praef. ad Eurip. T. I. p. XXXVII.

h) Quod quidem de maximo numero dicitur. *Gir.*

i) Ridiculam aliam originem ex Schol. ab Hemſt. allatam, v. inter Scholl.

k) Commotior ex amiſſo lucro animus hoc addi iuſſit, quum ſuffeciſſet: νῦν δ' οὐδὲ εἷς θύει.

vt 962. εἰσέρχεται *l)* in templum Iouis Seruatoris. Fut. Med. ἀποπατησόμενοι habet vim Fut. Actiui, vt καύσεται 1055. ἀπόπατος eſt *culina*, Gl. vett. i. e. *latrina*, vnde ἀποπατεῖν i. q. χέζειν. *Fiſch.* Queritur ſacerdos, tam vile templum Iouis haberi, vt ingens multitudo non ſacrificandi, ſed ventris exonerandi cauſa ingrediatur. *Münt.*

1186. Hic verſus etiam Chremylo tribuitur in membr. et in C, nec vlla eſt decori ratio, quae eum illi abiudicet. In B. perſona eſt famuli *m)*. *Brunck.* Citat Suidas V. Νομιζόμενα. *Kuſt.* Victimarum pellem accipiebat ſacerdos, vt Schol. monet. Comicus Thesm. 768. τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας γίνεται. Nunc autem quum non veniant ſacrificaturi in templum homines, ſed ἀποπατησόμενοι, ſacerdos non niſi τῶν ἀποπατημάτων poterit portionem accipere. *Bergl.* τὰ νομιζόμενα *n)* eſt *portio, quae alicui debetur e more, e legibus; portio legitima;* et τούτων pertinet ad *excrementa o)*, δεικτικῶς, vt 1134. ταύτην. Quae vox quum perſona hominis ingenui indigna ſit: ea in cod. Leid. recte tribuitur Carioni *p)*. *Fiſch.*

1187. ſ. τὸν Δία χαίρειν ἐᾶν eſt i. q. 1149. ἀπολείπειν, Iouem Seruatorem ita relinquere, vt non ſis amplius eius ſacerdos; ſacerdotio Iouis Seruatoris abire. De form. ἐᾶν χαίρειν, qua omnium Atticorum maxime delectatur Plato, v. Ind. Aeſch. h. v. *q)*. *Fiſch.* In Thesm. 69. ὦ δαιμόνια,

---

l) Ita enim vulg. erat: οὐδ' εἰσερχ. Sed *Inu.* e Rau. repoſuit: οὐδεὶς εἰσέρχ. At melius copulatur oratio per οὐδέ, neque bene οὐδεὶς poſt οὐδὲ εἷς ponetur.

m) Hemſt. Carionis nomen vulgo praefixum ſeruauit. Sed Brunckium, auctoritate cod. Rau. hic quoque in apponendis perſonis ſequutus eſt *Inu.* Caeterum vulg. fuit: οὐκοῦν — λαμβάνεις. At Br. et Inu. οὔκουν — λαμβάνεις;

n) Scil. μέρη. Sacerdotes ſuo quodam iure accipiebant, quae nullius eſſent vſus, vt pellem et alia huiusmodi reiicula. *Gir.*

o) Intell. ἀποπατημάτων, vel ἐκ, ἐκ τούτων ἀποπατούντων. *Gir.*

p) Pro vulg. σὺ τούτων *Inu.* e Rau. edidit σοὶ τ. metro aduerſante, quod ſpondeum in quarta ſede non admittere conſtat. Neque talis licentia Comico conceditur.

q) Eſt, non laborare de aliqua re, *Gir.* = repudiare, vt Plut. in

τοῦτον μὲν ἵα χαίρειν. *Bergl.* et *Br.* καὶ in καὐτὸς eo pertinet, quod Mercurius relictis diis domum Chremyli intrarat. vid. 1148. ff. ἐνθάδ' αὐτοῦ dictum est ἐκ παραλλήλου, vt πάλιν αὖθις 860., ἐξαρχῆς πάλιν 221. Nam αὐτοῦ est *hic*, vt οὗπερ 1193. *vbi.* v. ad Plat. Phaed. 27, 11. δοκῶ καταμένειν r) per periphrasin pro καταμενῶ h. e. μενῶ (1149.) vid. 861. *mihimet ipsi placet hic manere. Fisch.* In Cod. Doru. est ἐνθάδ' αὐτὸν καταμένειν. Tolerari potest, quin et defendi: nihil tamen in vulgata lectione mouerim. *Hemst.* Exempla vsus v. δοκῶ cum Fut. Infin. post Brunck. supra ad v. 48. habent Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 200. et Schaefer. ad Dion. Hal. de compos. verb. p. 55.

1189. καλῶς ἔσαι *res tuae meliores fient:* diues fies. *Fisch.* Legendum paullo post: ἢν θέλῃ θεός s), vt supra 347. *Hotib.*

1190. Per τὸν Δία τὸν Σωτῆρα intelligitur Plutus. Nam ciues probos seruarat, h. e. diuites reddiderat, atque adeo sacerdotem diuitem redditurus erat. *Fisch.*

1191. In cod. Doru. scriptum est: πάντα τ' ἀγαθά τοι λέγεις, sic tamen vt eadem manus νυν supra τοι notauerit; quod si abfuerit, versus tam concinne curret, vt dubitem, an hoc vulgato praeponam: τοί νυν certe locum habere non potest, nisi retineas πάντ' ἀγαθά. Verum vel inuitis Codd. atque edd. αὐτόματος ἥκων non Chremylo dederim, sed Sacerdoti, qui statim atque Iouis sui Seruatoris mentionem fieri tanquam praesentis audiuit, cum admiratione quadam comica quaerit: *Quid? huc ne sua sponte profectus adest? tum tu omnia mihi perpulcre euenisse nuncias.* Non capiebat, illico Iouem illum Seruatorem ipsum esse Plutum, quod mox demum progressu sermonis intelliget. Quod si ista Chremylo tribuantur, vix ac ne vix quidem

---

Alcib. et Plat. de Legg. Pro quo et dicitur χαίρειν φράσαι Ael. V. H. 5, 6. et εἰπεῖν 14, 30. *Münt.*

r) Ita enim vulgo lectum est. Sed *Inu.* e Rau. reposuit κἀμμένειν, quod fuerit καὶ ἐμμένειν· verum nec καὶ repetitum post καὐτὸς nec αὐτοῦ ἐμμένειν placet. Videtur autem in codice scriptum fuisse: καμμένειν, contracte pro, καταμένειν.

s) Formulam ἢν θεὸς θέλῃ, *deo volente*, illustrat Eckard. p. 119. Boni ominis causa ita vulgo dictum esse, obseruat *Girard.*

expedies, quid sibi velint αὐτομ. ἦκων· non hoc enim, sed omnia alia penitus sciebat. *Hemst. t)*. Recte. Nam 1. ἦκων non satis aptum est verbo πάρεστιν. 2. Oratio sic persona sacerdotis est dignior. Nam hic non intelligebat Chremylum ostendisse, Plutum esse in domo sua, immo putabat, Iouem esse intus; mirabundus igitur quaerit: *quid? sponte sua huc venit?* αὐτόματος aduerbii locum obtinet, vt Actt. 12, 10. Si Iupiter apud Chremylum erat, non vereri debebat sacerdos, ne eum offenderet, si ipse cum Chremylo maneret. *Fisch.*

Nugatur *Gir.*, qui existimat Carionem (quem v. 1189. loqui putat) antea, quum ingrederetur domum Chremyli cum Mercurio, audiuisse Chremylum in animo habere, deducere Plutum in arcem Palladis, quam occupabat Iupiter Soter, vt ab augustiore loco maior Pluto esset gloria; iam eum, nactum Iouis sacerdotem qui Ioue relicto velit Pluto adiungi, cupide eum retinere, quod cunctis sit indicio Plutum ipso Ioue esse potentiorem. Verba πάντ. ἀγ. etc. ita interpretatur *Münt.*: Laetitiae mihi adfert cumulum. Si enim ipse Iupiter ad Plutum transfugit, idem mihi quoque licere existimo.

1192. Quod in cod. LB. et Doru. ἰδρυσόμεσθ' *v)* exaratur, id quidem ex more factum; neque aliter infra 1199. verum, vt hic ita scriberetur, omnino opus erat ad versum sustentandum, cui voculam inserit cod. LB. αὐτίκα μάλ', Doru. αὐτίκα νῦν· prius cum bona metri gratia tolerari potest: alterum haud item, nisi accentu demto in enclitica conuertas, quae non minus ac δή aduerbio αὐτίκα commode iungatur. Ego vtramuis lectionem tam aptam iudico, inprimis eam, cui cod. LB. suffragatur, vt cum recepta contendere de gradu possit: habet enim versiculi numerus eum in modum scripti salis aliquid, quod ad sententiam paulo citatiorem egregie respondeat. Moratur

---

t) Scilicet post ἀνάξει commate posito verba ἀ. ἡ. tribuuntur vulgo Chremylo. Hemst. post ἀν. punctum, post ἀ. ἦκων interrog. notam poni voluit, probante etiam *Münt.*

v) Vulgo enim erat: ἰδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ', ἀλλὰ — (perperam ed. Fisch. — αὐτίκ' ψλλὰ —) sed *Brunck.* (qui Meurs. in Cecrop. c. 26. 27. laudat) e IV. codd. et *Inu.* e duobus ediderunt: ἱδρυτόμεσθ' οὖν αὐτίκα μάλ', ἀλλὰ π. (vt αὖτ. μάλα supra 942.).

autem lectorem adtentum nonnihil, ἀλλὰ περίμενε, sic interiectum, vt orationem currentem non satis in loco videatur sufflaminare: quare Frischlinus haec ordine, vt putabat, meliore, ad principium reuocauit: *Sa. bene hercle nuncias. Ca. parumper sustine. Nam Plutum eodem collocabimus, vbi erat Prius repositus Iupiter, vt aerarium Palladis in munito loco custodiat:* quae licet eum metro inclusum mentem explicate proferre non potuisse fateantur, sunt tamen eiusmodi, vt ab *Aristophanis* sensu non parum discedant. Scilicet intellectus istius, ἀλλὰ περίμενε, ab actione scenica pendet: vix passus fuerat Chremylus a sacerdote versum proxime praecedentem interponi, quin coeptum ordinem e vestigio persequeretur: interea domum ingredi, vt deum praesentem salutet, confestim Sacerdos properat, feciſſetque adeo nisi Chremylus orationem tantisper abrumpens illum iniecta manu retraxisset, *quin manedum*, inquiens, *et aliquantulum exspecta:* mox dicta, quasi nihil aliud intercesserit, continuat. Haec, quae si structuram verborum per se solam intuearis, videntur intricata, multo dilucidius intelliges, simul atque velut in scena sedens spectantis animum et oculos indueris. Vellem autem huc Palmerius adhibuisset suum illud subtile, quod in v. 1161. impensum minus ibi nobis adridere testati sumus. Plutus vtique iam dedicandus eodem in loco quo fuerat ante collocatus, quid aliud, quam auspicatissimum fortunae luculentioris omen facit? Exhaustum erat diuturno bello mutataeque reip. temporibus Athenienſium aerarium penitusque dissipatum: nunc non respirare tantum, sed et lacertos mouere incipiebant, pulsaque dudum tyrannide clari inter Graecos ferebantur. Auguratur itaque Comicus, Plutum in sedes pristinas esse reversurum, ideoque Chremylo sacerdotem adiunxit, vt ea potentissimi numinis consecratio rite procederet. Haec posterioris esse Pluti sponte liquet: considerandum autem lectori propono, an vice φυλάττων paruula mutatione restitutum φυλάττειν melius conueniat. Ceterum opera et oleum Io. Meursio plane periit in Cecrop. c. 27. *x)*. Nam

x) Hunc iam laudauit *Kuſt.* eumque monere ostendit, Aristophanem alluſisse ad signum Pluti videntis, in arce Athenarum positum. Et in pictura quidem ap. Philostr. vtriusque vrbis, Athenarum et Rhodi, acropolin expressam fuisse, in Athena-

quum in opisthodomo Iouis quoque Σωτῆρος simulacrum inuenisse sibi visus est, Frischlino lactandum se praebuit; ex Aristophane quidem nihil simile conficias: Pluti vero signum aureum videntis et alati, quod ex Philostr. Ic. II, 27. *y)* adtulit, procul Athenis apud Rhodios in arce fuit dedicatum, quod et ipse Meursius postea recte tradidit in Rhod. I. c. 11. *Hemst.* Structura verborum est: αὐτ. οὖν (ἀλλὰ περίμενε) ἵδρ. τ. Πλ. οὔπ. — ἵδρ., ἀεὶ φυλάττων τ. ὀ. τ. θ. *Quare, sed parumper mane, illico Plutum collocabimus eo loco, quo antea erat collocatus aerarium (pone Mineruae templum situm) semper custodiens.* Falsi sunt qui cum Gir. putant, post ἦν ἵδρ. esse Ζεὺς subaudiendum. Erat in arce aerarium, ὀπισθόδομος (Hes. et Suid.); erat ibi quoque statua Pluti, teste Philostr. Diuitiarum igitur deus ibi erat collocatus, vt aerarium custodiret. *Münt.* Sacerdos quum animaduertisset, Chremylum loqui de Pluto, eumque esse in ipsius domo, censendus est voluisse introire vt eum salutaret. (Hinc interponuntur verba ἀλλὰ περίμ. *sed mane.*) Aerarium Athenn. fuerat exhaustum bellis diuturnis, sed restituta iam pace futurum videbatur, vt opes eius crescerent, vt ante bella. *Fisch.*

1194. τὸν ὀπισθόδομον, id est, partem posticam templi Mineruae in arce, vbi thesaurus publicus asseruabatur, v. Meurs. Cecrop. c. 25. et Lect. Att. Lib. VI. c. vlt. *Kust.* Ita vocabatur aerarium Athenis et erat a tergo fani Mineruae in arce. Ibi dedicabant isti statuam Pluti, vt custos esset thesaurorum. Demosthenes de Syntaxi [T. I. p. 170. Reisk.] ἀνέῳξάν τινες πρώην δῆπου τὸν ὀπισθόδομον. Lucianus in Tim. [c. 53. T. I. p. 169.]: ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. *Bergl.* Nempe in postica parte muri templi Mineruae Πολιάδος in arce Athenarum, vbi

---

rum autem arce Plutum eumque alatum, aureum et oculatum, docet Heyn. Opusc. Acadd. V. p. 148. neque tamen vere eum stetisse in acropoli videtur concedere.

y) Pluti acuti ac videntis simulacrum Rhodi in arce exstitisse docebit Philostr. Icon. II. p. 823. qui, vbi Rhodiis coelitus aurum depluisse dixisset, addit: ἱδρύσατο τῇ ἀκροπόλει καὶ ὁ δαίμων ὁ πλοῦτος· γέγραπται δὲ πτηνὸς μὲν ὡς ἐκ νεφέλων, χρυσοῦς δὲ ἀπὸ τῆς ὕλης ἵν ᾖ ἐφάνη· γέγραπται καὶ βλέπων· ἐκ προνοίας (*destinato consilio*, non, vt ibi interpres, *ex prouidentia*) γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο. *Spanh.*

erat publicum Athenn. aerarium, quod probant Scholia ad h. l., tangit Harpocration z) adducto Demosthenis, qui Or. π. Συνταξ. p. 98. huius ὀπισθοδόμου meminit, testimonio. Merebatur vero hic Comici ea de re locus et Schol. ad eum adnotatio, vt in notis ad Harp. aliqua eorum a Mauſſaco et Valeſio facta fuerit mentio. Id vero aliunde obuium, quod aeraria apud veteres in templis, tamquam in locis ἀσύλοις, vt Romae in Saturni aede ſeruarentur; et quidem pecuniae non ſolum publicae ſed priuatorum etiam; vt apud Graecos Olympiae, Delphis, Epheſi, in Iouis, Apollinis ac Dianae templis. Quod vtique de prioribus confirmat haud vno loco Thucydides I, 121. et 145. ac prout de theſauris inſuper variorum populorum in aede Delphica reconditis ex Euripide, Plutarcho, Pauſania, ac ſimiliter de Epheſini Dianae templi diuitiis ad Callimachum vidimus Obſſ. p. 67. et 303. [ad h. in Ap. 35. et in Dian. 249.] *Spanh.*

1195. δᾷδες ἡμμέναι ſunt *taedae ardentes; ἐκδιδόναι efferre*, ἔξω διδόναι Sch. Leid. προηγεῖσθαι *antecedere, praecedere, praeeſſe*, Gl. vett. *Fiſch.* Carion (Chremylus) iam occupatiorem ſe monſtrat in pompa, qua deducendus eſt Plutus. *Gir.* Deducturus igitur eum magna cum pompa in arcem faces poſcit. *Münt.* ἔχων ſcil. δᾷδας, tenens, geſtans, eas.

1197. πάνυ etc. Senſus: *rectiſſime a). Fiſch.* χρῆν. Cod. Doru. χρή· neque reſpuendum puto: contra v. 607. vbi χρῆν erat in praeſtantioribus edd., noſter ille Codex dedit χρή· vtraque confundi ſaepius in membranis novi *b)*. V. Thom. Mag. in V. Suid. in χρὴ et χρῆν, vbi lo-

---

z) Verba eius ſunt: ὀπισθόδομος — ὁ οἶκος ὁ ὄπισθεν τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς οὕτω καλεῖται, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. add. Heſ. et Suid. [Photius Lex. p. 249.] et Ind. Aeſch. Socr. V. Ἀκρόπολις. ἡ θεὸς eſt Minerua, cuius templum erat in arce, ἀκροπόλει, quae fuit in media vrbe. *Fiſch.*

a) *Gir.* videtur poſt πάνυ μὲν οὖν interpunxiſſe. Nam ſuppleri vult: δᾷδας ἔχων προηγήσομαι.

b) add. Oudend. ad Tho. M. p. 920. et quos laudat Zeun. ad Vig. p. 214. Fiſch. ad Well. III, 1, 199. Vſurpatur tamen χρῆν fere, vbi continuatio actionis quaedam cogitatur, quae in h. l. non cadit.

eus adductus est Synesii Ep. 7. Quando in scenam aliquid proferri sibique porrigi postulabant, ferme legitimum est: δότω τίς, ἐκδότω τίς· In Ran. 895. ἴθι νῦν λιβχνωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω; in Cocalo ap. Suid. V. Ὧδε· — ἐκδότω δέ τις καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο. Sic enim illa verba ductu metri restituenda iudico. Id ipsum, quod interpretationis vicem cod. LB. adposuit (ἔξω δότω) vsurpatum Antiphani in Ganymede: — ἔξω τις δότω Ἰμάντα ταχέως — ap. Athen. X. p. 459. B. Sed non paulo difficilior est Etymologi locus, qui tamen huc egregie facit, p. 531. v. 33. Κορυδάλη, ἡ πρὸ τῶν θυρῶν τιθεμένη δάφνη· ὅτι αἱ κλάδοι, οὓς κόρους καλοῦσι, θάλλουσιν, ὡς καὶ Χρύσιππος· Ἀλλὰ δᾷδας ἡμμένας μοι δότω τις ἔνδοθεν, καὶ κορυδὸς πλεκτοὺς ἀκραιπνεῖς μυρρίνης· — οἱ γὰρ ποιηταὶ ἀνάπαλιν τοὺς κλάδους καὶ ὄζους καὶ ὄρπηκας λέγουσι. Si pro μοι legeris ἐμοί c), sponte sua prodibit versus integer trochaicus et secundi bona pars: in scena fuisse pronuntiatos, res ipsa loquitur. Quis igitur erit Chrysippus, cuius tanquam auctoris nomen est praefixum? non certe philosophus, quantumuis frequenter a Grammaticis adhibeatur: at Comicum, qui prorsus requiri videtur, eo nomine quis meminit? Ego fabulae titulum hic latere persuasum habeo atque adeo non dubito, quin Chrysippus ille sit Strattidis, cuius et Pollux et Athenaeus et Suidas mentionem fecerunt, vt cognosces ex eo indice, quem Casaubonus contexuit ad Athen. VII, 23. Itaque reponendum: ὡς Στράττις Χρυσίππῳ, et in ipsis eius verbis ἀκραιφνεῖς. Quae sequuntur, vix est vt intelligas, nisi fuerit insertum τοὺς νέους vel potius τοὺς νέους· hoc nimirum voluit, κόρους, qui proprie sint aetatis integrae iuuenes, nunc dici ramos nouellos: poëtas autem vice versa iuuenes adpellare κλάδους, ὄζους, ὄρπηκας, quae voces praecipua virtute ramos significant. *Hemst.*

τὶς κάλει. Possis cum interrogatione legere: *quis vocat?* i. e. vocare vult, Plutum? Sed per imperatiuum ait κάλει, *voca.* Visus est Carion (Chremylus) vni alicui ex iis, qui aderant, iniungere, vt Plutum euocaret: verum alio spectans nec satis otii habens subdit tertiam et eam indefinitam personam τὶς *vnus aliquis vestrum*, scil. κα-

c) At μοι in hoc verborum ordine et sensu vnice verum est. Fortasse scripserat: μοι τις δότω τῶν ἔνδοθι.

λείτω. Non abludit Plautinum illud: *aperite aliquis oſtium. Gir.* Perperam *Münt.* integram conſtructionem eſſe vult: σὺ, τίς ἂν εἴης, κάλει.

1198. Anus expoſtulatura de iuuene, quem deamabat, Chremyli domum antea ingreſſa, quum re infecta videt Plutum exire, et omnes iam ad pompam accingi, de recuperando amico ſpem nullam ipſi relinqui, lamentabili voce exclamat: ἐγὼ δὲ τί ποιῶ *d*); ego autem quae tam atroci ſum affecta iniuria, quid faciam? quo me vertam? Carion (Chremylus) ridicule eius verba excipit, et, quaſi illa roget, quidnam in ea pompa factura ſit, quum praeſertim omnes rei alicui gerendae intenti ſint, ait: τὰς χύτρας etc. *Gir.*

τὰς χύτρας etc. Senſus: *ollas, quas adhiberi oportet in deo dedicando, capite geſta, ita vt incedas gradu graui et modeſto; amicta enim ſponte es palla variegata. Fiſch.* De more illo veterum, diis in dedicatione ſtatuarum ollas coctis leguminibus plenas libaminum loco offerendi, v. Schol. vet. tam ad h. l. quam infra ad Pac. 922. Suidam V. Χύτρας ἱδρυτέον, Henr. Valeſium in notas Mauſſaci ad Harpocr. V. Κτησίου Διός, et Selden. de Synedr. vett. Hebrr. III, 14, 3. *Kuſt.* Intelliguntur ollae cum leguminibus coctis, quas libare ſolebant *e*), ſi emigerent et dedicarent aut aram aut ſtatuam. In Pac. 922. ταύτην χύτραις ἱδρυτέον. Dicunt etiam μετὰ χυτρῶν ἱδρύειν, vt in Danaidibus Ariſtoph. teſte Schol. μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἕρκείου χύτρας, μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύνθη ποτέ. Ita legitur iſte locus in Schol. ad Pac. Hic autem ad Plut. pro μεθ' ὧν legitur παρ' αἷς *apud quas*, ſenſu non deteriore. *Bergl.* Vtroque loco e Pac. et Danaidd. laudato atque verſo, ita pergit *Spanhemius:* „Χύτροι vero, non χύτραι, dicti

---

d) ποιῶ eſt Fut. Att. vt ἰῶ 1072. Schol. Leid. ποιήσω. *Fiſch.* Caeterum in vulgg. edd. hic conſtituitur act. V. ſcena 3.

e) Apponebant eas diis, quorum ſtatuae vel arae ponebantur ita, vt ollae ipſae baſis vicem praeſtarent. v. Vales. ll. ſupra cc. Hae ollae geſtabantur a mulieribus amictis pallis variegatis, ita vt eas capite ſuſtinerent. *Fiſch.* Scythis etiam, aras dedicaturis aut ſimulacra ſuiſſe morem legumina elixa pro primitiis offerre, dicata ob memoriam grati de primo victu humano animi, teſte Herod. lib. IV. notat Ioſ. Laurentius Var. Sacr. Gentil. c. 1. *Münt.*

Athenis de Bacchi feſto, in quo *ollae* id genus cum leguminibus adponebantur, et de quo agitur infra Ran. 220. et Acharn. 1076. Quod nempe Feſtum Ἀνθεστήρια dictum tribus diebus conſtabat; quorum primus Πιθοιγία, alter Χόες, tertius Χύτροι vocabatur, vt docent Scholia ad Acharnn. l. l. In iisdem vero illis Dionyſiacis Χύτροις Mercurius χθόνιος inuocari quoque ſolitus in gratiam quum eorum, qui e diluuio, quo obruta fuerat Attica, ſupererant, tum mortuorum: vnde ab initio Aeſch. dramatis Χοηφόροι Mercurius χθόνιος inuocatur." *Spanh.* Pro αἷς cod. Doru. ὡς τ. θ. quod minus etiam displiceret, ſi ſequeretur ἱδρυσαίμεθα vel ἱδρυσώμεθα· verum receptae lectionis cauſam agit vulgaris illa loquendi formula χύτραις ἱδρύειν, quam attigit Henr. Valeſii obſeruatio ad Euſeb. Hiſt. Eccl. IX, 4. ex iis delibata, quae congeſſerat in not. Mauſſac. ad Harpocr. p. 300. *Hemſt.*

1199. ἱδρυσόμεθα rurſus IV. codd. [et vterque cod. Hemſt. cum Schol. ad Pac. 922.] Vulgo ἱδρυσόμεσθα. V. Danaidum fragm. XII. *Brunck.* ἱδρυσόμεθα etiam *Inu.*, haud dubie cum ſuis codd.

σεμνῶς gradu graui et modeſto, maieſtate et perſona Pluti reique ipſius ſanctitate digno. *Fiſch.* Et hoc iocoſe, et ad riſum ſpectatoribus ex inceſſu anus graui et compoſito ciendum dici admonent *Gir.* et *Münt.*

1200. ποικίλα ſunt ἱμάτια βαπτὰ ποικιλόμορφα, vt loquitur v. 530. Ap. Aeſch. in Agam. ποικίλα et ἀλουργῆ et πορφύραι de eadem re dicuntur 932.: ἐν ποικίλοις (*variegatis ornamentis*) δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσι βαίνειν, ἐμοὶ μὲν ἄνευ φόβου. v. 955. ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι τάχος πρόδουλον ἴμβασιν ποδός· σὺν ταῖς δέ μ' ἐμβαίνοντ' ἀλουργέσιν θεῶν μήτις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος, (quo in loco ταῖσδε ſcripſi pro τοῖσδε *f*), illud autem πρόδουλον non mutaui; nihil enim poſſum nunc reponere niſi προθεῖναι aut προσθεῖναι· vt θεῖναι βάσιν ποδὸς idem ſit quod τιθέναι ἴχνος ἀρβύλης Eurip. Or. 140.) v. 966. Εἶμ' ἐς δόμων μέλαθρα πορφύραις πατῶν. Vult autem dicere opportune adeſſe vetulam cum varia, et

f) Idem ſuaſit Heathius et receperunt Schütz. et Both. (ap. quem eſt v. 895.). Sed hic antecedd. ita, ex ingenio, λύοι τάχος πρὶν δοῦλος, ἴμβασιν ποδός.

forte purpurea, veſte, vt quae hanc pompam, qua Plutus dedicandus erat, poſſit ornare; *πορφυροῖς γάρ*, inquit Schol., *καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον g). Bergl. ποικίλα* abſolute dictum eſt, pro, *ποικίλα ἱμάτια*. v. praeter Scholl. Boſius Ellips. [p. 204.] Sed *ποικ. ἱμάτια* eſt proprie *palla* (dicitur enim de muliere) *picturis variegata* ſ. Babylonica, h. e. intextas ſ. inſutas acu variis coloribus hominum et belluarum, etiam auium, imagines habens: cuius artis inventores perhibentur fuiſſe Babylonii. v. Plin. H. N. 8, 48. Ab iis differunt proprie *πολύμιτα*, *palla* plurimis filis variorum *colorum* texta pectine; cuius artis principes celebrantur Alexandrini. At h. l. *ποικίλα* idem videntur eſſe quod *πολύμιτα*. Nam primum certum eſt *ποικίλος* nonnumquam poni pro *πολύμιτος*, vt 530., deinde meretrices Athenis geſtarunt pallas *ἀνθίνους* h. e. *πολυμίτους*· anus autem iſta fuerat meretricula. *ἔχουσα* idem eſt quod *φαροῦσα*, et *αὐτὴ ſponte h). Fiſch.*

1201. Pro *οὕνεκ'* etiam h. l. legendum videtur *εἵνεκ'*. vid. 1178. Intelligi autem debet *τί γενήσεται*; vt monent Scholl. Leid. et Doru. *i)*: *ea vero de re, cuius cauſſa huc veni, quid fiet?* Venerat enim propterea, vt precaretur Plutum, vt adoleſcentem iuberet ipſius conſuetudine porro vti. *πεπράξεται* eſt etiam Schol. Leid. interprete, i. q. *πραχθήσεται*, v. 1028. *omnia tibi fient. Fiſch. omnia optata impetrabis.* Interrumpit Chr. ſermonem anus. *Münt.*

1202. *ὥς σ' εἰς ἑσπέραν.* Cod. Leid. *ὡς εἰς ἑσπέραν*, Doru. *ὅσ' εἰς ἑσπ.* vterque tamen inter verſus additum habet

---

g) Vſus veſtium varii coloris in pompis ſortaſſis eo ſpectauit, vt varietas colorum variam ſignificaret hominum alacritatem et multiplicem numinis poteſtatem. *Gir.*

h) *αὐτὸς* interdum eum ſignificat, qui ſponte aliquid facit, vt Hom. [Il. VIII, 295.] Dicit autem, peropportune anum varie-gata veſte indutam adeſſe; nam quamuis ſic ornata aduenerit, non vt deo, ſed vt amato adoleſcenti placeret, operam tamen ſuam in deducendo deo praeſtare poſſe. *Münt.* et *Gir.*

i) Ad ſenſum explendum haec ſpectant: *Tu mihi quidem perliberaliter ollarum portandarum onus imponis: at iis de rebus quarum ego cauſa hic adſum, quid fiet? Hemſi.* Plene: *τί δ' ἐκείνων, ὧν ἕνεκ' ἦλθον, γενήσεται; Münt.*

εἰς σε· quod argumento eſt, in exemplaribus, quae deſcripſerunt, exſtitiſſe vulgatam ſcripturam ὡς σ' εἰς· nam ſtatim etiam altero abhinc verſu in vtroque ὡς ἐμ' explicatur per εἰς. *Hemſt.* De ὡς v. ad 32. et 403., de v. νεᾱνισκος ad 976. Voce εἰς ἔσπ. videtur Chr. illuſiſſe aniculam, quae v. 998. ſ. oſtenderat, ſe adoleſcenti miſiſſe bellaria nuntiarique iuſſiſſe, ὅτι εἰς ἑσπ. ἥξοιμι.

1203. ſ. νὴ Δία virile magis quam muliebre iusiurandum. *Gir.* (qui et hoc ad riſum ciendum ſpectaſſe putat.) ἐγγυᾷ Fut. Att. pro ἐγγυάσῃ, vt ποιῶ 1198. *k)* ab ἐγγυᾶσθαι, *ſpondere, promittere;* vnde ſponſor vocatur ἔγγυος et ἐγγυητής. v. Moeris [p. 160.] *Fiſch.* Poſt verba τὰς χύτρας Chremylum exiſtima geſtu nutuque reſpondere, quippe qui iam ante fidem verbis diſertis obſtrinxerat: anus e veſtigio ſimul atque plene ſibi ſatisfactum putauit, ollas in caput tollit, et ingredientem Pluti pompam proſequitur: hinc opportuna Carioni occaſio naſcitur iocandi; quominus dubites, quin huic ſeruulo ſint adſcribenda, quae ſubdita legis. *Hemſt.*

1205. In tribus Regiis hi verſus Chremylo tributi ſunt; vnde ſatis liquet, librarii errore in B. poſitam fuiſſe Carionis perſonam ante v. 1185. Vtroque in loco Hemſterhuſii iudicium ſequutus ſum, probabile illud quidem ingenioſisque ſuffultum rationibus. Nunc tamen video nullas in extrema fabula Carionis partes eſſe debere. Is cum Mercurio domum ingreditur poſt 1171. nec amplius in ſcenam prodit. Tollatur itaque binis in locis eius perſona, eique ſufficiatur Chremylus. In meo cod. Sacerdos primum cum famulo confabulatur: inducitur herus v. 1192., tribuunturque ei rurſus verba τὸν Πλοῦτον v. 1197., τὰς χύτρας v. ſeq., πάντα σοι v. 1202., reliqua famulo. Haec diſtinctio vulgata, cuius vitium ſcite exſequutus eſt Hemſterhuſius, vtique eſt melior, ſed ingenio librarii debetur, coniecturisque illis omnibus potior eſt trium Regg. codd. fides, praeſertim antiquiſſimorum A, C, qui nullas prorſus famulo partes tribuunt, poſtquam Sacerdos ſcenam ingreſſus eſt. *Brunck.* Obſequutus eſt Inu. et Chremyli nomen hic quoque praefixit.

---

k) De his Futuris contractis, laudato illo ipſo loco, Dawes, M. Crit. p. 78. monuit.

πολὺ — ποιοῦσι l). *Iſtae ollae*, quas geſtat anus in capite, *omnia alia*, longe aliam ſpeciem, *exhibent*, *quam ceterae ollae*. Ioci elegantia, quae ineſt ſequentibus verbis, reddi latine non poteſt. Nam γραῦς dicitur non ſolum *anus*, ſed etiam *ſpuma*, quam agunt legumina aliique cibi, quum coquuntur et quae adeo natat in ſummis ollis. v. Heſych. Euſtath. ad Odyſſ. A. p. 1428. et B. p. 1450. m). *Fiſch.*

1206. In Cod. Leid. ſingulis vocibus ταῖς ἄλλαις χύτραις ſuperſcriptum ὧν, vt enallagen caſus indicet, itaque poni pro τῶν ἄλλων χυτρῶν. Codicis LB. librarius quo propius inminebat fini, eo ſegnius rem egit; nam et πολὺ omiſſum, et ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις n) et denique ἕνεισι χύτραι ſcriptum, contaminato trium verſuum numero. Diligentior adparet in cod. Doru. cura, qui praefert: αὗται ποιοῦσιν. ταῖς γὰρ ἄλλ. μὲν χ. eumque particularum ordinem prae vulgato probandum duco. *Hemſt.* Concinniore ordine voces diſpoſuimus: ταῖς γὰρ ἄ. μ. Vulgo ταῖς μὲν ἄλλ. γάρ. *Brunck.*, quem *Inu.* ſequutus eſt, etſi e not. eius colligi poteſt, eum voluiſſe ſcripturam codd. reponere. ποιοῦσι neuter mutauit.

1207. ἡ γραῦς h. l. *ſpuma* in coctis cibis, vt ap. Athen. XIII. [p. 585. C. Caſ. T. V. p. 115. Schweigh.] Μενάνδρῳ τῷ ποιητῇ δυσημερήσαντι καὶ εἰσελθόντι εἰς τὴν οἰκίαν Γλυκέρα προσενέγκασα γάλα, παρεκάλει ῥοφῆσαι· ὁ δέ, οὐ θέλω, εἶπεν· ἦν γὰρ ἐφεστηκυῖα γραῦς αὐτῷ· ἡ δέ, ἀποφύσα καὶ τῷ κάτω χρῶ. (— *ſtabat enim ſuper lacte ſpuma: illa autem, deſta ſpumam, inquit, et eo quod ſubtus eſt vtere. Bergl.* Sic ap. Nicand. Alex. 91. de lactis potu: φιαρὴν

---

l) Ollis vetulae capiti impoſitis Carion ad ſpectatores conuerſus et digito ollas monſtrans haec dicit. *Gir.*

m) Per metaph. anum hanc vocat *ſpumam*, ſordes, i. e. ſordidam, immundam, et ab omnibus reiiciendam. *Gir.* Senſus: longe aliter hae ollae atque aliae ſunt comparatae. In reliquis enim ſpuma eſt in ſummo, hae autem ollae ſunt ſupra ſpumam i. e. ſupra canam hanc mulierculam. Ariſtot. de gener. anim. II, 4. ἐν τοῖς ἐψήμασιν ἡ καλουμένη γραῦς. *Munt.*

n) ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις peruerſe in IV. codd. *Brunck.* et in libris *Inuern.*

δὲ ποτοῦ ἀποαίνυο γρῆϋν, *pinguem vero ab eo potu remoue ſpumam*, vbi Schol.: Γρῆϋς, ὁ ἐπὶ τοῦ γάλακτος ἐπιγιγνόμενος πάγος. *Spanh.*

1208. ἐπιπολῆς. Occurrit haec vox eodem ſenſu infra Conc. 1100. καὶ τῶν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος. Eumoeris Mſ. in dictt. Att. [Moeris p. 163.] ἐπιπολῆς· τὸ ἐπάνω, Ἀττικῶς. Apud Theophr. de C. Pl. II, 6. p. 239. ſolum rarum et ſiccum, arboribus commodum, frumentis incommodum dicitur, quod, hybernis imbribus alte terram ſubeuntibus, τὸν μὲν σῖτον μὴ ἐφικνεῖσθαι, διὰ τὸ ἐπιπολῆς (non, vt ibi ἐπιπολλῆς, et quod typothetarum forte erratum) εἶναι, *ad frumentum quidem* humor hic *non adtingat, quoniam illud in ſummo prouenit*, radice nempe eius ſupra terram elata. Cui haud diſſimilis apud eumdem auctorem locus, itidem de C. Pl. VI, 29. p. 387. καὶ οὐχ ὥσπερ ξηρᾶς οὔσης ἐπιπολῆς, *non vero, ſicut quum arida humus eſt, ſuperne conſiſtens*, nempe quod per verbum ἐπιπολάζειν alibi ab eodem redditur: ſicut alibi de ſalſugine, de C. Pl. VI, 14. p. 367. φαίνεται δὲ ἅλμη καὶ ὅλως ἐπιπολάζειν. Sic verbo ἐπιπολάζειν, pro πλεονάζειν, vſus eſt Hippocrates de nat. hom. Text. 22. et Galenus ibidem. *Spanh.* Cod. LB. ἐπιπολλῆς [cum ſcholio huic ſcripturae accommodato, quod vid. inter Scholia.] In huius vocabuli ſcriptura deprauata conſentiunt fere codices, praeſertim notae minus antiquae. Atticorum eſſe ἐπιπολῆς eorumque, qui hos imitati pure ſcribere ſtudent, improbum contra caſtigatoque ſtylo inimicum ἐξ ἐπιπολῆς, Grammatici confirmant o): tu vide I. G. Graeuium, qui hunc Comici locum protulit ad Lucian. Soloec. p. 742. *Hemſt.*

ἔπεισιν. Sic bene Hemſterh. in notis p). Vulgo ἔνεισιν. Supra 185. ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος, 997. καὶ

---

o) v. Phrynich. p. 50. et Tho. Mag. [p. 325.] Idem eſt quod ἐπάνω, et ἀνωτάτω, *in ſuperficie, in ſummo*. Heſ. et Moer. *Piſch.*

p) Non quadrat ἔνεισιν, licet in eo retinendo cum ſcriptis Edd. conſpirent: puto legendum ἔπεισιν, idemque Kuſterum adnotaſſe in ſuo libro animaduerto: addetur orationi decus, ſi quod praeceſſit, idem verbum repetatur: ἡ γραῦς ἔπεσι, ἔπεισιν αἱ χύτραι· ne dicam de ſtructura loci concinniore: Herod. II, 62. τὰ δὲ λύχνα ἦν ἐμβάφια ἴμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου· ἐπιπολῆς δὲ

τἄλλα ταπὶ τοῦ πίνακος τραγήματα ἐπόντα. Ran. 928. ἐπ' ἀσπίδων ἐπόντας γυμναιέτους· 1046. ἀλλ' ἐπί σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ ἐπιμαθοῖτο. Licet nihil frequentius occurrat, praepositionis repetitio librarium offendisse videtur, qui in locum idonei et proprii verbi ἕπεσι alienum ἔνεσι suppositi. *Brunck.* Carion haec dixit, quia capilli aniculae erant cani, ita vt in superficie spumae, canorum, ollae esse viderentur, neque spuma in superficie ollarum. *Fisch.*

Compositis igitur omnibus sacerdos cum faculis, anus cum ollis, Chremylus cum aliquot aliis, honorifice solennique adhibita pompa, Plutum in ὀπισθόδομον τῆς θεοῦ deducere parant; quos dum continua serie chorus progredi videt, populo, finem actionis exspectanti, quod sequitur, dicit. *Gir.*

1209. Οὐκ ἔτι κ.τ.λ. E solemni praeconum in sacris Graecorum agonibus formula desumtum, monui ad v. 205. *Spanh.* In Lugd. Bat. libro nec bini versus postremi bene sunt ordinati, et corrupta prioris legitima diuisio tali lectione: Οὐκ ἔτι τοίνυν μέλλειν οὐδ' ἡμᾶς εἰκός· Doruill. cod. habet: Οὐκ ἔστι τοίνυν γ' εἰκὸς etc. ferri non potest, nisi primam in ἔστι syllabam corripias; quod quidem haud adeo insolens est, quin non reperiatur nullum eius exemplum. Si Schol. adhibeas ad Vesp. 270., in quo scriptum est hunc in modum: Οὐκέτι νῦν εἰκὸς etc. lectionem inde concinnes haud plane contemnendam: Οὐκ ἔστιν νῦν γ' εἰκὸς μέλλειν οὐδ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἄν. E. τ. — quem ego chorum defunctus taedio laboris tardi lubens sequor. *Hemst.* τοίνυν εἰκὸς — Sic C. [Vulgo τοίνυν γ' —] In duobus aliis Regiis τοίνυν μέλλειν, omisso in A. εἰκός, quod habet B. in versus fine. *Brunck. q).* Sensus: *neque vero nos decet cunctari amplius, immo retrocedere: oportet enim canentes sequi horum vestigia.* Per ἡμᾶς intelliguntur ii, qui confluxerant ad fores aedium Chremyli *r),* fama rei nouae excitati et lacessiti, atque adeo Plutum deducturi

---

Ἕπεσι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον. *Hemst.* ἕπεσιν etiam *Fisch.* et *Münt.* probant.

q) Inu. etiam, Brunckium sequutus, γ' omisit.

r) Sunt haud dubie rustici, qui (v. 255.) aduenerant chorumque constituebant.

erant in arcem, ita vt canerent carmina, hymnos. Nam ἀναχωρεῖν εἰς τοὔπισθεν s) est *retrocedere:* οὗτοι sunt sacerdos Iouis, Plutus, Chremylus, Carion t), anicula. ᾄδειν *canere assa voce hymnum* v). De verbis ἕπεσθαι κατόπιν, vid. ad 13. et 757. *Fisch.* Pro τούτων, quod in omnibus edd. legitur, *Inu.* e solo Rau. recepit τούτοις, vt referatur ad ἕπεσθαι. Monuerat iam Girardus, Nostrum non dixisse ἕπεσθαι τούτοις, sed κατόπιν τούτων, vt doceret chorum simul et continuo tractu cum aliis abire debere.

---

s) Dum chorus haec dicit, oculos in spectatores intendit, a tergo habet incedentem pompam. *Gir.* Scilicet aliquantulum chorus retrocedere vult, vt viam det pompae eamque deinde ipse prosequatur. *Münt.*

t) Si modo is in scena adfuit. vid. ad v. 1205.

v) Chori enim fuit modulate canere et pedes ad numerum modosque mouere.

VARIETAS SCRIPTVRAE IN ARIST. PLVTO E CODD. ELBING. BRITANNICISQVE ET EDD. ALD. TRIBVS IVNTINIS, VENN. PARIS. BRV. BACH. BASILL. RAPHELENG. CVM ADDITT. NOTARVM.

Ad argum. ed. Inu. *a)* p. 3. l. 2. Articulum τοὺς ante Ἀθην. omittunt ed. Ald. Iunt. II. (1525.)

ἐντύχοι Ald. Iunt. II. ἐντύχῃ.

μὴ εἰδὼς ὅτι ὁ Πλοῦτός ἐστι. Ald. μὴ εἰδὼς ὅστις οὗτός ἐστι. Iunt. II. habet vulgatum.

ἐπὶ τούτῳ. Ald. ἐπὶ τοῦτο. Ita et Iunt. II.

παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ Πλ., ὅστις ἐστι. Ald. παρ᾽ αὐτοῦ, Πλοῦτος ὅς τις ἐστί. Ita et Iunt. II.

βουλὴν ἐβουλεύσαντο. Ald. Iunt. II. βουλὴν ἔσχον. Mox in his μόνοι legitur.

Post πέντητες ἦσαν in Ald. Iunt. II. additur Ἐπιγέγραπται δὲ τὸ δρᾶμα, Πλοῦτος Ἀριστοφάνους.

Ad argumm. in Comm. p. 4. ff. In Iunt. I. et III. haec omnia desunt.

P. 4. In ed. Crat. Wechel. Brub. Raphel. solum hoc legitur argumentum.

τοῦ Πλούτου ἀγαθῶν. Perperam ita expressum pro τῶν Πλ. ἀ. quod cum omnibus edd. reponendum est. Debuerat autem esse: τῶν τοῦ Πλ. ἀγ.

P. 5. l. 11. Εἰς μαντεῖον. Εἰς τὸ μαντεῖον reponendum. Perperam ab operis articulus omissus est. Ceterum hoc secundum argum. non habet Zanett. 1538. nec Ven. 1542. Brub. nec aliae nonnullae.

a) In Iunt. a. 1515. et tertia (1540), Crat. Venn. Paris. Brub. deest illud argumentum cum aliis.

P. 6. Verba *ἰστέον — εἰς τὸν δῆμον* (p. 7.) non leguntur in Ald. nec in Brub. In Flor. II. Crat. Wech. Zan. Ven. 1542. Raphel. adduntur poſt perſonarum nomina. Sed Portus ita, vt h. l. leguntur, poſuit.

Χρεωφειλέτας. Χρεοφειλ. Flor. II. Crat. Wech. Zan. Ven. 1542. Raphel. etc. etiam Hemſt.

P. 8. *δίκαιός τις ἄν.* Vitioſe pro *δίκαιος ἄν τις* deſcriptum, vti metrum et edd. conſenſio docet.

Πλ. ὀπτάνεται. Πλ. δ' ὀπτ. Ald. Flor. II. Zan. Ven. 1542. Raphel. etc.

Minime deprauata haec eſt fabularum Ariſtophanearum, eademque curis virorum ingenioſiſſimorum eruditiſſimorumque politiſſima. Reſtant propemodum non niſi leues quaedam maculae abstergendae, reſtituendaeque aliquot lectiones vulgatis elegantiores, quarum hic illic fit mentio in libris. *Hotib.*

V. 3. *τὰ* ante *βέλτισθ'* omiſit Zan. et Ven. 1542.

V. 8. De Apollinis cognomine *Λοξίας* expoſuit etiam Lamb. Bos. Obſſ. Critt. p. 43. ſ. docuitque illud ei tribui, quum de reſponſis eius et oraculis ambiguis (*λοξοῖς*) agatur, vt Eurip. Elect. 399., vti *Παιῶνος*, vbi ſermo ſit de re medica.

10. *φασιν.* Ald. Iunt I. II. III. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Raph. Port. *φασι.*

12. *μελαγχολῶντ'.* Ald. Iunt. II. *μελαγχολῶν τ'.*

13. *ὅσις.* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Raph. Port. rectius *ὅς τις.*

17. *καὶ ταῦτ'.* Vitioſe Ven. 1542. *τὴν ταῦτ'.*

18. *ὅ τι* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Zan. Ven. Wech. Brub. Raph. Port. *ὅτι* et mox *τῷ δ'* Ald. Iunt. I. Crat. Zan. Ven. 1542. Wech. Brub. Raph.

22. *ἀλγῆς* Iunt. I. *ἀγῆς.*

26. *οὔ σε κρ.* ſeruant Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Zan. Ven. 1542. Wech. Brub. Raph. Port.

30. Comma poſt *ἱερόσυλοι* delet Port.

32. *ὡς τὸν θ.* habent Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Raph. Port. In Zan. et Ven. 1542. *τὸν θ.* omiſſa part. *ὡς.*

34. *ἐκτεταξεῦσθαι.* Laudat Toup. Emm. in Suid. III. p. 62. ſ. Nicetam, qui in prooemio ad h. l. reſpexerit his

vſus verbis: *ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοις ἐοίκασι δήπουθεν — πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες κ. τ. λ.*

37. *μηδὲ ἕν.* Ald. Iunt. I. II. Crat. Zan. Ven. Wech. Brub. Raph. Port. *μηδεέν.* Iunt. III. *μηδέν.*

39. *τί δῆθ' ὁ Φοῖβος* ſeruant Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Zan. Ven. 1542. Wech. Brub. Raph. Port.

De verbo *λακεῖν crepare, ſonitum edere*, apud Tragicos etiam ſignificante *loqui*, v. Bos. Obſſ. Critt. p. 44.

40. *πεύσει.* Cod. Elb. *πεύσῃ·* vtrumque recte, ſed hoc vulgare, illud atticum. Haec lectionis varietas quauis fere pagina occurrit, vbi, quod ex conſuetudine attica erat, transfertur in vulgarem et vice verſa, e. g. 60. *ἐκπυθάνῃ* pro *ἐκπυνθάνει*, III. *οἰμώξῃ* pro *οἰμώξει*, 211. *δυνήσῃ* pro *δυνήσει. Trendelenb.*

42. *ἐκέλευσε* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Port.

43. *ἐμαυτῷ.* Ald. Crat. Wech. Brub. Raph. *ἐμαυτόν. ἐμαυτῷ* in Iunt. I. II. III. Zan. Ven. 1542. Raph. Port.

44. Etſi vnde fluxerit, quod in ed. Lugd. notatum eſt, *καὶ τῷ γε δὴ ξυναντ.* cum Hemſt. neſcio, tamen ex codice aliquo bonae notae Mſ. deriuatum cenſeo, tum quia elegantius *δὴ* quam *δῆτα* ſaepeque cum hoc permutatum, tum magis etiam propterea, quod recepta hac lectione variantur horum verſuum numeri, alias ſimili rhythmo decurſurorum: *ἐκέλευσε τούτου — Πείθειν δ' ἐμαυτῷ — καὶ τῷ ξυναντᾷς — Εἶτ' οὐ ξυνίης* — vitii quidem genere a Noſtro Euripidi exprobrato et a quo cauere ſibi ipſe ſolet. Nam quod verſum in iſta lectione deſiderabat optimus Hemſterhuſius, ei morbo transpoſitis verbis *ξυναντ.* et *πρώτῳ* facile medicabimur, vt ſcribamus: *καὶ τῷ γε δὴ πρώτῳ ξυν.* eamque rationem eo lubentius inibimus, quo aegrius adhuc ferebamus, *τὸ πρώτῳ* in theſi latere, quod iam arſi gaudet, prout debet vox totius ſententiae grauiſſima. Quod malebat Batauus eruditiſſimus *καὶ τῷδε ξυναντᾷς δῆτα πρώτῳ*, etiamſi metri cauſa reſcripſeris *συναντᾷς*, tamen ne ſic quidem praeſtare vulgatae lectioni arbitror. Ceterum ſimilis Ionis agnoſcendi ratio in Euripidis fabula cognomine, vbi Chorus 787. *ὅτῳ ξυναντήσειεν — πρώτῳ πόσις σὸς κ. τ. λ.* Quo reſpicere ludentem puto Ariſtophanem, nec multum ante Plutum priorem commiſſam eſſe fabulam Euripideam arbitror tum propterea, quod noua in hoc genere fugillare ſolent Comici, tum magis etiam ideo, quod ſeriores Tragici annos fatetur opus tam elaboratum perfectumque.

Mortuus autem eſt Euripides Olymp. 93, 3. vide Chronologiam ſcenicam, Musgr. Eurip. editioni praefixam. *Hotib.* Poſt πρώτῳ punctum ponitur in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. In Raph. interr. nota.

τουτωΐ. τῷ γε δή, Iunt. II. III.

45. ξυνίης Iunt. I. II. III. Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Raph. Port.

48. δηλονοτιὴ Ald. (ſubiecta ſyllabis λονο lineola, quae coniunctionem indicet), Iunt. I. II. III. (vbi poſt τυφλῷ interr. nota) Crat. Zan. 1542. Wech. Brub. Raph. Port.

δηλονοτιὴ καὶ τυφλὸν Γνῶναι δοκεῖ τοῦθ' ὡς etc. haud dubie legendum. τυφλὸν facile transierat in τυφλῷ, quae vulgata lectio, vt ſaepe ω et ον inter ſe permutantur: cf. v. 44. vbi ſimiliter liber Oruill. praeferebat πρῶτον, ſicut legitur 41., quod tamen vulgato πρώτῳ non videtur melius. Magis abhorret τυφλός, quod a Br. in ordinem eſt receptum. *Hotib.*

49. ξυμφέρον. συμφέρον Ald. Iunt. II. Crat. Ven. I. (Zan.) et II. (1542.) Wech. Brub. Raph. Port.

50. βίῳ (Inu.). χρόνῳ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. (in quibus tribus edd. antea vitioſe ἐν τὸ ν.) Brub. Raph. (vbi etiam ἐν τὸ —) Port.

51. τοῦτο (Inu.). Ita etiam cod. Elb. Sed τουτὶ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

53. ὅσις. ὅς τις Ald. Iunt. I. II. (in qua mox ὅτι pro ὅ τι) III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

54. του δεόμ. Iunt. III. νῶν Port. et al.

56. πρότερον σὺ — σὺ πρότερον Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. σὺ πρῶτον Iunt. II. III.

57. Verba λέγειν χρ. τ. π. Chremylo tribuunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

59. ὅς φ. In Ven. II. ὅ φ.

60. ἐκπυνθάνῃ Iunt. I. III. ἐκπυνθάνῃ Brub.

62. κλαίειν. κλάειν Elbing. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

65. Chremylo cum anteced. tribuunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ἦν. εἰ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

φράσῃς. φράσεις Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port.

66. ὦ τᾶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

67. *ἐσι, δέσποτα.* Elb. Iunt. I. *ἐσιν ὦ δέσποτα*, contra metrum. *ἐσιν δέσπ.* Iunt. III. In reliquis vulgatum est.

69. *καταλιπὼν — κᾆταλιπών*, sic scripsit Ald. *κᾆτα* etiam cod. Elbing. [vt ed. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.] quum aliae edd. vett. [quaenam?] *καὶ* habeant, quod metri gratia fere magis placet; nam in regione sexta anapaestus non solet locum habere. *Trend.*

Hemsterhusio coniicienti *αὐτοῦ καταλιπὼν* minime possum assentiri, quum nulli facile dubium fuerit, vbi situm relicturus sit deum seruulus, si quidem fastigio illum alicui imposuerit, vt se facturum dicit, pinguemque adeo, non fortem, efficiat orationem *αὐτοῦ* additum ipsis illis *ἐπὶ κρ. τινα.* — Scilicet hic, vt alibi centies, mala turbauit recentiorum interpunctio, absque commate post *αὐτὸν* nihil mirabantur viri docti, sed pronomen referendum esse, more vsitatissimo, ad vtrumque participium intelligebant. cf. Pind. Olymp. X, 80. s. vbi itidem impegerant editores. Quatuor participia sic composita Acharn. 772. sl. Nam *αὐτὸν* istud post *κᾆτ'* in lectione Brunck. natum, ni fallor, ex *ᾆτ'* male geminato. *κᾆτα* et *κατὰ* saepissime inter se permutari, monet ipse Br. ad Ran. 1477. Nulla itaque facta mutatione legamus: *Ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν καταλιπὼν Ἄπειμ'* — i. e. impositum enim hunc alicui fastigio relinquens abibo. Verbis diuersi generis in hisce vti solent Latini, eiusdem Graeci. *Hotib.*

70. *Ἄπειμ'. ἄπειμι* Elb. contra metrum. *Tr. ἄπειμ' ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτρ.* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

71. *οὐκοῦν* cum signo interr. post *ἐρεῖς* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Paulo ante Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *αἶρε.*

73. *ἐργάσασθον — ἀφήσετον* Elb. *ἐργάσεσθε — ἀφήσετε* Ald. Iunt. II. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. *ἐργάσεσθον — ἀφήσετον* Iunt. I.

74. *ἐάν. ἄν* Iunt. I.

75. *μέθεσθε.* Elb. *μέθεσθον.* Mox Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. (in quibus quatuor edd. etiam *μέτεσθε*) Brub. Raph. (in qua rursus *μέτεσθε νῦν μου* —) Port. *νῦν.*

77. *ἦ.* Elb. *ἦν* vt et alii vett. edd. habent. — Sed non opus est emendatione. *ἦ* attice dicitur pro *ἦν*· est enim ex verbo *ἔω. Trend. ἦ* est in Ald. Iunt. I. etc. Mox Ven. I. II. Wech. Raph. *παρασκευασμένος.*

81. Non Chrem. nomen praefigitur, ſed Carionis oratio continuatur in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

84. Punctum poſt βαδ., non interr. notam habent Ald., Iunt. I. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. In Iunt. III. omnis interpunctio deeſt. Raph. poſuit interr. notam.

87. ἀνθρώποις. Elb. ἀνθρώποισι.

89. καὶ ante κοσμίους male in Elb. deeſt.

90. ὁ δέ μ' ἐποίησε τ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

91. διαγινώσκοιμι Elb. Iunt. I. III.

96. εἶδη (pro ἤδη) vitioſe Ven. I. II. Raph.

98. οὐχ ἑώρακα χρόνου Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

100. τἀπ'. τ' ἀπ' Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

101. ἐξόμεθα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

107. δέ μου Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

108. γένονται Iunt. II.

110. Vitioſe Ven. II. εἴχει in cuius marg. ei exemplo quo vſus ſum adſcriptum: ἀντὶ ἔχει.

111. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. vitioſe ἀλλὰ ἅπαξ ἀπ. Mox μακρὰ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

112. εἰδᾷς vitioſe Ven. II.

114. ξὺν θεῷ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

115. ἀπαλλάξειν. Elb. ἀπαλλάξει, male.

Apud Suidam legitur haec nota: Ἀναπηρίαν· οὕτω Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. In fabula, quam habemus, vox illa, quantum recordor, non occurrit. Erant forte prioris Pluti exemplaria, in quibus ſic ſcriptus erat hic verſus:

ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ἀναπηρίας.

Heſych. Ἀναπήροις· τυφλοῖς. ἀνάπηρος, πηρός, τυφλός, νοσώδης. *Brunck.*

117. Carioni verba τί φής; et verſum ſequentem tribuunt Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. P.

119. — εἰδὼς τὰ τούτων μιῶρ', ἔμ', εἰ Πύθοιτ' ἄν, ἐπιτρίψειε. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. P. — Cod. Elbing. μιῶρ' ἐπεὶ — quod confirmare Kuſteri emendationem monet *Trend.* Sed idem

cenſet Optatiuum ἐπιτρίψειε retinendum, ideoque ſcribendum eſſe: — εἰδὼς τ. τ. μῶρ', ἐπεὶ πύθοιτ' ἄν, μ' ἐπιτρίψειε.

ἐπεὶ pro ἔμ' εἰ reponendo nondum haec expediuntur, vt quorum ipſa ſententia laboret: nam quid hoc ſibi vult, Iouem, vbi horum, i. e. prauorum hominum, ſtultitias compererit, male accepturum eſſe Plutum? Quid, quaeſo, prohibuit, quo minus dudum de iſtis certior fieret deus, pridemque puniret coecum noſtrum? Nil profecto. Et ob malefacta ſua cur non in hos ipſos animaduertendum eſt, ſed in Plutum? Ineptiarum haec pleniſſima. — Brunckii emendationum neutra probari poteſt, ſiquidem iis et praua iſta ſententia non modo non corrigitur, ſed etiam confirmatur magis, et Ariſtophaneae veſtigia ſcripturae peiorem etiam in modum deprauantur. Legendum:

Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδότα τὰ τούτων μῶρ' ἔμ' εἰ *b*)
Πύθοιτ' ἂν ἐπιτρίψειε.

h. e. Imo Iupiter, certior factus, cognoſcere me horum deliramenta, male me acciperet. cf. 87. ff. Noluit pater deorum, ſcire iſta Plutum ſuoque iniuſſu viſum recuperare cupientem merito vlturus fuerit. Sententia optima et clariſſima; verba ſic ordinanda: ὁ Ζ. μ. οὖν εἰ πύθ. ἐμὲ (ἐμέ, non με, i. e. me ipſum, me illum, quem ſcire noluit) εἰδότα τὰ τ. μωρὰ ἐπιτρίψειεν ἄν. ἐμὲ ad πύθοιτο pariter atque ad ἐπιτρ. pertinet, ſicut v. 69. αὐτὸν ad vtrumque participium referendum eſt; quod ne non aduertant lectores, interpungendum non eſt poſt πύθοιτο, ſecus ac vulgo ſolet fieri. — τα, ob ſimilem, quae ſequitur, ſyllabam forte omiſſum quum hiantem verſum deſtitueret, ὁ τυχὼν effinxit εἰδώς, corrector vero neſcio quis οἴδ' ὡς reſcripſit, ne ταυτολόγως ſimul inferrentur εἰδὼς et ὡς πύθ. ceterum de ſententia ſecurus. *Hotib.*

121. ὅς τις Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. Port. ὅστις Wech. vt fere ſemper. Mox Iunt. I. προσπαίοντα. Poſt ἐᾷ Iunt. III. punctum ponit.

122. In plerisque edd. poſt οὐκ οἶδ' non interpungitur.

125 — 348. deſunt in Mſ. Barocc. 43.

---

b) Huic verſui omnis numerus deeſt, auresque offendit repetitio ſyllabae τα.

126. γ' post ἐὰν deest Elb.

μικρὸν Ald. Vtraque Iuntina, teste quidem Hotib. praefert σμικρόν, quod melius. Est σμ. Iunt. I. III. sed μικρὸν in Iunt. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

127. ταῦτ' Elb. ταῦτα. ἔχ' ἡσύχως praeferendum censet *Hotib.* In Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port. πόνηρε.

129. μείζω e cod. Rau. et ed. Iunt. 1515. B. Crat. et Fracini praefert *Hotib.* Immo in Iunt. I. (1515.) est μεῖζον, sed in II. (1525.) et III. (1540.) Crat. Ven. I. II. Brud. Raph. μείζω. μείζον Wech.

130. Elb. τὰς οὖν ἔσθ' ὁ παρέχων αὐτῷ τοῦθ' — contra metrum, sed τοῦθ' recte praefert *Trend.*

131. τ' ἀργύριον Ven. I. II. Wech. Brud. Raph.

135. οὐκοῦν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port. (vbi οὐκ οὖν) et post ταῦτ' ἄν punctum ponunt. δὴ post ὅτι τί in Ven. I. II. deest.

137. ὅτ' οὐδ' ἂν εἷς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

138. οὐδεέν Ald. Iunt. I. III. οὐδὲν Iunt. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

141. διδῶς edd. τ' ἀργ. Port.

144. ἔστι. ἔγεστι Iunt. II.

145. γίνεται Iunt. I. ἐπὶ σὲ γ. Port.

146. Ἅπαντα γὰρ τῷ πλουτεῖν ἔσθ' ὑπ. Ald. Mutauit Iunt. I.

147. διὰ μικρὸν Ald. Crat. Ven. I. Wech. Brub, Raph. δ. σμικρὸν Iunt. I. Port. διὰ σμικρόν γ' ἀργ. Iunt. II. III. διὰ τὸ μικρὸν ἀργ. Ven. II.

Vulgatum σμικρόν, ne dicam insolite corripiendam fore voculae priorem syllabam, propterea quoque repudiandum est, ne grauissimum hoc verbum, positum extra ictum, deproperandum sit, leuissimo διὰ totam tertiam versus regionem indigne occupante. *Hotib.*

150. πειρῶν. πηρῶν Ald. Iunt. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Port. Emendauit Iunt. I. III.

152. εὐθὺς et 153. αὐτὸ in cod. Elb. omissum, vtrumque perperam. *Trend.* ὡς τοῦτον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

153. Φασὶ ταὐτὸ τοῦτο δ. Ald. Iunt. I. II. III. et rel.

156. δαί; (ed. Inu.) Elb. δί. perperam. *Trend.* δαὶ est in omnibus edd. cum puncto; in Raph. et Port. interr. nota.

157. *θηρευτικὰς* Ald. Iuntt. etc.

159. Poſt *ὀνόματι* in Elb. inſertum eſt *δέ*, quod neque conſtructio neque metrum patiuntur. *περιπέττουσι* in eo codice legitur, non *περιπέπτουσι*, quod voluit Spanh. *Trend.* *περιπέπτουσι* ed. Brub.

160. Chremylo hunc verſum cum 8 ſequentibus tribuunt Ald. Iunt. I. II. III. etc.

161. *τοῖς* perperam cod. Elb. *ἔσθ'* pro *ἔσθ'* Ven. I. II.

164. *γε* poſt *χρυσοχοεῖ* non eſt in Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. P. Additum in Iunt. II. III.

166. *κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει κ.* Ald. Iunt. I. (in qua *πλήνει*) II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

167. *γ'* (non *χ'*) poſt *βυρσοδεψεῖ* Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc.

168. Inepta manus in exemplo ed. Iunt. II. in bibl. Sen. Lips. pro verbis *μοιχὸς δ. σ. π. παρατίλλεται* propter obſcoenitatem deletis in marg. poſuit: *κλέπτης διὰ σ. ἀπαγχονίζεται.*

169. *ἐλάνθανε* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

170. Chremylo, et ſequentem Carioni tribuunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

172. Chremylo, et ſequens Carioni adſcribitur in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. P. *σὺ πληροῖς.* Elb. *συμπληροῖς.* Iunt. II. III. *οὐ σὺ συμπληροῖς.* At vulgatum praeſtare docet *Trend.*, quia *πληροῦν τὰς ναῦς* eſt formula propria, et *σὺ* non ſine emphaſi h. l. ponitur.

εἰπέ μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Port. *εἶπε μοι* Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

174 — 179. ſimiliter, vt antecedd. verſus per Chremyli et Carionis perſonas deſcribuntur, Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

175. *Ἀργύριος* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Pro *πέρδεται* eadem, quae ſupra dicta eſt, manus in exempli Iunt. II. margine poſuit: *μαίνεται.*

178. Pro *οὐ* Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. *οὐχὶ* quod ad metrum perinde eſſe putat *Trend.* *οὐχὶ* deſcriptoribus ſaepe fraudi fuiſſe oſtendit *Hotib.*

179. In Elb. iterum 'οὐχι pro σὺ, contra metrum. Correxit haec aliena manus in exemplo Lips. ed. Iunt. II. sic: κολακεύεται δὲ οὐ διὰ σὲ φιλωνίδης.

180. Priora verba Chremylo, ἐμπ. γ. σ. Carioni tributa in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. tum 181 — 83. Chremylo. Sed in cod. Elb. verba ὁ Τιμ. δ. π. adhuc Carionis sint, ἐμπ. γ. σ. Chremyli, 181 — 83. Carionis, 184. κρατ. Chremyli.

181. πράττεται. Elb. πράττοντα. Illud Ἀττικώτερον est. *Trend.*

184. κἀν, κἄν Wech. πολέμοις. πολεμίοις Iunt. I.

185. ἐπικαθίζηται Iunt. II. III. In Ven. II. ἐπὶ καθίζηται. Ita videtur et Wech. habere. μόνος in omnibus edd.

187. Vitiose Ven. I. πελλῶ.

190. Perperam Ven. II. ἄρτον.

194. τριακαίδεκα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (non diuisim τρία κ. δ.)

195. πολύ. πολλῷ Elb.

196. κἄν. κἤν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

197. ἢ φησιν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τ. β. Elb. Ald. Iuntt. etc. αὐτῷ Port.

203. δειλότατον Ald. Iunt. I. II. III. etc.

Mox ἀλλά με Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

204. διέβαλλ' εἰσδ'. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

διέβαλ' aut διέβαλλ' scribendum esse censuit Hotib. Nam vulgato διέβαλεν admisso anapaestum haberi post dactylum, quam consecutionem vitare iambographi soleant.

206. κατακεκλεισμένα etiam Elb. (quum in al. edd., nescio tamen quibus, sit: τὰ κεκλεισμένα, notante *Trend.*) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. P.

210. τοῦ male in Elb. deest. Male in Ald. Iunt. I. II. III. distinctum: βλέπον τ' ἀποδείξω' — Bene distinxit Crat. vt et 265.

211. δρᾶσαι (non δρᾶσαι) Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

212. τιν'. τίν' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

214. σύνοιδε Elb. sed ξύνοιδε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

215. ὦ 'γαθὲ (non ὦ ἀγαθὲ vt Port.) Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. ὦ γαθὲ Ven. II.

216. ἴϑι (pro ἴσϑι) perperam Elb. Mox Ald. κἂν (sed paulo post tamen κἄν), Iunt. I. II. III. καὶ ἄν Port.

217. βούλει. βούλῃ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

218. χἤτεροι Ald. χ' ἕτεροι Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

220. πονήρους — ξυμμάχους Ald. Iunt. II. Port. πονήρους γ' — ξυμμ. Iunt. I. III. πονηροὺς γ' — ξυμμ. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

222. δραμών. μολὼν Iunt. II.

223. ξυγγεωργοὺς Ald. Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. ξυγγεώργους Iunt. II. Port. ξυνγεωργοὺς Wech.

224. ἐν τοῖσιν ἁ. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ἐ. τοῖς Iunt. II. III.

225. ἶσον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

227. τοῦτο δὲ τ. Ald. Iunt. II. Port. τουτὶ δὲ τ. κρ. Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

Pro τοῦτο est τουτὶ in Elb.

231. εἴσιϑ' Elb. εἴσιϑι. Antea εἴσω (non ἴσω) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. οἰκία. οἰκεία Iunt. I.

232. αὕτηϊσιν Ven. II. αὐτή ἐσιν Port.

235. εἰς. ἐς Ald. (et ita etiam in Elb. fuisse videtur, quum perperam ap. Trend. bis εἰς legatur) Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. εἰς Iunt. II.

237. εἰς φειδωλὸν τιν' εἰσ. Iunt. I. ὡς φειδ. εἰσ. Iunt. II. III.

238. κατώρυξε Ald. Iunt. I. III. κατώρυξεν Iunt. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. κατώρυξέ με κατὰ γῆς.

239. κἄν etiam Elb. Ald. Iunt. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port. κἂν Iunt. I. III. Brub.

240. Vulg. (Inu.) est in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

241. μὴ δ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

242. εἰς παραπλ. Ita Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

In cod. Elb. [vt in Iunt. II. III.] ὡς π. Quod negat Kust., εἰσελϑεῖν εἴς τινα graece dici, sed vel εἰς ἀνϑρώπου τι-

νος per ellipſin voc. οἶκον vel πρὸς (f. ὡς) ἄνθρωπον τινα ne-ceſſario dici debere putat, vereor vt ita ſe res habeat. Ita enim ſaepe dicitur ab Xen. Cyrop. I, 3, 12. et omnino plura vel in proſa oratione exempla in contrarium reperiuntur. Quare minime etiam probanda coniectura, qua v. 237. pro εἰς φειδωλὸν reponere mauult εἰς φειδώλου ſine omni alia codd. f. vett. edd. auctoritate, hac tantum inductus ratione. *Trend.*

246. πῶς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

τοῦ ante τρόπου male in Elb. excidit.

250. καὶ ab initio verſus male ad antecedentem relatum in Elb.

252. Poſt λέγοι punctum eſt in Ald. Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. interr. notam habent Iunt. II. Raph. Port.

255. ὁ ante καιρὸς male Elb. deeſt.

256. Pro ἔᾳ in Ald. ἔσαι.

παρόντ', παρόντας Ald. (per compendium in fine) Iunt. I. (plene) II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

257. Οὐκοῦν (cum puncto poſt ἤδη) Ald. Iunt. I. II. III. (haec quidem ſine interp. poſt ἤδη) Crat. Ven. I. II. Wech. (ſine interp. poſt ἤδη) Brub. Raph. Port.

260. γ' ὦ δεσπ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (οὐκ οὖν)

κέκληκεν ἡμᾶς. Ald. Iunt. I. etc.

261. Οὐκοῦν (cum puncto poſt λέγω) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Port. (vbi οὐκ οὖν)

262. ἡμᾶς Elb.

263. ζῆσιν (vitio librarii) Elb.

264. Poſt φησιν male punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. (in Brub. interpunctio deeſt) Raph. Etiam poſt δή τί in plerisque edd. punctum ponitur.

266. ῥυσσὸν Elb. [vt Iunt. II.] quod perinde eſſe monet Trend., quum ῥυσὸν et ῥυσσὸν apud poetas occurrat.

267. In exemplo Bibl. Sen. Lips. ed. Iunt. II. φ voc. ψωλὸν eraſum et χ inde factum.

268. πάλιν ante φράσον deeſt Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Additur Iunt. I. II. III.

χρυσῶν Elb. et ante φρ. inſertum eſt πάλιν, repugnante tamen metro. *Trend.*

269. In Elb. traiectis vocabulis ἥκειν σωρὸν quae traiectio inprimis placet Trendelenburgio, propter conſtructionem molliorem.

274. ἡγεῖσθε. Elb. ἡγεῖσθαι. Plura ſunt loca, vbi αι pro ε et vice verſa ε pro αι in cod. noſtro ſcriptum reperitur ex more graeca eloquendi Reuchliniano probabiliter ortum, e. g. ἑταιρος pro ἑτερος bis, 436. λυμενεται pro λυμαινεται, 441. γυνέκα pro γυναῖκα, 582. παίνεται pro πένεται. Eodem hoc noſtro verſu pro νομίζεθ' eſt νομίζεσθ'. *Trend.*

275. ὑπίτριτος Iunt. II. ὑπίτριπτος Wech.

277. σωρῷ Iunt. III.

278. Poſt βαδίζεις punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

δίδωσιν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

279. ὡς μόθων εἴ καὶ φύσει κ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

κόβαλος. Elb. κόβαρος. Mox ὅς τις Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

280. ἥμιν Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

282. μοχθίσαντες Port.

283. θύμον Ven. II.

284. οὐκ ἔτ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. οὐκ ἔτι ἄν Port.

ὦ 'νδρες, (non ὦ ἄνδρ. vt Port.) Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἥκει in Wech. deeſt.

285. ὅς ἡμᾶς. Elb. ὃν ὑμᾶς. Prior vox manifeſto errore librarii orta, poſteriorem ὑμᾶς habet etiam ed. Geneu. *Trend.*

286. Rurſus ἥμιν eſt in Ald. hoc loco etiam Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ἥμιν Iunt. II.

ἐστι abeſt ab Elb. cod.

288. Vitioſe ed. Ald. τέμπομαι et mox χορεῖσαι. In vtroque errore conſentiunt Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. Correxit Iunt. II. III. In Wech. tantum χορεῖσαι, alterum recte.

290. θρεττανελό. Elb. θρεττανελῶ (vti et 296.). θρεττανελὸν Iunt. I. Antea Iunt. I. III. ἔγωγε βουλ.

291. παρεσαλ. Elb. παρασαλεύων cum aliis codd., cui lectioni metrum aduerſari etiam *Trend.* animaduertit.

293. 294. Vnum verſum efficiunt in Elb.

βληχώμενοι. βληχόμενοι Elb. ed. Wech.

κιναβρώντων. κιναβρότων Elb. In Ald. meo exemplo fuiſſe videtur: κιναβρώντα (ſed correctum κιναβρώντ᾽, h. e. κιναβρώντων) tum in ea μέλῃων, quod et ipſum corrector mutare ſtuduit in μέλη, vt cum κιναβρώντα conſpirarer. κιναβρώντων, μέλη, Iunt. I. II. III. κιναβρώντων μέλη, Brub. Port. κιναβρώντα, μέλῃων Crat. (quod in meo exemplo correctum κιναβρώντων μέλη) Ven. I. II. Wech. Raph.

296. H. l. θρεττανελῶ Iunt. I. III. Paulo ante ζητήσωμεν Iunt. II. αὖ Wech.

297. πεινῶντα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Paulo ante βληχόμενοι Ven. I. II. Wech.

298. καὶ ante κρικπαλῶντα addunt Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port., ſed in cod. Elb. ea deeſt, vt et in Iunt. I.

299. 300. vnum verſum in Elb. efficiunt.

302. Praemittitur in Iunt. II. III. Στροφὴ κώλων ς᾽. κἀνυκῶσαν Elb. librarii lapſu.

303. πότ᾽ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

In exemplo Lips. Iunt. II. pro Φιλωνίδου eſt Ὀδυσσέως, pro ἐν Κορ., εἰν αἰκίᾳ, pro κάπρ., σύας, pro μεμ. σκῶρ — ἔμ., καρποὺς κρανείας — ἔβαπτεν in marg. correctum et pro ὑπὸ φιλησ., ὑπὲρ ὧν πάσχετε.

304. σκῶρ (non σκῶρ᾽) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

306. πάντα τρόπον Elb. cum edd. Flor. [Iunt. II. III.] Port. et Baſil. quum Ms. Bodl. et ed. Ald. [etiam Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph.] habeant πάντας τρόπους· prius praeferendum eſſe docuit Spanh. *Trend.*

308. ἕπεσθαι Iunt. III.

309. Οὐκ οὖν Port.

311. In Iunt. II. praefixum: Ἀντιστροφὴ κώλων ζ᾽. Multa hic in marg. exempli Lips. correcta. In Iunt. III. praemiſſum Ἀντίστροφος κώλων ζ.

311. Non poſt λαβόντες, ſed poſt φιλησίας, comma eſt in Ald. Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. In Iunt. II. poſt φιλ. punctum.

312. λαέρτιου. λαέρτου Iunt. II. III. λαερτίου Ven. II.

314. Elb. ὡς Ἀρίστυλος addita part. ὡς, quae et in aliis codd. eſt, et nomine per vnum λ ſcripto. *Trend.*

316. In Iunt. II. III. praefixum: Ἐπωδὴ κώλων ς.

317. f. τρεπε Σϑ'ε. Ἐγὼ — ſic Ald. Iunt. I. Correxit Iunt. II.

321. μασώμενος etiam Elb. μασσώμενος Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Vitioſe Iunt. I. III. τολοιπὼν, — Comma non poſt μασ. ſed poſt τολ. etiam in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

322. ὧν ᾽δρες Ald. (vt et ſupra). ὦ ᾽νδρες Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Raph. Port.

324. καὶ ante προϑύμως additur Iunt. I.

325. συντεταμένως Elb., quo firmatur egregia Bentleii coniectura et metro magis conuenit. *Trend.*

κ᾽ οὐ Elb. quod metri gratia recipiendum eſt, quum aliae edd. [neſcio quae] legant καὶ οὐκ. *Trend.*

κοὐ καταβεβλακευμένως Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

326. δέ μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

327. ὄντες Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ὄντως Elb. in quo conuenit cum ed. Flor. [I. II. III.] et conſuetae lectioni praeſtat, ſi ad ἔσεσϑε referatur; tum comma poſt ἔσεσϑε delendum, ὄντες autem ſuperfluum eſſet, cf. 837. *Trend.*

328. ἄντικρυ Iunt. I.

δόξεις. δόξῃ Elb. Nonnulli legunt δόξῃς Atticorum more. *Trend.* ἄρην Iunt. II.

329. οὕνεκα Elb. εἵνεκα Ald. Iunt. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. οὕνεκα Iunt. I. III.

330. ὥστιτόμεϑ᾽ (f. potius ὥστιζόμεϑ᾽ — nam vitioſe exſcriptum videtur —) Elb. ὥστιζώμεσϑ᾽ Iunt. I. II. III. ὥστιζόμεσϑ᾽ Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Elb. Iunt. I. II. III. ſed ἐν τῇ ᾽κκλ. (quod etiam metri cauſa praefert *Trend.*) Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

331. τῷ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

334. ἀκήκοέ τι Ald.

335. καὶ ante πόϑεν addit Elb. Antea Iunt. I. πρᾶγ᾽ εἴη.

Poſt εἰή, πόθεν et τρύπῳ punctum in Ald. Iunt. I. III., in Iunt. II. poſt εἰή et πόθεν tantum; commata in Crat. ſunt et Ven. I. II. (in qua πώθεν) Wech. Brub. Raph.

336. πεπλούτηκεν Elb.

338. τοῖς Elb. τοῖσιν Crat. Ven. I. II. Wech.

340. Elb. ἐσι δέ μοι τοῦτο θαυμαστόν γ' ὅπως Elb. quod et metro et antecedentibus repugnare monet *Trend.* ἐσι Iunt. I. III.

δέ μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

θαυμαστὸν, χὅπως Ald. θ. χ' ὅπως Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. θαυμαστὸν, ὅπως Iunt. I.

342. γε ante τι deeſt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

343. Poſt θεοὺς deeſt interpunctio et poſt ἀποκρ. comma ponitur Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Emendauit Port.

349. Puncta pro interrogationis ſignis in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. In Raph. et Port. poſt ποῖος τις interr. nota, poſt οἷος punctum.

355. εἰργασμένον Ald. (ſi recte expreſſum in meo exemplo) εἰργασμένου Iunt. I. II. III. Crat. etc.

356. πῶς δ' οὐδὲν ὑ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

360. In edd. ὦ 'γαθ' (ſine accentu).

361. τοιοῦτον Elb.

363. κέδρους Elb. manifeſto librarii errore, ſed notatum etiam eſt in ipſo cod. litura ſubruſa. *Trend.*

365. μετεσηχ' Ven. I. II. Raph. εἶχες. εἶχε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

366. ὧν 'θρωπε Ald. ὦ 'νθρωπε Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Port. ὦ 'νθρωπε Ven. I. II. Raph. Antea Iunt. II. μελαγχωλᾷς, Ven. II. μελαγχολᾷς.

367. αὐτό. Iunt. II. III. αὐτοῦ. τὸ ante βλέμμ' deeſt Ven. II. ἔχεις. Ald. ἔχει. Ita et Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

369. κράζεις (perperam deſcriptum κράτεις) Elb.

371. τόδ' Elb. Ald. Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. τό δ' Iunt. II.

373. οὐδεμὴν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

374. ἔγωγε Ald. Ἡράκλης Iunt. III.
ποῖ τις οὖν Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

375. Elb. ἐθέλει ſenſu fere meliore. Eſt enim exclamatio: o *Hercules! quo quis ſe vertat! verum enim non vult fateri.* Noſtri dicerent: (bey Seite geredet) das iſt nicht länger auszuhalten; er will gar nicht mit der Wahrheit heraus. ἐθέλεις autem frigidius fere dictum videtur, quoniam tum ad ipſum Chremylum ſe vertit oratio. *Trend.*

377. ὦ τᾶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ὦ τᾶν Port.

378. διαπράξαι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

379. κέρμασι Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

380. δοκεῖς Elb. δοκῇς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

381. γε poſt ἀναλώσας ſeruant Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. deeſt in Elb. vt in cod. Arund. et omiſſionem eius cum Kuſt., metri cauſa, probat *Trend.*

383. παίδων Elb. repugnante metro.

385. τῶν δ' ἡρακλ. Ven. I. II. Wech. Raph. τῶνδ' Brub.

386. μόνον Elb.

387. ἔγωγε. ἐγὼ Elb.
τοὺς δεξιοὺς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

388. ἀπαρτὶ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

392. Pro ποῖον; eſt ὁποῖον in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

394. Οὐκ — παρὰ σοί. Affirmatiue, cum puncto haec leguntur in Crat. Ven. I. II. Wech.

396. θαλάσσιον Ald. (et poſt λέγεις punctum). θαλάσσιον etiam Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

397. ἕταιρος et ἕταιρον, ſine ſenſu, Elb.

400. δεῖν Elb. et omittit part. γάρ.

401. νῷ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

402. τοπρότερον et τῷ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

406. Οὐκοῦν cum puncto in fine verſus Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brud. Raph. nulla interpunctio in Ven. II. οὐκ οὖν cum interr. Port.

409. ἀλλ' οὐ ἔστιν Wech.

410. παρασκευαζόμην Crat. Ven. I. II. Wech.

411. κατακλινεῖν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

414. καὶ δὴ B. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

417. ἀνθρωπαρίων Port.

418. φεύγετον. φεύγετ' Iunt. III. Ἡράκλεις Chremylo tribuunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

420. ἄλλως vitioſe Ven. I. II. Raph.

423. ἔσως. Elb. ἴσως.

424. καὶ ante μανικὸν addit Elb., contra metrum.

425. οὐκ οὖν cum puncto poſt κλ. Port.

426. πανδοκεύτριαν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brud. Port. παντοκεύτριαν Ven. I. II. Raph.

428. ἀνέκραγες Elb.

431. Οὐκ οὖν — γίγνεται. Ald. Οὐκοῦν — γίνεται. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. οὐκ οὖν cum puncto Port. Seruant ὑπόλ. σοι τὸ βαρ.

432. σ' ante ἐχρῆν deeſt Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. ἐχρῆν σ' αὐτ. Iunt. II. III. Port.

433. ἦ etiam Ald. etc. ἢ Ven. II. σφῷ Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

434. ἐνθένδ'. ἔνδαδ' (fort. ἐνθάδ') Elb.

435. Vitioſe ὁ καπηλὶς Wech.

436. διαλυμένεται Elb. ſed τὸ ε punctis internis notatum eſt ſupraque ſcriptum αι. *Trend.*

438. καὶ θεοὶ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

φύγοι Ms. Barocc. 43. ſuperſcripto ἄν, Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port. π. τις οὖν φύγοι Iunt. II. III.

441. γυνέκα Elb.

446. ἐργασόμεσθ' Elb.

447. ποῖ Iunt. I.

φευξούμεθον Iunt. I. II. III.

448. Vitioſe τὴν δὶ δεδ. Ven. I. II. Raph. τὴν δὴ Wech.

449. *ποίοισιν ὅπλοις* Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. *οἵοις* typographico errore in ed. Kuſt. veniſſe cenſet *Trend.*

πεποιθότες Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *πεποιθότε* Iunt. II. III. Port.

450. *δ'* ante *ἀσπίδα* addit Elb. vt Iunt. II. III. deeſt in Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

453. *ἂν ῥήσαιτο. ἀνασήσαιτο* in Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. quam phraſin apud bonos ſcriptt. occurrere monet Trend. ideoque Kuſt. emendationem repudiat.

455. *εἰλημμένως* vitioſe Ven. I. II. *εἰλημμένῳ* Wech.

456. *λοιδορῇ* Elb. *λοιδορεῖ* Ald. Iunt. II. III. Raph. (ſed correctum in exemplo ed. Raph. quo vſus ſum, videtur.) *λοιδορεῖς* Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Port.

458. *νομίζετε* Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *νομίζετον* Iunt. II. III. Port.

459. *πειρομένω* Iunt. I.

460. Poſt *τί οὖν* non interpungunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

461. *ποιίζομεν ἀγαθόν.* Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. *ἀνθρώποισι ποιίζομεν ἀγαθόν* Iunt. I.

462. *τί δ' ἂν γ' ὑμεῖς ἀγ.* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

465. *ἀνθρώπους* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

466. *ἐπιλαλοίμεθα* vitioſe Iunt. II. III.

468. *τὸ πρῶτον* Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. — *αὐτοῦ* Ald. et cet. — *ἀποφήνω* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Port. *ἀποφήνω* Ven. I. II. Raph.

471. *ὅ τι γ' ἄν* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. *γ'* deeſt.

472. *τουτὶ* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

474. Vitioſe Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. *ἁμαρθάνοντ' σ' ἀπ.* Raph. *ἁμαρθάνοντά σ' —*

475. *φῇς* Ven. II.

480. *τήμη μ'* Ven. II.

481. *ἁλῶς* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Perperam *ὅτοι* Crat. Ven. I. II. Wech.

Verba καλῶς λέγ. Blepsidemo tribuunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

482. ἐὰν (pro ἂν vt Port.) Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

Vitiose Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. ἡττᾶσθαι, vltimis tamen litteris per siglam scriptis, sed plene Wech.

σφῷ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Port. σφῶ Ven. I. II. Raph.

483. νομόζεις vitiose Wech. et mox μόνῳ.

485. φθάνοιτον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

486. ἀντιπεῖν vitiose Iunt. I. III. Post ἔτι punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

487. νικήσετε. νικῆσε Elb.

488. Verba δ' ἐνδώσετε μηδὲν minoribus quam reliqua, descripta sunt litteris in Ald., fortassis vt versum vnum explerent. ἐνδώσεται Iunt. II. III.

490. ἔτι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

492. τοῦτ' οὖν Elb. et pro μόλις in eodem est τοῦθ'.

Verba ὥστε γενέσθαι rursus in Ald. sunt minusculis litteris exarata.

493. ἅπαν. Elb. πᾶν.

498. πότ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

499. Οὕτις· ἐγώ — Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. οὐδεὶς ἂν ἐγὼ — Iunt. II. III. οὔτις ἂν ἐγώ — Port.

Part. ἄν in nonn. edd. additam omittit etiam Elb.

μὴ ταύτην Iunt. II. III.

503. ξυλλεξάμενοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

505. ἢ παύσει ταῦτ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. παύσῃ Elb.

βλέψῃ πόθ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

506. πορίσει (omisso vt videtur compendio postremae syllabae) Iunt. I.

507. ἀνθρώπον (vitio typogr.) Iunt. I.

ᾆᾶς' (sine iota subscr.) Iunt. I. II. III. Ven. II. Wech. Brub. Raph. ᾇᾶς' Crat. Ven. I.

510. *διανέμειε* Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *διανείμειε* Iunt. II. III. Port.

ἴσον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

511. *οὔτε σοφίαν* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

512. *ἐτελήσει* perperam Wech.

514. *πλιντουργεῖν* Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *σκυτοδεψεῖν* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

515. *ἠγῆς* Iunt. I. *ἢ γῆς* Iunt. II. III. Crat. Wech.

516. *ἀμελοῦσιν* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

517. *ἥμιν* Ald. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *πάντ'* Ven. II. Wech. Brub. Raph. Etiam in hoc versu et 519. 520. 525. 526. et aliis nonnullis seqq. postrema verba in ed. Ald. sunt minusculis litteris scripta.

518. *μοχθήσουσι* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Cum *ν ἐφελκ.* scribendum esse ostendit Doruill. Van. Crit. p. 328.

524. *τῆς αὐτοῦ* Ald. Iunt. I. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. *αὐτοῦ* (sine *τῆς*) Iunt. III.

525. *σκάπτειν. σκόπτειν* Elb. Mox *τ' ἄλλα* Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

526. *ἐς κεφαλήν σου* Elb. addito interpretamento: *εἰή τοῦτο.*

528. *Οὔτ' ἐν τύπῃσιν* Elb. Iunt. II. III. Port. *οὔτε τύπῃσιν* Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

χρυσίου ὄντος etiam Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *χρυσίου γ' ὄντος* Iunt. II. III. Port.

529. *Οὔτ' ἐν μύροισι* Elb. *Οὔτε μύροισι* Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. (*οὔτε μύσοισι* Ven. II.) Wech. Brub. Raph. Port.

Vitiose Iunt. I. *νύμφιν.*

531. Ante *πλουτεῖν* in Elb. additur *τοῦ.* — *ἐστι* Iunt. I. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

532. *ἔστι ταυτ' ἔμπορα* Elb.

533. *ἐπαναγκάζουσαι* vitiose Ven. II.

535. *πορίσαι τί δύναι'* — Elb. *πορίσαιτον δύναι.*

536. *κολοσύρτων* Elb. In Ald. Iunt. I. II. III. deest interpunctio. Comma est in Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

537. ψυλλῶν. ψιλῶν Elb. Post ψυλλῶν in Port. colon.

540. Part. γε post πρὸς δὲ deest in Elb.

542. πρὸς κεφαλαίου Iunt. I.

544. φύλ᾽ ἰσχνῶν Elb. simplici pro duplici posita litera, quod saepe fit. *Trend.* φύλλ᾽ ἰ. Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. φύλλ᾽ ἰσχιῶν Iunt. I.

546. πιθάκνης. πιθάκις Elb. Poetas ἆρα etiam in affirmatione scribere monet Doruill. Vann. Crit. p. 227. neque interrogatiue locum accipere videtur.

547. πᾶσι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

τοῖς ante ἀνθρώποις deest Elb.

σ᾽ αἰτίαν οὖσαν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

548. τὸν τῶν πτωχῶν δ᾽ ὑπ. etiam Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. τῶν (fine τὸν) πτ. δ᾽ ὑ. Iunt. II. III. Port.

549. Post ἀδελφὴν punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Antea τῆς πενίας πτωχείαν Iunt. II. III.

550. Διονύσιόν φατ᾽ εἶναι ὅμοιον Elb. In meo exemplo ed. Ald. etiam φατ᾽ superscriptum manu lectoris. Διονύσιον φάθ᾽ ὁμοῖον (fine εἶναι) Iunt. II. III.

551. ὁ μὸς Elb.

πέπονθε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

552. ἐστι Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

556. καταλήψει Elb.

μὴ δὲ τ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

558. γινώσκων Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

559. παρὰ τῷ (vt Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.). Elb. Iunt. II. III. Port. παρ᾽ αὐτῷ.

ποδαλγοῦντες Iunt. II. III. Port.

562. ὑπὸ τοῦ λιμοῦ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

563. σοφροσύνης Elb., incuria librarii.

καναδείξω Elb.

564. κασμιότης Ven. II. vitiose. In fine τοῦ Πλούτου δ᾽ ἐστιν ὑ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

565. ἐστι Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἐστιν Iunt. II. III.

566. εἴγε δεῖ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

In fine verſus ἐστι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

567. γ' ἐν ταῖς πόλεσι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

569. παραχρῆμ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

571. ψεύδῃ Elb.

572. αὐτὰρ Elb.

κλαύσει. κλάσῃ Elb. (Num κλαύσῃ fuit?)

κομήσῃς. Elb. κομπάσῃς. In nonn. edd. ταύτῃ.

573. Elb. ἀναπείσει et ἄμεινον, vtrumque deterius vulgata lectione. *Trend.*

574. ἐλέγξαιμ', Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub.

576. Poſt ἅπαντες punctum in Ald. Iunt. I. II. nulla interpunctio Iunt. III. in ſeqq. interr. nota.

577. γ' ἔστι Ven. II.

578. διαγινώσκειν Elb. et ita etiam ſequ. verſu ſcribitur. Priori loco ita Iunt. I.

579. Interrogandi notam in fine habent Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

580. Blepſidemi nomen verbis ταύτ'. etc. non praefigunt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

581. λήμαις Elb. γνώμαις Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc.

λημῶντε Iunt. II. Raph. Port. λιμῶντε Crat. Ven. I. II. Wech. Brub.

Part. γε deeſt Elb. Ald. Iunt. I. II.

582. καὶ τοῦτο γε δὴ φ. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. καὶ τοῦτ' ἤδη φ. Iunt. II. III.

Pro πένεται Elb. παίνεται, cum gloſſ. πένης ἐστί. γε etiam h. l. deeſt, tum ſcribitur φανερῶ, vbi incuria excidit σ finale, propter inſequens σ initiale. *Trend.*

583. πῶς ἂν ποιῶν Elb. ἄν deeſt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. (vbi ποιῶς vitioſe) II. Wech. Brub. Raph. Port.

αὐτὸς τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

584. ξυναγείροι Elb. δ' ἔτους Wech. vitiose.

585. ἀνεκήρυττε sine ν ἐφελκ. Elb. ἀθλητῶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

586. κοτίνῳ Elb. vti etiam 592.

590. αἰσχιστον Elb. ζητεῖν Ven. II.

591. ἀνελεύθερος ἔσθ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

592. ἀλλά γέ σ' ὁ Z. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἀλλά σέ γ' ὁ Z. Iunt. II. III. Port.

ἐξολέσειε Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

593. τολμᾶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. ὑμᾶς deest Elb. Pro ἔχ' ἀγαθ' legitur ibidem ἔχει σ' ἀγαθ'.

594. Post πενίαν interr. nota in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. — πιθέσθαι Elb.

595. πεινῆν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

αὐτή Elb. αὕτη Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

596. προσάγειν Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. προπέμπειν Iunt. II. III.

597. καὶ ante καταθεῖναι addit Elb., metro aduersante.

598. γρύζειν Elb. γρύζῃς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

600. πείτῃς Iunt. II. vitiose.

601. Post λέγει interr. nota in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

603. Post τλήμων punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

604. ἔῤ Elb.

605. γῆς. (cum iota subscr. et puncto) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. γῆς cum puncto, Ven. I. II. Brub. Raph.

607. χρῆν σ' Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. χρῆ σ' Iunt. II. III.

ἀνύτειν Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἀνύειν Iunt. II. Port. In Iunt. III. iunctim: ἀλλανύειν.

608. γ' ἔτοι vitiose Ven. II.

609. μεταπέμπεσθον Elb.

611. ἐσιν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

612. σε δ' ἂν Elb. σὲ δ' ἐᾶν Ald. Iunt. I. II. III. κλάειν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. κλάειν Port.

μακρὰν Elb.

616. λυπαρὸς vitiose Iunt. I.

617. χειροτεχνῶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

619. ἡμῖν deest Elb.

ἠπίτριπτος Ald. Rectius Iunt. I. II. etc.

621. ἐγκατακλινοῦντες Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἐγκατακλινοῦντ' Iunt. II. III. Port.

622. τὶς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

623. τὶ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

624. ὦ παῖ K. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

τὰ σ'ρώματ'. τὰ σόματ' Elb.

σ' ἐχρῆν Elb. σ' deest Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

626. τἄλλ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Post ἠὐτρεπ. in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. additur: ΧΟΡΟΥ.

627. ἠσείοις Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

μεμυσιλημένοι, vt Suid., Elb. μεμοισιλημένσοι Ald. μεμοισιλημένοι Iunt. I. μεμισυλλημένοι Iunt. II. III. Port. μεμισυλημένοι Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. μεμυσιλημένοι Raph.

628. ὀλιγίσοῖς (sic) Ald.

629. ὡς εὐτυχεῖθ'. εὐτυχοῖθ' Elb.

630. ἐστὶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

φίλων. Elb. τρόπων quod fortasse aberratione librarii ad antecedentem versum ortum esse notat *Trend.* Post φίλων punctum Ald. Iunt. II. III.

632. φαίνῃ Elb. τινὸς Ald. Iunt. I.

635. λελάμπρυται κόραι Elb. λελάμπρυνται κόρας Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

637. βοᾶν Iunt. I.

639. ἀναβωάσομαι vitioſe Ven. II.

640. καὶ finale verſus antecedentis in hunc transtulit Elbing.

φέγγος Elb. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. φάνος Iunt. II. III. Port. In Not. Scalig. ed. 1624. „φέγγος, φάος vel φανὸν alii, non φάνος."

641. ἆρ' ἀγγελεῖ Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἆρά γ' ἀγγελεῖ Iunt. II. III. Port.

642. χρηστόν τι ad anteced. verſum in Elb. eſt translatum.

644. ὦ δέσποινα, et ἵνα deeſt, Ald. Vulgatum eſt in Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. etc.

645. καὐτὴ ſine iota ſubſcr. pleraeque edd. καὐτῇ Brub.

Elb. ab initio huius verſus ponit ἵνα.

αὐτό. Elb. αὐτῶ. In meo exemplo ed. Ald. ν ſuperſcriptum eſt a neſcio quo, vt ſit αὐτόν ſcil. οἶνον. — δρῷσ' Ven. I. II. Brub.

646. Poſt ποῦ 'στιν punctum in Ald. Iunt. I. II. III.

εἴσει. Elb. εἴσῃ.

650. εἰς τ. κεφ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ἐρῷ perperam Iunt. II. III.

651. ἔμοιγ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

μή τ' ἀγαθὰ Iunt. III.

655. κ' εὐδαίμονα Iunt. III.

658. λουόμενος Elb.

659. ἦμεν Port.

664. κ' ἄλλοι Port.

666. κλέπτων. Elb. κλέπτον.

667. νοσήματ' Elb.

668. Poſt ἔχοντες punctum ponendum eſt pro commate.

669. παρήγγειλε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

670. ὁ πρόσπολος Elb. πρόπολος Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

εἴ τις Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ἤν τ. Elb.

672. ἀλλά με Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

674. τοῦ γραϊδίου Ald. Iunt. I. II. III. (perperam in his edd. post κειμένη punctum est) Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (vbi comma post κειμ.)

677. τοὺς ἰσχάδας Elb.

680. τἀ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

καταλελειμένον Elb.

683. τὴν ante τῆς ἀϑ. deest Elb.

684. ταλάντ. Elb.

Mox δήμου Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (iunctim.)

688. τὸ γραΐδιον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

689. τὴν χεῖρ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

691. ἀνέσπασε Elb. — εν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. etc.

692. Ab initio καὶ τέκνειτο vitiose Wech. αὐτὴν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ἡσυχῇ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. etc.

693. Manus aliena exempli Iunt. II. ita correxit: ὑπὸ τοῦ δέους τρέμουσα μή τι καὶ πάϑῃ.

694. ἀϑάρας Elb. quae magis consueta forma. *Trend.* πολλὴν Elb. πάλιν.

696. προσῄει γ'. προσῄει Elb. προσῄειν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Port. προσῄειν Ven. I. II. Raph.

698. προσιόντες perperam Ven. II.

700. Post ἐβδελ. in Raph. interr. nota.

701. γε ante τις deest Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

702. ὑπερυϑρίασε Elb. ὑπηρυϑρία σε Ald. ἠπηρυϑρίασε et χ' Πανάκει' vitiose Crat. Ven. I. II. Brub. In Wech. tantum vitiose χ' Πανάκει'.

704. Post ἐκεῖνος punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

ἐφρόντισεν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

705. Post τὸν ϑεὸν interr. nota in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port.

707. μετὰ ταῦτά γ' εὐϑ. Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. μεταταῦτα γ' εὐϑ. Iunt. II. III.

συνεκαλυψάμην Ms. Barocc. 127. (ſuperſcripto εν), Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

708. δ' ἐν κύκλω (vt et 679. vbi ſic etiam Crat. Ven. I. Brub.) Ald. Iunt. I. δ' ἐν κύκλῳ Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

709. περιήει Elb. Iunt. I. περιῆειν Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port. περιήειν Brub.

711. δίδυκα Iunt. III.

715. εἶχεν οὐκ ὀλίγας Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

720. σφιττίῳ Ven. I.

721. κατέπλασεν Elb. κατέπλασσεν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Pro ἐκτρέψας Elb. ἀναστρέψας.

723. ἀναίξας Ald. Iunt. I. II. Crat. Wech. Brub. Raph. ἀνέξας Iunt. III. Ven. I. (vtrum in Ven. II. ita fuerit neſcio, quum haec folii pars in exemplo, quo vſus ſum, abſciſſa ſit).

725. ἐπομνύμενον pleraeque edd. ἐπωμνύμεναν Iunt. II. III. Port.

727. μετατοῦτο Ald. Iunt. I. II.

In fine verſus παρεκαθέετο vitioſe Iunt. II.

729. ἡμιτύμβιον Elb. cum gloſſ. μαγδάλιον. ἡμιτύβιον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

732. ἐπόπτυσεν Elb.

733. ἐξηξάτην Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

735. ὑσυχῇ Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Ita quinque edd. in manifeſto vitio conſentiunt.

736. ὥς ἐμοι δοκεῖ Elb. ὥς γέ μοι δοκεῖν Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ὥς γέ μοι δοκεῖ Iunt. I.

737. Poſt δέκα comma ponendum.

739. ἀνεκρότησε (quaſi fuerit ἂν ἐκρ.) Ald.

740. δ' ἤγειρον Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

741. ἠφάνησεν Elb. αὐτόν Ven. II.

Pro οἵ τ' in Elb. εἴτ'.

742. οἱ δὲ κατακείμενοι Elb. εἴ δ' ἐγκ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

747. Νεοκλείδην Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

. . μᾶλλον deeſt Elb. ἐποίησε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

748. ὦ ναξ Elb. et omnes edd.

749. Φράσον maiuscula littera Ald. Iunt. I. Poſt Πλοῦτος in edd. vett. etiam Port. punctum.

754. οὐσίαν τ' εἶχον Ald. Iunt. I. II. III. etc. etiam Brunck. atque ita reponendum eſt. οὐσίαν δ' Crat. Ven. I. II. Wech. Raph.

756. συνῆγον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

757. ἐσεφανομένοι Crat. Ven. I. Wech. Raph.

760. ἔι' ἅπαξάπαντες ſic Ald. εἶα ἅπ. Crat. Ven. I. II. Wech.

762. ὑμῖν Elb. ἡμῖν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

764. κἀγώγ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. κἀγώ γ' Port.

765. εὐαγγέλιά σ' ἐν κριβ. ὁ. Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. εὐαγγέλιά σ' ἐκ κριβ. ἑρμαθῷ Iunt. I.

766. νῦν Iunt. I. Port. (in Ald. etc. νυν)

Poſt 770. ΚΟΜΜΑΤΙΟΝ ΧΟΡΟΥ additur Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

774. συμφορὰς Elb. ξυμφορὰς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

775. ἀνθρώποισι Elb.

777. ὁ πλήμων edd. omnes.

778. οὐδὲ ταῦτ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. vt et Brunck. atque reponi debet.

779. ἀλλαὐτὰ Ald. (quaſi αὐτὰ) — ἀλλ' αὐτὰ Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ἀνατρέψας Elb.

782. βάλ' Elb.

783. τὶς Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. τίς Ven. II. Ab initio verſus perperam pleraeque edd. vett. οἵ φ.

784. φλῶσιν Iunt. II. III.

787. Poſt πρεσβυτ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. punctum.

788. χαίρετε omnes edd.

789. φέρε νυν Ald. Iunt. I. Crat. Wech. Brub. φέρε νῦν (vt 768.) Iunt. II. III. Ven. I. II. Raph. Port.

790. λαιοῦσα ſcribit Ald. Poſt λαβοῦσα᾽ interrog. ſignum in Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

794. δέξῃ ταῦτα τὰ Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. δέξῃ ταυτὶ τὰ Iunt. I.

798. ϑεομένοις Iunt. III.

799. τούτοισι Elb. (caetera haud dubie vt olim vulg.) ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

800. ὡς δὲ ξενικὸς Ald. Iunt. I. II. III. ὡς δὲ ξένικος Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Ξύνοικος (pro Ξεν.) Elb.

Poſt 801. additur ΧΟΡΟΥ᾽ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

806. οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν (quod male in ed. Lips. excidit) ἡδὺ πρᾶγμά τι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

807. μεστή ᾽στιν Elb.

808. ἀμφορεῖς et mox ἀνθοσίμου Elb.

810. πλήρησιν Ald. Iunt. I. Crat. Ven. II. Wech.

815. ἀργυροῦς Crat. Ven. I. II. Brub. Raph.

816. γέγον᾽ deeſt edd. vett. omnibus.

818. ἀποψώμεϑα Elb.

819. ὑπὸ τῆς τρυφῆς Iunt. I.

820. βουϑητεῖ vitioſe Ven. I. II.

825. ἐστεφανομένος Elb.

826. Hic et in ſeqq., vbi Chremyli nomen praefixum, legitur Carionis nomen in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

828. μάλιστα Elb. — τοῦ, δέῃ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. τοῦ δέῃ. Ven. II. Port.

829. μοὐστὶν Ald. Iunt. I. Crat. Ven. II. μου ᾽στὶν Iunt. II. III. Ven. I. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. tantum legitur ἐστίν.

831. λαβὼν ad praecedentem verſum relatum eſt in Elbing.

833. ἀπέλιπε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

834. κομηδῇ vitioſe Ven. I. II. Poſt ἄϑλιος interr. nota Ald.] Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

840. Roſtius in Analect. crit. faſciculo (L. 1802.) pro γὰρ ὧν τῶν σκ. (quae olim erat vaciuitas vaſorum), quod participium ὤν non ponatur h. l. ea vi, qua fere, vt cau-

ſam ſignificet, legi iuſſit γερόντων σκευ. v. Comment. Soc. phil. Lips. III, 1. p. 153.

843. δύνατε Elb.

πρὸς τῶν θεῶν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

846. ἐμνήθης Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph.

847. ἐνερίγω' Elb.

τριακαίδεκα iunctim Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

849. ἀναθύσων Elb. et οὖν deeſt.

853. καὶ ante primum ἰοὺ addunt Elb. Iunt. I.

854. συγκέκραμαι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

855. Etiam h. l. et in ſeqq. pro Chremylo praefixum Carionis nomen Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

856. Poſt κακὸν in edd. vett. punctum. Portus interr. notam poſuit.

857. Οὔ γὰρ — Iunt. I.

858. τῆς. Elb. τῇ.

860. μὴ λίπωσιν Ald. Iunt. I. II. (in qua ἥνπερ) III. (vbi etiam ἥνπερ) Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port. — Ms. Barocc. 43. λίπωσιν, ſuperſcripto ἐπιλίπωσιν.

861. ἐγὼ δὲ σχ. Elb.

γινώσκειν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

862. πράττων. Elb. πράττον.

864. Poſt ποιῶν addit Elb. γ'.

866. ποιήσειν. Elb. ποιήσει.

867. Poſt ἐξαρχῆς in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. punctum.

869. Etiam h. l. et in ſeqq. — 890. praefixum Carionis nomen, Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

δῆτα. Elb. δή.

τοῦτ'. ταῦτ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

870. Poſt τοιχωρύχων punctum eſt in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

871. οὔμενοῦν Ald. Iunt. II. III. Port. οὔμεν οὖν Iunt. I. οὔ μεν οὖν Crat. Wech. Brud. οὐ μὲν οὖν Ven. I. II. Raph.

873. σαβαρὸς vitioſe Wech.

875. φθάνοις. Elb. φάνοις. Poſt φθάνοις punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. Port. colon in Wech.

877. ἀπεπανούργηκας vitioſe Ven. II. et Raph. ἄρα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

879. ἔλλησι Elb.

In fine verſus: ὁ θεὸς ἔσθ' ὅτι Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Pro ὅτι in Elb. οὕτοσι. Sic: ὁ θεὸς ἔσθ' οὑτοσί, Εἰ τ. σ. Iunt. II. III.

881. Ὅμοι Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. vt et 931. (vbi tamen Ven. I. II. οἴμοι, contra in Wech. tantum 931. ὅμοι).

884. προτιμῶ. προθυμῶ Crat. Ven. I. II. Brub. Raph.

885. Εὐδράμου Elb. εὐδάμου Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

886. ἀλλ' οὐκ ἔνεστι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

887. ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστί; Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

889. ἐσὶν vitioſe Ven. II.

890. σάφ' οἶσθ' Elb.

892. His praefixum Δι. in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

δὴ παληθείᾳ Ald. Iunt. I. II. δή π' ἀληθείᾳ Iunt. III. Ven. I. II. δὴ παληθείᾳ Crat. Wech. δή πάληθείᾳ Brub. δὴ π' ἀλ. Raph. Port.

895. πυλὺ vitioſe Ald. Iunt. II. In nonn. edd. vett., vt Ald. Ven. I. II. Raph. χρῆμά τε μαχῶν, Wech. χρῆμα τε μαχῶν.

896. ῦ ῦ. vbique Ald. Iunt. I. II. III. etc.

897. Pro Chremylo Carionis nomen hic in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Poſt τι punctum Ald. Iunt. I. II. III.

898. γ' ante ἀμπέχ. deeſt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ἀπέχεται Elb.

899. ἀνασχέτ' Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

900. Poſt εἰς ἐμ' punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Port., colon Wech. Brub. Raph.

902. Inde ab hoc verſu vsque ad 928., pro Chremyli nomine ſemper Δι. praefixum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

γ' ante ἀνήρ deeſt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph.

903. τοτί. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. τοτί; Port.

906. δὲ pro δαί Elb.

τίν' et poſt ἔμαθες interr. nota Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

907. διέζης Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port. Punctum in fine verſus Ald. Iunt. I. II. III.

909. Poſt μαθὼν punctum habent Ald. Iunt. I. II. III.

911. ἀπεχθάνῃ Elb.

916. μὴ 'πιτρέπειν πότ' ἦν τις ἐξ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

917. Οὐκοῦν et poſt καθίσ. punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

ἐξεπίτηδες Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

918. Verb. ἄρχειν ad anteced. verſum refertur in Elb. et καθίσησι ſcribitur.

919. Poſt ἐγὼ interr. nota Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph.

921. ἄρα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

922. βούλοι'. Elb. βούλει.

924. φανεῖτε Elb.

925. δοίη Elb. γε μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

926. Ante Βάττου Elb. addit τοῦ. Perperam βάπτου Iunt. II.

928. ἔπειτ' ὑπ. Iunt. III. πάντα ταῦτα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port.

930. ἐκεῖνός εἰμ' Iunt. II. Crat. Ven. I. (vbi poſt ἐγὼ interr. nota) II. Wech. Brud. Raph. (item cum interr.)

931. ἀποδίομαι Elb.

933. ὁρᾷς ἃ ποιεῖς; etiam Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Port.

934. εἶχες Elb. ἦγες Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brud. Raph. Port.

935. Poſt βοᾷς vett. edd. punctum ponunt.

937. ἀμφιάσω Elb.

938. Poſt μὴ δῆθ' plures edd. non interpungunt.

940. τοιχωρύχων Elb. Poſt τοιχωρύχον punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

942. εἰπέ μοι Ald. I. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. (vbi ante haec nulla eſt interpunctio) Portus poſt τις interr. notam poſuit.

945. γιγώσκῳ Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

πολὺ ad 946., τινὰ ad 947. refert Elb.

947. καὶ σύκινον τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (in quibus poſterioribus inde a Crat. poſt σύκινον comma).

In Elb. verſus ita diſtincti et ſcripti:

Τινὰ, καὶ σύκινον, τὸν ἰσχυρὸν
Τοῦτον θεὸν, ἐγὼ ποιήσω τήμερον
Δοῦναι δίκην ὅτι καταλύει
Περιφανῶς, εἷς ὢν μόνος.

950. δημοκρατείαν Elb.

956. Non Chremyli, ſed Carionis nomen praefixum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

957. Ἀρχιπαίδων Elb.

958. ὅτ' ἐξ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

959. Νῷ δ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Poſt hunc verſum additur XOPOT in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

961. Pro τούτου in Elb. τοῦ.

962. σῆς ὁδοῦ vitioſe Ven. I. Poſt ἡμαρτήκ. punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

964. πυνθάνῃ Elb.

965. φέρε νῦν Iunt. II. III. Ven. I. II. Raph. Port. (In ceteris φ. νυν) ἔνδοθι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. ἔνδοθεν Ms. Barocc. 43. et 127.

Poſt τινά interr. nota in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Port.

966. Poſt μὴ δῆτ' non interpungitur in Ald. Iunt. I. II. III.

967. ὅτι Ald. Iunt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (in II. diuiſim).

σ' ante ἐχρῆν deeſt Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Fort.

971. Poſt τί δ' ἔστιν punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Brub. comma Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port.

974. κατακέκνισμαι δειλάκρυ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

975. κνισμὸν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Fort.

976. ἄκουέ νυν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

ἦν δή μοι τὶ μ. Ald. Iunt. I. II. (vbi τί) III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

978. γάρ τοῦ Wech.

980. δὲ 'κείνῳ Elb. δ' ἐκείνῳ Ald. etc.

πάντα ταῦθ' ὑπ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

981. ὅτι cum puncto poſt ἑκάστοτε Ald. Iunt. I. II. III. — cum interr. nota poſt ἑκασ. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ὅ, τι cum puncto poſt ἑκ. Port.

984. εἰς ἱμάτιόν γ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

986. Σ' ἱματίδιον Ms. Barocc. 127.

990. μισγητείας Elb. μισητίας Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. μισγητίας Iunt. I.

991. ἔφασκον Ven. II.

992. μεμνῆτο Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

994. οὐχὶ νυνί γ' ὃ βδ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

995. μεθέσηκε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Addidit ν Port.

997. τἀπὶ τοῦ πίνακος Ald. Wech. τἀπὶ τοῦ πίνακος Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. Port.

998. ὑπειποῦση Elb.

999. εἰπέ μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. (vbi ante haec non interpungitur; cum commate poſt ἔδρασ' Port.)

1000. ἀμητά τε προσέπεμψεν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. τε deeſt.

1001. ἐφῶ τ' ἐκ. Ald. Crat. Wech. Brub. ἐφῶτ' Iunt. I. II. III. Ven. I. II. Raph. Port.

1003. πάλαί τ' ἦσαν Iunt. I. πάλαι πότ' ἦσ. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

1004. τὶς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1005. οὐκ ἐσθ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. II. Brub. Raph. Port. οὐκ ἐσθ' Ven. I. Wech.

1006. ἅπαντα κατήσθιεν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port..

1008. αἰεὶ Ald. etc. recte. Perperam in ed. Lips. impreſſum: ἀεί.

1009. Poſt ἐκφοράν punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. ἐπ' ἐφοράν vitio librarii. Nam Scholiaſtes appoſuit: ἐπ' ἐξαγωγὴν τινὸς πράγματος. *Trend.*

1012. νιτάριον ἄ. κ. βάτιον Ald. et omnes aliae edd. Ad h. l. *Kuſterus* in fine ſuae edit. poſt Bentleii Emendd. p. 324. monet ipſe etiam, emendationis Bentl. priorem partem (νηττάριον pro νιτάριον) a Tan. Fabro occupatam eſſe, neque tamen mirum eſſe, Bentleium, qui ex tempore tantum has annotationes ex margine ſui Ariſt. collegerit, in hunc Fabri locum non incidiſſe, quippe qui ſe effugerit, quamuis ipſe perlegerit conſulto recentiorum Criticorum ſcripta vt inde emendationes et coniecturas ad Ariſt. excerperet; Fabrum tamen difficiliorem emendationis partem (φάττιον) intactam praeterire, nec aliud ei ſuboluiſſe vitium in Scholiis a Bentl. animaduerſum; contra Bentleii acumen effugiſſe ſphalma apud eumdem Schol. quod Faber emendauerit, vt ſatis inde appareat, non alterum alterius ſcrinia compilaſſe; qui ſecus ſtatuat, eum aut liuorem et malignitatem ſuam prodere, aut eruditionem et candorem Bentleii ignorare; emendationem autem Bentleii φάττιον confirmari loco Apuleii Metam. X. p. 249. Teneo te meum *palumbulum*, meum paſſerem. Vbi *palumbulus* (φάττιον) eſt ὑποκόρισμα amatorium.

1013. ἴσως ἤτησέν ἄν σ' ὑποδ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (cum puncto poſt ὑποδ.)

1015. προσέβλεψε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Addidit ν Port.

1019. παγκάλους Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1020. προτείνοιέν γε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1021. ἡδύ μου Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1022. ἐν ἔχεις vitiose Ven. I. II.

1023. ἔχοι μοι Ven. I. II. Antea in Wech. Brub. Raph. perperam τὸ βλέμμαθ'.

1028. Vitiose Iunt. III. πεπράξαται.

1030. εὐπαθόνθ' vno verbo, Port.

1031. δίκαιον ἀγαθόν ἐσ' Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. Port. δίκαιον ἀγαθὸν ἐσ' Iunt. I. Ven. II.

1032. Οὐκοῦν et in fine versus punctum Ald. Iunt. I. comma Iunt. II. III. Οὐκ οὖν cum signo interr. in fine Crat. Wech. οὐκοῦν cum signo interr. Ven. I. II. Brub. Raph. Port.

1034. οὐκ ἔτι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In fine versus ὀίεται Iunt. I.

1036. ὥς γέ μοι δ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1041. ἔοικεν Elb. Κῶμον maiuscula litera Port.

1042. στέφανον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1043. τί φησιν. (pro σε φ) Ald. Iunt. I. II. III. τί φησιν; Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1044. γεγένησε vitiose Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

1045. Post ἐγὼ colon in Ald. Iunt. I. II. III., comma Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port., punctum Brub. et τ. ὕβρεος (ita) ad sequentia trahitur. (In nonnullis posteriorum edd. vltima syllaba voc. ὕβρεος per siglam scribitur quae ως indicare potest) ὑβρίζωμαι Ven. II.

1046. ἑωρακέναι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1047. Post ἦν punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1048. πολοῖς Elb.

1050. τοὺς τρόπους Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1053. ᾶ ᾶ extra verſum habent Ald. Iunt. I. II. III. Port. Verſui 1052. addunt Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. In fine λέγεις Elb.

1056. Pro παῖσαι in Elb. πᾶσαι. Punctum, pro interr. ſigno poſt παῖσαι et τάλαν Ald. Iunt. I. II. III. poſt παῖσαι etiam Raph. Port.

1057. Poſt αὐτοῦ comma deeſt in edd. omn. Poſt τίνα et mox poſt ὀδόντας punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Poſt τίνα punctum, poſt ὀδ. ſignum interr. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Port. vtrobique ſignum interr. Raph.

1063. μέν γ' ἄν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In Elb. μέν γ' deeſt.

1064. ἐπεὶ μὲν νῦν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. Port. ἐπὶ μὲν νῦν Ven. II.

1065. ἐκπλυνεῖτε Elb. ψιμμύθιον Iunt. III.

1066. τοῦ προσώπου γε τὰ ῥ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1068. κᾆτα τῶν τιτθίων Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Pro τιτθ. Elb. τὴ θίων.

1069. σου deeſt Elb.

1072. νεανίσκε (ſine apoſtropho) Elb.

1073. Scribitur perperam in ed. Lips. ὑπερφιλῷ.

1074. Poſt κατηγορεῖ punctum Ald. Iunt. I. II. comma Iunt. III.

1075. ὑβριστὴν φησι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1076. πότ' Ald. Iunt. I. Wech.

1077. Pro ἐγὼ Elb. οὐκοῦν. Poſt τὸ, τί punctum Ald. Iunt. I. II. III. τὸ, τί; Crat. Ven. I. II. Wech. etc.

1081. οὐκ ἐτ' Ven. II. Wech. Brub. Raph.

1082. ἐπισρέψων Elb.

Poſt τίς punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

1083. διεσπεκλωμένη Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1084. συνεκποτέον Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. In edd. pr. et Port. eſt συνεκποτέ'.

1089. Pro γοῦν est γὰρ Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1090. τοὺς δ' οὗς Iunt. III. τούς δ' Crat. Ven. I. II. Wech. Raph.

1091. Hic versus vitiose bis legitur in Ald.

τἰ βουλ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1093. βιάζεται Elb.

1094. Pro ὑπεπίττουν Elb. ἐπίτουν. Brub. ὑπεπίπτουν.

1095. Post εἰσέρχομαι interr. signum Ven. II.

1096. βασιλεῦς Elb.

γραΐδιον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Post 1097. ΧΟΡΟΥ legitur in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. omisit Port.

1098. τὶς et post θύραν punctum Ald. Iunt. I. II. III. τὶς et comma post θ. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. τίς et comma post θ. Raph. τις et interr. nota, Port.

τἰ ἦν. Ald. τἰ ἦν. Iunt. I. τἰ ἦν sine interpunct. Iunt. II. III. τί ἦν; Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1100. σέτοι, σέτοι λέγω, καρίων — Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1101. εἰπέ μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1102. οὑτοσὶ Iunt. II.

1103. ἀνέωξας (sine iota subscr.) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph.

1107. εἰπέ μοι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1108. Post τί δ' ἐστιν punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

πόνηρε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1109. τρύβλιον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1112. διατίγε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. διατί γε Ven. I. II. Raph. Port.

1113. Post ἡμᾶς punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. interr. signum Port.

1116. οὐδεὲν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Raph. Port. οὐδὲν Ven. II.

Poſt ἧττον in edd. pr. comma. Sustulit prima ed. Crat.

1120. καπιτέτριμαι Elb. καπιτέτριμμαι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc.

Poſt σωφρονεῖς interr. nota Ald. Iunt. I. Crat. Ven. I. (vbi σωφονεῖς:) II. (eodem vitio) punctum Iunt. II. III. Wech. Brub. Raph. Port.

1121. μὲν deeſt Elb.

καπηλίσιν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1122. πάντα τ' ἀγάϑ' Ald. πάντ' ἀγάϑ' Iunt. I. II. III. Crat. etc.

1123. ὅ δ' εἰκὸς ἐστιν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Ἑρμὴν Ven. I. II. Wech. Raph.

1125. οὐκοῦν et poſt ἔχων v. ſequ. punctum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. (vbi ἐποίοις) II. (etiam ἐποίοις) Wech. Brub. Raph. Port.

1127. πεπεμένου Elb. et 1137. idem πεπεμένον. τοὖν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1130. ἐνταῦϑ' vitioſe Crat. Ven. I. II. Wech. Brub.

1131. Scrib. ϑερμῶν. Antea τὲ (cum accentu) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph.

1133. Ἴσον Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Poſt κεκραμένης interr. nota in Ald. Iunt. I. II. III.

1134. Poſt φϑάνοις punctum Ald. Iunt. I. II. nulla omnino interpunctio Iunt. III. interr. ſignum Crat. Ven. I. II. Wech. (in qua ἐπιπιῶν) Brub. Raph. Port.

1136. δέῃ γ' Elb. δυνασὸς vitioſe Raph.

1137. τίν' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1138. δοίη Elb.

1140. Ms. Barocc. 127. ὅτε τε σκευ. omiſſo τι, et ſuper ὅτε ſcripto ὁπότε.

1141. ὑφείλου Ald. Iunt. I. II. III. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. (commate poſt hoc verb. non poſito), ὑφείλου cum puncto Crat. cum commate Port. Ms. Barocc. 127. ὑφελου. ſuperſcr. ὑφειλου, ἐκβολῃ του ι.

1142. ἐφῶτε Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Raph. ἐφῶ τε Wech. Brub. ἐφ' ᾧτε Port.

αὐτὸς (non κἀυτὸς) Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1143. ἦπε γὰρ Elb. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Addidit ν Port.

1144. κατήσθειες vitiose Ven. I. II.

1145. ἀλλ' οὖν σύνοικον — δέξασθε με Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1146. κηφθείην vitiose Ven. II.

1150. ἐστι Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἐστὶ Port.

1151. τί δέ γ' αὐτομ. Ald. Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. τὶ δὲ ταυτομολεῖν Iunt. I. In Elb. τί δέ τ' —

1152. γάρ ἐστι Ald. Iunt. I. II. III. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. γὰρ ἐστὶ Crat.

πράττει Elb.

1153. εἴης Crat. Ven. I. II. Brub. Raph. Post ὦν interr. nota ponenda est, quae est in Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Punctum etiam in Ald. et seqq. vt et Brunck.

1154. ἐδρύσασθέ με Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1155. ἔργον ἐς' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Wech. Brub. Port.

1157. Ἑρμὴν Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Post τρέφειν punctum Ald. Iunt. I. II. III.

1161. δεησόμεθ' Elb.

1162. τοίνυν γ' ἔτ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Post ἐρεῖς colon in Ald Iunt. I. punctum in Iunt. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. interr. signum Port.

1166. αὐτῷ Ven. II.

1167. Post δικάζοντες comma in edd. pr. Sustulit Crat. cum seqq. Restituit Port.

1169. οὐκοῦν sed post εἰσίω interr. nota Ald. Iunt. I. II. (in quibus Iuntt. εἰσίῳ) III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1171. εὐθέως. Elb. ἐνθέως.

δοκεῖς Elb. μοι δοκῇς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

Poſt 1171. KOMMATION XOPOY additur in Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. In Ald. adſcribitur ſignum (παράγραφος), in Iuntt. deeſt.

1173. Hic et in ſeqq., vbi in ed. Inu. Chremyli nomen, Carionis nomen praefixum in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1175. λοιμοῦ Elb.

1177. Poſt θεῶν (vt et in antecedd. poſt interrogationes in edd. vsque ad Crat.) punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. interr. nota Raph. Port.

1179. καί τοι Iunt. III. Raph.

1182. καὶ μετεκάλει Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1184. οὐδ' εἰσέρχεται Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1185. ἀποπατησομένοι Elb. et γε deeſt.

1186. οὐκοῦν et poſt λαμβάνεις punctum Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. interr. nota Port.

σὺ τούτων Ald. etc.

1187. καὐτός Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1188. καταμενεῖν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1189. θέλει Elb.

1191. παν' ἀγ. Ven. I. II. Wech.

1192. ἰδρυσόμεθ' Elb. ἰδρυσόμεσθ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

αὐτίκ' ἀλλὰ περ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (et in poſterioribus edd. comma poſt αὐτίκ', in Port. punctum.)

1197. δρᾶν Ald. Iunt. I. II. III. ἔξω τίς Ald. Iunt. I. II. ἔξω τὶς Iunt. III. ἔ. τις Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1199. ἰδρυσόμεθα Elb. ἰδρυσόμεσθα Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1200. Vitioſe αὐτὴν Iunt. I.

1201. ὧν δ' οὕνεκ' Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. (cum puncto poſt ἦλθον).

1202. ὥσσ' Iunt. I.

1205. πολύ γε Elb. Caeterum et haec Carioni tribuuntur in Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1206. ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ χ. Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1208. ἔνεισιν Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1209. Οὐκ ἔτι τοίνυν γ' εἰκὸς Ald. Iunt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

1210. τούτων per compendium Ald. Iunt. II. III. plene Iunt. I. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port.

LGr
A716I

Aristophanes
Comoediae; ed. by Invernizi. Vol.3.

21429

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED